Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
1 C
26

17

∂. 3. 21.

13–24. f. 30.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
1 C
26

17

~~∂. 3. 21.~~

13–24. f. 30.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ARCHIVIVM

BVLLARVM, PRIVILEGIORVM, INSTRVMENTORVM, ET DECRETORVM

FRATRVM, ET SORORVM TERTII ORDINIS S. FRANCISCI

Collectorum per Reuer. P. Magiſtrum F. Franciſcum Bordonum Parmenſem eiuſdem Ordinis Profeſſum, & Generalem.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE



PARMÆ, Typis Marij Vignæ. 1658. *Superiorum Permiſſu.*

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISS.MO ET REV.MO PRINCIPI
D. FRANCISCO
S. R. E. CARDINALI
BARBERINO

VICECANCELLARIO,

ET TERTII ORDINIS S. FRANCISCI GVBERNATORI, PROTECTORI, ET CORRECTORI VIGILANTISSIMO.

F. Franciſcus Bordonus Parmenſis eiuſdem Ordinis Generalis æternam felicitatem.

SEraphicus Pater, Sanctus Franciſcus tres Ordines à ſe inſtitutos patrocinio vnius ex S. R. E. Cardinalibus commendauit à Romano Pontifice deligendi, à quo quidem Gubernator, Protector, & Corrector nuncupatus fuit, inſinuans per eam triplicem denominationem munera per ipſum obeunda fauore Ordinis, vt nimirum ſua gubernatione Religioſos in regulari Obſeruantia contineret, protectione ab iniurijs, & moleſtijs extraneorum tueretur, & correctione eoſdem in viam Domini ſalutaribus monitis dirigeret. Tu EMIN. PRINCEPS vnus inter plures appoſite ſelectus ab Vrbano VIII. ſancta memoria, patruo tuo nonquam ſatis laudato noſtra Religioni præpoſitus fuiſti in Protectorem, vt hoc eodem munere Gubernatoris, Protectoris, & Correctoris fungereris, prout ſumma laude indefeſſus feliciter proſequeris, & quamuis innumeris Eccleſia Catolica negotijs maximi momenti continuo ſedulus luculenter detinearis, noſtri tamen Ordinis ſolertem curam, quam ſemper geris, nonquam obliuiſceris. Monumenta noſtra Religionis ex Bullis Pontificijs, Principum priuilegijs, Decre-

tis Emin Patrum, & Inſtrumentis fundationum eiuſdem Conuentuum ſub tuis Gubernatione, Protectione, & Correctione in lucem hodiernam prodeunt, proprium Patronum Eminentiam tuam recogneſcere profitentur, quia tua ſunt, non aliena, Tibi credita, ſed propria, & ingenua fideliter conſignata, & tuæ immortalitati dedicata vt immortalia perſiſtant. Sperant igitur à tuis gubernaculis tamquam efficaciſſimis propugnaculis ab iniurijs Criticorum eſſe defendenda vti Gubernatore, à tutiſſima Protectione contra inuidos propugnanda tamquam Protectore, & à ſapientiſſima correctione tua ab erroribus, ſi quibus ſcatet opus, vindicanda vt à Correctore. Hoc triplex munus in tuo ſtemmate gentilitio tribus argumentoſis Apibus apte figuratur expreſſum, in quibus præ alijs partibus Pedes, Alæ & Aculeus mirifice cernuntur exhibentia illam triplicem functionem; ſiquidem induſtrioſi Pedes præſeferunt artificioſam gubernationem, qua Religioſi de bono in melius progreſſum faciunt, dum eis pacem euangelizas, qua religiones potiſſimum in Dei obſequio conſeruantur. Alæ vero in Apibus palpitantes referunt continuam defenſionem, dum ſuper religioſos tamquam filios in Chriſto partos tuæ Protectionis alas expandis. Aculeus tandem demonſtrat tertium correctionis munus, dum Aculeo non pungente, ſed meliſino verbis dulciſſimis coniuncto, acrimonia permixtis, omnium animos ſalubriter demulcendo ad deuotionem tuam quaſi Pater amantiſſimus nos ſuauiter trahere ſatagis. Trahe igitur hoc opus, & eius Auctorem ad Pedes tuos prouolutum, vtrumq; Alis volitantibus protege, & Aculeo innato mele tuæ benignitatis in ſinu tuo amplexare. Parmæ ex Conuentu S. Mariæ Quarterij die 10. Februarij 1658.

A R-

Digitized by Google

ARGVMENTVM

Operis in quatuor collectiones redacti.

Pontificum conſeruant hæc Archiuia Bullas.
Regumque Imperiales ſunt complexa fauores.
Inſtrumenta tenent quemuis teſtantia Cætum.
His placuit Decreta Patrum coniungere ſacra.

SILLABVS.

Pontificum Romanorum, quorum Bullæ extenduntur in hoc Archiuio.

ADrianus VI. duas dedit Bullas ſub fol. 385.
Alexander IV. unam 2.
Alexander VI. ſeptem 323.
Alexander VII. Vnicam 672.
Benedictus XIII. vnam 73.
Bonifacius VIII. tres 9.
Bonifacius IX. duas 59.
Caliſtus III. tres 247.
Cæleſtinus V. duas 18.
Clemens V. duas 32.
Clemens VI. quatuor 47.
Clemens VII. nouem 395.
Clemens VIII. octo 542.
Eugenius IV. ſexaginta quatuor 123.
Gregorius IX. quinq; fol. 1.
Gregorius XI. tres 52.
Gregorius XIII. ſex 515.
Gregorius XV. tres 626.
Honorius III. fol. 1.
Innocentius IV. duas 9.
Innocentius VIII. decem 307.
Innocentius X. tres 665.
Ioannes XXII. quatuor 35.

Digitized by Google

Ioannis XXIII. quinque 98.
Iulius II. ſeptem 331.
Iulius III. duas 487.
Leo X. quatuordecim 350.
Martinus V. viginti ſeptem 89.
Nicolaus IV. duas 14.
Nicolaus V. ſexdecim 210.
Paulus II. quatuor 265.
Paulus III. decem 425.
Paulus IV. vnicam 491.
Paulus V. decem octo 561.
Pius II. quatuor 253.
Pius IV. tres 500.
Pius V. duas 508.
Sixtus IV. duodecim 275.
Sixtus V. tres 532.
Vrbanus IV. duas 12.
Vrbanus V. duas 50.
Vrbanus VIII. ſexdecim 625.
Sunt in totum 293. ſub prima Collectione.
Sub ſecunda à fol. 674. continentur priuilegia Principum ſecularium.
Sub tertia Collectione à fol. 681. clauduntur Inſtrumenta fundationum Conuentuum.
Sub tertia comprehenduntur à fol. 892. Decreta pro erectione Nouitiatuum, & alia reſponſa S. Congregationis.

Digitized by Google

Digitized by Google

COLLECTIO PRIMA

Continens Bullas Diuerſorum Pontificum Romanorum pro Tertio Ordine S. Franciſci.

HONORIVS III. PAPA.

Centius antea vocatus filius Haymerici de Sabellis Romanus, Preſbiter Cardinalis SS. Ioannis, & Pauli, creatus Peruſiæ die prima Auguſti, coronatus die nona eiuſdem menſis anno 1216. vixit annos decem, & menſes octo, obijt Romæ decimo octauo Martij 1227. ſepultus in Baſilica S. Mariæ Maioris, ex Nouo Bullario Romano, Hic Pontifex animauit, & muniuit Tertium ordinem S. Franciſci, vt teſtatur Gregorius IX. in prima, & ſecunda Bullis infra.

GREGORIVS PAPA IX.

Honorio III. ſucceſſit, patria Anagninus in Prouincia Campania, Vgolinus antea dictus Triſterij de Comitibus Signia filius, Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus Innocentij III. Nepos, creatus Romę decimo octauo, & vigeſimo octauo ad S. Petrum coronatus anno 1227. vixit annos quatuordecim, menſes quinq; dies decem; obijt Romæ vigeſimo ſecundo Auguſti 1241. ibidem ſepultus, ex eodem Bullario Laertij Cherubini, ſicut & ſequentes. Dedit quinq; Bullas infra extenſas.

BVLLA I.

Gregorius IX. ne Fratres Itali exactionibus, publicis officijs, vel iuramentis grauentur.

1 Deteſtanda humani generis inuidia tanto pertinacius perſequitur ſeruos Chriſti, & armans ſuos ſatellites contra ipſos ab eius ſeruitio doloſis illos ad inuentionibus nititur amouere, quanto perſpicacius intuetur ipſos huius mundi vanitatibus derelictis adhuc exiſtentes corpore in terrenis iam mente in cæleſtibus habitare, ac abnegantes ſecularia deſideria propter Deum iam frui non perituris, ſed æternis delitijs, & gaudijs ſempiternis; vnde

Digitized by Google

ſecundum euangelicam veritatem, cum immundus ſpiritus exiret ab homine ipſum in exeundo plus ſolito diſcerpebat, & exeuntem Dei populum de Ægipto, non prius Ægiptij perſequi deſierunt, quam omnes nutu diuino vno genere mortis extincti, dignum ſuis actionibus meruerunt interitum inuenire, ipſum omnium Redemptorem cum etiam poſt Baptiſmi lauacrum in deſerto cum quadraginta diebus, & totidem noctibus ieiunaſſet, idem malignus ſpiritus aggredi non expauit. Propter quod quicumq; ad Dei ſeruitutem accedit, iuxta ſententiam veram Sapientis in Iuſtitia, & timore debet ad tentationem animum præparare.

2 Sane felicis recordationis Honorius Papa prædeceſſor noſter attendens, vos fructus Pænitentiæ facientes ab huius ſeculi filijs anguſtijs inexquiſitis affligi per hos fouendos eſſe, laudabili actione Religionem veſtram amplexans in viſceribus Ieſu Chriſti proſecutus eſt gratia ſpeciali mandans vniuerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Italiam conſtitutis, vt vos ſeruarent à iuramentis, quæ Ciuitatum, & locorum Rectores ſuper eorum ſequella extorquere à vobis illicite contendebant, defendentes vos, ne officia publica recipere, vel noua exactionum, vel alterius grauaminis ſubire onera contingeret vos compelli. Sed filij tenebrarum, qui humana ſapientes tenebras lucem, & lucem tenebras ponere didicerunt per malignæ interpretationis calumniam ſic veſtram indulgentiam vacuant, vt grauioribus iniurijs affligamini nunc, quam prius, cum non eratis tali priuilegio communiti. Nam cum dicti Rectores à vobis non poſſint ſuper ſequela exigere iuramentum, innumeros quaſi caſus excogitant, quibus vos iurare compellant grauiora onera vobis, quam alijs ſuis ciuibus imponentes. Nec fructus bonorum veſtrorum, vos permittunt pauperibus erogare, licet debitis oneribus quæ ſubire tenemini, nil deperire contingat, alias vero plus debito, & amplius ſolito moleſtantes.

3 Vnde Nos humiliter ſupplicaſtis, vt vobis miſericorditer dignaremur, ne aliquod iuramentum, niſi forſan pacis, & fidei calumniæ, vel teſtimonij facere teneamini, & ne pluſquam veſtri ciues impoſitione onerum aggrauari poſſitis, & vt fructus bonorum veſtrorum cauſa pietatis impendere valeatis perſonis, quibus expedire videritis elargiri; & vt iniuriam ſi patimini propter veſtro-

rum

rum ciuium debita, vel delicta ne teneamini, cum ſuper his culpabiles non ſitis debita ſoluere aliorum.

4 Nos igitur attendentes, vos viam perfectionis ingreſſos tanto à ſectatoribus huius mundi vehementius impugnari, quanto magis ijdem diſſimiles veſtris actibus comprobantur, ac per hoc vt veritatis integritas obumbretur ſiniſtræ interpretationis calumniam machinari, Vniuerſitati veſtræ, quorum religione plene confidimus, licentiam ſuper prædictis omnibus auctoritate præſentium indulgemus, & concedimus poſtulatam diſtrictius iniungentes, & conceſſa vobis gratia ſic vti laudabiliter ſtudeatis, ne ab aliquo veſtrum conuertatur forſitan in abuſum, quia priuilegio vobis conceſſo contingeret vos priuari, ſi eius inueniremini abuſores. Nulli ergo, &c. Datum Laterani tertio Calendas Aprilis anno ſecundo. *Ideſt 30. Martij 1228. Ordinis 8.*

Ex Vadingo tom. 1. Bulla 2. in Regeſto, citatur à de Sillis fol. 6. & à P. Petro Alua in Indiculo ſui Bullarij nondum impreſſi Bulla 5. ad annum 1228.

Nota, quod priuilegia huiuſmodi, & ſequentia, quæ reſpiciunt Fratres & Sorores in proprijs domibus habitantes, moderata fuerunt per Leonem X. in Concilio Lateranenſi, quorum moderationem extendi infra Bulla CXCIX.

B V L L A I I.

G*Regorius IX. ſcribit Epiſcopis Italiæ, ne permittant Fratres moleſtari ſuper iuramenta, publica officia, & onera indebita contumaces compeſcendo cenſuris eccleſiaſticis, & eſt præcedentis executoria.*

1 Nimis patenter patientiæ diuinæ probatur abuſor, qui ad Dominum conuerti volentibus obicem interiacet tarditatis, eique inexcuſabiliter conuincitur aduerſari, qui conuerſos ad Epiſcopū auctoritate geſtiens, eis laqueum inijcit captionis, vel perſecutionis, ipſos moleſtijs inquietat tanquam Pharaonis immitatus veſtigia, qui corde indurato, non niſi plagis percuſſus filios Iſrael exire permiſit Aegyptum, & egreſſos tandem ſæua tirannide perſequi non ceſſauit, donec ipſe cum ſuis in aquis validis meruit ſuffocari, poſteris relinquens exemplum, vt ex ſimili culpa, ſimilis deberet formidari vindicta.

2 Sane ad audientiam bonæ memoriæ Honorij prædeceſſoris noſtri

ſtri noueritis perueniſſe, quod nonnulli de partibus noſtris; nouiſſima ſua prouidè memorantes, derelictis ſæculi vanitatibus, pænitentiam in corde contrito, & humiliato ſpiritu agere in domibus proprijs vel alibi ſtatuere. Et vt retribuentes miſeræ filiæ Babilonis retributionem, quam retribuit ipſa eis promiſſæ beatitudinis præmium facilius, & felicius aſſequantur, caſtigare corpus proprium, & in ſeruitutem redigere concupiſcunt. Sed Poteſtates, & Rectores ciuitatum vel locorum, in quibus tales Domini ſerui degunt, non attendentes, quod nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſæcularibus, & ſponſa loros pedes abnuit inquinare ab eis vt ipſos ſequantur, & exerceantur in armis iuramenta extorquere contendunt, & ad recipienda, & exequenda publica officia compellere moliuntur, quin etiam illos, qui ad agendam pœnitentiam, ſecretos petiere receſſus ad propria reuocantes, ipſis plura onera, & exactiones imponunt, alias inhonorando ipſos, quos tanquam Dei amicos, deberent modis omnibus honorare.

3 Quia igitur intereſt noſtra, Dei viros in religionis propoſito confouere, ad exemplar prædicti prædeceſſoris noſtri, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus huiuſmodi pœnitentes, dum tamen onera, in quibus ratione bonorum ſuorum tenentur agnoſcant à prænotatis grauaminibus ſeruantes immunes ipſos eorum occaſione non permittatis in his, vel alijs temere moleſtari, quibus poſſit eorum pium propoſitum impediri, moleſtatores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Laterani Septimo Calendas Iunij Pontificatus noſtri anno primo. *id eſt 26. Maij 1228. anno 8. ordinis.*

Ex Vadingo tom. 1. Bulla 1. ex Sillis fol. 6. Speculo, & in Defenſorio Tertij Ordinis B. Ioannis de Capiſtrano.

BVLLA III.

GRegorius IX. mandat Epiſcopis Italis, vt Fratres qui non dederunt cauſam Interdicto, admittant ad diuina in ſuis Eccleſijs cum ſepultura eccleſiaſtica.

1 Cum illorum, qui ſua nouiſſimi memorando non poſt vanitates ſæculi, ſed poſt Chriſtum euntes pænitentiam in humilitatis ſpiritu

ritu agunt, & corde contrito caſtigando, & in ſeruitutem ſuum corpus redigendo tota videatur intentio circa ſeruitium creatoris, indignum forſitan crederetur, ſi pro aliena culpa à diuinis obſequijs, & Sacramentis eccleſiaſticis contingeret hos excludi, cum in his, & alijs, quæ ad ſeruitium Dei pertinent, fauorem mereantur Sedis Apoſtolicæ ſpecialem.

2 Cum igitur per Italiam tales eſſe nonnulli dicantur, à quibuſdam Fratres de Pænitentia nuncupati diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos eos in veſtris eccleſijs, quibus à Sede Apoſtolica eſt conceſſum generalis tempore Interdicti diuina officia celebrare tempore Interdicti huiuſmodi, dummodo ipſi cauſam Interdicto non dederint, ad diuina officia, quæ ſuppreſſa voce, interdictis, & excommunicatis excluſis, non pulſatis campanis, & clauſis ianuis celebrentur, & ad alia eccleſiaſtica Sacramenta, nec non ſepulturam eccleſiaſticam admittatis. Datum Peruſij decimo Calendas Septembris, Pontificatus noſtri tertio. Ideſt, die 2. *Auguſti* 1229. *ordinis* 9.

Ex Vadingo tom 1. *Bulla* 5. *ex Monument. & Speculo.*

Nota quod in hoc ſeruandum eſt Tridentinum ſeſſ. 25. *cap.* 12. *quod iſta, diſponit: Cenſuræ, & interdicta ne dum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab ordinarijs promulgata mandante Epiſcopo à Regularibus in eorum Eccleſijs publicentur, atq; ſeruentur. Facit pro Regularibus, qui non poſſunt illos recipere ad diuina, unde Epiſcopi poſſunt illos admittere.*

BVLLA IV.

G*Regorius IX. mandat Epiſcopis Italiæ, ne permittant Fratres moleſtari ſuper recipiendis, & exequendis publicis officijs, & pedagijs colligendis.*

Cum dilecti filij Fratres Prouinciæ ſeculum quodam modo reliquerint vt poſſint Domino in contemplationis arce placere, vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eos ſuper recipiendis, & exequendis publicis officijs, pedagijs colligendis, vel etiam mutuis communitatibus faciendis non permittatis ab aliquibus moleſtari. Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Laterani ſecundo nonas Iunij anno quarto. *Ideſt* 4. *Iunij* 1230. *Ordinis* 10.

Ex Vadingo tom. 1. *Bulla* 6. *ex Regeſto Vatic. epiſt.* 32. BVL-

BVLLA V.

GRegorius IX. canonizauit S. Eliſabeth viduam Andreæ Regis Vngarorum filiam, cum inſtitutione ſuæ feſtiuitatis die decimanona Nouembris.

Glorioſus in maieſtate ſua Patris æterni Filius redemptor noſter D. I. C. de cælorum ſummitate proſpiciens conditionis humanæ gloriam multo concurſu miſeriæ, cui primi parentes culpa dedit initium deformatam, ineffabili diſpoſitione prouidit, vt & virtutem ſuam ſedentibus in vmbra mortis exponeret, & in exilio poſitos ad libertatis patriam reuocaret. Igitur, quia nulli potius, quam ſibi ſuæ facturæ redemptio competebat, eo quod artifici ſit & decens, & debitum, vt quocumq; caſu depereat, quod pulchrius finxiſſe dignoſcitur in ſtatum priſtinum ſuæ virtutis ſtudio reſtauretur, in exile vaſculum, ſi tamen ſit exiguum, quod recepit hoſpitem ſuper omnia ſpatioſum ſcilicet in aulam Virginis refertam omni plenitudine ſanctitatis de regali throno ſe conferens; opus inde cunctis viſibile protulit, per quod propulſo tenebrarum principe de ſui redemptione plaſmatis triumphauit, certa relinquens inſtituta fidelibus, per quæ ipſis ad patriam redderetur tranſitus expeditus.

§. 1. Huiuſmodi quidem pietatis ſeriem beata Eliſabeth ex regali orta progenie, & Thuringiæ Lantgrauia gratioſa ſolerti meditatione conſiderans, & iam dicta eligens inſtitura continuis obſeruare ſtudijs, vt dignam præceptione ſe redderet perpetuæ claritatis quaſi ab ortu vitæ vſq; ad occaſum, virtutum vacando cultui, nonquam deſijt in caritatis amplexibus delectari. Nam in confeſſione veræ fidei, vitaque dedita ſanctitati, cæleſtis Reginæ diligendo Filium, per quem dulcedinem conſequi poſſet cæleſtium nuptiarum ita dilexit, & proximum, quod amænum ſibi conſtituens illorum familiarem habere præſentiam, quam eorum inimica corruptio cunctis ſuggerit effici peregrinam ſe in multis ſibi reddidit inopem, ſollicitam fore pauperibus multipliciter afflantem. Quorum ab ætate tenera tutrix eſſe deſiderans, & amatrix, eo quod ſciret perennis vitæ præmium delictorum Deo aquiri meritis egenorum, adeo conditionem ipſorum gratam ſibi conſtituit, quam naturaliter ſecularis elatio vilipendit, quod etiam

am licitis ſibi delitijs, quam offerebat ſtatus excellentia coniugalis, deductis pluries in contemptum, corpus delicatum, & tenerum reddebat aſſiduæ parſimoniæ ſtudio maceratum, tanto ſibi meriti quantitate proficiens, quanto quod ſponte geritur, maioris gratiæ præmio muneratur. Quid vltra? Quæq; vita ſanguinis in ſupernæ deſiderium transferens voluptatis, & imperfectum quid æſtimans, ſi iam viri deſtituta præſidio, ſi reſiduum vitæ decurreret, quod ſe ad iugum obędientiæ, cuius ſub lege poſita maritali abſq; ipſius præiudicio amplexatrix extiterat, non arctaret, *religionis habitum induit*, ſub quo Dominicæ paſſionis in ſe celebrare myſterium vſq; in diem vltimum non omiſit. O felix mulier. O matrona mirabilis. O dulcis Eliſabeth dicta Dei ſaturitas, quæ pro refectione pauperum panem meruit Angelorum. O inclita vidua virtutum fecunda ſobole, quæ ſtudens ex gratia conſequi, quod à natura non poterat indulgeri diris animę hoſtibus per ſcutum fidei, loricam iuſtitię, gladium ſpiritus, ſalutis galeam, & haſtam perſeuerantię debellatis: ſic amabilem ſe ſponſo præbuit, ſic Reginę virginum ſe dilectione continua colligauit, ſuum deprimendo dominium in ancillę humilis famulatum ſic ſanctis Eiſabeth antiquis proceribus conformem ſe reddidit, dum in mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela ſimpliciter ambulauit; Dei gratiam ſecreto mentis per affectum concipiens, & eandem per effectum pariens, ac nutriens aſſidue per profectum, quod ſalus omnium in ſe ſperantium, & exaltatio in ſe quorumlibet in humilitatis, & innocentię vallibus poſitorum in promiſſę ſuis pręmia retributionis exurgens, ipſam mortis nexibus expeditam prouexit ad ſolium luce inacceſſabili luminoſum.

§. 2. De cuius ſtupenda, & inexplicabili claritate procedit, quod illius Spiritus, & in superni fulgoris abyſſo rutilat, & in huius profundo caliginis multis coruſcat miraculis glorioſis, quorum virtute catolicis fidei, ſpei, & caritatis augmenta proueniunt, perfidis via veritatis exponitur, & hęreticis confuſionis multæ materia cumulatur, dum ſtuporis turbine obuoluti, quod dictę ſanctę meritis, quę dum carnis clauſa carcere teneretur, pauper ſpiritu, mitis mente, propria, vel potius aliena peccata deplorans, iuſtitiam ſitiens, miſericordię dedita, munda corde, vere pacifica, attrita perſecutionibus, & opprobrijs extitit laceſſita, vita mortuis,

lumen cęcis, auditus ſurdis, verbum mutis, & greſſus claudis, cęleſti dextera conferuntur. Partes Theutonię ſpatioſas, quas mortis dogmate geſtiebant, inficere in doctrinę cęleſtis amplexibus cernunt multipliciter exaltare.

§. 3. De huiuſmodi quidem, & alijs eiusdem ſanctæ miraculis, quę mentis inſpecta oculis vberiorem lętitiam proferunt, quaſi diffuſis diſtincta literis viderentur facta Nobis per teſtes idoneos tanta plenitudine fidei, ſicut debetur, & competit colendę per omnia veritati.

§. 4. Nos quorum depoſcit officium his continue deſudare ſtudijs, per quę augeatur gloria Redemptoris, dictam ſanctam, quam ſibi ad intuitum placuit ſuę Maieſtatis aſſumere, de Fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, ac venerabilium Fratrum noſtrorum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Pręlatorum omnium, qui tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtebant Sanctorum Catalogo duximus adſcribendam.

§. 5. Vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandantes quatenus decimo tertio Kalend. Decembris, die videlicet, quo eadem mortis abſoluta vinculis victura perenniter ad fontem ſupernæ prodijt voluptatis, Feſtum eiusdem, prout miranda ipſius meritorum magnitudo exigit celebretis, & faciatis ſolemniter celebrari, vt id Nobis de theſauris cæleſtibus eius pia interceſſione proueniat, quod ipſa præſtante Chriſto, percepiſſe dignoſcitur, & poſſidere perpetuo gloriatur.

§. 6. Cæterum Vniuerſitati fidelium inuiſibilis aulæ conſequendi delitias ex conceſſa Nobis poteſtate deſuper propitiante Domino ſit facultas, quinimmo & vt nomen exaltetur Altiſſimi ſi ſponſæ ſuæ venerabilem ſepulturam fidelium procuremus acceſſibus honorari omnibus vere pænitentibus, & confesſis, qui ſe illuc annis ſingulis deuotionis aromata, & ſinceritatis inſignia deferentes in memorato Feſto, & vſq; ad octauas ipſius contulerint, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, auctoritate confiſi, vnum annum, & quadraginta dies de iniunctis ſibi pænitentia miſericorditer relaxamus. Datum Peruſij kalendis Iunij anno nono. *Ideſt primo Iunij* 1235. *ordinis* 15.

Hanc extraxi ex Bullario Romano Laertij Cherubini, Bulla II. Alua citat Vadingum t. 1. fol. 529. *ad hunc annum* 1235. *num.* 1. IN-

INNOCENTIVS PAPA IV.

Genuenſis Sinibaldus Fliſcus Vgonius filius, Presbiter Cardinalis S. Laurentii in Lucina, creatus Anagniæ vigeſimo quinto Iunii 1243. *Vixit annos vndecim, menſes quinq; dies quatuordecim. Obiit Neapoli decima tertia Decembris* 1254. *ibidem in cathedrali ſepultus. Duas habet.*

BVLLA VI.

Innocentius IV. mandat Miniſtris Prouincialibus, vt per ſe, vel alios ſui ordinis, vt Italos, & Siculos viſitent, inſtruant, reforment, & corrigant, contradictores cenſuris compeſcendo.

Vota deuotorum eccleſiæ, quæ fructum ſalutis æternæ continere perſpicimus, ad effectus gratiam pio dirigere fauore debemus. Cum itaque dilecti filij Miniſtri, & Fratres Ordinis de Pænitentia in Italia, & Regno Siciliæ conſtituti, cupiant ſic ad illa deuotionis augmenta proficere, per quæ æternæ felicitatis præmium eis poſſit facilius prouenire, Nos eorum precibus annuentes, diſcretioni veſtræ præſentium auctoritate mandamus, quatenus ipſis opportunis temporibus per vos, vel Fratres veſtri Ordinis, ad hoc idoneos, viſitationis officium impendentes, & inſtruentes regularibus diſciplinis corrigatis, & reformetis eosdem, tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, & viſitationis officio noueritis indigere, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. Datum Lugduni, idibus Iunij Pontificatus noſtri anno quarto. *Id eſt* 13. *Iunij* 1246 *ordinis vero* 26.

Ex Vadingo tom. 1. *Bulla* 2. *Appendicis.*

BVLLA VII.

Innocentius IV. ſcribit Priori Fratrum Prædicatorum, & Archipresbitero S. Sixti Viterbrienſibus, vt examinent miracula Sororis Roſæ venerandæ memoriæ.

1 Sicut in ſanctis ſuis mirabilis, & benedictus in ſecula Deus noſter venerandæ memoriæ Roſam virtute, ac fortitudine in huiuſmodi vitæ ſolitudine dicitur ſolidaſſe, vt inter mundanos incurſus, & vitiorum illecebras, virginei floris integritate ſeruata, per virtu-

B tum

tum ardua immaculato calle pertranſiens, ac nitorem in conſcientia perferens, foris alijs, velut Roſa, redoluerit per exemplum, ac tandem ſecundum pietatis fidem thronum gloriæ conſcendere meruerit choris virgineis ſociata, prout clara miraculorum indicia, quæ in terris diuina bonitas operari dicitur, proteſtantur; ne lucerna ſub modio lateat, ſed luceat ad veritatis agnitionem infidelibus, & fidelibus ad fidei fulcimentum.

2 His ſane miraculorum ſignis, ac prodigijs dilecti filij Electus, Clerus, Conſilium, & Populus Viterbienſis merito, quin potius meritorie excitati Nobis humiliter, & humaniter ſupplicarunt, vt fidelium teſtimonia ſuper ipſius nouellę Roſę fragrantia videlicet vitę meritis, & miraculorum aſſertionibus recipi faceremus; ita quod quæ felicitatis potiri creditur pręmijs in Eccleſia triumphanti, in militanti quoque honore congruo celebris habeatur: & quæ glorioſa Dei Virgo coram hominibus claruit, pia innoteſcat Patrona pro hominibus coram Deo.

3 Nos igitur ipſorum laudabile votum fauore beneuolo cupientes proſequi, cum in re tam profundi iudicij tanta expediat maturitatis cautela procedi, vt ijs, qui peruerſitatis hęreticę fermento corrupti, loqui audent mala de bonis, & in electis pingere maculam, vt Eccleſię ſponſę Chriſti ſpecies decoloretur in membris, nullus inſultandi fidelibus aditus relinquatur.

4 Diſcretioni veſtrę, de qua plenā in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper illius Roſę vita, & miraculis teſtes fide dignos, atq; legitimos, quos vndecunq; produci contigerit, coram uobis legitime recipere, & de ſingulis circunſtantijs iuxta interrogatorij formam, quam vobis ſub Bulla noſtra tranſmittimus, prudenter examinare curretis, & ipſorum dicta in ſcriptis redacta, & ſub proprijs incluſa ſigillis in diuerſis locis caute ſeruanda deponere ſtudeatis, donec prędictis Electo, Clero, Conſilio, & Populo Nobis ſupplicantibus, vel motu noſtro ei viderimus requirenda, ut tunc eis inſpectis ſecundum Deum, prout motum noſtrum res clarius nota formauerit, in negotio procedamus. Non obſtante indulgentia, qua tibi fili Prior ſpecialiter, uel Ordini tuo generaliter à Sede Apoſtolica, &c. Datum Peruſij ſeptimo Calend. Decenbris anno decimo. *Idest 25. Nouemb. 1252. Ordinis 32, Extracta ex tom. 2. Vading. ad præfatum annum 1252. num. XIV.*

ALE-

Digitized by Google

ALEXANDER PAPA IV.

ANaghinus Raynaldus Philippi de Comitibus Signiæ filius, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus creatus Neapoli die vigeſimo quinto Natalis Domini Decembris 1254. tranſacto. Vixit annos ſex, menſes quinq; dies quinq; Obijt Viterbij vigeſimo quinto Iunij 1261. in Cathedrali ſepultus. Vnica refertur.

BVLLA VIII.

ALexander IV. Fratres in Ciuitate, & Diœceſi Eſculana ſtatuit non teneri ad officia ſecularia tam publica, quam priuata.

Pia deſideria deuotorum eo debemus benigno fauore proſequi, quo in ipſis Dei gloria, & animarum ſalus noſcitur contineri. Cum itaque vos, ſicut accepimus huius mundi vanitatibus derelictis adhuc exiſtentes corporaliter in terrenis, iam mente in cæleſtibus habitare, ac ſecularia deſideria propter Deum abnegare ſolicite ſtudeatis.

Nos deuotionis veſtræ feruorem in tam pio propoſito feruore ſolicitudine paterna volentes, vt non teneamini recipere publica, vel priuata officia ſecularia, quocunq; nomine cenſeantur contra conſtitutiones veſtras per Sedem Apoſtolicam approbatas, vel contra indulgentias, & priuilegia, ſeu literas vobis ab eadem Sede conceſſas, vobis auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo, &c. Datum Neapoli quinto Calendas Maij anno primo. *Ideſt 27. Aprilis 1255. Ordinis 35.*

Ex tom. 2. Vadingi Bulla 14. ex Reg. Vatic. epiſt. 355.

Idem Alexander prohibet grauari Fratres exactionibus, officijs, aut iuramentis præſtandis Bulla incip. Nimis patenter patientiæ diuinæ. *Datum Anagniæ idibus Iulij, anno 6. Habetur ſub Gregorio IX. tom. 1. eiuſdem Vading. Bulla 1. & hic Bulla eiuſdem, extracta per eundem ex originali in Archiuio Minorum Conuentualium Anconæ ex eodem tom. 2. Bulla 120.*

Digitized by Google

VRBANVS PAPA IV.

IAcobus Pantaleo Gallus de Ciuitate Tricentij, Patriarcha Ieroſolimitanus creatus Viterbii vigeſimo nono Auguſti 1261. Vixit annos tres menſem vnum, dies quatuor Obiit Bononiæ ſecundo Octobris 1264. ibidem ſepultus in Cathedrali S. Laurentii. Duę referuntur.

BVLLA IX.

VRbanus IV. ſcribit F. Manſueto Ordinis Minorum Capellano, & Pænitentiario Papæ, vt Ottonem Gualduccium Piſanum Eccleſiæ perſecutorem ab excommunicatione abſoluat, eo quod vult ingredi Tertium Ordinem S. Franciſci.

1 Ad audientiam noſtram cum quadam iucunditate peruenit, quod modernus ille Saulus videlicet Otto Gualducij Ciuis Piſanus, qui præcipuus erat in Ciuitate Piſana Eccleſiæ perſecutor, in Paulum conuerti deſiderat, ac pro honore ipſius eccleſiæ ſtare conſtanter, & obfirmare cultum aduerſus illos, qui eandem Eccleſiam perſequuntur. Quodq; idem Otto inſpiratus à Domino Ordinem Fratrum de Pænitentia ingredi, ac in eo virtutum Domino relictis ſeculi vanitatibus deſeruire proponit.

2 Nos itaque, qui vices illius in terris gerimus, qui non mortem, ſed vitam appetit peccatorum, volentes eundem Ottonem in huiuſmodi deſiderio, & propoſito confouere, quia in Ciues Piſanos, propter fauorem, quem impendunt Manfredo quondam Principi Tarentinenſi perſecutori eiuſdem Eccleſiæ manifeſto, eſt per Apoſtolicam Sedem excommunicationis ſententia promulgata.

3 Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mādamus, quatenus recepto publice, præſentibus quampluribus bonis viris, religioſis, & alijs, iuramento ab ipſo Ottone, quod ſtabit præciſe mandatis Eccleſiæ, ac noſtris, quæ ſibi ſemel, vel pluries per Nos, vel per alios, quibus hoc committendum duxerimus faciemus ſuper his, pro quibus in præfatos ciues huiuſmodi excommunicationis ſententia lata fuit: Quodq; deinceps præ actum Manfredum non habebit, ac aſſumet in dominum, nullumq; omnino ſibi, ſuiſque nuntijs, & officialibus præbebit conſilium, auxilium, vel fauorem publicum, vel occultum, nec eius recipiet nuntios; quinimmo

Nobis

Digitized by Google

Nobis, & præfatæ Eccleſiæ contra illum ad noſtrum, & nuntiorum noſtrorum mandatum potenter, & patenter aſſiſtet; facias ſuper præmiſſis confici publicum inſtrumentum illud Nobis fideliter tranſmiſſurus. Quibus rite peractis præfato Ottoni iuxta formam Eccleſiæ ſuper præfata ſententia beneficium abſolutionis impendas. Datum apud Vrbem Veterem idibus Iulij anno ſecundo. *Ideſt anno 1263. die 15. Iulij Ordinis 43.*

Extracta ex tomo 2. Vading. Bulla 5. ex Reg. Vatic. Epiſtola 148.

BVLLA X.

Vrbanus IV. Miniſtro cum ſuis Fratribus, & Sororibus Caſtri S. Geminiani diœceſis Vulteranenſis concedit per triennium intereſſe diuinis tempore interdicti.

Pium arbitrantes, & congruum, vt in ijs promptiſſimus ad gratiam, quæ profectum reſpiciunt animarum, illa vobis affectione paterna concedimus, quæ fructum ſalutis æternæ productum ſperamus. Hinc eſt, quod Nos veſtris deuotis ſupplicationibus annuentes, vobis auctoritate Apoſtolica indulgemus, vt non obſtante interdicto, cui Terras Tuſciæ adhęrentes Manfredo quondam Principi Tarentinenſi duximus ſupponendas diuina in Eccleſia veſtra Parochiali, ſi in ea forte ab ipſius Canonicis, ſeu Capellanis ex indulto Apoſtolico celebrantur; alioquin ab aliquo alio religioſo Presbitero in eadem Eccleſia ſimul, & diuiſim audire poſſitis, & Eccleſiaſtica Sacramenta, dummodo diuina ipſa clauſis ianuis, non pulſatis campanis, excommunicatis quoq; & interdictis, & omnibus alijs excluſis, voceq; oppreſſa celebrentur ibidem, ac vos, & huiuſmodi Presbiter cauſam non dederatis interdicto, nec vobis id, & ei contingat ſpecialiter interdici. Præſentibus poſt triennium minime valituris. Nulli ergo, &c. Datum apud Vrbem Veterem tertio nonas Iulij, anno tertio. *Ideſt quinto Iulii 1264. Ordinis 45.*

Extracta ex tom. 2. Vading. Bulla 13. ex Reg. Vaticano Epiſt. 776.

Digitized by Google

NICOLAVS PAPA IV.

F. Hieronymus Eſculanus Fratrum Minorum, Cardinalis Epiſcopus Praeneſtinus, creatus vigeſimo ſecundo, & vigeſimo quarto Februarij coronatus 1288. Sedit annos quatuor, menſem vnum, dies quatuordecim Obijt quarto Aprilis 1292. tumulatus in Eccleſia S. Mariæ Maioris. Sedes vacauit vltra duos annos. Eius dua hic extenduntur.

Iſte Pontifex Regulam à S. Franciſco compoſitam pro ſuis Fratribus, & Sororibus, quos vocauit de Pænitentia approbauit, & confirmauit, à nobis referendam de verbo ad verbum in libro Hiſtoriarum ordinis huius.

BVLLA XI.

NIcolaus IV. Fratribus recipere Minores in Viſitatores perſuadet, non cogit, & illos amplectens facit dignos priuilegijs eidem Tertio Ordini conceſſis, & concedendis, & quod ſibi ex ſuis Miniſtros eligant ex Regula.

1 Vnigenitus Dei filius cuius liuore ſanati ſumus, & ſanguinis fonte regenerati ſolus ſuam fundauit Eccleſiam, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, beatoq; Petro Apoſtolorum Principi æternæ viæ clauigero, cæleſtis, & æterni ſimul imperij iura commiſit diſperſos Iſrael ad ouile ſuum miniſterio Paſſionis inductos ligãdi atque ſoluendi ſibi, & in eo ſucceſſoribus tradito principatu.

2 Quare Romano Pontifici, eiuſdemque Principis in principatu huiuſmodi ſucceſſori: hæ vigiliæ præcipuè, & ſolertiæ ſedulæ ſtudia, & deſideria non vacua imminent ex debito Apoſtolicæ ſeruitutis, vt Eccleſiam ipſam nouo ſemper fœtu multiplicet, & congreget illi gregem, & diſciplinis, & regulis informatam. Nam humanæ naturæ conditio, tanquam vas figuli fragilitati ſubiecta frangitur, & facile reparatur, propterea ſiquidem fideles eiuſdem Eccleſiæ, vt in azymis ſynceritatis, & veritatis alitos vigilanter oportet cauere: ne ſucceſſores eiuſdem principis ordinationibus, vel doctrinis minorando detrahant, vel quoquo modo labijs detractionis obſiſtant, cum ſecundum Apoſtolum ordinationi ſit obuius qui poteſtati reſiſtit.

3 Cum itaque ille glorioſus B. Franciſcus Confeſſor eximius igne charitatis ſuccenſus verbo, & opere Apoſtolorum diſcipulus ad ampli-

Digitized by Google

ampliandam in domo Domini familiam plenus ſpiritu ueritatis conſurgens: ut ambulantium in tenebris pedes eruditionis ſine literis dirigeret in uiam ſalutis ęternę quendam ordinem inſtituerat pœnitentium titulo inſignitum in quo normam tradidit promerendi æterna. Nos ordinem ipſum opportunis fauoribus proſequi, & ad eius augmentum benignius intendentes, ut quod in zelo ipſius confeſſoris extiterit, incrementis augeretur uirtutis: & eiuſdem ordinis profeſſores adiectione noſtrę ſolicitudinis magis ac magis de uirtute proficiant in uirtutem, ordinem ipſum approbando, ordinationes nonnullas ſalutaris perſuaſionis noſtris literis in eodem ordine duximus obſeruandas. Inter cętera eiſdem fratribus paterno conſulentes affectu, ut huiuſmodi normam uiuendi ſequerentur, & ſequendo amplecterentur eandem. Et cum naturalis perſuadeat ratio, & rationi ęquitas acquieſcat, ut prędicti ordinis profeſſores ob ipſius confeſſoris reuerentiam, dilectorum filiorum noſtrorum ordinis Minorum dirigantur, & regulentur doctrina, qui uti iſq; alumnus extitit inſtitutor de ordine ſupradicto fratrum Minorum uiſitatores, & procuratores aſſumere procurent.

4 Verum quia, proh dolor, nonnulli ex ordine prędicto pænitentium, Eccleſię, & confeſſoris eorundem degeneres filij aduerſum perſuaſionem, & conſilium huiuſmodi conſurgentes: non metuūt affirmare, quod huiuſmodi noſtro conſilio acquieſcentes: illos ſecus uolentes ſaluari nequeunt in eodem ordine pęnitentium: nec formidantes pręſumptuoſius agere in hac parte: callidis ſuggeſtionibus ſubuertunt ipſi conſilio adhęrere cupientium uolentes, illudque adimplentes prohibitionibus pręſumptuoſis, & moleſtationibus grauibus perſequendo. Nos pręſumptores huiuſmodi nolentes conniuentibus oculis pertranſire: prohibemus nequis onus huiuſmodi profeſſionis cuiuſcunque conditionis, & ſtatus exiſtat auſu temerario pręſumat impedire, quatenus, omnes dicti ordinis pęnitentium regulam obſeruantes qui huiuſmodi noſtrum cupiunt ſequi conſilium, illud adimpleant, & ſequantur. Decernentes omnino proceſſus contra huiuſmodi noſtrum conſilium adhęrentes habitos, & habendos nullius exiſtere firmitatis.

5 Cęterum quoniam cupimus uehementer huiuſmodi noſtrum ſalubre

lubre conſilium adimpleti: omnes, qui illud ſuſceperint, & adimpleuerint reuerenter, Apoſtolicæ, & noſtræ benedictionis gratiam amplius conſequantur, & gaudeant priuilegijs eiuſdem ordinis penitentium ab eadem ſede conceſſis, & in poſterum concedendis. Impedientes verò quo minus promiſſum adimpleant conſilium, quo ab huiuſmodi impedimento deſiſtant per locorum ordinarios compeſci volumus, & mandamus.

6 Non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs ſub quacumq; forma verborum obtentis, per quæ effectus præſentium poſſet quodammodo impediri. Et inſuper volumus quod huiuſmodi fratres noſtro ſalubri conſilio adhærentes debeant habere miniſtros de ſe ipſis iuxta formam in prædicta regula comprehenſam. Datum apud Vrbem veterem 6. Idus Augusti Pontif. noſtri, anno 3. *Id eſt 8. Auguſti* 1290. *ordinis* 70.

Ex Vadingo tom. 2. *Bulla* 45. *De Sillis fol.* 7. *Rodriq. Bulla* 8. *Monum. fol.* 116. *Firmam fol.* 98. *Specul. fol.* 39. *ab Alua citatis anno* 1290. *num.* 11.

BVLLA XII.

N*Icolaus IV. ſcribit Epiſcopo Florentino, quod reſtituat Fratribus capſam cum Regula, libris, & alijs rebus ablatis, prætextu, quod mutauerant habitum griſeum in album.*

1 Ad audientiam noſtram peruenit, quod licet olim Fratres de Pænitentia Ciuitatis Florentinæ panni griſei coloris habitum deferre conſueuiſſent, ijdem tamen Fratres habitu ipſo dimiſſo album aſſumpſerunt motu propriæ voluntatis. Cumq; nos omnibus Fratribus de Pænitentia modum viuendi, quod Memoriale vocatur, ne Fratres ipſi circa obſeruationem vitæ ſuæ aliquatenus fluctuarent, prout à B. Franciſco fuit traditus, duximus ordinandum, certam eis regulam concedendo, & faciendo earum ſub Bulla noſtra totaliter annotari, Miniſtri dilectorum F. præfatæ Ciuitatis cum multis ex ipſis Fratribus habitu priori reſumpto præfatam regulam, & modum viuendi à Nobis, vt præmittitur, traditos, ac habitum ſecundum Regulam, & Memoriale prædicta ſuſceperunt humiliter, & deuote.

2 Verum tu ex hoc indignationis aſſumens ſpiritum contra eos, non ſolum protectionis tuæ fauorem, quem ipſis conſueuiſti præſtare, ſubtra-

Digitized by Google

ſubtraxiſti eiſdem, ſed nonnullas eis iniurias irrogans, feciſti eis quandam capſam, in qua Regula, priuilegia, inſtrumenta, libri, & quædam res aliæ ipſorum exiſtebant, auferri, inhibendo eis, ne adminiſtrationem gererent quorumdam bonorum, quæ iam à longis temporibus per manus dictorum Fratrum de Florentia mandata ſunt à Chriſtifidelibus in vſus pauperum erogari, ac eos poſſeſſione, vel quaſi iuris adminiſtratione, in qua exiſtebant, & quandiu laudabiliter ſe geſſerant, ſpoliando.

3 Et licet dilectus filius Magiſter Nicolaus Camerarius, & Notarius noſter ex parte noſtra te affectuoſe requiſierit, tibi de ſpeciali mandato noſtro per ſuas literas iniungendo, vt diligenter attendens, quod F. Obſeruatores, & receptores dictæ Regulæ, non debebant vocari Apoſtotæ, ſicut eis in tua præſentia dictum fuiſſe proponitur, ſed potius digni erant ex hoc potiori gratia, & fauore, ac ipſos habens ob noſtram reuerentiam propenſius commendatos, ab eorum moleſtijs, & grauaminibus abſtineres, & ab his tuos ſubditos cohibens, exhiberes te dictis Fratribus in ſuo fauore munificum, & in eorum oportunitatibus gratioſum, ita quod dicti Fratres extunc non haberent de te iuſtam materiam conquerendi. Tu tamen receptis huiuſmodi Camerarij litteris, præceptis ipſius, immo potius noſtris in hac parte aquieſcere non curaſti, quam quam duxeris reſpondendum te velle dictis parere præceptis, & exinde confieri mandaueris publicum inſtrumentum.

4 Cum igitur F. prædicti, qui priorem ſic reſumpſerunt habitum, & Regulam per nos traditam acceperunt, ſtatum nullatenus mutaſſe videantur, & ob hoc iuribus, & libertatibus ſuis priuari non debeant, ſed in eis potius conſeruari, propter quod præmiſſa eis irrogata grauamina Nobis admirationis, & turbationis materiam noſcuntur non immerito attuliſſe, Fraternitatem tuam rogamus, monemus, hortamur attente, per Apoſtolica tibi ſcripta diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus memoratis Fratribus pro diuina, & Apoſtolicæ Sedis, ac noſtra reuerentia te beneuolum exhibens, & benignum, eis ſupra dictam capſam cum Regula, priuilegijs, inſtrumentis, libris, & alijs rebus prædictis, necnon adminiſtrationem prædictam, ſeu poſſeſſionem ipſius, & prædictorum bonorum, quibus occaſione prædicta fuerunt iniurioſe, ac indebite ſpoliati, vt prædicitur, de plano, & ſine ſtrepitu iudicij, & abſq;

difficultate qualibet reſtituere non omittas. Preces, & mandatum noſtrum in hac parte taliter impleturus, quod ſuper hoc non oporteat Nos aliud remedium adhibere, ſed tuæ deuotionis promptitudinem poſſimus exinde merito commendare. Datum apud Vrbem veterem 12. Calend. Octobris anno 4. *ideſt 20. Septembris 1291. Ordinis 71.*

Hanc Bullam ex Vaticano ſub epiſt. 534. extraxit Vadingus, quam repoſuit ad calcem tom. 2. Bulla LX. ſub anno 1291. Epiſcopus ille vocabatur Andreas Madius.

CELESTINVS PAPA V.

PEtrus de Morone Eremita de Oppido Marſari Eſerniæ in Samnitibus Patre Angelerio, creatus Peruſiæ ſeptimo Iulii 1294. coronatus Aquilæ vigeſimo nono Auguſti eodem anno. Sedit menſes quinque dies ſeptem. Abdicauit in die S. Luciæ 13. Decembris 1294. obiit decimo nono Maii 1296. Ferentini in Eccleſia S. Antonii abb. à cunctis maximam veneratur. Duæ imprimuntur.

BVLLA XIII.

CEleſtinus V. eximit Fratres, & Sorores Ciuitatis & Diœceſis Aquilæ ab angariis, præſtitudinibus, & aliis oneribus ſolitis imponi per ſeculares.

Dignum eſſe credimus, vt in ijs nos promptos inueniatis, & faciles, quæ digne vos poſſint à grauaminibus præſeruare. Cum igitur ſicut accepimus, multis grauaminibus, & præſſuris ſitis oppreſſi, ac vos, & veſtrum ſinguli pro rata bonorum veſtrorum mobilia, & immobilia in generalibus collectis, quæ hominibus Ciuitatis Aquilenſis, & diſtrictus ipſius à domino temporali pro tempore imponentur, vos paratos contribuere offeratis. Nos cupientes, vos qui nouiſſima veſtra prouide memorantes, derelictis ſeculi vanitatibus, pænitentiam in corde contrito, & humili ſpiritu agere in domibus proprijs, vel alibi decreuiſtis, eo promptiores, & deuotiores in diuinis laudibus vos reddatis, quo vos liberalius ab oneribus ſecularibus Sedes Apoſtolica præſeruabit, veſtris ſupplicationibus incliuati, vt vos faciatis libere, quod offertis, ad alias

Digitized by Google

alias angarias, præstitudines, vel onera, quæ à ſecularibus exiguntur, minime teneamini, & ad id cogi non poſſitis, inuita deuotione veſtra, auctoritate preſẽtium indulgemus. Nulli ergo noſtræ conceſſionis, &c. Datum Aquilæ 4. nonas Septembris Pontificatus noſtri anno primo. *Ideſt 2. Septembris 1294. Ordinis 74.*

B V L L A I V.

Celeſtinus V. eximit eoſdem, ne in cauſis ciuilibus, & criminalibus ſubſint laicis, ſed tantum Epiſcopo ſuo.

Deſiderijs veſtris in his libenter annuimus, quæ digne vos poſſint à grauaminibus præſeruare. Hinc eſt, quod Nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, vt quandiu parati fueritis coram diæceſano veſtro ſuper ciuilibus, & perſonalibus actionibus ſtare eccleſiaſtico iuri, in ſeculari foro ad cuiuſuis inſtantiam minime teneamini, & ad id cogi à quocumq; non poſſitis inuita deuotione veſtra, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo, &c. Datum vt ſupra.

Vtramq; Bullam accepit Vadingus tom. 2. Bulla 1. & 2. ex Archiuio Aquilæ cuius Ciuitatis quinq; Præfecti Artium cum Camerario dictas Bullas confirmarunt ſub die tertia Nouembris anno 1471. F. Iacobo de Guaſto Miniſtro Fratrum Pænitentiæ, quos Inchordatos Tertij Ordinis S. Franciſci appellat. Idem Vading. ad annum 1294. num. XX. Vide infra Bullas LXVI. & CCXXXII.

B O N I F A C I V S P A P A V I I I.

Caietanus, patria Anagninus, Benedictus Luitfridi filius, Presbiter Cardinalis SS. Silueſtri, & Martini in Montibus creatus Neapoli vigeſimo quarto Decembris 1294. coronatus decimo ſexto Ianuarij 1295. Sedit annos octo, menſes nouem, dies viginti octo. Obijt Romæ undecimo Octobris 1303. ſepultus in Vaticano. Tres dedit impreſſas.

B V L L A X V.

Bonifacius VIII. Fratribus, & Sororibus in partibus Alemaniæ ſuperioris, vbi plures Domus habent, ſub communi vita viuentibus con-

ſedis Capellas, & Oratoria in eiſdem Domibus, cum facultate celebrandi, & recipiendi Sacramenta.

Cupientes cultum diuini nominis ampliari, libenter ea vobis concedimus, per quæ cultus ipſe ſuſcipiet incrementum. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum Nobis, quod vos plures domos, & loca in diuerſis partibus Alemanniæ ſuperioris obtinetis, in quibus ſub communi vita degitis in obſeruantia Ordinis de Pænitentia Beati Franciſci deuote virtutum Domino famulantes, nec adhuc in eiſdem locis, & domibus, Capellæ, ſeu Oratoria ſunt constructa. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, vt Capellas, ſeu Oratoria in domibus, & locis prædictis conſtruere, & in eis diuina officia celebrari facere, ac audire, necnon eccleſiaſtica recipere Sacramenta, ſine iuris præiudicio alieni, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo noſtræ conceſſionis, &c. Datum Anagniæ quinto Idus Iulij anno primo. *Id eſt 11. Iulij 1295. Ordinis 75.*

Hanc ex Vaticano epiſt. 269. extraxit Vadingus tom. 2. regiſtratam ſub Bulla III. Bonifacij VIII. tomo 2. citatur ab Alua ſub hoc anno num. 8. qui ſub num. 20. eiuſdem anni refert ſuppreſſionem conuentus Barchinon. de Pœnitentia incip. Petitio dilectorum *15. Calend. Martij, ex Vaticano. Et ſub anno 1296. num. 34. citat Bullam incip.* Expoſita nobis *16. Calend. Iunij, ex Vaticano pro Fratribus de Pœnitentia S. Ægidij Florentia.*

BVLLA XVI.

B*onifacius VIII. Fratribus, & Sororibus Ordinis Continentium de Pænitentia S. Franciſci per Alemaniam conſtitutis indulget, vt poſſint recipere Sacramenta à Minoribus.*

Deuotionis veſtræ precibus benignum impertientes aſſenſum, auctoritate vobis præſentium indulgemus, vt vos, qui ob reuerentiam Beati Franciſci Cōfeſſoris Ordinis veſtri extitit inſtitutor, iuxta ſalubre ſuper hoc conſilium vobis datum, dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum doctrina dirigimini, & Viſitatores veſtros de ipſis Fratribus noſcimini aſſumpſiſſe, poſſitis ab eiſdem Fratribus, quoties fuerit oportunum corporis Dominici recipere Sacramentum, præterquam in feſto Reſurrectionis Dominicæ, in quo

quæ pro diuinis officijs audiendis, & eodem Sacramento recipiẽdo conſueuiſtis in Parochialibus Eccleſijs conuenire, dictarum Eccleſiarum Parochialium iure ſaluo, Nos enim excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſi quas in vos, ſeu aliquorum veſtrorum contra præſentis noſtræ conceſſionis tenorem fieri contigerit, irritas, & inanes decernimus. Nulli ergo, &c. Datum Anagniæ quinto Calend. Auguſti, anno ſecundo. *Ideſt 28. Iulij 1296. Ordinis 76.*

Ex Vading. tom. 2. Bulla 20. ex Regiſtro Vatic. Epiſt. 317.

BVLLA XVII.

Bonifacius VIII. canonizauit S. Ludouicum Regem Franciæ Confeſſorem, cuius feſtum inſtituit pro die vigeſimo quinto Auguſti, cum elargitione indulgentiarum viſitantibus eius ſepulcrum.

Gloria, laus, & honor Patri luminum, à quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, à cunctis fidei orthodoxæ cultoribus, quorum ſpes tendit ad ſuperos, ſummis & ſedulis deuotionis, & reuerentiæ ſtudijs referatur. Ipſe namq; in miſericordia copioſus, liberalis in gratijs, & in retributione munificus, de ſupremis Cælorum ad ima mundi oculos ſuæ Maieſtatis inflectens, & Benigna Conſideratione diſcutiens, B. Ludouici quondam Regis Franciæ inclyti, ſuiq; glorioſiſſimi Confeſſoris merita grandia, operaq; mirifica, quibus in tempore conſtitutus in ſæculo, ceu lucerna luminoſa reſplenduit, eaq; velut iuſtus Iudex, & retributor laudabilis, dignanter intendens, condignis recompenſare muneribus, eumq; tanquam emeritum, & retributione dignisſimum, poſt vitæ preſentis ergaſtulum, & laborioſa mundi certamina, quæ feruens in diuinis obſequijs potenter, & patenter exercuit, æthereis ſedibus collocauit ut ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat felicitatis æternę dulcioribus poſiturus. Exultet igitur Mater Eccleſia, & ſolemnia feſtiua concelebret gaudiorum, quod tantum, & talem filium genuit, produxit natum, educauit alumnũ iam inter regum glorioſa Cæleſtium agmina rutilantem, lætetur inquam, & iubilet, ac in laudes altiſſimi voces promat, quod ſobolis tam præcelſæ, tam celebris illuſtrata fulgoribus inſignis decorata conſpicitur, quæ honoris attollenda præconijs, ſummæq; Vene-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Venerationis exhibitionis colenda, enucleatius aperit, euidentius explicat, illos ad perennis beatitudinis gaudia, & hæreditatis æternæ participium admittendo, qui prædictam Eccleſiam, Matrem fidelium, ſponſam Chriſti, claris fidei, & operis teſtimonijs profitentur, nulloſq; in ſupernæ Patriæ gloriam, niſi per eius vt pote Cælorum Clauigeri Miniſterium Virtuoſum oſtijs reſeratis altiſſimis introire. Gaudeant incolarum Turbæ Cæleſtium, de tam ſublimis, tam lucidi habitatoris aduentu, quodq; ipſis, expertus probatuſq; fidei chriſtianæ colonus, Cultorumq; præcipuus aggregatum: Perſonet lætitiæ iubilum Ciuium generoſa nobilitas ſupernorum, quod tanti taliſq; concinis ſuſcepiſſe dignoſcitur adiectiuum, ac venerabilis ſanctorum lætus gaudio, & exultatione refloreat, de noua digniſſimi adhibitione Conſortis. Exurge itaque concio fidelium numeroſa, exurgite filij zelatores, & vna cum eadem eccleſia, laudis vberis hymnum concinite. Perfundantur imbre copioſo lætitia veſtra præcordia, & fecundo rore dulcedinis arcana pectoris repleantur de tanta, & tam potentis, & egregij principis exaltatione terreni, ſpei cuctiſſimæ plenitudine præconcepta, quod nobis, de condigna terrenorum Compatriota Cæleſtium iam effectus apud æterni Patris filium efficax Patronus accreuit, qui pro ſalutis noſtrę profectibus iam in eius præſentia poſitus, ſolertis exercet officium oratoris. Porro quis poſſet amplo famine præpotens, quis diſertus quantumlibet, aut eloquentiæ nitore coruſcans, ſufficienter exprimere præcelſa ſanctitatis inſignia, & multiplicum excellentiam meritorum, quibus B. Ludouicus præditus in terris conſtitutus effulſit? cum eo plura de ipſius laudabilibus actibus referenda ſe offerant, quo plura calamus exprimit, pandunt labia, lingua pangit, ſed ne ipſorum actuum claritas ſub nubilo lateat, & tenebris obducatur, dignum duximus vt de illis aliquid ſermo noſter aperiat, & deducat in publicam notionem.

§. 1. Hic profecto clariſſimus genere, ſublimis potentia, facultatibus opulentus, præcelſus Virtutibus, Moribus elegans. Conſpicuus extitit honeſtate, inhoneſtis, & turpibus à ſe penitus relegatis. Nã ſic pudicitiæ adhæſit operibus, ſic carnis ſtuduit euitare contagia quod (ſicut habet certa Credulitas plurimorum) niſi ei nexus acceſſiſſet vxoris, candore virgineo rutilaſſet, longo quippe tempo-

ris

tis ſpatio prædicti Regni regimini præfuit eiuſq; gubernacula plena curis, prouida circumſpectione direxit. Nulli noxius, non iniurioſus alicui, nemini violentus, iuſtitiæ limites ſummopere ſeruauit, & coluit, ęquitatis tramitem non relinquens, peruerſorū conatus nefarios pœnæ debitæ Mucronae compeſcuit, malorum molimina conterens, prauorum illicitos auſus fræuans, pacis zelator eximius, feruidus amator Concordiæ, Promotor extitit ſollicitus vnitatis, diſſidia fugiens, vitans ſcandala, diſſenſiones abhorrens; propter quod ſui felicis regiminis tempore, ſedatis vndiq; fluctibus, ſubductis noxijs, turbinibus profugatis, regni eiuſdem incolis aurora dulcis lux tranquillitatis illuxit, lætaq; ſerenitas votiuæ proſperitatis arriſit.

§. 2. Et vt de vita ipſius aliqua referamus, licet illa quo maiori diſpoſitione diſcutitur, examine indagatur eo referentis afferat guſtui plus dulcioris, menteſq; delectet obnoxius auditorum. Ab incūtis ætatis primordijs Dei filium tenera mentis affectione dilexit nec diligere deſijt ſtudia continuando ſalubria, dum vitæ ſibi commoditas affuit temporalis; ſed quanto maiori profecit ætate, ac in tempora prolixiora proſilijt, tanto eius exarſit amore, feruore ſpiritus ampliori.

§ 3. Hic quidem cum eſſet annorum duodecim, paterno deſtitutus auxilio, ſub. clar. mem. Blancæ Reginæ Franciæ Matris ſuæ cuſtodia, & gubernatione remanſit, quæ circa diuina obſequia feruenter intenta, eum prudenter dirigere, ac diligenter inſtruere ſatagebat, vt ad præfati Regni regimen, quod ſuæ directionis expetere prouidentiam noſcebatur dignus, & ſufficiens fieret, idoneus haberetur.

§. 4. Cumq; per incrementa temporum idem Rex ętatis annum quartum decimum attigiſſet, prædicta regina illi magiſtrum proprium deputauit, qui eum ſcientiā litterarum imbueret, ac bonis moribus informaret, ipſeq; Rex ſub eiuſdem magiſtri ferulā poſitus ſic ei obediens, & reuerens exiſtebat, ſicq; illius recipiebat humiliter diſciplinam, quod ſuperna præuentus gratia, profecit laudabiliter in vtriſq; circa diuina ſic intentus officia, vt nequaquam ipſorum auditione contentus exiſteret, niſi ea quæ coram ſe die noctuq; à ſuis faciebat Clericis ſolemnitet celebrari ab ipſo cum eorum aliquo attentius dicerentur.

§. 5.

Digitized by Google

§.5. Demum ſucceſſu temporis in anno vigeſimo conſtitutis, & quadam ſibi ægritudine ſuperueniente grauatus à Pariſieñ. & Maldeñ. Epiſcopis aſſiſtentibus tunc eidem, viuificæ Crucis ſignaculum in Terræ Sanctæ ſubſidium ſibi cum multa inſtantia petijt exhiberi, & licet hoc ei, rationabili cauſa moti, præfati diſſuaderêt Epiſcopi, ipſe tamen vt pote feruens ſpiritu erga Dominum, eiq; votis ardentibus famulari deſiderans, illorum ſalubriter diſſuaſionibus non admiſſis, ſignum huiuſmodi de manu præfati Pariſieñ. Epiſcopi cum multa lætitia, & exultatione ſuſcepit, prælatis, nobilibus, & militibus pluribus ſignum ipſum aſſumentibus cum eodem.

§. 6. Et tandem amplo præparato nauigio, factiſq; apparatibus alijs quæ in talibus requiruntur cum trigeſimum quartum annum attigiſſet ætatis, in prædictum ſubſidium transfretauit; N. conſortem & quondam Robertum Atrebateñ, Alphonſum Pictauiæ, & clar. mem. Carolum Regem Siciliæ; tunc Andegauiæ Comites, fratres ſuos dum adhuc viuerent, ſecum ducens, multa, grauiaq; pericula, quæ ſolent æquoris fluctus infligere ſuſtinendo.

§. 6. Cumq; ad partes illas ingenti circumfultus potentia perueniſſet, & habito de Ciuitatis Damiatæ captione Triumpho proceſſiſſet vlterius, generali quaſi totius eiuſdem exercitus ſicut domino placuit, ægritudine ſubſecuta, & alijs diuerſis vrgentibus, præfatus Rex cum toto fere exercitu ſupradicto in N. Soldani, & Saracenorum manus, ac potentiam incidit, multa opprobria, multaſq; iniurias, quæ inferentium fœda conditio adaugebat, patienter, & humiliter tolerando, præfato Roberto Comite pro fide Chriſti ab illis immaniter interempto.

§. 8. Poſtmodum autem habito cum Soldano tunc viuente tractatu de iam dictis Rege, & exercitu liberandis, maxima interueniente pecuniæ quantitate, ipſoq; Soldano occaſione huiuſmodi à Vaſſallis proprijs interfecto, Saraceni, qui eius Dominium vſurparant, ad pecuniam anhelantes eandem, cum multa inſtantia poſtulabant, vt in conuentionibus ordinatis concorditer inter Partes iureiurando firmandis adderet, quod niſi ipſi pacta ſeruarent omnino Machomettum, quem colunt, vt dicitur, denegarent, ac idem Rex in ſuo ſimiliter adijceret iuramento, quod & ipſe Dei negaret filium, ac extra fidem eius exiſteret, ſi conuentiones prædictæ

Digitized by Google

dictæ ab eo minime ſeruarentur. Quod præfatus Rex abominans, id efficere conſtantiſſime recuſauit: quin potius quadam indignatione commotus patenter aſſeruit; Quòd talia tam nefanda ſuis labijs aliquatenus non proferret, neque in tam veſanam, & reprobam prorumperet negatiuam: quamuis ad id iam dicti Pictauiæ, & Andegauiæ Comites, alijque tunc plurimi circumſtantes inſtantiſſime ſuaderent, cum exinde ſibi, cæteriſque Chriſticolis mortis periculum veriſimiliter imminere conſpicerent: præſertim cum hoc ageretur cum illis, qui ſicut præmittitur, Soldanum prædictum occiderant, eius ſibi dominium vſurpantes, ipſique Regi apertius diceretur, quod niſi in actum produceret, quod petebãt, ipſum, & ſuos crucifigere non differrent: ipſius Regis ad hæc intrepida firmaque reſponſio eſt ſecuta, quod ſi Saraceni prædicti eius corpus occiderent, ipſius tamen animam non haberent.

§ 9 Sanè cum iam dicti Paſſagj tempore poſt conflictus diuerſos, & varios, validæ famis inædiam, graues penurias, diraque vulnera, quæ Fideles Chriſti pertulerant, eodem Rege tunc temporis fluxum ventris, & ægritudine alias patiente, Chriſtianus reuerteretur exercitus Damiatam: Rex ipſe nolens illum omnino deſerere, ſed eius potius clementer intendens communicare laboribus, & participare periculis, quæ tunc ex veriſimilibus poterant coniecturis timeri, illuc redijt cum eodem: contra Saracenorum rabiem truculentam, inſultusque nefarios, ſibi efficax defenſionis impendendo præſidium, vt ab huiuſmodi hoſtium ſceleſtis inſidijs ſeruarentur. Et tandem, cum Saracenorum ipſorum aſtuta nequitia, & doloſa calliditas, tam grandi bellantium copia Chriſtianum circumdediſſet exercitum, valida tunc, ſicut præmittitur, infirmitate detentum, ipſumque tam grauiter inuaſiſſet, quod Regem, & exercitum ſupradictos oportuerit ſe præfatis reddere Saracenis, ac idem Rex, niſi facto voluntatis libitum obſtitiſſet, per nauis tũc promptæ potuiſſet euaſiſſe ſuffragium, ſibique hoc plurimi, magnique præſentes inibi ſuaderent: ipſe tamen propter nimiæ Charitatis ardorem, quo vehementius æſtuabat, volens potius periculis corpus exponere, vt Chriſtianus populus ſeruaretur illæſus, licet Saracenorum notitiam ipſius debilitas non lateret exercitus, nec Saracenorum exiſteret ignota potentia Chriſtianis: euadere noluit, remanentibus cæteris vinculo captionis aſtrictis:

apertius aſſerendo, quod militiam, quam ſecum duxerat, ſecum, ſi poſſet, reducere intendebat, vel capi, ſeù mori pariter cum eadem.

§ 10 Cumque inter Regem, & Chriſtianos, ac Saracenos prædictos, de ipſorum Regis, & Chriſtianorum, ſicut ſuperius eſt expreſſum, liberatione tractatus habitus, & conuentionum ſubſecuta ordinatio extitiſſet: Saraceni pro quadam parte pretij redemptionis huiuſmodi, quæ ſoluenda reſtabat, ſecuritatem habere plenariam intendentes, in electionem ipſius Regis totaliter poſuerunt: vt vel ipſe liberaretur à carcere, remanentibus cæteris Chriſtianis in vinculis, donec huiuſmodi ſolutio perfecta ſuccederet; vel quod idem in carcere remaneret, Chriſtianis ipſis omnimode liberatis. Præfatus Rex ſuper hoc promptum, nec dilatum reſponſum præbuit: Quod ipſe, quouſque ſolutionis huiuſmodi proueniret integritas, remanere in carcere intendebat, Chriſtianis alijs libertati priſtinæ reſtitutis: quanquam præfati Alphonſus, & Carolus, ac alij viri Nobiles, tunc aſtantes expreſſe dicerent, & profiterentur apertius, quod in hoc nullatenus conſentirent: ſupplici adijcientes inſtantia, quod potius Rex ipſe recederet, alijs minime abſolutis: Rege ipſo firmiſſimè replicante contrarium, nec aſſentiente ſermonibus eorumdem. Et tandẽ Rege, & cæteris captiuis eiſdem plenæ redditis libertati, dictoque Alphonſo pro eiuſdem ſolutionis perfectione facienda obſide dimiſſo: Præfatus Rex de galea, in qua erat, egredi noluit, donec ipſius ſolutionis defectus extitit adimpletus, dictuſque Alphonſus ad eius præſentiam redijt; ac omnes etiam Chriſtiani, quos in propinquo carcere detinebant incluſos, quoſque in Babyloniam manus inimica non traxerat, libertati à vinculis, ac illi etiam, qui tunc in Damiata ſimiliter tenebantur, fuerunt in nauibus collocati.

§ 11 Demum præfatus Rex cum eodem liberatus exercitu ad Ciuitatem rediens Aconenſem, moramque inibi fermè per quinquennium contrahens, tamquam feruidus ſalutis humanæ amator, multorum Agarenorum mentes, duras quantumlibet, non ſolum ſalubris eloquij ſuaſione, ſed etiam exemplo vitæ laudabilis, conuertit ad Dominum: ipſos faciens, ad laudem Diuini nominis, & exaltationem Catholicæ fidei, honorificè baptizari: eos donis proſequendo largifluis, & gratioſis fauoribus confouendo.

§ 12 Multoſque milites, & alios Chriſtianos redimi faciens, eis de muni-

munificentia Regia, tàm veſtes, quam cætera neceſſaria victui, prout ſingulorum ſuadebat conditio, miniſtrabat.

§ 13 Muros quoque, ſeù Mœnia Ciuitatum, & Caſtrorum quam plurimorum, quæ in illis partibus à fidelibus tenebantur, fecit reparari ſolemniter, eaque firmiter muniri, & integrè, prout neceſſitas exigebat.

§ 14 Verùm prędictus Rex proceſſu temporis, intellecto, quod matrē eius mors amara ſubtraxerat, & eidem Regno periculum immineret, de Procerum ſuorum conſilio, ad Regnum Franciæ remeauit: nunc ſanctitatis inſiſtens operibus, nunc Monaſteria, & Hoſpitia pauperum, nunc domos alijs diuinis obſequijs dedicandas, quæ longum eſſet enarrare per ſingula, conſtrui faciendo, eis de bonis proprijs amplis dotibus deputatis: nunc etiam infirmos, & debiles in diuerſis Monaſterijs, & Xenodochijs decumbentes perſonaliter viſitans, ipſos verbis conſolatorijs confouebat, eis manibus proprijs flexo genu potus, & cibaria miniſtrando.

§ 15 Cumque in Monaſterio Regalis Montis, Beluacenſis Diæceſis, quod idem Rex opere plurimum ſumptuoſo conſtruxit, ac dotibus decorauit eximijs, Monachus quidam Leodegarius nomine, moraretur: quem adeo lepræ morbus inuaſerat, quod abominabilis, & deſpectus quam plurimùm manebat, ſegregatus ab alijs, in quadam Camera poſitus Monaſterij memorati: cuiuſque oculi ob grauis infirmitatis pondus, ſeù malitiam iàm conſumpti, nihil omnino videbant, eorum foraminibus, ſeu locis, rubeis, & horridis iàm effectis; quique naſum perdiderat: eius tumefactis non modicum labijs, & profunda ſciſſura deſtructis: ac idem Rex eum, præſente dumtaxat Abbate Monaſterij ſupradicti, perſonaliter viſitaret, ipſumque ſumentem cibum, vt poterat, inueniſſet: præfatus Rex premiſſo benignæ ſalutationis alloquio, flexit genua coram ipſo, & ſcindens manibus proprijs carnes eidem appoſitas, bolos in os eius ſtudioſiſſime immittebat: & huiuſmodi non contentus obſequio, allatis eius iuſſione dapibus Regalibus, de ipſis eidem Monacho miniſtrabat, loci, aut ægri qualitatem horribilem non euitans, eodem Abbate vehementi ſtupore concuſſo, quod tanti ſublimitas Principis talibus quantumcumque ſalubribus inuolui ſtudijs, ac ſeruitijs poterat occupari.

§ 16 Præterea cum dictus Rex Hiſpitale Compendienſe ingreſſus

ad impendendum humanitatis obſequium infirmis in illo degentibus, & iam feſſus non modicum ex labore infirmum quendam iuxta ſe poſitum conſpexiſſet morbum, qui Sancti Eligij dicitur, patientem, & flexis genibus coram ipſo, morſellum piri remoto cortice poneret in os eius, ſanies de illius naribus defluens fœdauit turpiter manus Regis: qui pie, benigneque id tollerans, nec in aliquo exinde immutatus, lotis illicò ſuis manibus, ſalubre, quod incohauerat obſequium, diligenter eſt proſecutus.

§17 His circa ſeruos Chriſti, ac pauperes, atque miſerabiles, & deiectas perſonas valde compatiens, ſe ipſis in eleemoſynarum largitione munificum exhibebat. Virginibus inſuper, quibus inopia effectum maritalis copulæ denegabat, ne illas in carnis lubricum labi contingeret, de dotibus congruis prouidebat illis de bonis Regalibus: laudabiliter, & ſalubriter expenſum reputans, quod in eleemoſynas, & alios pios vſus conuerti pro tempore noſcebatur.

§ 18 Hic prædicationibus, & alijs propoſitionibus verbi Dei attentum accommodabat auditum: non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis ſtudioſus. Abhorrebat hereticæ prauitatis macula infectos: ne fidei Chriſtianæ cultores labe huiuſmodi contagionis inficerent, de Regni prædicti finibus efficacibus ſtudijs expellendo; ac alias circa Statum eius prouidendo ſollicite: vt ab ipſo fermentis talibus prorſus excluſis, in eo Fidei prædictæ ſynceritas rutilaret.

§ 19 Cum vero aliquibus partibus dicti Regni ob ſterilitatem, ſeù malitiam temporis victualium careſtia imminebat: ſtatim de ipſa rumoribus intellectis, certam illuc ſummam pecuniæ, pro vt ipſarum exigebat qualitas partium, per fidelem mittebat nuncium inter pauperes diuidendam.

§ 20 Hic profectò humilitate ſublimis, ſublimitate humilis: in apparatu, & veſtibus, quas frequenter pauperibus erogabat, poſt primum potiſſimè de vltra marinis partibus reditum, ſummæ humilitatis inſignia demonſtrauit. Nec enim aureis, vel argenteis ornamentis non regalibus veſtibus, non varijs, vel griſeis, ſed alijs humilibus pellibus vſus fuit: ſæcularibus pompis à ſe pænitus abdicatis.

§ 21 Et ne feruorem ſpiritus ſociæ carnis ardor extingueret, ſed mortificatione, ac repreſſione illum potius accendi contingeret, altiuſque

uſque ſuſtolli, carnem ipſam quaſi aſſidui aſperitate cilicij, prout aſſeritur, edomans, effrenæ ipſius libitum arctæ abſtinentiæ freno coercuit, eiuſque nexibus alligauit: vt non voti proprij ducta libidine, non ſui deſiderij directa remigio, ſed ſalubri moderamine ſpiritus tute ad licita pergeret, prouidè ab illicitis abſtineret. Diſtrictis etenim corpus atterebat ieiunijs: priſcorum obſeruantiæ à Sanctis Patribus ordinatæ nouorum auſteritatem adijciens, ſibi motu propriæ voluntatis indictam. Nam per totum Quadrageſimale tempus, & quadraginta dies feſtum Natalis Domini præcedentes, & omnium feſtiuitatum vigilias, necnon, & quatuor tempora, quæ Catholica indicit Eeclesia, in ieiunijs, & orationibus exiſtebat: delicioſis, & curioſis cibarijs, vſui proprio pænitus interdictis. In feſtiuitatum vero Virginis glorioſæ, & Natalis Domini memorati vigilijs, & ſexta feria maioris Hebdomadæ, ieiunium obſeruabat: panis, & aquæ dumtaxat modica ſubſtentatione contentus. Quolibet etiam die Veneris Quadrageſimæ ſupradictæ, ac totius Aduentus, ab eſu piſcium abſtinebat. Multis preterea vigilijs ſe occupans, ne aliqua ſibi hora temporis inutiliter pertranſiret.

§ 22 Poſt eius reditum ſupradictum non in pluma, vel paleis iacuit, ſed ſuper ligneum lectum portatilem, materatio ſimplici ſuperiecto, ſtramine nullo ſuppoſito decumbebat. Hic inſuper vitę puritate prelucidus, ſyncerus veritatis amicus extitit, hoſtiſque duriſſimus falſitatis. Cuncta quoque ipſius eloquia, ſalutis augumentum, operaque ſalubria hortabantur; demulcebant auditorum prçcordia, & in eorum edificationem multipliter redundabant.

§ 23 Cumque ad incrementa Catholicę fidei, & liberationem celerem Terrę Sanctę votis ardentibus anhelaret, in ipſius terrę ſubſidium aſſumpſit denuo ſignum Crucis. Et deinde potenti, ac valido congregato nauigio copioſa, & ſtrenua comitiua ſuffultus, cum ipſo Pictauię Comite, ſuiſque liberis, & clarę memorię Regina Nauarrę ipſius Regis Filia, quę in reditu debitum naturę perſoluit: ad partes rurſum ſe tranſtulit trans marinas, Carolo qui tunc moram in partibus Italię contrahebat, Regis memorati veſtigia ſubſequente; ac tandem ad partes Tunicij felici greſſu perueniens, inibi de Magnatum ſuorum conſilio caſtra fixit, & aduerſus Saracenorum incurſus exercens potentię ſuę vires, grauiſſimas

mas ob labores innumeros, quibus premebatur aſſidue, infirmitates incurrit. Qui diebus lapſis aliquibus, infirmitatum ipſarum violentia ſuperatus, Sacramenta Eccleſiaſtica cum ſumma deuotione recepit, ac inſtante ſibi veriſimiliter hora mortis, Oratione pro exercitu Chriſtiano pręmiſſa, ſuam Domino deuotis precibus animam recommendans, ac literaliter exprimens verba ſequentia videlicet: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*, feliciter migrauit ad Chriſtum, ſupernis delicijs fruiturus.

§ 24 Verum cum vitę huius fructus curriculis veriùs viueret, quàm cum vixiſſet, noluit Altiſſimi Filius, quem idem tota mentis affectione dilexerat, tam deuoti Principis, tantique propugnatoris fidei orthodoxæ mundo ſupprimi ſanctitatem, vt quemadmodum meritorum pluralitate præfulſerat, ſic miraculorum diuerſitate clareſceret, & qui cum pleniſſima deuotione coluerat, iam ſecum in Cœleſti Palatio collocatus venerabiliter coleretur. Nam contractis artuum extenſione ſubuenit: curuis terram fermè tangentibus facie plenam reſtituit, eorum ſurſum erectis vultibus ſanitatem: Strumoſis beneficium liberationis impendit. Mulierem quãdam, cuius brachium aridum, & omnino impotens exiſtebat, ab infirmitate huiuſmodi liberauit. Quidam quoque, cuius velut emortuum pendebat brachium per eiuſdem Sancti virtutem gratiam curationis obtinuit: compluribus paralytico morbo percuſſis, & alijs, qui diuerſis languoribus tenebantur, plena reddita ſoſpitate: cæciſque viſu, ſurdis auditu, claudis greſſu, iſtius inuocato nomine reſtitutis. His, & compluribus alijs Sanctus ipſe coruſcauit miraculis glorioſus: quorum ſeriem præſentibus non duximus inſerendam.

§ 25 Gaudeat itaque Domus inclyta Franciæ, quæ talem, ac tantum Principem genuit, per cuius merita ſublimiter illuſtratur. Lætetur deuotiſſimus Franciæ populus, quod tam electum, tam virtuoſum dominum meruit obtinere. Exultent Prælatorum, & cleri præcordia, quod præfatum Regnum tam claris miraculorum ipſius Regis inſignijs propenſius decoratur. Iocundentur & procerum, magnatum, nobilium, & militum pectora, quod per ſanctiſſima opera dicti Regis, eiuſdem Regni ſtatus honoris multiplicis prærogatiua ſuſtollitur, & quaſi ſolis radijs eluceſcit.

§ 26 Cœterum, quia quos ſuperni Regis clementia corona gloriæ in

Cœlo

Digitized by Google

Cœlo magnificat, deuote à fidelibus in hac terreſtri patria conuenit venerari; Nos de ſanctitate vitæ, ac miraculorum veritate ipſius Beatiſſimi LVDOVICI curioſæ, ac ſolemnis inquiſitionis diligentia, & diſtricti examinis diſcuſſione premiſſa, plenariam certitudinem obtinentes, ipſum de communi Fratrum noſtrorum, & Prælatorum omnium, tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtentium conſilio, & aſſenſu, die Dominica, tertio Idus Auguſti Sanctorum Catalogo duximus adſcribendum.

§ 27 Ideoque vniuerſitatem veſtram monemus, & hortamur attente, vobis per Apoſtolica ſcripta mandantes: quatenus in craſtino Beati Bartolomei Apoſtoli, cum felix ipſius anima tunc de carnis eruta vinculis aſtra petens, cæleſtem aulam adiuerit æternis gaudijs potitura: Feſtum ipſius Sancti deuote, ac ſolemniter celebretis, & faciatis per veſtras Ciuitates, & Diœceſes à Chriſtifidelibus veneratione congrua celebrari: vt eius interuenientibus precibus, & hic ab imminentibus poſſitis liberari periculis, & in futuro ſalutis perpetuæ præmium obtinere.

§ 28 Vt autem ad venerabile ſepulchrum ipſius feruentius, & copioſius fidelium confluat multitudo, ac celebriùs eiuſdem ſolemnitas peragatur: omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui reuerenter illuc in eodem Feſto annuatim acceſſerint eius ſuffragia petituri, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi vnum annum, & quadraginta dies: accedentibus verò annis ſingulis ad prædictum ſepulchrum infra eiuſdem Feſti octauas quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer relaxamus. Datum apud Vrbem Veterem tertio Idus Auguſti Pont. Noſtri anno tertio. *Ideſt vndecimo Auguſti, anno 1297. Ordinis 77.*

Extracta ex Bullario Romano, Bulla huius 6. ex Vadingo ad hunc annum 1297. num. 21. ex Pico fol. 286. lib. Le glorie di S. Luigi Rè di Francia *Placentiæ impreſſum, Ranutij Pici Secretarij Sereniſſimi Ducis Parmæ.*

CLEMENS PAPA V.

Beltrandus Archiepiſcopus Burdegalenſis Gallus, Prouincia Aquitanus in Oppido Agri Burdegalenſis natus patre Betaldo de familia Gotha, creatus Peruſij ſeptimo Iulij, coronatus Lugduni duodecimo Nouembris 1305. *Sedit annos quatuor, & menſes nouem. Obijt Auenione vigeſimo Aprilis* 1314. *ſepultus in ædicula B. M. de Vzeſta. Vacauit Sedes vltra duos annos. Duas prælo expoſui.*

BVLLA XVIII.

Clemens V. concedit indulgentiam quatuordecim quadragenarum audientibus etiam non Fratribus in Congregatione Regulam Tertij Ordinis S. Franciſci.

Eſſendo già Noi per vera inſpiratione, & illuminatione dello Spirito Santo con tutto l'animo noſtro inclinati, & pronti ad aiutar, & fauorire i luoghi pij, liberamente concedendo à loro gratie, e priuilegi particolari, e ſpecialmente alli da Noi diletti Fratelli, e Sorelle del Terz'Ordine di S. Franceſco, doue ſi trouino, nel qual Ordine ſi fanno veramente molte opere buone, che conferiſcono alla ſalute dell'anime, riceuendo il mondo per riſpetto loro molto lume di boni eſempij.

A particolar inſtanza della Religione, & del noſtro diletto F. Nero Piſano Gentilhomo Nobile delli Continenti di Perugia loro Miniſtro, & di F. Giouanni Romano noſtro Elemoſiniero, Miniſtro parimente delli detti Fratelli Continenti di Roma, & ad exaltatione, & honore di queſto Ordine. A tutti i Fratelli, e Sorelle Cõtinenti per vigore delle preſenti lettere, ſia manifeſto, e chiaro, che ogni volta, che tutti, ò la maggior parte di loro ſaranno congregati, quando ſi leggerà la Regola, ouero di quella ſi farà memoria, concediamo il pietoſo fonte della gratia, e liberalità diuina, conſiderato il merito loro, quattordeci quarantene d'Indulgenza ogni meſe, che ſi leggerà la detta Regola. Et queſto non ſolamente alli detti Fratelli, e Sorelle, che ſi troueranno preſenti, ma ancora à quelli, che non ſaranno del medeſimo Ordine, che l'vdiranno leggere, ouer di quella predicare. Data in Burdeos alli otto di Maggio, l'anno ſecondo del noſtro Pontificato. *Fuit anno Chriſti* 1307. *Ordinis* 87.

Hanc

Digitized by Google

Hanc Bullam reſcripſi ex par. 2. Cronicorum Marci Vlixiponentis, in fine totius illius voluminis. Refertur etiam à Hieronymo Combono in Regula Tertij Ordinis vulgari idiomate fol. 22.

Hac Indulgentia adhuc viget, quia Paulus V. in ſua incip. Romanus Pontifex 21. *reuocauit tantum Indulgentias conceſſas à ſuis prædeceſſoribus regularibus Ordinibus, inter quos tunc nec nunc connumeratur Tertius Ordo, vt inſtitutus à S. Franciſco. Vſus ſum vulgari lingua, quia latinam inuenire non potui.*

BVLLA XIX.

Clemens V. oblatam ſibi Regulam à Fratribus confirmatam per Nicolaum IV. in forma ſpecifica approbat, ne quis deinceps ambigat ſuper eius exiſtentia.

1 Tenorem cuiuſdam priuilegij felicis recordationis Nicolai Papæ IV. prædeceſſoris noſtri dilectis filijs Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum Minorum de Pænitentia conceſſi per nos viſi, & diligenter inſpecti de dicto originali ſumptum, vt de ipſo in poſterum certitudo plenior habeatur præſentibus fecimus annotari, quia talis eſt. Nicolaus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei dilectis filijs Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pænitentia tam præſentibus, quam futuris in perpetuum.

2 Supra montem Catolicæ fidei, quam populus gentium, qui ambulabat in tenebris diſcipulorum Chriſti ſincera deuotio igne caritatis exeſtuans verbo ſolicitæ prædicationis edocuit, quamq; Romana tenet, & ſeruat Eccleſia ſolidum Religionis Chriſtianæ poſitum noſcitur fundamentum nullis vnquam concutiendum turbinibus, nullis quaſſandum fluctibus tempeſtatum. Hæc enim eſt tota, veraq; fides, abſq; cuius conſortio nemo in conſpectu Altiſſimi acceptus redditur, nemo gratioſus occurrit, hæc eſt, quæ ſalutis ſemitam præparat, & felicitatis æternæ præmia grandia pollicetur.

3 Ideoq; glorioſus Chriſti Confeſſor Beatus Franciſcus huiuſmodi Ordinis inſtitutor viam accedendi ad Dominum verbo pariter, & exemplo demonſtrans in ipſius ſinceritate fidei ſuos filios erudiuit, eoſq; illam profiteri conſtanter tenere firmiter, & opere voluit

adimplere, vt per eius ſemitam ſalubriter incedentes mererentur poſt vitæ præſentis ergaſtulum æternæ benedictionis effici poſſeſſores.

4 Nos igitur Ordinem ipſum oportunis fauoribus proſequi, & ad eius augmentum benignius intendentes, ſtatuimus, vt omnes quos ad ſeruandam huiuſmodi vitę formam aſſumi contigerit, atque aſſumptionem, ſeu receptionem ipſorum, &c. *Tota Regula inſeritur, & demum Papa concludit ſic.* Datum Auinione tertio Calendas Septembris anno quarto. *Id eſt 30. Auguſti 1308. Ordinis 88.*

Hanc Bullam ſub num. 20. refert. Vadingus tom. 3. extractam ex Epiſtola 391. Vaticani.

IOANNES PAPA XXII.

Iacobus de Oſſa Gallus Caturcenſis in Aquitania patre Airnaldo cognomine Deüſa Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, & S. Rufina, creatus Lugduni ſexto Auguſti, coronatus die quinto Septembris 1316. Sedit annos decemocto, menſes tres, dies vigintiocto. Obijt Auenione die quarta Decembris 1334. ſepultus in Cathedrali S. Maria de Donis. Habuit contra ſe Antipapam F. Petrum de Corbario Ordinis Minorum, qui pœnitentia poſt triennium ductus abdicauit ad pedes veri Pontificis. Quatuor eius Bullæ.

BVLLA XX.

1

Ioannes XXII. ſcribens ad omnes Prælatos declarat Fratres, & Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci, de Continentia ſeu Pœnitentia nuncupati non comprehendi ſub conſtitutione lata contra Beguinas in Concilio Viennenſi damnatas.

Ioannes XXII. edidit Bullam incip. Sancta Romana, *contra Fraticellos, ſeu Fratres de paupere vita, qui ſuos errores ſub prætextu, quod eſſent Fratres de Tertio Ordine, Pontifex oſtendit, illos non eſſe de Tertio Ordine, cum huius inſtitutum non ſequantur. Habetur in iure communi inter Extrauag. huius Pontificis ſub tit. de Relig. domibus, ideo omittitur quam citat de Sillis fol. 14. Alua ad annum 1317. num. 35 habetur originale in cõuentu Aracæli Romæ, Firmam fol. 33. Specul. fol. 17.*

Digitized by Google

1 Et ſi Apoſtolicæ Sedis auctoritas tueri debeat, quæ apud ipſam meruerunt approbationis præſidio communiri, ad iura tamen dictæ Sedis ſpecialius pertinere dignoſcitur, vt Religionis, per quã ad diuini nominis laudem tenditur, & ſalus fidelium impetratur, ſtatus per Sedem approbatus eamdem inuiolabiliter perſeueret, Religionem huiuſmodi approbatam manutenere fauorabiliter, efficaciter defenſare, ita quod impugnationis cuiuslibet ceſſante turbine, perſonæ Religionis eiuſdem liberis, clariſq; mentibus vacare valeant, diuinis beneplacitis exequentes.

2 Sane dilecti filij Miniſter, & Fratres Ordinis Minorum nuper in noſtra, & Fratrum noſtrorum præſentia fecere proponi, quod licet Tertius Ordo Fratrum, & Sororum, qui continentes, ſeu de Pænitentia nuncupantur à Beato Franciſco inſtitutus, & à Sede præfata iamdudum probatus, & confirmatus, ac etiam communitus diuerſis priuilegijs extitiſſet, dictiq; Fratres, & Sorores ipſius Tertij Ordinis ſub cura, & doctrina eorumdem Fratrum Minorum, iuxta tenorem ordinationis à piæ memoriæ Nicolao Papa Quarto prædeceſſore noſtro ſuper hoc factæ, vixerint, & viuant in obſeruantia Regulæ Tertij Ordinis antedicti.

3 Nonnulli tamen Prælati, & Rectores Eccleſiarum Ciuitatum, & Diæceſum diuerſarum præſertim in Alamanniæ partibus conſtituti, conſtitutionem, per quam fælicis recordationis Clemens Papa V. prædeceſſor noſter quarumdam mulierum, quæ vulgariter nuncupantur Beguinæ, quæ non profitebantur aliquam Regulam approbatam, aut ſtatum, ex cauſis rationabilibus in conſtitutione ipſa expreſſis, in Concilio Viennenſi per eum celebrato, perpetuo prohibuit, ac illum ab Eccleſia Dei penitus aboleuit, ad dictos Fratres, & Sorores de Pænitentia perperam extendere intentos, eiuſdem conſtitutionis prætextu, eoſdem Fratres, & Sorores de Pænitentia ad dimittendum habitum atq; ſtatum huiuſmodi Regulæ, ipſorum, per excommunicationis, & interdicti ſententias, aliaſq; pænas indebite conati ſunt, & conantur iugiter coarctare, in ipſos Fratres, & Sorores de Penitentia, pro eo, quod in ijs non paruerunt eiſdem, ſicut nec etiam debuerunt, de facto excommunicationum proferendo ſententias, aliaq; diuerſa ipſis grauamina inferendo.

4 Prætendunt quoq; ipſi Prælati, & Rectores minus veraciter dictos

Fratres Minores ex eo fautores exiſtere perſonarum damnatarum per conſtitutionem eamdem, quia eiſdem Fratribus,& Sororibus de Pænitentia communicant, & eos recipiunt ad diuina, & propter hoc, ipſos Fratres Minores per conſtitutionem eamdem excommunicationis ſententiam incurriſſe, illos excommunicatos denuntiant,& ſententiam ipſam aggrauant contra eos. Ciuitates, & loca, in quibus dicti Fratres Minores inhabitant eccleſiaſtico interdicto ſupponunt, ac eis elemoſinas,ac alia vitæ ſubſidia ſubtrahunt, & ab alijs ſubtrahi faciunt, ipſoſq; alias multipliter grauant appellationibus etiam pro parte dictorum Fratrum, & Sororum de Pænitentia, & Fratrum Minorum ad ipſam ſedem interiectis propterea vilipenſis. Quare pro parte dictorum Miniſtri, & Fratrum nobis extitit humiliter ſupplicatum, vt prouidere in hac parte de celeri, & per oportuno remedio dignaremur.

5 Cum itaque conſtitutio ſupradicta ad ipſos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis minime ſe extendat vniuerſitati veſtræ de Fratrum noſtrorum prædictorum conſilio per apoſtolica ſcripta mandamus,quatenus memoratos Fratres, & Sorores de Tertio Ordine prælibato,vel Fratres Minores, ſeu quoſuis alios, occaſione præmiſſa nullatenus moleſtetis, nec permittatis ab alijs quomodolibet moleſtari,niſi contingeret per Sedem Apoſtolicam aliud ordinari, & ne ſuper his faciatis diſtrictius inhibemus. Nos enim quicquid à Prælatis, & Rectoribus ſupradictis, vel quibuslibet alijs contra prælibatos Fratres, & Sorores ipſius Tertij Ordinis, vel aliquos eorumdem, ſeu contra Fratres Minores, aut alios huiuſmodi prætextu attentatum forſitan eſt hactenus, vel à vobis, ſeu quibuslibet alijs contigerit attentari, ex nunc nullius omnino decernimus exiſtere firmitatis;dictoſq;Fratres Minores in admittendo ad diuina ipſos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, & communicando eis, vt præfertur, & prælibatæ conſtitutioni minime derogaſſe. Datum Auinione ſeptimo Calendas Martij anno tertio. *Ideſt 23. Februarij 1319. Ordinis 99.*

Hanc Bullam tranſcripſi ex tomo 3. Annalium P. Vadingi ſub num. 56. extractam per ipſum ex Epiſtola 359. Vaticani.

BVL-

Digitized by Google

BVLLA XXI.

IOannes XXII. ſcribit Epiſcopo Biſuntino, & alijs prælatis, vt defendant Tertiarios, qui non ſunt de ſecta Fraticellorum, & Beguinarum.

1 Dudum dilectis filijs Miniſtro, & Fratribus Ordinis Minorum ſignificantibus Nobis, quod licet Tertius Ordo Fratrum, & Sororum, qui Continentes, ſeu de Pænitentia nuncupantur à Beato Franciſco, &c. *Vide præcedentem Bullam huic ad verbum inſertam vſq; ad illa verba: Excommunicationis, & interdicti ſententias aliaſque pœnas* indebite contingere nitebantur in eoſdem, pro eo, quod in his non parebant, ſicut etiam nec debebant Prælatis, & Rectoribus memoratis de facto excommunicationum proferendas ſententias, aliaq; ipſis diuerſa grauamina inferendo, quodq; ijdem Prælati, & Rectores minus veraciter prętendentes dictos Fratres Minores fautores exiſtere perſonarum damnatarum per conſtitutionem eamdem excommunicationis ſententiam incuriſſe, & excommunicatos denuntiabant, & aggrauabant huiuſmodi excommunicationis ſententiam contra eos. Ciuitates inſuper, & loca, in quibus ipſi Fratres Minores inhabitabant ſupponebant eccleſiaſtico interdicto, ac eis elemoſinas, & alia vitæ ſubſidia ſubtrahebant, & ab alijs ſubtrahi faciebant, ipſoſq; alias multipliciter pręgrauabant, appellationibus etiam pro parte dilectorum Fratrum, & Sororum de Pęnitentia, & Fratrum Minorum ad dictam ſedem interiectis propterea vilipenſis, ac eiſdem Miniſtro, & Fratribus Nobis humiliter ſupplicantibus, vt prouidere in hac parte de celeri, & oportuno remedio dignaremur.

2 Nos attendentes, quod conſtitutio ſupradicta ad ipſos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis ſe minime extendebat, venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filijs electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipreſbiteris, alijſque Pręlatis, & Rectoribus Eccleſiarum de Fratrum noſtrorum conſilio per literas noſtras dedimus in mandatis, vt memoratos Fratres, & Sorores de Tertio prelibato, vel Fratres Minores, ſeu quoſuis alios occaſione pręmiſſa nullatenus moleſtarent, nec permitterent ab alijs quomodolibet moleſtari, niſi contingeret per Sedem Apoſtolicam aliud ordinari; nec ſuper his ſecus facerent, & eis diſtrictius inhibendo; ac nihilominus quic-

quid

quid à Prçlatis, & Rectoribus ſupradictis, vel quibuſlibet alijs contra prælibatos Fratres, & Sorores ipſius Tertij Ordinis, vel aliquos eorumdem, ſeu contra Fratres Minores, aut alias huiuſmodi prætextu attentatum forſan eſſet hactenus, vel forſan ab eis, vel quibuſuis alijs contingeret attentari, ex tunc nullius omnino decreuimus exiſtere firmitatis; dictoſq; Fratres Minores in admittendo ad diuina ipſos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, & participando cum eis, vt præfertur, prælibatæ conſtitutioni minime derogaſſe, prout in eiſdem literis plenius continetur.

3 Et licet huiuſmodi ad venerabilis F. Noſtri Geraldi Baſilienſis, & Ricardi officialis ſui notitiam deueniſſent ex parte dictorum Miniſtri, & Fratrum Minorum humiliter requiſiti fuiſſent, vt Fratres, & Sorores dicti Tertij Ordinis in ſua Diæceſi, & Ciuitate conſtitutos, dictoſq; Fratres Minores occaſione conſtitutionis prædictæ, quæ vt præmittitur ad dictos Fratres, & Sorores eiuſdem Tertij Ordinis extendi minime noſcebatur, iuxta mandatum noſtrum per dictas literas eis factum, nullatenus moleſtarent, nec permitterent ab alijs moleſtari, ſed grauamina, ſi qua prçtextu conſtitutionis huiuſmodi eis intulerant, vel inferri fecerant reuocarent. Idem tamen Epiſcopus, & officialis prædictis literis non abſq; magnæ temeritatis audacia, irreuerentia, & contemptu illudentes, potius quam parentes, infraſcriptis perſonis, quilibet eorum literas infraſcriptas, videlicet ſuis ſigillatas ſigillis dirigere temere præſumpſerunt.

4 Quæ quidem literæ eorum ſigillis munitæ cum fuiſſent ad Sedem Apoſtolicam deſtinatæ, & ad notitiam noſtram deductæ, Nos dilecto filio noſtro Petro tituli S. Suſannæ Presbitero Cardinali commiſimus oraculo viuæ vocis, vt an dictæ literæ veræ eſſent, ac veris dictorum Epiſcopi, & officialis ſigillis munitç, ſe diligentius informaret, qui tam per procuratorem prçfati Epiſcopi apud Sedem Apoſtolicam perſonaliter conſtitutus, quam per nonnullos alios fide dignos de partibus illis ad ſuam propter hoc præſentiam accerſitas, qui literas, & ſigilla prædicta eis oſtenſa recognouerunt prçſentialiter eſſe vera; certioratus quod dictæ literæ veræ erant, & veris dictorum Epiſcopi, & Officialis ſigillis munitæ Nobis fecit ſuper hoc relationem plenariam, & fidelem propter quod earum literarum tenores, de verbo ad verbum prçſentibus duximus inſerendos, qui tales ſunt. 5

Digitized by Google

5 Geraldus Dei gratia Baſilienſis Epiſcopus dilectis in Chriſto Decanis, Camerarijs, Rectoribus, Incuralis, Vicarijs, & Capellanis Eccleſiarum, Ciuitatis, & Diæceſis noſtræ Baſilienſis ſalutem in Domino Ieſu Chriſto.

6 Cum nos ad inſtantiam Fratrum Minorum quoddam *Vidimus* de quibuſdam literis papalibus ad honorem, & reuerentiam Summi Pontificis Domini noſtri, & Sedis Apoſtolicæ dederimus, ne propter hoc de obſeruatione proceſſuum noſtrorum quorumcumq; à nobis, vel auctoritate noſtra emanatorum aliquod dubium propter ignorantiam multorum ſimplicium oriri contingat, vobis vniuerſis vniuerſaliter, & ſingulis ſingulariter ſignificamus in his ſcriptis, quod propter donationem dicti *Vidimus*, nolumus præſentibus noſtris quibuſcumq; in aliquo derogari. Datum apud Telpg. ſub ſigillo noſtro anno Domini 1319. in Vigilia Pentecoſtes.

Officiali Curiæ Baſilienſis Decano citra Orensbuſel, cæteriſq; Confratribus eiuſdem Decanatus ſalutem in Domino.

7 Nuper ad noſtrum veridicorum relatione peruenit auditum, quod Fratres Minores quaſdam Bullas papales in eccleſijs noſtris, & in diæceſi Baſilienſi deferunt, & oſtendunt, per quas ſententias, & proceſſus à nobis contra eoſdem, & Beghnias habitum Bighniagij deferentes auctoritate ordinaria latos, & latas euadere moliuntur, quorumq; prætextu aſſerunt Beghnias de tertia Regula in priſtino ſtatu debere remanere. Quare mandamus vobis vniuerſis, & ſingulis ſub pæna ſuſpenſionis ab officio, quam in contrarium facientes monitione trium dierum præmiſſa ferimus in his ſcriptis, quatenus dictis Bullis oſtenſis, & oſtendendis non obſtātibus, quibus per vos nullam fidem, ſeu credulitatem volumus adhibere, omnes proceſſus noſtros contra dictos Fratres Minores, & Beghnitas, & eorum fautores latos, ſecundum eorum continentiam, & tenorem publicatos obſeruetis, & ab omnibus faciatis inuiolabiliter obſeruari; ipſoſq; Fratres, & Beghnias arctibus euitetis, donec à Domino noſtro Epiſcopo, vel nobis aliud receperitis in mandatis. Datum anno 1319. feria quinta ante Dominicam Palmarum.

8 Nolentes igitur tantæ præſumptionis exceſſum conniuentibus oculis pertranſire, ne ipſorum impunitas præbeat alijs audaciam

ſimilia

ſimilia committendi, diſcretioni veſtræ in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus vos, vel duo, vel vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios prefatos Epiſcoporum, & officialem ex parte noſtra peremptorie citare curetis, & idem Epiſcopus ſub ſuſpenſionis infra duorum menſium ſpatium, dictus vero officialis ſub excommunicationis pęnis infra viginti dies poſt citationem veſtram huiuſmodi, quas pęnas eos incurrerę volumus ipſo facto, niſi fecerint, quod eiſdem iniungitur apoſtolico ſe conſpectui pręſentent, ſuper his facturi, & recepturi, quod iuſtitia ſuadebit, eiſdem Epiſcopo, & officiali eorum videlicet cuilibet ſub pænis ſimilibus, quas eos incurrere volumus ipſo facto, ſi infraſcripto mandato non paruerint cum effectu, ſimiliter iniungentes, vt cum occaſione conſtitutionis prædictę contra Fratres, & Sorores dicti Tertij Ordinis, & contra Fratres Minores pręddictos, & participantes cum eis ante receptionem dictarum literarum noſtrarũ, & poſt de facto nonnullos propter præmiſſa dicantur feciſſe proceſſus, in eos etiam excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententia proferendo, proceſſus, & ſententias huiuſmodi propter pręmiſſa habitos, & Prçlatos prout de facto fecerunt, eoſdem de facto debeant reuocare, & reuocatos fore in pręddictis Ciuitate, & Dięceſi facere publicari, quodq; deinceps à ſimilibus debeant abſtineri. Diem vero citationis, & iniunctionis huiuſmodi, & quidquid ſuper his duxeritis faciendum Nobis per veſtras literas harum ſeriem continentes fideliter intimare curetis. Datum Auinione decimo quarto Calendas Maij anno quarto. *Ideſt* 8. *Aprilis* 1320. *Ordinis* 100.

Hanc Bullam ex Epiſt. 736. Vaticani extraxit Vadingus tom. 3. ſub ſuo num. 81. in qua Papa denuo declarat Fratres, & Sorores Tertij Ordinis non comprehendi ſub conſtitutione Beguinarum in Concilio Vienuenſi damnatarum, & mandat puniri Epiſcopum, & officialem Baſilienſem, qui nolebant obedire literis Apoſtolicis fauore Minorum Tertiariorum, quos varijs penis vexabant pratextu quod eſſent de ſecta Beguinarum. Forſan ſupradictus Petrus Cardinalis, cui Papa commiſerat recognitionem illarum duarum literarum Epiſcopi, & eius officialis contra Minores, & Tertiarios, erat tunc Protector Ordinis vtriuſq;

Eadem omnino Bulla ſub eodem tenore data fuit eidem Archiepiſcopo Biſun-

Digitized by Google

Biſuntino, & dilectis filijs Succenſori S. Ioannis Biſuntin. & Buxolo de Parma Canonico Tornacenſi Capellano eiuſdem Summi Pontificis. Sitne cognomen de Parma, *an nomen patriæ ſub dubio eſt.*

BVLLA XXII.

IOannes XXII. ſcribit Abbatibus Monaſteriorum Malabrimmen. & Vſſerſtal. ac Clingenmonſter. in diæceſi Spirenſi, vt indicent differentiam Tertiariorum cum Parochis circa adminiſtrationem Sacramentorum.

1 Dudum felicis recordationis Bonifacius Papa Octauus prædeceſſor noſter dilectis filijs Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Continentium de Pænitentia S. Franciſci vulgariter nuncupatis per Alemaniam conſtitutis per ſuas literas ſpeciales indulſit, vt ipſi, qui ob reuerentiam eiuſdem Sancti, qui Ordinis eorum extiterat inſtitutor, iuxta ſalubre ſuper hoc conſilium à Sede Apoſtolica eis datum, dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum doctrina dirigebantur, Viſitatores ſuos de ipſis Fratribus aſſumebant, poſſent ab eiſdem Fratribus quoties exiſteret oportunum Dominici corporis recipere Sacramentum, præterquam in feſto Reſurrectionis Dominicæ, in quo pro diuinis officijs audiendis, & eodem Sacramento recipiendo conſueuerunt in ſuis parochialibus eccleſijs conuenire, iuribus dictarum eccleſiarum Parochialium ſemper ſaluis; ac nihilominus excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſi quas in ipſo, ſeu ipſorum aliquem contra huiuſmodi conceſſionis noſtræ tenorem fieri contingeret, idem prædeceſſor decreuit irritas, & inanes prout in literis prædeceſſoris plenius dicitur contineri. Poſtmodum vero, ſicut aſſeritur, nonnullis ex dictis Fratribus Minorum huiuſmodi indulti prætextu per ciuitatem Spirenſem publice deferentibus cum Campanella, & lumine dictis Fratribus, & Sororibus de Pænitentia Euchariſtiæ Sacramentum, ac ob hoc inter venerabilem Fratrum noſtrum Epiſcopum Spiren. & Clerum Ciuitatis, & diæceſis Spirenſis ex parte vna, dictoſq; Fratres Minores ex altera, materia diſſenſionis exorta; tandem dicti Epiſcopus, & Clerus aſſerentes indultum huiuſmodi per conſtitutionem piæ memoriæ Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri, quæ ſic inci-

 pit:

pit: *Religioſi*, poſtmodum edita in Concilio Viennenſi reuocatum fuiſſe, ſuſpendebant dictos Fratres Minores, quominus huiuſmodi Sacramentum eiſdem Fratribus, & Sororibus de Pænitentia poſſent libere miniſtrare. Propter quod per Conſeruatores Priuilegiorum eiſdem Minoribus à ſede deputatos eadem, contra ipſum, & clerum prædictos nonnulli habiti ſunt proceſſus, dictuſq; Epiſcopus verſa vice ex eo quod dicti Minores contra prohibitionem ſuam eiſdem Fratribus, & Sororibus de Pænitentia Sacramentum huiuſmodi miniſtrabant, cum id non crederet eis de iure licere, ſed ob hoc ipſos crederet per dictam conſtitutionem eiuſdem Clementis prædeceſſoris ipſo facto excommunicationis ſententiam incurriſſe, fecit eoſdem excommunicatos publice nuntiari. Partibus igitur propter hoc in noſtra, & Fratrum noſtrorum præſentia conſtitutis, & auditis, quæ partes hinc inde per ſe, & aduocatos ſuos ſuper præmiſſis allegare, & proponere voluerunt.

2 Nos conſideratis multiplicibus rationabilibus cauſis, & varijs circunſtantijs in talibus attendendis, ſic in hac parte prædictorum Fratrum Minorum, & Rectorum Parochialium Eccleſiarum quiete prouidimus procedendum.

3 Videlicet, quod præfatum indultum, & eius effectum eiuſdem prędeceſſoris Bonifacij eiſdem Fratribus, & Sororibus de Pænitentia conceſſum in Ciuitate Spirenſi, eiuſque diæceſi ſuſpendimus donec per ſedem prædictam aliud fuerit ordinatum, omneſq; excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias per dictos Conſeruatores contra Epiſcopum, & Clerum præfatos, vel aliquas ſingulares perſonas eiuſdem cleri, vel maiorem, & alias Eccleſias Ciuitatis, & Diæceſis prædictarum, vel in ipſam Ciuitatem, & loca eorum promulgatas, & proceſſus quoſcumq; alios ob præmiſſa factos, & habitos contra eos, nec non excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias per eumdem Epiſcopum, vel quemcumq; ſeu quoſcumq; alios auctoritate ipſius; aut dictum clerum contra dictos Fratres Minores, & perſonas Tertij Ordinis, & benefactores eorum, ſeu participantes cum eis occaſione prædictas prolatas, & quaſcumq; ſententias dictæ partes, vel perſonæ aliquæ partium earumdem vtrinque præmiſſorum occaſione quomodolibet incurrerunt, de ipſorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica relaxamus, & reuocamus omnino; ac nihilominus

Digitized by Google

lominus cum Epiſcopo, & perſonis eccleſiaſticis quibuſcumq; eiuſdem Cleri, & Ciuitatis, ac diæceſis prædictarum, nec non cum dictis Fratribus Minoribus, & perſonis Tertij Ordinis eorumq; benefactoribus, & participantibus cum eiſdem, ſuper irregularitate, ſi quam forſan prædictis ligati ſententijs celebrando diuina, vel ſe ingerendo eiſdem, vel interdicta huiuſmodi vtrinq; prolata violando, vel in locis ob hoc interdictis etiam celebrando contraxerunt auctoritate præſentium diſpenſamus.

4 Non intendentes, quod per hoc aliæ excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiæ, ſi quibus forte ex cauſis alijs præfati Epiſcopus, clerus, & perſonæ eccleſiaſticæ, eorumq; Eccleſiæ, ac Ciuitatis, & Diæceſis prælibatæ, & alia loca eorum, ſeu dicti Minores, & perſonæ Tertij Ordinis, & benefactores eorum, ſeu participantes cum eis præmiſſorum occaſione forſitan ſubiacebant, aliquatenus reuocentur, ſed ſicut prius debeant obſeruari, donec canonice fuerint relaxatæ.

5 Quocirca diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios ſuſpenſionem, reuocationem, & diſpenſationem huiuſmodi per Nos factas in dicta Ciuitate Spirenſi, & alijs locis Ciuitatis, & Diæceſis prædictarum vbi expedire videritis ſolemniter publicetis. Datum Auinione Calendas Martij anno ſexto 1322. *Ordinis 102.*

Hanc Bullam ſub ſua 109. regiſtrat Vadingus tom. 3. acceptam ex Epiſt. 546 Vaticani, per quam Priuilegium Bonifacij VIII. de quo ſupra ſub Bulla XV. incip. Cupientes, *quo Tertiarij in Alemannia in ſuis Oratorijs recipiebant Sacramenta non à Parochis, ſed à Fratribus Minoribus de quibus tamen ibi non fit mentio, ſed in præſenti, vbi etiam dicitur quod Fratres Minores deferebant ſolemniter Euchariſtiam per Ciuitatem dictis Tertiarijs ſuſpendit in Ciuitate, & Diæceſi Spirenſi nihil determinando an illud priuilegium ſublatum fuerit per dictam Clementinam regiſtratam ſub cap. 1. de Priuileg. vbi inter alia Sacerdotibus Regularibus ſub pæna excommunicationis Papæ reſeruatæ prohibetur adminiſtratio Sacramentorum Extremæ Vnctionis, Euchariſtiæ, & Matrimonij facta laicis, & clericis, præterquam in caſib. à iure expreſſis, vel per priuilegia a Sede Apoſtolica conceſſa, præſertim adminiſtrandi illa ſuis familiaribus, & pauperibus in ſuis hoſpitalibus*

degentibus. Quæ Clementina non bene allegabatur ab Epiſcopo & Clero Spirenſi derogatoria dicti priuilegij Bonifacij VIII. cum in ea Clementina excipiantur regulares habentes priuilegia adminiſtrandi Sacramenta maxime ſuis Tertiarijs, qui veniunt ſub nomine familiarium, & ideo Papa non declarat Clementinam derogaſſe dicto priuilegio Bonifacij; ſed pro tunc illud ſuſpendit, forſan quia Fratres Minores illo abutebantur, non enim licet Regularibus, ſicut Parochis ſolemniter deferre Euchariſtiam ſuis Fratribus, ſed intra ſua oratoria vbi celebrãt, debent adminiſtrare Sacramenta ſuis Tertiarijs, ſaluo iure parochiali, vt dicitur in dicto priuilegio.

BVLLA XXII.

IOannes XXII. ſcribit Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Narbonenſem, Tholoſanenſem, Auxitanenſem, Burdegallenſem, Terraconenſem, Arelatenſem, Aquenſem, Viennenſem, & Ebredunenſem Prouincias conſtitutis vt examinent Tertiarios de nonnullis erroribus delatos.

1 Si ea, quæ pro ſalute fidelium in propagationem exemplarium actionum, & in perennis vitæ præmium conſequendum, per Sanctorum Patrum veneranda ſtudia ſancta, & pia ſumpſere principia, poſtmodum ex humanæ malignitate naturæ, quæ ſemper ad vetita labitur, & plus quærit ſapere, quam oportet in perniciosos reſoluuntur errores animarum perniciem parituros, ad Romani Pontificis prouidentiam pertinet, errores ipſos non pertranſire ſilentio, ſed priuſquam ſpacientur, & affluant, perſonas in ipſis demerſas erroribus, vel paterna caſtigatione corrigere, vel in eis, ſi opus fuerit, condignæ vltionis acrimoniam exercere.

2 Conſtat ſiquidem glorioſum illum beatum Franciſcum Domini confeſſorem tres Ordines priuſquam ad cæleſtia regna tranſiret, inſtituiſſe, ad Chriſtianæ religionis augmentum, & ſalutem fidelium populorum in vniuerſalis Eccleſiæ firmamentum. Primum namq; Fratrum Minorum Ordinem voluit appellari, ſecundum Sanctæ Claræ, ſeu Minoriſſarum iuxta Prouinciarum idiomata nuncupatum, & Tertium Continentium, ſperans confeſſor ipſe iuxta ſanctiſſima ſine ruga, & macula vota ſua, quod profeſſores ipſorum Ordinem per virtutum odoramenta percurrerent, & in æternum eccleſiæ Dei ſuauiſſima redderent holocauſta. Et licet

ex

ex primis duobus Ordinibus prout in Domino congaudemus ſuaues, & emeritos laudibus ſentiamus odores; de nonnullis tamen profeſſoribus eiuſdem Tertij Ordinis grauis ad noſtri Apoſtolatus auditum, quod dolenter referimus, prouenit infamia, vltionis acrimonia in profeſſores ipſos, ſi dictis facta conueniunt, relatura.

3 Videlicet, eſſe in huiuſmodi Ordine Tertio nonnullorum vtriuſ ſexus perſonas, quæ volentes potius ſuo errore perire, quam Euãgelica doctrina, & ſalubri perſuaſione proficere, de articulis fidei, de Sacramentis Eccleſiæ, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac in quantum claues eiuſdem eccleſiæ ſe extendunt altercari, & diſputare; nõnulli etiam ex eis aliter, quam Romana Eccleſia doceat, & ſentiat, ſentire, ac profiteri præſumunt, in derogationem, quantum in eis eſt, Catolicæ fidei, & in perniciem ſuarum, & aliarum, quas aſtute decipiunt, ſimplicium animarum.

4 Nos itaque dignum cenſentes & debitum, vt ſuper his per vos, & veſtrum quemlibet auctoritate noſtra cum ſitis in partem noſtræ ſolicitudinis euocati habeatur indago, & certitudo plenaria veritatis, Fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus in talis morbi contagium in fideles ſubrepat, populos, animaſq; ſimplicium, quod abſit, inficiat, perſonis vtriuſq; ſexus eiuſdem Tertij Ordinis in veſtris diæceſibus conſtitutis ad veſtram, prout commodius fieri poterit euocatis præſentiam, inquiratis tam ſuper præmiſſis, & ſingulis præmiſſorum, quam de ingreſſu eorum ad huiuſmodi Tertium Ordinem, & per quem, vel quos ad ipſum Ordinem fuere recepti, & in cuius, ſeu quorum manibus ac vbi, & quando, & quid ſpecifice fuere profeſſi iuxta datam vobis ex alto prudentiam, & habita de ingreſſu receptione, profesſione ipſorum, ac de diſputationibus, & erroribus, vt præfertur, & vtrũ tamquã fideles, atq; catolici firmiter de prædictis, & alijs ſentiant, quod Sancta Romana ſentit Eccleſia, certitudine veritatis ex eis, quorum reperitis ſub vita laudabili, & doctrina eccleſiaſtica, & fide catolica, & iuxta ritum ſuæ Regulæ, & obſeruantias viuere, ſeque in dictis diſputationibus, & errorum maledictionibus non inuolui iacturam, ſeu moleſtiam aliquam, cum non ſit æquum innocentes cum nocentibus ad paria iudicari, nullatenus inferatis, ſed exhortari

ſedulo

ſedulo ſtudeatis eoſdem, ne puram ſuarum mentium maſſam praui fermenti commixtione coinquinent, ac per vitæ puritatem, innocentiam, atq; munditiam Domino militantes, mereantur conſequi felicitatis æternæ præmium, quod conſtat non inchoantibus repromitti, ſed perſeuerantibus in conſumatione præſtari.

5 Illos verò, quos in præmiſsis articulis, aut ipſorum aliquo, videlicet, vel in articulis fidei, vel in Sacramentis Eccleſiæ, aut in apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; ſeu in quantum claues eiuſdem eccleſiæ ſe extendant, aut quomodolibet deuiantis inueneritis ab eo, quod Romana ſeruat Eccleſia, & docet, & à catolicæ fidei rectitudine deuiare, vobis, & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, ſecundum canonicas ſanctiones, & priuilegia ſuper hoc ab Apoſtolica Sede conceſſa relinquimus, vel ad veritatis ſemitam, ſi Deus dederit, ſeruato iuris ordine redeuntes, vel iuxta ipſorum culpas, & demerita, debita, & canonica animaduerſione plectendos. Dignum eſt equidem, vt quos timor Dei, & inſtituta Sanctorum, ac propriæ ſalutis conſideratio à malo non reuocant animaduerſio debita, & diuini, ac humani iuris cenſura præcellant. Datum Auinione quarto Calendas Maij anno ſexto. 1322. *die* 28. *Aprilis, Ordinis* 102.

Hanc Bullam ſub num. 110. *regiſtrat tom.* 3. *Vadingus acceptam ex Epiſt.* 52. *Vaticani, in qua Papa mandat ſupradictis Epiſcopis vt nonnullos Fratres de Tertio Ordine examinent ſuper quibusdam erroribus eiſdem impinctis. Videtur tamen imputatio falſa, vt colligitur ex præcedentibus Bullis eiuſdem Papæ declarantis Fratres, & Sorores Tertij Ordinis non comprehendi ſub Bulla Clementis V. contra Beguinas, quæ erant infectæ ſimilibus erroribus, qui ſupra fuerunt narrati, quod notat P. Vadingus ad annum* 1322. *ſub num.* 66. *his verbis*: Vt examinarent eos *ſ. Tertiarios*, qui in ſuis diæceſibus commorabantur, fecerunt illi; ſed iniuſte traductos compererunt, vti antiqua Cronica teſtantur. *Luce clarius conſtat ex conſtitutione.* Sancta Romana *de Relig. domib. Ioannis XXII. Fratres Tertiarios nil omnino habuiſſe commune cum Secta Fraticellorum, in Concilio Viennenſi condemnatorum.*

CLE-

CLEMENS PAPA VI.

F. *Petrus Rogerij Monſtrius de Malmonte, Lemouicenſis diæceſis Gallus, Presbiter Cardinalis SS. Nerei, & Achillei tituli Faſciolæ Auenione creatus ſeptimo Maij, coronatus decimo nona Iunij anno* 1342. *Vixit annos decem, & menſes ſeptem. Ibidem obijt ſexto Decembris* 1352. *ſepultus, translatus poſtea ad monaſterium Caſæ Dei, cubi fuerat Abbas. Eius quatuor ſunt.*

BVLLA XXIV.

C*Lemens VI. concedit, vt Beneuenta Rauenatenſis cum ſuis ſororibus Oratorium S. Pauli à ſe fabricatum in ſua domo conuertat in Eccleſiam & monaſterium S. Claræ, & eius Regulam profiteatur, cum facultate eligendi Abbatiſſam, & conceſſione priuilegiorum. Incip.* Pia vota fidelium 23. *Octobris* 1347. *apud Vadingum extenditur tom.* 3.

BVLLA XXV.

I*Dem in Bulla incip.* Grandis Nobis adeſt letitia *Auenione Calend. Septembris anno ſui Pontificatus decimo, ad inſtantiam Archiepiſcoporum Aquenſis, & Arelatenſis, mandauit examen miraculorum S. Elzearij Epiſcopo Carpentoractenſi, & Vticenſi, atq; Abbati S. Ruffi prope Valentiam anno* 1351. *Illum canonizauit Vrbanus V. Bullam produxit Gregorius XI. infra Bulla* 30.

BVLLA XXVI.

C*Lemens VI. denuntiat Philippo Regi Francorum Canonizationem S. Iuonis.*

Ad ſpiritualis gaudij, & conſolationis augumentum patefieri Regali excellentiæ volumus per præſentes, quod nos ſuper negotio Canonizationis almi Conſeſſoris Domini Ieſu Chriſti, Iuonis videlicet, quondam Presbiteri Diæceſis Trecorenſis; pro qua, tua ſublimitas inſtanter hactenus nos rogauit, in Nomine Domini procedentes, die ſextadecima præſentis Menſis Iunij Examinatione diutina, prolixa arduitas, præcedente, præfatum Sanctum

qui

qui vitam ſanctam pijs exuberantem operibus, caſtigando & in ſeruitutem redigendo carnem ſuam, ſpiritum non ſine multis, & magnis auſteritatibus geſſiſſe Pænitentialibus, dum in humanis ageret, multorumq; coruſcatione miraculorum, tam in vita, quam poſt felicem ipſius tranſitum, claruiſſe manifeſtis probationibus fuit repertus, præſente fidelis cleri, & populi multitudine copioſa, obſeruataq; ſolemnitate quæ conſueuit in talibus obſeruari, ad laudem, & gloriam diuini Nominis, ac conſolatione fidelium, & maxime regni tui, de quo traxiſſe noſcitur originem, ad cuius, & eiuſdem regni exaltationem honoris, de conſilio Fratrum Noſtrorum canonizauimus, & SS. Catalogo adſcribendum curauimus: & vt Sanctum deinceps à fidelibus venerari.

1 Feſtum ipſius die decima nona Menſis Maij, quo eius anima mole carnis exuta, Cælos petens, cum ſtola gloriæ, cæleſtibus ciuibus eſt coniuncta, ſtatuentes à fidelibus annis ſingulis celebrandum.

2 Ad ipſum quidem Sanctum ingentem deuotionem gerit partium iſtarum populus, & iam multi ad ipſius ſuffragia deuotis orationibus, & emiſſis votis in humilitate ſpiritus recurrentes, exinde ſanitatem, & alia remedia ſuper ſuis iuſtis petitionibus reportarunt, & reportare non deſinunt inceſſanter. Ex his nempe tibi, fili Cariſſime, adaugeri debet procul dubio magnæ ſpiritualis lætitiæ incrementum, & inde teneris Deo aſſurgere, ad gratiarum deuotas, & humiles actiones, qui tibi, talem, de regno tuo, in quo etiam corpus requieſcit eiuſdem patronum, & interceſſorem in qua Curia Cæleſti conceſſit ad quem ſuper tuis neceſſitatibus, vt diuinam tibi propitiationem apud regem æternum, qui omnia Palmo concludit, obtineat, recurrere poteris, ſicut credimus confidenter. Datum Auinione 11. kalend. Iulij Pontificatus noſtri anno ſexto. Anno Chriſti 1346. Ordinis 126.

BVLLA XXVII.

Clemens VI. ſcribit Epiſcopo, & Capitulo Trecorenſibus, vt transferant corpus S. Iuonis, conceſſis indulgentijs.

1 Laudabilis, & longæuæ obſeruationis exemplo immitatione digna decreuit antiquitas dies, quibus primum Sanctorum corpora de ipſorum tumulis transferuntur feſtiuitate celebri venerandos,

Digitized by Google

dos, vt iuxta ſacræ pagine veritatem, de loco ſuo laudibus pullulent oſſa Sanctorum, & ſicuti in tempore ſuo tritici aceruus infertur, ſic Sancti, prius congeſta opera recolenda, ſepulcrum in abundantia gratiæ comperiantur ingredi, dum poſt præſentis vitæ preſſuras præmia Patriæ Cæleſtis inueniunt, & non ſolum eorum ſpiritus, in charitate veri luminis, & ſecreto æternæ gloriæ occultanti, horreum quaſi conſeruationis ingreſſi, ſed & eorum corpora licet adhuc terrea de humilitatis tumulo ad Venerationis Cumulum eriguntur: Profecto translationem huius Myſticè prefiguraſſe videtur ille accreſcens, & decorus aſpectu, qui de hoc ſæculo tranſiturus fratres adiurans ad Promiſſionis locum ex ægypto, ſua petijt oſſa traasferri.

2 Nos igitur noui Sancti, Sanctorum nouiter aggregati Collegio, & ſpinorum inſignium præclari congerie; Beati videlicet Iuonis Confeſſoris olim Trecoren. Diœceſis Presbiteri translationem. Volentes ſolemniter celebrari, auctoritate Apoſtolica, præſentis tenore concedimus, vt corpus confeſſoris eiuſdem congrua temporis opportunitate captata, conuocatis Clero, & populo Trecoren. cum debita ſolemnitate, ac honorificentia digna, ad locum transferatur idoneum, diem translationis huius, quem perpetuis temporibus celebrandum fore decernimus feſtiuis ſolemnijs celebrantes.

3 Vt autem cò plenius ad ſolemnitatem huiuſmodi fideles Chriſti conueniant quo ibidem meritis dicti Sancti vberioris retributionis gratiam ſe conſpexerint præmiari. Nos de Omnipotentis Dei miſericordia, & SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum, eius auctoritate confiſi, omnibus verè pęnitentibus, & confeſſis, qui cauſa deuotionis ad eiuſdem Sancti Corpus die, quo transfertur acceſſerint, ſeptem annos, & ſeptem quadragenas, ijs verò qui ex tunc annuatim in die translationis eiuſdem, vnum annum, & vnam quadragenam, & his etiam, qui in octauis, & per octauas dierum huius eccleſiam ipſam deuotè duxerint viſitandam, centum dies, videlicet ſingulis translationis, & octauarum ipſarum diebus, quibus eccleſiam ipſam viſitauerint, vt præfertur, miſericorditer relaxamus. Datum Auinione 4. Idus Maij anno ſeptimo. *Ideſt anno 1347. duodecimo Maij, Ordinis 127.*

Vading. tom. 3. ad præfatum annum num. XV. vbi priorem ad Regem acceptit

cepit ex Vatic. Archiuo ſecreto. anno ſexto num. 58. Poſteriorem ad Epiſcopum & Canonicos Trecor. ex lib. 5. par. 2. anno 7. de diuerſis epiſt. 469.

VRBANVS PAPA V.

GAllus Guillelmus Griſatus natus in oppido Griſarium Prouincia Toloſana Patre Grimaldo ex Abbate Maſſilienſi creatus Auenione vigeſimo ſeptimo Septembris, ſexto Nouembris coronatus 1362. ſedit annos octo, menſes duos, & dies viginti quatuor. Ibidem obijt decimo nono Decembris 1370. ſepultus in Cathedrali, inde translatus ad Cœnobium S. Victoris Maſſiliæ, poſitus in capella S. Petri anno 1372. decimo tertio Iunij.

BVLLA XXVIII.

VRbanus V. Conuentum Thenenſem Congregationis Zepperenſis ſuſcipit in ſuam protectionem, & Fratribus confirmat omnia bona, quæ poſſident, in Leodienſi diœceſi.

Cum à Nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti filij in Domino veſtris iuſtis poſtulationibus grato occurrentes aſſenſu perſonas veſtras, & locum, in quo ſub communi vita degitis cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, & in futurum iuſtis modis, preſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub Beati Petri, & Noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem decimas, prata, paſcua, nemora, poſſesſiones, & alia bona veſtra ſicut ea omnia iuſte, & pacifice poſſidetis vobis, & per vos eidem Domui auctoritate Apoſtolica, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſalua in prædictis decimis moderatione Concilij Generalis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam, &c. Si quis autem, &c. Datum Auenione in Calendis Aprilis Pontificatus noſtri anno quinto *Chriſti* 1367. *Ordinis* 147.

Habetur in libro Statutorum Fratrum Tertij Ordinis Congregationis Zepperẽſis, impreſſo Antuerpiæ apud Guglielmum Leſteenium, anno 1646. fol. 27. vbi ſequens etiam reperitur.

BVLLA

Digitized by Google

BVLLA XXIX.

VRbanus V. ſcribit ad Decanum Eccleſiæ S. Germani in Thenismonte Leodienſis diæceſis, vt cogat quoſcumq; debitores ad ſoluendum integre cenſus, & redditus Fratribus conuentus Thenismontis.

1 Nobis exiſtit intimatum, quod nonnulli clerici, & eccleſiaſticæ perſonę tam religioſæ, quam ſeculares etiam in dignitatibus, & perſonatibus conſtitutę, nec non Duces, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & alij Laici Leodienſis Ciuitatis, & Diæceſis, qui domos, poſſeſſiones, vineas, terras, prata, paſcua, piſcarias, nemora, molendina, grangias, iura, iuriſdictiones, & nonnulla alia bona immobilia, ab ijſdem Miniſtro, & Fratribus ſub annuo cenſu, ſeu redditu tenent, cenſum, ſeu redditum huiuſmodi dictis Miniſtris, & Fratribus, vt tenentur, exhibere non curant, quamquam ijdem Clerici, Duces, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laici poſſeſſiones, vineas, domos, terras, prata, & alia bona prædicta poſſideant pacifice, & quiete, ac fructus cum integritate percipiant eorundem, propter quod dictis Miniſtris, & Fratribus graue imminet præiudicium, & dictę Domui non modicum detrimentum.

2 Cum autem ex parte ipſorum Miniſtri, & Fratrum ſuper his ad Nos habitus ſit recurſus, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, Clericos perſonas, Duces, Comites, Barones, Nobiles, & Laicos ſupradictos, quod cenſum, & redditum huiuſmodi dictis Miniſtris, & Fratribus exhibeant integre, vt tenentur, monitione pręmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, pręuia ratione compellas.

3 Prohibito, ne in terras Ducum, Comitum, Baronum, Nobiliumq; prędictorum interdicti ſententiam proferas, niſi à Nobis ſuper hoc mandatum acceperis ſpeciale.

4 Teſteş autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Auenione ſecundo nonas Ianuarij Pontificatus noſtri anno quinto. *Ideſt quarto Ianuarij* 1367. *Ordinis* 147.

Petrus de Alua ad annum 1363. *num.* 57. *citat quatuor Bullas primam incip.* Decet ſtatum, *quæ agit de quodam Fratre Angelo de Conſtra Tertij Ordinis S. Franciſci, ex Bullario noſtro, inquit ille, fol.* 105. *Se-*

cundam ad annum 1366. num. 7. incip. Solet annuere *18. Calend. Ianuarij pro Tertiarijs Colonienſibus ad Oliuas. Tertiam incip.* Significaſti nobis *7. Calend. Maij pro Miniſtro præcitati conuentus ad Oliuas. Quartam ſub num. 19. eiuſdem anni 1366. incip.* Dum ſinceritatem *15. Calend. Octobris ex Vaticano.*

Vrbanus V. anno 1369. die 15. Aprilis, anno ſeptimo ſui Pontificatus canoniZauit S. Elzearium, cuius Bullam morte præuentus non potuit expedire, exhibitam poſtmodum per Gregorium XI. de qua infra.

GREGORIVS PAPA XI.

PEtrus Monſtrius Gallus de Oppido Malmonte agri Lemouicenſis in Gallia Prouincia Toloſana, Comes Belliſortis, Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ, creatus Auenione vigeſimo nono Decembris, coronatus ſexto Ianuarij 1371. ſedit annos ſeptem, menſes duos, dies vigintinouem. Romam ſuadente S. Catarina redijt, die decimatertia Ianuarij 1376. Obijt vigeſimo ſeptimo Martij 1378. ſepultus in eadem Eccleſia S. Mariæ Nouæ.

BVLLA XXX.

GRegorius XI. canonizationem S. ElZearij Tertij Ordinis S. Franciſci actam per Vrbanum V. expreſſit, & teſtificatus eſt per ſequentem Bullam.

Rationi congruit, & conuenit honeſtati, vt ea quę de Romani Pontificis prouidentia proceſſerunt, licet eius ſuperueniente obitu litterę Apoſtolicę confectę non fuerint ſuper illis, ſuam conſequantur efficaciam.

1 Olim ſiquidem felicis recordationis Vrbanus Papa Quintus prędeceſſor Noſter, prouidè attendens, quod Domino Noſtro Ieſu Chriſto Regi Regum, & Dominantium Domino, ſub cuius ditione cuncta conſtituuntur magna gratiarum actionum, & laudum à cunctis fidelibus Chriſti debentur impendia, dum ipſe Rex Cęleſtis omnium ſcientię gloria, cuius ineffabilis altitudo Scientiæ, & prouidentię nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehenſa, recti cenſura iudicis Cęleſtia pariter, & terrena diſponit ſanctos ſuos per exemplaris vitę doctrinam, & ſanctitatis merita, venerandos,

nerandos, de præſentis vitę carcere ad æternam Beatitudinem euocatos crebris corruſcare facit miraculis, ac merita, & ſtupenda eorum intercedentibus meritis, certis, & perſpicacibus oſtendens indicijs, illos poſt labores nimios, duraq; præſentis vitæ certamina quietis æternæ ſatiari dulcedine, palmamq; cæleſtis gloriæ obtinere.

2 Et quod ipſe opifex Deus in miſericordia copioſus, liberalis in gratijs, & in retributione munificus, de ſupremis Cælorum ad ima mundi oculos Maieſtatis ſuæ inflectens, & benigna conſideratione diſcutiens, B. Elzearij de Sabrano Comitis Ariani, & Baronis Auſoſſij, Domini de Prouincia Prouinciæ oriundi generis nobilitate præclari, ſuiq; glorioſiſſimi Confeſſoris merita grandia, & opera mirifica, quibus ipſe conſtitutus in ſeculo lucerna luminoſa reſplēduit; atq; veluti Iuſtus Iudex, & retributor laudabilis dignāter intendens condignis recompenſare muneribus, eum tanquam emeritum, & retributione digniſſimum, poſt vitæ præſentis ergaſtulum, & laborioſa mundi certamina, quæ feruens in diuinis obſequijs potenter, & patenter exercuit æthereis ſedibus collocarat, vt ſederet cum Principibus, & ſolium gloriæ teneret felicitatis æternæ dulcore potitus. Et ne eiuſdem Beati Elzearij laudabilium actuum Caritatis claritas, quibus in terris conſtitutus effulſerat ſub nubilo latens, tenebris obſcuraretur, idem prædeceſſor, aliqua ex eis ſuis literis, ſi ſuper his confectæ fuiſſent, exprimi voluit, quas nos præſentibus inſeri fecimus, vt deducantur in publicam notionem.

3 Hic equidem à iuuenilis ætatis primordijs Dei filium tenera mēte dilexit, nec diligere deſijt ſtudia continuando ſalubria, dum vitæ ſibi commoditas affuit temporalis. Sed quoniam maiori profecit ætate, ac in tempora prolixiora proſilijt, tanto in eius exarſit amorem feruore ſpiritus ampliori, & ſic pudicitiæ adhæſit operibus, ſic carnis ſtuduit euitare contagia, quod licet vxorem habuerit ætate iuuenem, & nobilitate preclaram, tamen pro vt ex dictæ Vxoris, & confeſſoris eiusdem Sancti teſtimonijs conſiſtit, Sanctus ipſe ſemper Candore Virgineo rutilauit.

4 Præterea Sanctus ipſe, qui dum vixit in præſenti ſeculo, clariſimus genere, ſublimis potentia, facultatibus opulentus, moribus elegās extitit, inhoneſtis, & turpibus animo pænitus relegatis, circa ſeruos

uos Chriſti, ac pauperes aliaſq; miſerabiles perſonas valde compatiens, ſe ipſum in eleemoſinarum elargitione, eis plerumq; miniſtrando, munificum exhibebat, tantaq; abundauit caritate quod nihil tam carum ſibi erat, quin libenter erogaſſet, vt ſaltem vnam animam trahere potuiſſet ad Chriſtum, nec de vllo ſuo æmulo vindictam facere volebat.

5 Et ne feruorem ſpiritus ſociæ carnis ardor extingueret, ſed mortificatione, & repreſſione ipſum potius accendi contingeret, carnem ipſam quam aſſidui aſperitate cilicij, prout aſſeritur edomans, effrænem ipſius libidinum artem ſuſtinentiæ freno coercuit, vt non propriæ voluntatis ducta remigio, ſed ſalubri moderamine ſpiritus tutè licita perageret, & prorſus ab illicitis abſtineret delicijs.

6 Etenim corpus macerabat ieiunijs, priſcorum obſeruantiæ à Sanctis Patribus ordinatæ nouorum auſteritatem adijciens ſibi motu propriæ voluntatis inducto. Nam per totum aduentum, & ſingularum ſeptimanarum ſextam feriam, & cunctis alijs temporibus ieiunium obſeruabat, in multis interea orationibus ſe occupabat, ne aliqua ſibi hora temporum inutiliter pertranſiret, paramentis aliquibus ſub genua non vtendo, imo, quam plurimum veſtes proprias admouebat.

7 Et dum Conſilio Ducis Calabriæ præfuit, petitiones pauperum interim promouebat, quod omnes ipſum aduocatum pauperum nominabant.

8 Hic inſuper vitæ fuit puritate perlucidus, humilitate præclarus, & ſincerus veritatis amicus, ac cuncta eloquia ipſius Virtutis augmentum operaq; ſalubria hortabantur, demulcebant auditorum præcordia, & in eorum ædificationem ſalutarem multipliciter redundabant.

9 Quandam enim mulierem quæ per totum annum, & amplius, toto corpore impotens fuerat, & aliquibus ſui corporis partibus adeò deſiccata, vt lignum aridum videretur; & quæ poſtquam Sanctus ipſe migrauit ad Chriſtum ad eius tumulum ſe deferri fecerat, ad dicti Sancti inuocationem ſubito fuiſſe curatam, dubium non exiſtit. In ſignum huiuſmodi mulier ipſa domum ſuam proprijs pedibus eſt reuerſa.

10 Quidam etiam cauſaliter in vno foſſato vndiq; ſubtus terram proſtratus, ita quod aliquis ad ipſum nullo modo peruenire poterat:

rat: poſtquam ibidem tam diu ſteterat, quod naturaliter viuere non debebat, ad prædicti Sancti inuocationem à morte extitit præſeruatus.

11 Iſtum enim Sanctum dilexit Dominus, & in fine conſortio hæreditatis elegit perennis quoq; diademate gloriæ decorauit, & vt eius nomen extolleretur laudibus populorum, tam in eius vita, quam poſt quam, vt pręmittitur, feliciter migrauit ad Chriſtum, ſupernis delicijs fruiturus, ipſe opifex Dominus in Sanctis ſuis verè mirabilis, eundem Sanctum aliorum quam plurium, & variorum ſplendore miraculorum illuſtrauit, manifeſtè demonſtrans quantum ſibi honoris, & reuerentię deberetur.

12 Vnde præfatus prædeceſſor de huiuſmodi actibus dicti Sancti, & miraculis habita fide, dignis probationibus, quantum noſſe ſinebat ipſa fragilitas certitudine veritatis multorum Prælatorũ, & aliarum circumſpectarum perſonarum, ſolemnibus precibus pluries excitatus, ipſum Beatum Elzearium de fratrum ſuorum conſilio, de quorum numero tunc eramus auctoritate Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli eius atq; ſua choro Beatorum à Domino ineffabili ſanctificatione ſuſceptum, cum ſolemnitate celebri Sanctorum catalogo videlicet 17. Cal. Maij Pontificatus ſui anno ſeptimo duxit ad ſcribendum.

13 Et vt deuotis laudibus extolleretur in Terris, quem ipſe Dominantium Dominus honorari voluerat in excelſis, feſtiuitatem cõfeſſoris eiuſdem die vigeſima ſeptima menſis Septembris quo migrauit ad Dominum cum debita reuerẽtia voluit celebrari, quoq; etiam vt ad eccleſiam Fratrum Minorum vbi corpus eiuſdem Sãcti venerabiliter requieſcit, feruentius, & copioſius fidelium confluat multitudo, & celebris eiuſdem ſolemnitas peragatur omnibus vere pęnitentibus & confeſſis, qui reuerenter illuc in eodem feſto annuatim acceſſerint, eius ſuffragia petituri de Omnipotentis Dei miſericordia, & ipſorum Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſus, vnum annum, & quadraginta dies de iniunctis eis pænitentijs miſericorditer relaxauit.

14 O quam laudabilis, o quam mirabilis prouidentiæ diuinæ ſublimitas, & immenſitas retributionis æternæ quam ſibi ſeruientibus inextimabile præmium compenſatur. O felix Donum ex ſummo Bono proueniens, & in Chriſto conſiſtens, quo cum Beatiſſimis ſpiri-

ſpiritibus in præſentia conditoris quis exiſtere meruit, & in circumſcripti ſplendore luminis illuſtrati. O felicisſimæ fertilitatis ager fructus vberes perferens, vbi flores prodeunt nec areſcunt, vbi ſemina ſparſa non pereunt, & vbi multiplicatis manipulis grana glorię colliguntur.

15 Hic nempe confeſſor almus hunc agrum obſequioſus excoluit in eo virtutum ſpargere ſemina ſtuduit, ac vitæ talia grana colligere meruit poſt labores. Exultet igitur Mater Eccleſia, & ſolemnia feſtiua celebret gaudiorum, quæ tantum, & talem filium genuit, produxit, natum educauit alumnum iam inter regum glorioſa Cęleſtium agmina rutilantem, lætetur inquam, & iubilet, ac in laudes Altisſimi voces promat, quę ſobolis tam præcellſæ, tam celebris illuſtrata fulgoribus inſignis decorata conſpicitur, quæ ſonoris attollendo præconijs, ſummæq; venerationis exhibitione colenda eminentius aperit, euidentius explicat, illos ad perennis beatitudinis gaudia, & hæreditatis æternæ participium admittendos, qui prædictam Eccleſiam Matrem Sponſam Fidelium Chriſti claris fidei, & operis teſtimonijs profitentur, nulloſq; in ſupernę Patriæ gloriam, niſi per eius, vt pote Cælorum Clauigeri, miniſterium virtuoſum oſtijs reſeratis Altisſimus introire permittit.

16 Gaudeant inſuper turbæ Cæleſtium, de tam ſublimis tam lucidi habitatoris aduentu, quodq; ipſis expertus probatuſq; Fidei Chriſtianæ Colonus, cultorq; præcipuus aggregatur, perſonet lætitiæ iubilum ciuium generoſa Nobilitas ſupernorum quod tāti taliſq; comitis ſuſcepiſſe dignoſcitur adiectiuum, ac venerabilis Sanctorum cetus gaudio, & exultatione refloreat de noua dignisſimi habitatione conſortis. Exurge igitur numeroſa fidelium turba, exurgite filij zelatores, & vna cum eadem, etiam laudis vberis hominum concinite perfundantur imbre copioſo lætitiæ noſtra præcordia, & fæcundæ rore dulcedinis arcana pectoris repleantur de tanta, & tam potentis, & egregij Principis exaltatione, terrenæ ſpei tutisſime plenitudine percepta, quod nobis de condigno terrenorum compatriota. Cæleſtium iam effectus apud æterni Patris filium efficax Patronus accreuit qui pro ſalutis noſtræ profectibus iam in eius præſentia poſitus, ſolertis exercet officium Oratoris.

17 Verum ne pro eo quod eiuſdem prædeceſſoris ſuperueniente

obitu

obitu litteræ Apoſtolicæ ſuper præmiſſis confectæ non fuerint, de eis valeat aliquatenus hæſitari: Volumus, & auctoritate Apoſtolica decreuimus, quod præſentes litteræ ad probandum plenè præmiſſa omnia per ſupradictum prædeceſſorem, vt præmittitur, acta vbiq; ſufficiant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur.

16 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & conſtitutionis refringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione Nonis Ianuarij. Pontificatus noſtri anno primo. *Ideſt quinto Ianuarij* 1323. *Ordinis* 103. *Vading. tomo* 3. *ad annum hunc* 1323. *num XL.*

BVLLA XXXI.

Gregorius XI. confirmat Regulam Nicolai IV. Raynerio Arcotenſis diæceſis Leodienſis.

Tenor quarumdam literarum felicis recordationis Nicolai IV. prædeceſſoris noſtri, in regiſtro ipſius prædeceſſoris repertarum ad dilecti filij Raynerij de Aſchebroech Miniſtri domus Arſcoten. de Tertio Ordine S. Franciſci Leodienſis Diæceſis ſupplicantis inſtantiam de regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & præſentibus annotari fecimus. Qui talis eſt. Nicolaus Epiſcopus ſeruus, &c. Datum Auenione octauo idus Februarij anno tertio. *Ideſt ſexto Februarij* 1372. *Ordinis* 152.

Hanc in ordine 31. *huius Pontificis recenſet Vadingus tom.* 4. *extractam ex lib. com. fol.* 28. *in Statutis Fratrum prædictæ diæceſis Leodienſis vocatus Miniſter domus Archotenſis S. Iudoci. P. Vadingus ad annum* 1373. *num.* 36. *vocat domum in Arſcot in Germania inferiori.*

BVLLA XXXII.

Gregorius XI. ſcribit Gerardo Abbati Monaſterij Maioris prope Ciuitatem Turonis Regenti Ciuitatem Peruſinam, & alias Terras Romanæ Eccleſiæ, vt gratiam faciat Vanillo Narducio aſſerenti ſe velle recipere habitum Tertij Ordinis.

Pro parte dilecti filij Vannilli Narducci de Monte Falconis Profeſſoris Tertij Ordinis Beati Franciſci Spoletanæ Diœceſis fuit Nobis exhibita ſupplicatio præſentibus interclusa, Noſq; fide digno teſtimonio informati, quod idem Vannillus ad ſtatum contritionis pænitentiæ eſt reductus, & quod in paupertate, & abſtinentia heremiticam vitam ducit, & intendit ducere quamdiu fuerit vita ſibi comes. Volumus & tuæ diſcretioni mandamus, quatenus poſtquam ipſe omnia bona ſua, quæ modica eſſe dicuntur aſſignauerit dilectis filijs Aphonſo de Guadalfaira Presbitero Toletanæ diœceſis, & Andreæ de Luca Eremitæ in Monte Spoleti degenti, vt alteri eorum per ipſos, vel eorum alterum in pios vſus, de quibus expedire viderint, diſpenſanda, ipſum Vanillum abſoluas ab omnibus bannis, pænis, & ſententijs, de quibus in ſupplicatione huiuſmodi continetur; ipſaq; banna, & ſententias, ac proceſſus habitos contra eum, quod per ſeptem annos proxime futuros eidem Vanillo non liceat in dicto ducatu trahere moram ſuam. Datum Auinione idibus Octobris anno tertio. *Ideſt 15. Octobris 1373. Ordinis 153.*

Hanc Bullam ſub num. 51. refert Vadingus tomo 4. ex lib. 2. Secreti fol. 89. Ecce in quam magna veneratione tunc erat Ordo Tertius S. Franciſci, cum omnia delicta dimiſerit dicto Vanillo magno prædoni in Ducatu Spoletano ex eo preciſe, quod ſupplicauit ſe pænitentia ductum velle ingredi in hunc ordinem regularem.

Idem Pontifex in alia Bulla incip. Paſtoralis officij. *Auenione ſub datum 29. Maij 1374. apud eundem Vading. tom. 4. Bulla 97. ex Vatic. lib. 3. fol. 36. concedit ſororibus centum in Oppido Vuithinghen. diœceſis Cōſtantienſis in communi domo viuentibus, vt poſſint domum ſuam erigere in Monaſterium Clariſſarum earum Regulam profitendo, nolentis profiteri nihilominus alantur de bonis monaſterij.*

BONIFACIVS PAPA IX.

Neapolitanus Petrus Tomacellus Presbiter Cardinalis S. Anaſtaſiæ creatus Romæ ſecunda Nouembris, coronatus vndecimo eiuſdem anno 1389. Vixit annos quatuordecim, menſes vndecim. Obijt Romæ prima Nouembris 1404. ſepultus in Baſilica Vaticana. Duas dedit.

BVL-

BVLLA XXXIII.

Bonifacius IX. canonizauit S. Brigittam de Regno Suetiæ cum ſuæ feſtiuitatis inſtitutione pro die vigeſimo tertio menſis Iulij, cum largitione indulgentiarum viſitantibus eius ſepulcrum.

Ab origine mundi poſt primi parentis lapſum, cum eam ob rem vniuerſum genus humanum æternę morti teneretur obnoxium, cunctipotens, & miſericors Deus ex alto proſpiciens, ne in totum perderet hominem, quem creauerat, ſed ſuæ diuinitatis faceret eſſe participem, cum primos exſpiramine Sancti Spiritus afflatos prophetas, aduentus filij ſui in carnem ſub typicis ænigmatibus, ac diuinis reuelationibus nuncios præmiſiſſet, eundem vnicum filium ſuum ante ſæcula genitum, adueniente plenitudine temporis, in vterum præelectæ Virginis Matris, quæ inperſcrutabili Sancti Spiritus obumbratione, Angelo Nunciante concepit, de proprio ſinu tranſmiſit, qui ex eadem Virgine natus, & progreſſus in tempus, cæpit facere, & docere, omnibus quæ monſtrare, qualiter Sacri Baptiſmatis fonte renatis, de æterna morte via pateret ad vitam, & coadunatis diſcipulis, ne quis fidelis huius tranſitoriæ, & fugitiuæ vitæ moleſtias, vel tædia, ſeu temporalis acerbæ necis pænas, pro æternæ adeptione vite perhorreret, ſeſe hoſtiam immaculatam, conſumato debito curſu in ara Crucis morte cruenta obtulit Deo Patri, & militantem Eccleſiam fuſo pretioſo ſanguine fundauit, conſecrauit, & æternaliter ſtabiliuit.

§. 1. Tandem verò de mundo tranſiturus ad Patrem Principi Apoſtolorum Cæleſti Clauigero, in ſuam ſuorumq; ſucceſſorum Summorum Pontificum perſonas collatis clauibus, ligandi videlicet, & ſoluendi tradita poteſtate Supremum Pontificium ſpecialem curam ſui gregis, & regimen vniuerſale commiſit, pollicitus nihilominus Eccleſiam in æternum ſe non deſerturum eamdem.

§. 2. Ad cuius vberem vtilitatem diuiſiones gratiarum per ſpiritum Sanctum tribuit, ſuis fidelibus. Nam ſecundum Apoſtolum. Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſemo ſapientiæ. Alij ſermo ſcientiæ, ſecundum eũdem ſpiritum. Alij fides, in eodem ſpiritu. Alij gratia ſanitatum, in vno ſpiritu. Alij operatio virtutum. Alij prophetia. Alij diſcretio ſpirituum. Alij genera linguarum. Alij interpretatio ſermonum.

Hęc autem omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus diuidens ſingulis pro vt vult. Quamq; militantem eccleſiam Pater luminum ſuſtollit in eodem Spiritu Sancto ſtructura admirabili precioſorum lapidum, mira varietate decoram, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, quos elegit ante mundi conſtitutionem, conformes fieri imagini eiuſdem filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus, in multis fratribus, in quo eos gratificauit, donans Chariſmata meliora, qui ſuo exemplo viam oſtenderent excellentiorem.

§. 3. Hinc igitur Apoſtoli Sancti prodiere per vniuerſum orbem, genus humanum, quod ſub peccati Iugo tenebatur ad vitam, & ſalutem excitantes, & eum firmiſſime conſtantia prædicantis verbũ Dei, vt in omnem terram exiret ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

§. 4. Splendidi quoq; Martyres fidei loricam induti, & inconcuſſæ ſtabilitatis Baltheo ſuccincti, lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine innocentis agni, & immitati candidato exercitu Chriſtum Ieſum, ad ſtructuram ſupernæ Hieruſalem, hoc eſt triumphantis eccleſiæ, cum glorioſa victoria palmas geſtantes in manibus, ſeſe viuos lapides addiderunt, exemplum venerabile, & æternam dignamq; memoriam militanti eccleſiæ relinquentes.

§. 5. Progreſſi ſunt, & doctores luc idiſſimi, qui pſeudochriſtianis, falſiſq; profetis, ſuperſtitioſas, & varias opiniones in vera fide Catholica adducere ipſamq; fidem ſubuertere ſatagentibus, ſe opponentes, talium confutatis erroribus miro eloquio, & ſolidis ac rectis ſententijs operante Sancto Spiritu ipſam fidem, & militantem eccleſiam illuſtrarunt, quibus eadem eccleſia communita progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulcra vt luna, electa vt ſol terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.

§. 6. Sequuntur, & limpidi Confeſſores ornati gemmis, & virtutibus coruſcantes, Domino rationem de talentis creditis repoſcenti, cum ſe aſſidua, & vigili ſanctarum operationum exercuerunt mercatura vt pote fideles, & boni ſerui multiplicatum de ſuis laboribus fructum afferunt, ac donum reponunt in arcam.

§. 7. Etiam anachoretæ, & ſolitudinis, ac eremi ſectatores blandientis, & captioſi, ſed venenoſi mundi vana ſpectacula fugientes, vt ſecuri ad patriam peruenirent, latibula petierunt, & antris abditi, paruo, & rudi victu ſcaturientis aquæ, & leui potu, carnem pro-

priam

priam macerantes, & Sathanæ ſtimulos reprimentes paliſtro, vel tegmine hirto amicti, vt plurimum nudis pedibus, & ſqualida humo, aut ſtramineo cubili feſſa membra ſomno refouentes, in ſacra contemplatione, & ſupernæ maieſtatis laude vacantes, demum, ex hac lacrimarum valle,& miſeriarum aceruo, ad Dei preſentiam euocati, immarceſcibilibus delicijs potiuntur.

§.8. Adſunt,& Virgines nitidę mundo corpore, & corde ſincero,mẽtem ſanctam ſpontaneam, & oleum ſecum ſuis deferentes in vaſis, venienti ſponſo obuiam exeunt,eiq;deſponſantur,qui eſt præ filijs hominum ſpecioſus.

§.9. Deuotæ autem, & continentes viduæ, & aliæ ſexus vtriuſq;perſonæ, pijs ſanctiſq; operibus ſemper intentę, & ſe ante Dei tribunal cum plenis manipulis repræſentant, & cum Sanctis Angelis canunt gloriam in altiſſimis Deo, & in Terra pacem bonæ voluntatis hominibus deprecantur. Hæc omnia profecto ille idem ſpiritus,de quo ſupra,operatur miniſterio multiformiter admirando. Et ſecundum ſanctam promiſſionem Chriſtus Ieſus hanc vineam ſuam militantem eccleſiam, poſt eius admirabilem Aſcenſionem, talibus cultoribus,& cultricibus,vſq;in diem hodiernum viſitauit, fouit, defenſauit, firmauit, iuuit, & auxit, & per ſui gratiam ſic in futurum faciet temporibus ſucceſſiuis.

§.10.Nouiſſimis vero diebus, vt etiam ab Aquilone aliquid boni eſſet, ille Cæleſtis agricola eamdem vineam ſuo de more viſitans, mulierem fortem procul, & de vltimis finibus ſuum ſecum pretium deferentem, ad huiuſmodi vineæ culturam adduxit ineſſe, Beatam ſcilicet Viduam Brigittam, quam vulgares Brigidam appellant, tam ſacro ſuperius deſcripto cætui merito ſociandam, ſeu verius ſociatam cuius propter quod pręſentem operam nobis damus,vt originem,vitam, mores, & merita, nec non miracula, quæ in premium ſanctitatis eius Benedictus Deus mundo monſtrare dignatus eſt, ne de tam celebri mulieri ætas præſens immaneat ignara, & ſurda poſteritas famam ingratam accuſare, vel prętendere, poſſit, ſummotenus percurramus de multis pauca ad modum ea,quæ non prætereunda ſileutio excerpſimus, veſtræq;caritati harum ſerie volumus intimari.

§.11.Hæc nẽpe mulier glorioſa ex Patre Birghero, & Matre Sighride coniugalibus de nobiliſſima regia ſtirpe Catholicorum Suetiæ

Regum

cundam ad annum 1366. num. 7. incip. Solet annuere 18. *Calend. Ianuarij pro Tertiarijs Colonienſibus ad Oliuas Tertiam incip.* Significaſti nobis 7. *Calend. Maij pro Miniſtro præcitati conuentus ad Oliuas. Quartam ſub num. 19. eiuſdem anni 1366. incip.* Dum ſinceritatem 15. *Calend. Octobris ex Vaticano.*

Vrbanus V. anno 1369. die 15. Aprilis, anno ſeptimo ſui Pontificatus canonizauit S. Elzearium, cuius Bullam morte præuentus non potuit expedire, exhibitam poſtmodum per Gregorium XI. de qua infra.

GREGORIVS PAPA XI.

PEtrus Monſtrius Gallus de Oppido Malmonte agri Lemouicenſis in Galliæ Prouincia Toloſana, Comes Belliſortis, Diaconus Cardinalis S. Mariæ Nouæ, creatus Auenione vigeſimo nono Decembris, coronatus ſexto Ianuarij 1371. ſedit annos ſeptem, menſes duos, dies viginti nouem. Romam ſuadente S. Catarina redijt; die decimatertia Ianuarij 1376. Obijt vigeſimo ſeptimo Martij 1378. ſepultus in eadem Eccleſia S. Mariæ Nouæ.

BVLLA XXX.

GRegorius XI. canonizationem S. Elzearij Tertij Ordinis S. Franciſci actam per Vrbanum V. expreſſit, & teſtificatus eſt per ſequentem Bullam.

Rationi congruit, & conuenit honeſtati, vt ea quę de Romani Pontificis prouidentia proceſſerunt, licet eius ſuperueniente obitu litterę Apoſtolicę confectę non fuerint ſuper illis, ſuam conſequantur efficaciam.

1 Olim ſiquidem felicis recordationis Vrbanus Papa Quintus prędeceſſor Noſter, prouidè attendens, quod Domino Noſtro Ieſu Chriſto Regi Regum, & Dominantium Domino, ſub cuius ditione cuncta conſtituuntur magna gratiarum actionum, & laudum à cunctis fidelibus Chriſti debentur impendia, dum ipſe Rex Celeſtis omnium ſcientię gloria, cuius ineffabilis altitudo Scientiæ, & prouidentię nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehenſa, recti cenſura iudicis Celeſtia pariter, & terrena diſponit ſanctos ſuos per exemplaris vitę doctrinam, & ſanctitatis merita, venerandos,

nerandos, de præſentis vitę carcere ad æternam Beatitudinem euocatos crebris corruſcare facit miraculis, ac merita, & ſtupenda eorum intercedentibus meritis, certis, & perſpicacibus oſtendens indicijs, illos poſt labores nimios, duraq; præſentis vitæ certamina quietis æternæ ſatiari dulcedine, palmamq; cæleſtis gloriæ obtinere.

2 Et quod ipſe opifex Deus in miſericordia copioſus, liberalis in gratijs, & in retributione munificus, de ſupremis Cælorum ad ima mundi oculos Maieſtatis ſuæ inflectens, & benigna conſideratione diſcutiens, B. Elzearij de Sabrano Comitis Ariani, & Baronis Auſoſſij, Domini de Prouincia Prouinciæ oriundi generis nobilitate præclari, ſuiq; glorioſiſſimi Confeſſoris merita grandia, & opera mirifica, quibus ipſe conſtitutus in ſeculo lucerna luminoſa reſplēduit; atq; veluti Iuſtus Iudex, & retributor laudabilis dignāter intendens condignis recompenſare muneribus, eum tanquam emeritum, & retributione digniſſimum, poſt vitæ præſentis ergaſtulum, & laborioſa mundi certamina, quæ feruens in diuinis obſequijs potenter, & patenter exercuit æthereis ſedibus collocarat, vt ſederet cum Principibus, & ſolium gloriæ teneret felicitatis æternæ dulcore potitus. Et ne eiuſdem Beati Elzearij laudabilium actuum Caritatis claritas, quibus in terris conſtitutus effulſerat ſub nubilo latens, tenebris obſcuraretur, idem prædeceſſor, aliqua ex eis ſuis literis, ſi ſuper his confectæ fuiſſent, exprimi voluit, quas nos præſentibus inſeri fecimus, vt deducantur in publicam notionem.

3 Hic equidem à iuuenilis ætatis primordijs Dei filium tenera mēte dilexit, nec diligere deſijt ſtudia continuando ſalubria, dum vitæ ſibi commoditas affuit temporalis. Sed quoniam maiori profecit ætate, ac in tempora prolixiora proſilijt, tanto in eius exarſit amorem feruore ſpiritus ampliori, & ſic pudicitiæ adhæſit operibus, ſic carnis ſtuduit euitare contagia, quod licet vxorem habuerit ætate iuuenem, & nobilitate preclaram, tamen pro vt ex dictæ Vxoris, & confeſſoris eiuſdem Sancti teſtimonijs conſiſtit, Sanctus ipſe ſemper Candore Virgineo rutilauit.

4 Præterea Sanctus ipſe, qui dum vixit in præſenti ſeculo, clariſimus genere, ſublimis potentia, facultatibus opulentus, moribus elegās extitit, inhoneſtis, & turpibus animo pænitus relegatis, circa ſer-

uos

uos Chriſti, ac pauperes aliaſq; miſerabiles perſonas valde compatiens, ſe ipſum in eleemoſinarum elargitione, eis plerumq; miniſtrando, munificum exhibebat, tantaq; abundauit caritate quod nihil tam carum ſibi erat, quin libenter erogaſſet, vt ſaltem vnam animam trahere potuiſſet ad Chriſtum, nec de vllo ſuo æmulo vindictam facere volebat.

5 Et ne feruorem ſpiritus ſociæ carnis ardor extingueret, ſed mortificatione, & repreſſione ipſum potius accendi contingeret, carnem ipſam quam aſſidui aſperitate cilicij, prout aſſeritur edomans, effrænem ipſius libidinum artem ſuſtinentiæ freno coercuit, vt non propriæ voluntatis ducta remigio, ſed ſalubri moderamine ſpiritus tutè licita perageret, & prorſus ab illicitis abſtineret delicijs.

6 Etenim corpus macerabat ieiunijs, priſcorum obſeruantiæ à Sanctis Patribus ordinatæ nouorum auſteritatem adijciens ſibi motu propriæ voluntatis inducto. Nam per totum aduentum, & ſingularum ſeptimanarum ſextam feriam, & cunctis alijs temporibus ieiunium obſeruabat, in multis interea orationibus ſe occupabat, ne aliqua ſibi hora temporum inutiliter pertranſiret, paramentis aliquibus ſub genua non vtendo, imo, quam plurimum veſtes proprias admouebat.

7 Et dum Conſilio Ducis Calabriæ præfuit, petitiones pauperum interim promouebat, quod omnes ipſum aduocatum pauperum nominabant.

8 Hic inſuper vitæ fuit puritate perlucidus, humilitate præclarus, & ſincerus veritatis amicus, ac cuncta eloquia ipſius Virtutis augmentum operaq; ſalubria hortabantur, demulcebant auditorum præcordia, & in eorum ædificationem ſalutarem multipliciter redundabant.

9 Quandam enim mulierem quæ per totum annum, & amplius, toto corpore impotens fuerat, & aliquibus ſui corporis partibus adeò deſiccata, vt lignum aridum videretur; & quæ poſtquam Sanctus ipſe migrauit ad Chriſtum ad eius tumulum ſe deferri fecerat, ad dicti Sancti inuocationem ſubito fuiſſe curatam, dubium non exiſtit. In ſignum huiuſmodi mulier ipſa domum ſuam proprijs pedibus eſt reuerſa.

10 Quidam etiam caſualiter in vno foſſato vndiq; ſubtus terram proſtratus, ita quod aliquis ad ipſum nullo modo peruenire poterat:

rat:

Digitized by Google

rat: poſtquam ibidem tam diu ſteterat, quod naturaliter viuere non debebat, ad prædicti Sancti inuocationem à morte extitit præſeruatus.

11 Iſtum enim Sanctum dilexit Dominus, & in fine conſortio hæreditatis elegit perennis quoq; diademate gloriæ decorauit, & vt eius nomen extolleretur laudibus populorum, tam in eius vita, quam poſt quam, vt pręmittitur, feliciter migrauit ad Chriſtum, ſupernis delicijs fruiturus, ipſe opifex Dominus in Sanctis ſuis verè mirabilis, eundem Sanctum aliorum quam plurium, & variorum ſplendore miraculorum illuſtrauit, manifeſtè demonſtrans quantum ſibi honoris, & reuerentię deberetur.

12 Vnde præfatus prædeceſſor de huiuſmodi actibus dicti Sancti, & miraculis habita fide, dignis probationibus, quantum noſſe ſinebat ipſa fragilitas certitudine veritatis multorum Prælatorũ, & aliarum circumſpectarum perſonarum, ſolemnibus precibus pluries excitatus, ipſum Beatum Elzearium de fratrum ſuorum conſilio, de quorum numero tunc eramus auctoritate Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli eius atq; ſua choro Beatorum à Domino ineffabili ſanctificatione ſuſceptum, cum ſolemnitate celebri Sanctorum catalogo videlicet 17. Cal. Maij Ponlificatus ſui anno ſeptimo duxit ad ſcribendum.

13 Et vt deuotis laudibus extolleretur in Terris, quem ipſe Dominantium Dominus honorari voluerat in excelſis, feſtiuitatem cõfeſſoris eiuſdem die vigeſima ſeptima menſis Septembris quo migrauit ad Dominum cum debita reuerẽtia voluit celebrari, quoq; etiam vt ad eccleſiam Fratrum Minorum vbi corpus eiuſdem Sãcti venerabiliter requieſcit, feruentius, & copioſius fidelium confluat multitudo, & celebris eiuſdem ſolemnitas peragatur omnibus vere pęnitentibus & confesſis, qui reuerenter illuc in eodem feſto annuatim acceſſerint, eius ſuffragia petituri de Omnipotentis Dei miſericordia, & ipſorum Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſus, vnum annum, & quadraginta dies de iniunctis eis pænitentijs miſericorditer relaxauit.

14 O quam laudabilis, o quam mirabilis prouidentiæ diuinæ ſublimitas, & immenſitas retributionis æternæ quam ſibi ſeruientibus inextimabile præmium compenſatur. O felix Donum ex ſummo Bono proueniens, & in Chriſto conſiſtens, quo cum Beatiſſimæ

ſpiri-

ſpiritibus in præſentia conditoris quis exiſtere meruit, & in circumſcripti ſplendore luminis illuſtrati. O feliciſſimæ fertilitatis ager fructus vberes perferens, vbi flores prodeunt nec areſcunt, vbi ſemina ſparſa non pereunt, & vbi multiplicatis manipulis grana glorię colliguntur.

15 Hic nempe confeſſor almus hunc agrum obſequioſus excoluit in eo virtutum ſpargere ſemina ſtuduit, ac vitæ talia grana colligere meruit poſt labores. Exultet igitur Mater Eccleſia, & ſolemnia feſtiua celebret gaudiorum, quæ tantum, & talem filium genuit, produxit, natum educauit alumnum iam inter regum glorioſa Cęleſtium agmina rutilantem, lætetur inquam, & iubilet, ac in laudes Altisſimi voces promat, quę ſobolis tam præcellſæ, tam cęlebris illuſtrata fulgoribus inſignis decorata conſpicitur, quæ ſonoris attollendo præconijs, ſummæq; venerationis exhibitione colenda eminentius aperit, euidentius explicat, illos ad perennis beatitudinis gaudia, & hæreditatis æternæ participium admittendos, qui prædictam Eccleſiam Matrem Sponſam Fidelium Chriſti claris fidei, & operis teſtimonijs profitentur, nulloſq; in supernę Patriæ gloriam, niſi per eius, vt porte Cælorum Clauigeri, miniſterium virtuoſum oſtijs reſeratis Altisſimus introire permittit.

16 Gaudeant inſuper turbæ Cæleſtium, de tam ſublimis tam lucidi habitatoris aduentu, quodq; ipſis expertus probatuſq; Fidei Chriſtianæ Colonus, cultorq; præcipuus aggregatur, perſonet lætitiæ iubilum ciuium generoſa Nobilitas ſupernorum quod tãti taliſq; comitis ſuſcepiſſe dignoſcitur adiectiuum, ac venerabilis Sanctorum cętus gaudio, & exultatione refloreat de noua digniſſimi habitatione conſortis. Exurge igitur numeroſa fidelium turba, exurgite filij zelatores, & vna cum eadem, etiam laudis vberis hominum concinite perfundantur imbre copioſo lætitiæ noſtra præcordia, & fæcundæ rore dulcedinis arcana pectoris repleantur de tanta, & tam potentis, & egregij Principis exaltatione, terrenæ ſpei tutiſſime plenitudine percepta, quod nobis de condigno terrenorum compatriota. Cæleſtium iam effectus apud æterni Patris filium efficax Patronus accreuit qui pro ſalutis noſtræ profectibus iam in eius præſentia poſitus, ſolertis exercet officium Oratoris.

17 Verum ne pro eo quod eiuſdem prædeceſſoris ſuperueniente

obitu

obitu litteræ Apoſtolicæ ſuper præmiſſis confectæ non fuerint, de eis valeat aliquatenus hæſitari: Volumus, & auctoritate Apoſtolica decreuimus, quod præſentes litteræ ad probandum plenè præmiſſa omnia per ſupradictum prædeceſſorem, vt præmittitur, acta vbiq; ſufficiant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur.

16 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & conſtitutionis refringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione Nonis Ianuarij. Pontificatus noſtri anno primo. *Ideſt quinto Ianuarij 1323. Ordinis 103. Vading. tomo 3. ad annum hunc 1323. num. XL.*

BVLLA XXXI.

Gregorius XI. confirmat Regulam Nicolai IV. Raynerio Arcotenſis diæceſis Leodienſis.

Tenor quarumdam literarum felicis recordationis Nicolai IV. prædeceſſoris noſtri, in regiſtro ipſius prædeceſſoris repertarum ad dilecti filij Raynerij de Aſchebroech Miniſtri domus Arſcoten. de Tertio Ordine S. Franciſci Leodienſis Diæceſis ſupplicantis inſtantiam de regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & præſentibus annotari fecimus. Qui talis eſt. Nicolaus Epiſcopus ſeruus, &c. Datum Auenione octauo idus Februarij anno tertio. *Ideſt ſexto Februarij 1372. Ordinis 152.*

Hanc in ordine 31. huius Pontificis recenſet Vadingus tom. 4. extractam ex lib. com. fol. 28. in Statutis Fratrum prædictæ diæceſis Leodienſis vocatus Miniſter domus Archotenſis S. Iudoci. P. Vadingus ad annum 1373. num. 36. vocat domum in Arſcot in Germania inferiori.

BVLLA XXXII.

Gregorius XI. ſcribit Gerardo Abbati Monaſterij Maioris prope Ciuitatem Turonis Regenti Ciuitatem Peruſinam, & alias Terras Romanæ Eccleſiæ, vt gratiam faciat Vanillo Narducio aſſerenti ſe velle recipere habitum Tertij Ordinis.

Pro parte dilecti filij Vannilli Narducci de Monte Falconis Profeſſoris Tertij Ordinis Beati Franciſci Spoletanæ Diæceſis fuit Nobis exhibita ſupplicatio præſentibus intercluſa, Noſq; fide digno teſtimonio informati, quod idem Vannillus ad ſtatum contritionis pænitentiæ eſt reductus, & quod in paupertate, & abſtinentia heremiticam vitam ducit, & intendit ducere quamdiu fuerit vita ſibi comes. Volumus & tuæ diſcretioni mandamus, quatenus poſtquam ipſe omnia bona ſua, quæ modica eſſe dicuntur aſſignauerit dilectis filijs Aphonſo de Guadalfaira Presbitero Toletanæ diæceſis, & Andreæ de Luca Eremitæ in Monte Spoleti degenti, vt alteri eorum per ipſos, vel eorum alterum in pios vſus, de quibus expedire viderint, diſpenſanda, ipſum Vanillum abſoluas ab omnibus bannis, pænis, & ſententijs, de quibus in ſupplicatione huiuſmodi continetur; ipſaq; banna, & ſententias, ac proceſſus habitos contra eum, quod per ſeptem annos proxime futuros eidem Vanillo non liceat in dicto ducatu trahere moram ſuam. Datum Auinione idibus Octobris anno tertio. *Ideſt 15. Octobris 1373. Ordinis 153.*

Hanc Bullam ſub num. 51. refert Vadingus tomo 4. ex lib. 2. Secreti fol. 89. Ecce in quam magna veneratione tunc erat Ordo Tertius S. Franciſci, cum omnia delicta dimiſerit dicto Vanillo magno prædoni in Ducatu Spolctano ex eo præciſe, quod ſupplicauit ſe pænitentia ductum velle ingredi in hunc ordinem regularem.

Idem Pontifex in alia Bulla incip. Paſtoralis officij. *Auenione ſub datum 29. Maij 1374. apud eundem Vading. tom. 4. Bulla 97. ex Vatic. lib. 3. fol. 36. concedit ſororibus centum in Oppido Vnithinghen. diæceſis Conſtantienſis in communi domo viuentibus, vt poſſint domum ſuam erigere in Monaſterium Clariſſarum earum Regulam profitendo, nolentes profiteri nihilominus alantur de bonis monaſterij.*

BONIFACIVS PAPA IX.

Neapolitanus Petrus Tomacellus Presbiter Cardinalis S. Anaſtaſiæ creatus Romæ ſecundo Nouembris, coronatus vndecimo eiuſdem anno 1389. Vixit annos quatuordecim, menſes vndecim. Obijt Romæ primo Nouembris 1404. ſepultus in Baſilica Vaticana. Duas dedit.

BVL-

Digitized by Google

BVLLA XXXIII.

Bonifacius IX. canonizauit S. Brigittam de Regno Suetiæ cum ſuæ feſtiuitatis inſtitutione pro die vigeſimo tertio menſis Iulij, cum largitione indulgentiarum viſitantibus eius ſepulcrum.

Ab origine mundi poſt primi parentis lapſum, cum eam ob rem vniuerſum genus humanum æternę morti teneretur obnoxium, cunctipotens, & miſericors Deus ex alto proſpiciens, ne in totum perderet hominem, quem creauerat, ſed ſuæ diuinitatis faceret eſſe participem, cum primos exſpiramine Sancti Spiritus afflatos prophetas, aduentus filij ſui in carnem ſub typicis ænigmatibus, ac diuinis reuelationibus nuncios præmiſiſſet, eundem vnicum filium ſuum ante ſæcula genitum, adueniente plenitudine temporis, in vterum prælectæ Virginis Matris, quæ inperſcrutabili Sancti Spiritus obumbratione, Angelo Nunciante concepit, de proprio ſinu tranſmiſit, qui ex eadem Virgine natus, & progreſſus in tempus, cæpit facere, & docere, omnibus quæ monſtrare, qualiter Sacri Baptiſmatis fonte renatis, de æterna morte via pateret ad vitam, & coadunatis diſcipulis, ne quis fidelis huius tranſitoriæ, & fugitiuæ vitæ moleſtias, vel tædia, ſeu temporalis acerbæ necis pænas, pro æternæ adeptione vitæ perhorreret, ſeſe hoſtiam immaculatam, conſumato debito curſu in ara Crucis morte cruenta obtulit Deo Patri, & militantem Eccleſiam fuſo pretioſo ſanguine fundauit, conſecrauit, & æternaliter ſtabiliuit.

§. 1. Tandem verò de mundo tranſiturus ad Patrem Principi Apoſtolorum Cæleſti Clauigero, in ſuam ſuorumq; ſucceſſorum Summorum Pontificum perſonas collatis clauibus, ligandi videlicet, & ſoluendi tradita poteſtate Supremum Pontificium ſpecialem curam ſui gregis, & regimen vniuerſale commiſit, pollicitus nihilominus Eccleſiam in æternum ſe non deſerturum eamdem.

§. 2. Ad cuius vberem vtilitatem diuiſiones gratiarum per ſpiritum Sanctum tribuit, ſuis fidelibus. Nam ſecundum Apoſtolum. Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſemo ſapientiæ. Alij ſermo ſcientiæ, ſecundum eũdem ſpiritum. Alij fides, in eodem ſpiritu. Alij gratia ſanitatum, in vno ſpiritu. Alij operatio virtutum. Alij prophetia. Alij diſcretio ſpirituum. Alij genera linguarum. Alij interpretatio ſermonum.

Hęc autem omnia operatur vnus atq; idem Spiritus diuidens ſingulis pro vt vult. Quamq; militantem eccleſiam Pater luminum ſuſtollit in eodem Spiritu Sancto ſtructura admirabili precioſorum lapidum, mira varietate decoram, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, quos elegit ante mundi conſtitutionem, conformes fieri imagini eiuſdem filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus, in multis fratribus, in quo eos gratificauit, donans Chariſmata meliora, qui ſuo exemplo viam oſtenderent excellentiorem.

§. 3. Hinc igitur Apoſtoli Sancti prodiere per vniuerſum orbem, genus humanum, quod ſub peccati iugo tenebatur ad vitam, & ſalutem excitantes, & eum firmiſſime conſtantia prædicantis verbũ Dei, vt in omnem terram exiret ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

§. 4. Splendidi quoq; Martyres fidei loricam induti, & inconcuſſæ ſtabilitatis Baltheo ſuccincti, lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine innocentis agni, & immitati candidato exercitu Chriſtum Ieſum, ad ſtructuram ſupernæ Hieruſalem, hoc eſt triumphantis eccleſiæ, cum glorioſa victoria palmas geſtantes in manibus, ſeſe viuos lapides addiderunt, exemplum venerabile, & æternam dignamq; memoriam militanti eccleſiæ relinquentes.

§. 5. Progreſſi ſunt, & doctores lucidiſſimi, qui pſeudochriſtianis, falſiſq; profetis, ſuperſtitioſas, & varias opiniones in vera fide Catholica adducere ipſamq; fidem ſubuertere ſatagentibus, ſe opponentes, talium confutatis erroribus miro eloquio, & ſolidis ac rectis ſententijs operante Sancto Spiritu ipſam fidem, & militantem eccleſiam illuſtrarunt, quibus eadem eccleſia communita progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulcra vt luna, electa vt ſol terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.

§. 6. Sequuntur, & limpidi Confeſſores ornati gemmis, & virtutibus coruſcantes, Domino rationem de talentis creditis repoſcenti, cum ſe aſſidua, & vigili ſanctarum operationum exercuerunt mercatura vt pote fideles, & boni ſerui multiplicatum de ſuis laboribus fructum afferunt, ac donum reponunt in arcam.

§. 7. Etiam anachoretæ, & ſolitudinis, ac eremi ſectatores blandientis, & captioſi, ſed venenoſi mundi vana ſpectacula fugientes, vt ſecuri ad patriam peruenirent, latibula petierunt, & antris abditi, paruo, & rudi victu ſcaturientis aquæ, & leui potu, carnem propriam

priam maceratntes, & Sathanæ ſtimulos reprimentes paliſtro, vel tegmine hirto amicti, vt plurimum nudis pedibus, & ſqualida humo, aut ſtramineo cubili feſſa membra ſomno refouentes, in ſacra contemplatione, & ſupernæ maieſtatis laude vacantes, demum, ex hac lacrimarum valle, & miſeriarum aceruo, ad Dei preſentiam euocati, immarceſcibilibus delicijs potiuntur.

§. 8. Adſunt, & Virgines nitidę mundo corpore, & corde ſincero, mētem ſanctam ſpontaneam, & oleum ſecum ſuis deferentes in vaſis, venienti ſponſo obuiam exeunt, eiq; deſponſantur, qui eſt præ filijs hominum ſpecioſus.

§. 9. Deuotæ autem, & continentes viduæ, & aliæ ſexus vtriuſq; perſonæ, pijs ſanctiſq; operibus ſemper intentę, & ſe ante Dei tribunal cum plenis manipulis repræſentant, & cum Sanctis Angelis canunt gloriam in altiſſimis Deo, & in Terra pacem bonæ voluntatis hominibus deprecantur. Hæc omnia profecto ille idem ſpiritus, de quo ſupra, operatur miniſterio multiformiter admirando. Et ſecundum ſanctam promiſſionem Chriſtus Ieſus hanc vineam ſuam militantem eccleſiam, poſt eius admirabilem Aſcenſionem, talibus cultoribus, & cultricibus, vſq; in diem hodiernum viſitauit, fouit, defenſauit, firmauit, iuuit, & auxit, & per ſui gratiam ſic in futurum faciet temporibus ſucceſſiuis.

§. 10. Nouiſſimis vero diebus, vt etiam ab Aquilone aliquid boni eſſet, ille Cæleſtis agricola eamdem vineam ſuo de more viſitans, mulierem fortem procul, & de vltimis finibus ſuum ſecum pretium deferentem, ad huiuſmodi vineæ culturam adduxit ineſſe, Beatam ſcilicet Viduam Brigittam, quam vulgares Brigidam appellant, tam ſacro ſuperius deſcripto cætui merito ſociandam, ſeu verius ſociatam cuius propter quod pręſentem operam nobis damus, vt originem, vitam, mores, & merita, nec non miracula, quæ in premium ſanctitatis eius Benedictus Deus mundo monſtrare dignatus eſt, ne de tam celebri mulieri ætas præſens immaneat ignara, & ſurda poſteritas famam ingratam accuſare, vel pętendere, poſſit, ſummotenus percurramus de multis pauca ad modum ea, quæ non prætereunda ſilentio excerpſimus, veſtræq; caritati harum ſerie volumus intimari.

§. 11. Hæc nēpe mulier glorioſa ex Patre Birghero, & Matre Sighride coniugalibus de nobiliſſima regia ſtirpe Catholicorum Suetiæ

Regum

Regum procedentibus, nec minus fide ortodoxa, & animi conſtantia, ac virtutibus quam nobilitate claris, duxit originem.

§. 12. Quæ quidem mater dum eam geſtaret in vtero; maris in quodam ſinu paſſa naufragium, cum multos promiſcui ſexus in eodem naufragio procella abſorbuiſſet ſana peruenit in litus, & nocte ſequenti in viſione adſtitit ſibi perſona admirando veſtitu refulgẽs, & ne viduæ tam venerandæ ſine pernuncio foret aduentus, dixit, ſaluata es propter Bonum, quod habes in vtero. Ideo nutri illud cum caritate Dei, quia tibi a Deo datum eſt.

§. 13. Cumq; Puella Brigitta de genetricis aluo in mundum recenter fuiſſet educta ſacerdos parochialis in eccleſia propinqua approbatæ vitę, & ætatis perfectę, dum nocte orationi vacaret, nubem lucidam, & in medio nubis Virginem ſedentem vidit, librum habentem in manu, ſibiq; dicentem, Nata eſt Birghero quędam filia cuius vox per mundum admirabilis audietur.

§. 14. Nata ergo puella vſq; ad finem triennij quaſi elinguis viſa eſt, mox contra naturalem decurſum non balbutiendo infantium more fari, geſtientiumq; audierint, ſed completa, & formata verba de auditis per eam loquebatur, & viſiis.

§. 15. Procedens vero in annis, pueritiam mira deuotione tranſegit, orationibus videlicet ac ieiunijs, & alias nunquam à bonis operibus ocioſa.

§. 16. Tandem licet in ſtatu virginali ſeruire Domino totis deſiderijs affectaret, tamen per parentes conpulſa quondam Vulfoni de Vlphaſum Principi Neritię, nobiliſſimo quippe, & chriſtianiſſimo iuueni in matrimonium deſponſatur.

§. 17. Et cum inſimul conuenire deberent, quamquã idoneis eſſent ad viriles amplexus maritus videlicet in decimo octauo, & ſponſa in tertio decimo anno conſtituti, communi tamen voluntate Thobiam iuniorem, & Saram Raguelis imitati annum continuum, & vltra à Concubitu abſtinuerunt, Deum humiliter deprecantes, vt ſi coniungi foret expediens, in commixtione non peccarent, & Deus illis talem prolem concederet, quę ad ſeruitium eius eſſet. Simul poſtea conuenerunt in timore, ac tremore, non libidini, ſed poſteritati vacantes. Cum interim deuota mulier nec ieiunia, nec orationes, nec alia pia, & ſolita opera pręteriret.

§. 18. Et cum ſemper B. Virgini pręcipue deuota foret, ac tempore proce-

procedente, pene partu periclitaretur, & obſtetrices, ac mulieres adſtantes de vita illius deſperarent, viſa eſt quędam imperioſa ſed incognita mulier, albis ſericeis induta veſtibus intrare cubile, & aſſiſtere ſtrato, & ſingula iacentis membra pertractare, mox cum talis mulier diſparuiſſet, eadem Puerpera ſine dolore partu integro exonerata remanſit.

§. 19. Et cum etiam dicti iugales adhuc eſſent iuuenes, & recentes, maritus felicis vxoris ſanctis monitionibus perſuaſus, cor enim viri ſpolijs non indigens; confiſum in ea reddidit ei bonum, & non malum omnibus diebus vitę ſuæ, ipſaq; mulier indixerũt ſibi ſpõte inuicem, & perpetuam continentiam ſaruauerunt.

§. 20. Et nihilominus coniuges, deuotè in Dei timore, & amore proximi ſemper feruentiores, limina B. Iacobi Apoſtoli in Compoſtella, communi voto peregre viſitarunt.

§. 21. Et ad propria reuerſi, tum deliberaſſent, vt liberius deuotioni vacare poſſent, pro ſexus diuerſitate diuerſa ingredi monaſteria dictus Princeps in tali deliberatione quieuit in Domino.

§. 22. Sancta autem vidua, quæ ab ineutis ætatis principio Deo dicata fuerat, vt ieiunijs, & orationibus indefeſſe vacaret, ſoluto cõiugio, & ſui iuris effecta, quaſi nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum à Spiritu Sancto præmonita, egrediens de terra, & cognatione ſua, ac Almam Vrbem, ac Hieroſolimam deinde perrexit, & loca ſingula in quibus Dominus Noſter Ieſus Chriſtus annunciatus, natus, educatus, baptizatus, conuerſatus, mirabilia operatus, illuſus, crucifixus, & ſepultus fuit, & ad Cælos aſcendit, inſigni deuotione, & venerabunda conſpexit, ad Vrbem quoq; regreſſa, cum antea ſiue in ſua patria, & partibus circumſtantibus ſiue in Germania, ſiue in Gallijs, ſiue in Hiſpania, ſiue in Italia, ſiue in alijs ciſmarinis, aut vltramarinis partibus Sanctorum, ac Sãctarum corpora, ſeu memorandæ reliquiæ quieſcerent, pauca admodum abſq; perſonali viſitatione dictæ Sanctæ Viduæ fuiſſent prętermiſſa in eadem Vrbe reliquum vitę peregit.

§. 23. Sed poſt mariti mortem, ob reuerentiam Sanctæ Trinitatis, ad nudam carnem quamdam cordam de Canopo cum pleriſq; nodis detulit ſtrictæ ligatam, & ſimiliter circa ſingulas tybias ſubtus genua ſingulas cordas ſimiliter connodatas, etiam tempore infirmitatis, nec pannis lineis præterquam in capite, vſa veſte hiſpida

circa

circa carnem,ſuperius vero non ſecundum perſonę conditionem, ſed multum humiles, & abiectas.

§. 24. Et non ſolum eas quas Sancta Mater iubet Eccleſia vigilias, ſeu ieiunia obſeruabat, ſed alia multa ſuperaddebat, ut etiam ultra ęccleſiæ mandatum quater in hebdomada ieiuuaret, & ſimiliter quater in hebdemada coniuge nondum uita functo, & poſt obitum eius continue, uſq; ad paucos annos ante ſuum felicem tranſitum,ſolitis pannis induta,ſuper tapeto,abſq;palcis,culcitra, vel ſimilibus ad terram uel pauimentum poſito corpus ab orationibus, abſtinentijs, ac diuino labore feſſum,tenui, & breui ſomno recreabat. Singulis ſextis ferijs ob memoriam Sacratiſſimæ Paſſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti pane dumtaxat, & aqua contęnta ieiunium non omiſit, cum etiam multos alios dies, ob diuerſorum Sanctorum reuerentiam ſimili abſtinentia pertranſiret, & ſiue ieiunio abſtineret,ſiue aliter diſcumberet, cum ſobrijſſima foret,de menſa ſurgebat, non ſaturabat ſed refecta, eiſdem quoq; ſextis ferijs de candelis cereis accenſis, ſtillas candentes, & ignitas eliquabat ſuper nudam carnem itaut aduſtæ cicatrices continue remanerent, & gentianam amariſſimam herbam, ſeu radicem eius retinebat in ore.

§.25.Romæ inſuper degens non rigorem frigoris, non æſtiuos calores,non impedimenta uitæ lautoſæ, non pluuiarum, aut niuium, ſeu grandinum aſperitates curans, ſtationes per eccleſiam ordinatas uariaſq; alias eccleſias ſanctas, licet eques pro ſuis facultatibus ire potuiſſet, tamen ſuper extenuati corporis vires enitens peditans uiſitauit quacumq;die. Tot n imq. longis genuflexionibus uſa fuit, ut genua eius rigerent induſtriam, ut ita dixerimus Camelorum.

§.26.Admirabilis, & ſpectatæ humilitatis extitit, itaut nonnumquã cum pauperibus peregrinis incognita, ſimul ſedens, apud monaſterium Sancti Laurentij in Paniſperna, de urbe ordinis S. Claræ eleemoſinam reciperet, & oſcularetur cum gratiarum actione, & frequenter proprijs manibus, & ob Dei reuerentiam, reparabat pauperum ueſtimenta.

§.27.Tenacem obedientiam prelatis, & ſuis ſuperioribus, & confeſſoribus obſeruabat, adeo, quod abſq; ſaltem confeſſoris licentia pæne oculos attollere non preſumeret.

§.28.

Digitized by Google

§. 28. Et ſuperſtite marito cum ſingulis ſextis ferijs confeſſa fuiſſet, poſt eius tranſitum, ueram confeſſionem ſemel ſaltem in die cum magna contritione ſtuduit iterare, tam amare leuia, ſicut alij grauiſſima deplorans, & nihil de ſuis uerbis moribus, cogitationibus, & actibus præteriens indiſcuſſum.

§. 29. Verbi Dei prædicationibus, quas uiri probati facerent, aſſidua aderat, & intenta.

§. 30. Singulis quoq; diebus Dominicis, & ſolemnibus, cum deuotione, & lacrimis ſumpſit Venerabile Chriſti Corporis Sacramentū.

§. 31. Conſiderans ſemitas domus ſuæ, ne panem commederet ocioſa, manus ſuas aperuit in opibus, & palmas ſuas extendit ad pauperes, inexhauſtę enim caritatis officia erga egentes, infirmas, & abiectas perſonas, ob Dei reuerentiam exercuit indefeſſe.

§. 32. Nam dum etiam adhuc maritus ſupereſſet die qualibet duodecim pauperes conſueuit propria in domo cibare, illis inſeruiens, & neceſſaria miniſtrans, & quintis ferijs memor Cænę Domini proprijs manibus lauit pedes eorum.

§. 33. De propria quoq; facultate reparauit in partibus ſuę originis multa hoſpitalia deſolata, & pauperes, & infirmos ibi degētes pia benigna, miſericors, & ſedula miniſtratrix cum ſumma pietate viſitauit. Vlcera eorum abſq; horrore, vel faſtidio attrectauit, lauit, circumligauit, & fouit.

§. 34. In loco etiam de Vuatzſteno Lyncopenſis diœceſis de ſuis facultatibus vnum Venerabile Monaſterium canonicè conſtrui fecit, pro ſexaginta monialibus ſub clauſura viuentibus, & viginti quinq; fratribus Ordinis S. Auguſtini, S. Saluatoris nuncupati, qui tam moniales, quam fratres certas conſtitutiones per ipſam Beatam Viduam editas, & poſtea per Sedem Apoſtolicam approbatas obſeruare tenentur. Sufficienti dote nihilominus aſſignata.

§. 35. Admirabilis patiētia viguit in ea, vt infirmitates proprij corporis, iniurias illatas, mariti, & Caroli filij mortem, & aduerſa reliqua tolleraret patientiſſime, ſine murmure, ſine querela ſemper in cunctis cum humilitate ſummiſſima Dominum benedicens.

§. 36. In fide ſemper conſtantior, pręſtantior ſpe, uera caritate ardentior iuſtitiam ſumme dilexit, & æquitatem.

§. 37. Stimulos carnis, & varias illecebras, prauitatem, & arrogantiā, pompam, & inanem gloriam magnanima curioſitate contempſit.

§.38. De ſingulari continentia,& modeſtia ſua ſatis eſt ſuperius recitatum:ſed quis inueniretur illa prudentior,cum optima diſcretione ab ætate primæua, uſq; ad horam ultimam, quantum ſinebat una fragilitas, cũcta ſecernens, non dixit bonum malum,neq;malum bonum; nec poſuit lucem tenebras, nec tenebras ipſam lucẽ.

§.39. Quibus quidem Sanctis,& abſq;intermiſſione continuatis operibus multis eorum cogitationes, & affectiones intimas, & geſta ſecretiſſima propalare, & viſiones, ac reuelationes uarias uidere, & audire, ac ſpiritu profetico multa prædicere, quorum nonnulla effectu completa fuere, prout hæc, & alia in eius reuelationum uolumine,pleniſſime deſcribuntur.

§. 40. Quinta vero præcedente die pronuntiauit ſuæ vitæ finem adeſſe.

§.41. Et cum fuiſſet annum ſeptuageſimum ſupergreſſa, adueniente iam termino prænuntiato, vocata familia, quæ fieri oporteret,& dixit,ac demum Birghero filio, & Catherina filia tunc ſuperſtitibus accerſitis,& de multis commonitis, ut ſuper omnia in Dei timore, & amore proximi, ac Sanctis perſeuerarent operibus, vltima confeſſione debitè facta, ſumpto uiatico, & extrema vnctione delibuta,cum uſq;ad flatus emiſſionem ſua memoria integra perduraſſet,dum miſſa coram ſe celebraretur, poſt adoratum Corpus Chriſti,oculis eleuatis ad Cælum,dicens: In manus tuas Domine, commendo ſpiritum meum,vocanti benemeritam animam reddidit Creatori.

§.42. Extemplo de tranſitu huius Viduæ Venerandæ magna fit fama per Vrbem concurrit frequens populus cum ſumma deuotione, ac reuerentia ſacrum uidere corpus, dum unanimiter glorificans, & collaudans ad monaſterium S. Laurentij ſupradictum vbi ſe iudicarat, funus in longe maiori populi frequentia defertur,& prænimia multitudine uſq; ad biduum apte non potuit ſepeliri, quod tamen cum eximia Dei laude fuit humatum.

§.43. Dum autem celebris hec Vidua Neapoli degeret, Nolanenſis,quædam mulier pictiolella nomine, quæ uiolentum malis ſpiritus inhumanam ſe imaginem transformantis patiebatur accubitum,cui nec fortium vigiliæ,aut excubię obſiſtere potuerant,ad Viduam Sanctam acceſſiſſet, eam ſuper tali materia,& expedienti remedio conſultum, mox Vidua præcellens, & ſecreta mulieris

præ-

Digitized by Google

præuidens queſiuit à muliere, an ſecum aliquid arte magica compilatum, vel quid tale deferret cum illa reſpondiſſet quod non, egregia Vidua ſubiecit, quere in capillis, ſeu tricis tuis, & cõtrarium inuenies. Confuſa, & recordata mulier, quod certum Breue cum caracteribus, & incantamine proprijs habebat in crinibus, ſuum fuit errorem ſponte faſſa. Inſignis autem Vidua iniunxit, & ſuaſit illi, ut deuote confiteretur, & ueraciter pæniteret, & communicaret, ac etiam ieiunaret, quod & fecit; ac meritis & precibus memoratæ Viduæ nunquam ſimilem accubitum paſſa fuit.

§.44. Cum autem ſpectabilis hæc Vidua de longa peregrinatione ad Ortonam Theatinæ diæc. Terram, in qua Beatiſſimi Thomæ Apoſtoli reliquiarum pars magna ſeruatur, vice ſecunda ſuperueniſſet, fuerat enim antea longe per viſionem ſibi reuelatam, quod ſecunda vice ſui aduentus ad ipſam terram, deuotum eius deſiderium impleretur, & dum ſtans reliquias deuotione ſolita viſitaret, idem Apoſtolus deuotæ Viduæ apparens dixit, dabitur tibi diu deſideratum, & mox nemine tangente, vel alias impellente, de capſa reliquiarum quoddam fruſtulum vnius oſsis dicti Apoſtoli ſuapte Viduæ expectantis proſilijt ad manus, quod illa cum gaudio, ac deuotione recipiens ſumma veneratione ſeruauit.

§.45. Fuit quoq; hæc admirabilis Vidua dum orationi, & contemplationi vacaret per pleraſq; deuotas perſonas eleuata à terra per hominis menſuram, vel circiter, cum ſplendida, & radiante facie, ſæpe viſa.

§.46. Funus nondum erat traditum ſepulturæ, cum mulier quædam Agnes de Conteſſa nomine in Vrbe commorans, quæ à natiuitate guttur habebat groſſiſſimum, ac deforme cum alijs uenerandum currit ad funus, & cum propria zona manus ſanctæ iacentis Brigittæ cum deuotione tangi feciſſet, zonam eadem ſimili deuotione circumduxit ad collum, & paulo poſt guttur detumuit, & ad conformitatem debitam diuino miraculo fuit reductum.

§.47. Verum Franciſca de Sabellis dicti monaſterij S. Laurentij monialis, quæ biennio debilitatem, & aduersã ſtomaci valetudinem paſſa fere ſemper lecto decubuerat infirma, & honorandæ Viduæ familiaris fuerat, dum adhuc inſepultum corpus intra clauſtrum ſeruaretur, cum graui labore de lecto ſurrexit, tam longam infirmita-

Digitized by Google

mitatem patiens, & audita peruenit ad pheretrum, & ſecus illud iacuit tota nocte, nec Deum deſijt cum deuotione, & inſtantia deprecari, quod meritis, & precibus Viduæ, cuius corpus aderat, tam moleſta, tamq; diutina valetudine in tantum ſaltem alleuiaretur, quod cum reliquis monialibus diuinis officijs intereſſe, & per clauſtrum cum expediret adiuta per neminem ire poſſet, & manefacto reperit ſe circa proprij ſanitatem corporis efficacius remedium, quam deprecata fuerat impetraſſe.

§. 48. Verum vt Deus Benedictus huius dilectæ Viduę mũdo magna merita demonſtraret, contigit, vt Elſebiſnara mulier dictæ Lincopenſis Diæç. cum infantulum mortuum peperiſſet, ſummo dolore plena, ac tandem ad ſe reuerſa, Deum prece humili exoraret, quod meritis Viduæ tantopere celebrandæ infantulus vita ſuſciperet, & emiſſo voto, quod cum infantulo ſi ad vitam veniret, & imagine cerea ſepulchrum Viduæ Sanctæ viſitaret, ex templo infantulus caleſcere, & palpitare cępit, vitamq; plene ſuſcepit. Mulier vero plena deuotione, atq; gaudio, votum impleuit emiſſum.

§. 49. Sed quid pluribus immoramur, cum Deus Omnipotens hujus almę Viduæ meritis, ſurdis aures aperuit, mutis linguæ officium ſoluerit, tremulis paraliticis ſoliditatem præbuerit, curuis erectionem, contractis, & inualidis liberum beneficium gradiendi, cæcis viſum, mulieribus partu periclitantibus liberationem, morbis alias incurabilibus ſanitatem naufragos, & aquis vehementibus laborantes perduxerit ad ſalutis portum? & ſi, ea quæ Deus Benedictus Viduæ ſæpedictæ meritis tam illa ſuperſtite, quam poſt eius reſolutionem felicem, mirabilia præter, & ſuper vires naturę, fuit operatus, nec deſinit operari, vellemus per ſingula recenſere, Nos alijs diuerſis implicatos longa valde in tali recitatione prolixitas detineret, poſſunt tamen fideles auidi talia geſta pernoſcere librum in quo fideliter annotantur perquiredo curioſe.

§. 50. Vota autem apud monaſterium in Vuatzſteno ſupradictum, ad quod venerabile corpus huius Benedictę Viduæ translatum fuit, perſoluta, & appoſitę imagines ac ſtatuæ magnum teſtimonium perhibent veritati.

§. 51. Et quoniam per Sancti Spiritus operationem, hæc Vidua peruigil, per excellentia merita in Dei Patris gloria collocata militantem propemodum illuſtrat eccleſiam, noſq; guſtamus, & videmus,

mus, quia bona fuit, & eſt negotiatio eius, & propterea in nocte ſuperuenientis temporalis mortis eius, virtutum, & meritorum lucerna non debet extingui, eſt enim non ſub modio, ſed ſuper candelabrum poſita, & per Domini vniuerſam domum inextinguibile lumen affert, quin potius filij Sanctę Matris Eccleſiæ ſurgunt, & Beatiſſimam prędicent, eiq; dent de fructu manum ſuarum laudentq;eam in portis Matris Eccleſię opera eius. Nos qui pro iniuncto miniſterij paſtoralis officio, ſumus ſapientibus, & inſipientibus debitores, per ea quę tam de felicis recordationis Gregorij II. & Vrbani VI. Rom. Pontificum prędeceſſorum noſtrorum, quã mandato noſtro ſuper his habita ſunt de veritate premiſſorum per teſtes idoneos, & alias probationes legitimas, certius informati, eiſq;veris compertis, & pro parte cariſſimæ filiæ in Chriſto filię noſtrę Margaritę Reginæ Succiæ illuſtris, ac prælatorum, & procerum Regni ſui nec non dilectorum filiorum Populi officialium Almæ Vrbis, ac dilectarum in Chriſto filiarum S. Laurentij, & de Vuatzſteno Monaſteriorum prædictorum Abbatiſſarum Conuentuum, ſæpius, & cum inſtantia requiſiti, in Nomine Domini vt iam tandem Viduam eius celeberrimam benedicentes benedicamus, & ſuper ea efflorcat ſanctificatio noſtra ad honorem Dei Omnipotentis, Patris, Filij, & Spiritus Sancti, & ad exaltationem Orthodoxe fidei, & Chriſtianæ Religionis augumentum, nec non ad ſedationem ſchiſmatis, ac Fidei, & Eccleſiæ unionem auctoritate ipſius Dei Omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ac Beatorum Apoſtolorum, Petri ſupradicti, & Pauli, atq; noſtra de fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu omnium Prælatorum in Romana Curia conſiſtentium, decernimus, declaramus, definimus, pronunciamus, bonæ memoriæ Beatam Brigitam, alias Brigidam ſupra ſæpius nominatam, ſanctam eſſe, & tanquam ſanctam ab uniuerſali eccleſia uenerari, ac Sanctorum Cathalogo adſcribi debere, & ipſam nunc adſcribimus de præſenti.

§.52. Statuentes ut ab uniuerſali eccleſia anno quolibet, in die qua illam poſt deuictum triumphatumq; mundum, in perpetuas æternitates præſens uita parturijt, uidelicet 10. Kal. Auguſti, feſtum ipſius, & officium ſicut pro una ſancta non Virgine, nec Martire, deuotè, & ſolemniter celebretur.

§.53. Et ut ad uenerabile ſepulchrum ipſius ardentius, & affluentius

Chriſti

Chriſti fidelium confluat multitudo, & eiuſdem Sanctæ celebrius colatur feſtiuitas, & eius nomen crebius recolatur, auctoritate prædicta omnibus vere pænitentibus, & confeſſis, qui ſepulchrum eius huiuſmodi apud ipſum monaſterium in Vuitzeleno in eiuſdem feſti nec non 5. kalendas Iunij, quo videlicet di huiuſmodi Corpus Venerandum apud ipſum monaſterium translatum fuit, & ſub ad præſens occurrentibus diebus deuote viſitauerint annuatim, ſingulis videlicet eorumdem dierum diebus, quibus dictum ſepulchrum viſitauerint vt præfertur, ſeptem annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis penitentijs miſericorditer relaxamus.

§. 4. Quocirca vniuerſitatem veſtram monemus, requirimus, & hortamur attente vobis nihilominus in virtute ſanctæ obedientię, & ad æternorum præmiorum augmentum diſtrictius iniungentes: quatenus præſentes noſtras litteras Cleris, & populis veſtris auctoritate noſtra ſolemniter publicantes huiuſmodi venerabilis Sanctæ, cum ſolemnitate debita celebretis, & faciatis etiam celebrari; Omnipotentem Deum, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & iuſta ſunt opera, totis cordis affectibus humiliter deprecantes, vt eiuſdem Sanctæ precibus, & meritis exoratus det ſeruis ſuis, illam quam mundus dare non poteſt pacem, vt & corda noſtra mandatis ſuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora noſtra ſint ſua protectione tranquilla, nobiſq; concedat, vt poſt peractum noſtræ villicationis miniſterium, vna cum credito nobis grege, mereamur ad ſempiterna gaudia peruenire. Datum Romę apud S. Petrum, nonis Octobris, Pont. noſtri anno 2. *Id eſt Chriſti 1391. Ordinis 171.*

Extracta ex Bullario Romano Bulla 5.

BVLLA XXXIV.

Bonifacius IX. concedit Fratribus Traiectenſibus, vt poſſint facere Capitulum Generale, eligendo vnum de ſuis in Generalem, & infra Bulla XXXVII. confirmantur à Ioanne XXIII.

His, quæ diuini cultus augmentum, & ſacræ religionis propagationem conſpiciunt, libenter intendimus, illaq; fauoribus proſequimur oportunis, Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum

rum

rum in Chriſto filiorum Fratrum, & dilectarum in Chiſto filiarum Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati in Giuitate, & Diæceſi Traiectenſi in communi vita degentium petitio continebat, quod propter morum, perſonarumq; eiuſdem Ordinis deformitatem diuerſa diuerſis temporibus pericula, & ſcandala ſunt exorta. Cupientes igitur eiſdem ſcandalis, & periculis obuiare, veſtrum duxerunt ſuper hoc conſilium, & patrocinium humiliter implorare.

Nos vero conſiderantes, quod morum vniformitas pacem, & concordiam foueat, & etiam repræſentet, deuotis ipſorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt Miniſtri Fratrum, & Sororum huiuſmodi pro tempore aliquem ex ſupraſcriptis ad certum tempus in ſuum poſſint eligere ſuperiorem, qui cum perſonis, quas ſingulæ domus ad hoc deputauerint, ſingulis annis Capitulum celebret Generale cum plenaria poteſtate ſtatuendi, corrigendi, & reformandi, quæ ſecundum Deum pro conſeruatione Religionis huiuſmodi viderit expedire, nullum tamen ex ipſis Miniſtris Fratribus, & Superioribus, ſi contra Ordinationem dicti Capituli egerint ad culpam obligari volumus, ſed ad pænam, & vt quælibet perſona dicti Ordinis ad manus ſui Miniſtri cum alijs obſeruantijs Ordinis etiam ſolemne votum perpetuæ continentiæ, ſi velit, emittere valeat, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus.

Verum cum Regula dicti Ordinis abdicatiouem Proprietatis non contineat, quod quilibet clericus huius Ordinis dictæ diœceſis beneficium eccleſiaſticum ſine cura etiam conſuetum ab olim clericis ſecularibus aſſignari, cuius fructus quatuor Marcharum argenti, ſecundum, &c. nõ excedunt obtinere, & aſſequi, ac eidem deſeruire valeat, dummodo eius Prælato, vel ſuperiori loci, vbi huiuſmodi beneficium exiſtit, obediat, præſentibus indulgemus.

Cæterum, cum perſonis dicti Ordiins alias meminimus, auctoritate Apoſtolica conceſſiſſe, quod vnum alicuius approbatæ Religionis profeſſorem in eorum Viſitatorem, & informatorem eligere valeant, prout in alijs literis ſuperinde confectis plenius continetur, illud etiam ad Sacerdotes iſtius Religionis profeſſores, alias tamen ad hoc ſufficientes, & idoneas auctoritate Apoſtolica extendi volumus, & extendimus per præſentes, conſtitutionibus, &

ordi-

ordinationibus,&c. Quocirca venerabili F. noſtro Epiſcopo Traiectenſi per Apoſtolica ſcripra mandamus, quateuus ipſos Fratres, & Sorores de dicto Ordine pro conſequendo effectu ſolerti cura confouere ſtudeat, ne ipſos in præmiſſis quomodolibet moleſtari permittat, moleſtatores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Nulli ergo,&c. Datum Romæ apud S. Petrum XV. Calendas Februarij anno duodecimo.

Ideſt 18. Ianuarij 1401. Ordinis 181. Religionis ſecundo.

Hanc ex Vadingo Bulla 43. tom. 5. ex Vaticano lib. 5. anno 12. fol. 107. tranſcripſi, quæ fuit data 18. Ianuarij 1401. Summa continet ſequentia.

Diuerſitas morum in communi viuentium generat ſcandala.

Vniformitas morum pacem, & concordiam fouet.

Poſſunt eligere ſuperiorem, qui cum ipſis annnatim Capitulum Generale congreget cum poteſtate ſtatuendi, corrigendi, & reformandi ſine obligatione ad culpam.

Poſſunt emittere votum ſolemne Continentiæ.

Capaces ſunt beneficiorum ſimplicium, & in eo ſubſint prælato, vel ſuperiori loci beneficij.

Habeant in Viſitatorem, & informatorem Sacerdotem idoneum tamen alicuius Religionis approbatæ.

Hinc Vadingus infert ſub num. 8 ad annum 1401. Tertiarios non receptiſſe exordium regularis modi viuendi Fulginei ex Beata Angelina Conbarienſi, quod etiam docuerat ſub anno 1392. tom. 4. num. 14. ideò ab anno 1400. clarius pono exordium Religionis, & eleuationem Ordinis in Religionem.

BENEDICTVS PAPA XIII.

Hic fuit Antipapa natione Hiſpanus dictus Petrus de Luna, Archidiaconus Ceſarauguſtanus, creatus Auenione vigeſimo octauo Septembris 1394. vſurpauit ſedem vltra viginti annos, obijt Septembri 1424. & ſic fuit contra Bonifacium IX. Innocentium VII. Gregorium XII. Alexandrum V. Ioannem XXIII. in Concilio Conſtantienſi anno 1415 die 26. Iulij depoſitus, & condemnatus fuit dictus Antipapa, vt videri poteſt tom. 4. Concil. ſeſſ. 37. fol. 380. Nicolini. Vnicam includit.

BVL-

Digitized by Google

BVLLA XXXV.

Benedictus XIII. donationem factam Tertiarÿs Domus S. Catarinæ de Monte Faro Compoſtellano per Lupum Epiſcopum Mindonienſem confirmat.

1 Ijs,quæ pro vtilitate eccleſiarum, & aliorum locorum piorum, ac perſonarum in eis Domino famulantium proinde facta ſunt, vt illibata conſiſtant libenter adijcimus Apoſtolici muniminis firmitatem. Exhibita ſiquidem Nobis pro parte dilectorum filiorum Miniſtri,& Fratrum Domus S. Catarinæ de Monte de Faro Tertij Ordinis S.Franciſci,Fratrum de Pænitentia nuncupatorum Compoſtellan. diæceſis petitio continebat, quod olim Venerabilis F. noſter Lupus Epiſcopus Midonienſis propter euidentem neceſſitatem dictæ domus, & vt Fratres ipſi ibidem Domino famulantes poſſent congrue ſuſtentari, Parochialem Eccleſiam S. Mariæ de Minio Midonienſis diæceſis tunc vacantem cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis de dilectorum filiorum, Ferrandi Petri de Andrade militis dictæ diæceſis veris patronis ipſius parochialis Eccleſię in poſſeſſionem pacificam iuris præſentandi perſonam idoneam ad ipſam eccleſiam, cum eam hactenus vacare contigerit,necnon ad hoc vocatorum Capituli Midonienſis expreſſo conſenſu præfatis Miniſtro, & Fratribus perpetuo donauit, per Miniſtrum dictæ domus,qui tunc erat, & eſſet in futurum, perpetuo regendam,& etiam gubernandam, prout in quibuſdam ipſius Epiſcopi literis eius ſigillo ſignatis inde confectis, quorum tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur.

2 Quare pro parte ipſorum Miniſtri, & Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt donationi huiuſmodi robur confirmationis adijcere, & omnem defectum, ſi qui forſitan interuenerit in eadem, ſupplere ex certa ſcientia de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur ipſorum Miniſtri, & Fratrum ſupplicationibus inclinati donationem huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eiſdem literis contenta rata, & grata habentes, illa Apoſtolica auctoritate confirmamus, & præſenti ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint in præmiſſis. Tenor vero dictarum literarum talis eſt.

2 In Dei nomine, Amen. Nouerint vniuerſi præſentes literas inſpecturi, quod nos Lupus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Midonienſis Epiſcopus vocatis per campanam, vti moris eſt, ad negotium infraſcriptum, Decano perſonis, & Canonicis noſtræ Eccleſiæ Midonienſis, cum ſcrutinio, & conſenſu ipſorum, conſentiente ſiquidem Ferrando de Andrade Milite Patrono Eccleſiæ infraſcriptæ, & habito ſuper hoc conuentu, concedimus, & in perpetuum donamus totam Eccleſiam S. Mariæ di Minio, cum omnibus decimis, oblationibus, iuribus, pertinentijs, & obuentionibus ſuis Monaſterio S. Catarine de Monte de Faro Tertiæ Regulę S. Franciſci Compoſtellanenſis diæceſis, & hoc propter indigentiam, & paupertatem dicti Monaſterij, vt cultus diuinus augeatur, & religioſi ibidem commorantes debitum Deo poſſint impendere famulatum, vtq; Frater Lupus Miniſter dicti Monaſterij, & etiã alij Miniſtri pro tempore ſucceſſores per ſe, vel alium celebrent in eadem eccleſia officia diuina, & parochianis dictæ eccleſiæ impendant eccleſiaſtica Sacramenta, in cuius rei teſtimonium præſentes literas ſibi conceſſimus ſigilli noſtri appenſione munitas, ac nomine noſtro roboratas, & per Notarium infraſcriptum ſignatas. Datum apud Villam maiorem Ciuitatis noſtrę Midonienſis ſexta die menſis Ianuarij anno Domini 1396. præſentibus teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis, Ioanne Didaci Licentiato in Decretis, Ioanne Roderici Canonico Seguntinenſi Vicario dicti Domini Epiſcopi, Ferdinando de Parega, & alijs. Et ego Lupus Didaci Clericus Midonienſis diæceſis, auctoritate ordinaria publicus Notarius ad omnia, & ſingula ſupradicta vna cum prænominatis teſtibus, præſens publicum inſtrumentum, alijs negotijs arduis occupatus, in mei preſentia inſcribi feci, ac ſigno meo aſſueto ſignaui in teſtimonium omnium præmiſſorum ad hoc vocatus ſpecialiter, & requiſitus. L. Epiſcopus Midon. Lupus Didaci Notarius.

Nulli ergo hominum omnino liceat, &c. Datum apud Pontem Sorgiæ Auenionis diæceſis VI. idus Septembris. Pontificatus noſtri anno nono. *Ideſt 8. Septembris 1403. Ordinis 83. Religionis 4.*

Hanc Bullam dicti Antipapa tertiam apud Vadingum tom. 3. collegi extractam ex Reg. Vatican. lib. 1. An. 9. fol. 263.

Lupus Epiſcopus Midonienſis Fratribus, & Sororibus Tertiarijs Domus

S.

S.Catarina de Monte de Faro ad ſubleuandam eorum paupertatem donauit parochialem eccleſiam S. Mariæ de Minio Midon. diœceſis cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs cum onere, quod F. Lupus adminiſtraret Sacramenta parochianis, & pro tempore quilibet alius Miniſter eiuſdem Ordinis, conſentiente donationi Ferrando Petri de Andrade Milite dictæ Eccleſiæ patrono. Dictus Papa eam confirmauit anno 1403.

Eodem anno multa conceſſit eiſdem, prædictos enim, & alterius conuentus S.Mariæ de Canthero Compoſtellanæ diœceſis abſoluit à decimis, & alijs exactionibus die 15. Septembris Eccleſiæ S.Mariæ de Valle, & aliquarum poſſeſſionum in villa de Lazaro, & aliarum nuncupatarum S.Mariæ Magdalenæ, quæ ſpectabant ad menſam epiſcopalem, donationem eiſdem factam ab Epiſcopo Aſtoricenſi confirmauit die 8. Septembris, quo die etiam eiſdem indulſit, vt omnes legerent Horas Canonicas more Romanæ Eccleſiæ. Eccleſiam ruralem S. Mariæ del Soto Zamorenſis diœceſis à patrono illis donatam confirmauit. Fabricam Eccleſiæ S. Iuliani de Monte Legionenſi diœceſis commendat caritati fidelium, & domum cum prædijs, & vineis eiſdem donatam à Capitulo Legionenſi approbat. Donationem alterius eccleſiæ S. Spiritus factam ab Epiſcopo Aſtoricenſi ratam habuit, conceſſit ne ſoluerent decimas ex fructibus ſupradictæ S. Mariæ de Minio, ſupradicto die 15. Septembris. In his ſcripturis fit mentio de Generali Fratrum Tertij Ordinis de Pænitentia.

Alia Bulla Martini V. habetur infra ſub XLIII. nu. 2. confirmatoria huius donationis. Et licet fuerit Antipapa, tamen Martinus V. vt apparet ex actis Concilij Conſtantienſis ſub ſeſſ. 43. omnia eius acta, propter communem Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem approbauit, iuxta tenorem ibi præſcriptum, & ſic in ſpecie hanc donationem dictus Martinus approbauit.

IOANNES PAPA XXIII.

NEapolitanus Baltaſſar Coſta, Diaconus Cardinalis S. Euſtachij creatus Bononiæ decimoſeptimo Maij, & vigeſimo eiuſdem coronatus anno 1410. vixit annos quinq; dies quindecim, in Concilio Conſtantienſi quod indixerat anno 1414. renuntiauit vltimo Maij 1415. poſtea à Martino V. creatus fuit Cardinalis Epiſcopus Tuſculanus, &

Digitized by Google

Collegij Decanus vigeſimo quarto Iunij 1419. obijt Florentiæ vigeſimò ſecundo Decembris eodem anno ſepultus in Baptiſterio S. Ioannis. Quatuor protulit Bullas.

BVLLA XXXVI.

IOannes XXIII. *concedit Fratribus, & Sororibus de S. Audomaro in diœceſi Morinenſi campanas in eorum capellis ad conuocandum etiam populum ad diuina, ſine alterius præiudicio.*

1 Sacræ Religionis, ſub qua, &c. Sane ſicut exhibita nuper pro parte veſtra petitio continebat, vos filij Fratres vnam, & vos in Chriſto filiæ aliam Sorores Domos ab inuicem diſtantes in oppido de S. Audomaro Morinenſis diœceſis habetis, & ſeorſim, ſeu ſeparatim inhabitatis, in quibus ſecundum regularia inſtituta Ordinis S. Franciſci viuitis, & in quarum qualibet vna Capella pro celebratione Miſſarum, & aliorum diuinorum officiorum ad veſtrum, & aliorum Chriſtifidelium vſum conſtructa, & conſecrata exiſtit.

2 Ac ſicut eadem petitio ſubiungebat, ob diuini cultus, & eorumdem Chriſti fidelium deuotionis augumentum deſideratis, vt in qualibet dictarum Capellarum vnam Campanam habere, & illis pro Horarum, & Chriſti fidelium conuocatione ad huiuſmodi Miſſas, & diuina officia audiendum, illiſq; intereſſendum, ac alias etiam, prout, & quando vobis videretur, vti. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt quod huiuſmodi Campanas habere, & eis vti, ac miſſas, & alia officia huiuſmodi decantari facere, vt præfertur, valeatis, vobis, & ſucceſſoribus veſtris Fratribus, & Sororibus dictarum Domuum, qui erunt pro tempore concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos igitur, qui cultum, & deuotionem præfatas noſtris temporibus adaugeri intenſis deſiderijs affectamus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, & eiſdem ſucceſſoribus, vt in qualibet dictarum Capellarum vnam condecentem Campanam habere, & ea uti; nec non Miſſas, & alia officia huiuſmodi quoties, & quando uobis, & dictis ſucceſſoribus uidebitur, in eiſdem Capellis decantari facere, ut præfertur, abſq; tamen alicuius præiudicio, uos, & ijdem ſucceſſores, libere, & licite poſſitis, quibuſuis contrarijs nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica, tenore preſenti-

um

um de ſpeciali dono gratiæ indulgemus. Per hoc autem Regulam uel Ordinem ueſtrum non intendimus aliquatanus approbare. Nulli ergo, &c. Datum apud Sanctum Antonium extra muros Florentinos tertio nonas Iulij anno quarto. *Ideſt quinto Iulij* 1413. *Ordinis* 193. *Religionis* 14.

Hanc regiſtrat ſub num. 14. *Vadingus tom.* 5. *ex Vaticano lib.* 1. *anno quarto fol.* 2.

BVLLA XXXVII.

I*Oannes XXIII. confirmat ſtatuta Flandrenſibus, & multa alia eis concedit, ut patet legentibus ſequentem Bullam.*

1 Perſonas uacantes aſſidue diuinis obſequijs per ſtudium piæ uitæ, & ſub regulari obſeruantia in domino lætantes libenter Apoſtolico fauore proſequimur, ac illa quæ pro perſeuerantia in bonis operibus, & quiete ipſorum perinde facta ſunt, ut illibata perſiſtant, cum à nobis petitur apoſtolico confirmationis ſuffragio fauorabiliter communimus. Sanè petitio dilectorũ filiorum uniuerſorum Fratrum, & dilectarum in Chriſto filiarum uniuerſarum Sororum Tertij Ordinis de pænitentia nuncupati, quem Beatus Franciſcus inſtituit in partibus Flandriæ, & præſertim in Epiſcopatu Mormienſi, & in locis ſcilicet Furnis, Nouoportu, ypris, Paupringis, dixeimidæ, & Bergis Mormienſis diæceſis degentium petitio continebat, quod ipſi olim, ut quietius, & ſalubrius animas ſuas Deo lucrifacerent, uiuendo etiam iuxta regulam, ac modum uiuendi per felicis recordationis Nicolaum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum.

2 Prouida deliberatione præuia ſtatuerunt, & ordinarunt, ut per ſalutaria exempla ad æternam uitam cum Dei adiutorio ſalubrius proficere poſſent prædicti Fratres, & Sorores neminem reciperent ad profeſſionem dicti ordinis niſi finito anno probationis, ut ipſa regula dictat, & niſi in die profeſſionis ſuæ haberent decem, & octo annos, & niſi ſatisfeciſſent Eccleſiæ, & ubiq; ſecundum contenta in regula memorata, & fieret per ipſos profeſſio in hæc verba uidelicet.

3 *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Ego N. Voueo, & promitto Deo, & Beatæ Mariæ Virgini, Beato Franciſco, & omnibus Sanctis,* &

Digitized by Google

& tibi Pater N. omnibus diebus vitæ meæ eſſe obediens Domino Ioanni Papæ, & ſuis ſucceſſoribus canonicè intrantibus, & viuere in obedientia, paupertate, ſine proprio, & in caſtitate, & obſeruare regulam Tertij Ordinis Beati Franciſci ſecundum declarationem, & ordinationem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ factam, & traditam per prædictum Dominum Nicolaum Papam, & cætera omnia, quæ huic modo viuendi ad ſalutem animæ conueniunt ad diſcretionem meorum ſuperiorum.

Et recipiens eandem profeſſionem promittat ei, quod ſi hæc fecerit merebitur vitam æternam, & fiet illa receptio per Miniſtrum tantum ſecundum regulam, tàm de ipſis Fratribus, quàm de Sororibus eiuſdem Tertij Ordinis, vbi bono modo poſſet haberi, & ſi non, de conſilio Viſitatoris ſuperior Soror in Nomine Domini illud faceret de Sororibus ipſis. Et quia in Euangelio dicitur quod nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & aſpiciens retro aptus eſt regno Dei, voluerunt, & etiam ordinarunt ipſi Fratres, & Sorores in locis ante dictis degentes, quod nullus inter dictos Fratres, & Sorores profeſſus poſſet illum ſtatum, & communitatem dimittere, & reuerti ad ſæculum, ſeu ad minorem ſiue ad leuiorem ſtatum in Eccleſia declinare, ſed potius quilibet eorumdem Fratrum, & Sororum firmiter ſua vota etiam ſuum ſtatum obſeruarent, ſicut Domino promiſerunt.

4 Dictiq; Fratres, & Sorores in eiſdem locis degentes qui ad hoc eſſent habiles dicerent horas Canonicas ſecundum ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſine nota, & alij, ſeu aliæ non ad hoc habiles horas eiuſdem Beatæ Virginis ſecundum præfatum ordinem, vel nocturnum Pſalterij pro matutinis, & alios pſalmos pro alijs horis pro vt tenerentur dicere ſi dictas horas dicerent, & qui iſta neſcirent, vel bono modo adiſcere non poſſent ſicut de ipſis cauetur in ipſa Regula dicerent Orationem Dominicam ſcilicet Pater Noſter, & ſuper illis diſpenſarent eorum Viſitator, & ſuperiores ad moiorem profectum ſuarum animarum.

5 Dicti vero Fratres, & Sorores pro vt de eorum Regula, & antiqua conſuetudine habebant, etiam deinceps haberent Viſitatorem religioſum virum alterius Ordinis, & ſemper vnum Miniſtrum de Fratribus ipſis, qui eſſet ſuper omnes Fratres, & Sorores, & cum hoc Sorores ipſæ eligerent ſibi vnam de præfatis Sororibus, ſicut eligitur Miniſter, quæ etiam renouaretur in eius miniſterio ſicut

ipſe

Digitized by Google

ipſe Miniſter, quæ ſic electa in abſentia dicti Miniſtri haberet poteſtatem ſuper omnes Sorores ſicut ipſe Miniſter ſuper præfatos Fratres, & Sorores; & fieret in qualibet domo prædictorum Fratrum; & Sororum vnus, vel vna ſuperior omnium Fratrum, & Sororum domus illius, & cui omnes de domo illa in abſentia Miniſtri, vel Sororis ſuperioris inter Sorores obedirent, & hoc per electionem omnium Fratrum, & Sororum ſingularum domorum, quę etiam renouarentur ſicut cæteri, tamen vterentur Viſitator, & cæteri ſuperiores Ordinis de ſuſpenſione officiariorum, & cæteris ſimilibus ſecundum eamdem Regulam, & antiquam conſuetudinem in neceſſitatibus, & alijs pro vt decens, & honeſtum omni tempore apparet.

Et de cætero in qualibet domo eorumdem Fratrum, & Sororum haberentur aliqua loca honeſta ſatis magna in quibus ſimul conuenirent ad orandum, comedendum, & dormiendum, ſcilicet Sorores in locis Sororum, & Fratres in locis Fratrum ſeorſum ſeu ab inuicem ſeparatim, dum tamen non haberent edificia vel loca exceſſiua ac ſi eſſent honeſti Religioſi Fratres ſecundum paupertatem, & eorum neceſſitatem ſatis parua, & vilia.

6 Et nemo extra communitatem maneret aliquo notabili tempore niſi de licentia ſuperiorum in quibus ſuperiores omnes in neceſſitatibus, & cauſis rationabilibus poſſent diſpenſare ſecundum quod eis ſecundum Deum videretur expedire.

7 Præceperuntq; dictis Fratribus, & Sororibus omnibus ad hoc petentibus ac habilibus quod operarentur, & laborarent in aliquo tempore labore honeſto vnde ſibi victum acquirerent, non tamen taliter laborarent quod ſpiritum deuotionis extinguerent, tempus deuotionis, & orationis, ad hoc exponendo, ſed ſuperiores eorundem Fratrũ, & Sororum prouiderent, quod in qualibet domo præordinarent, & diuiderent ipſum tempus tam æſtatis, quam hiemis, tam diei, quam noctis pro vt ratio dictaret ad vtrunq; faciendum, ita quod temporibus congruis orarent, & laborent, & quod otioſitas, vel pigritia non impediret laborem ſe velando ſub ſpecie deuotionis, vel orationis, de mercede vero laborum viuerent omnes in communi tam inſufficientes ad laborem, quam alij, & vbi merces laboris non ſufficeret ad eorum victum humiliter recurrerent ad eleemoſinam poſtulandam, & ſuperior vniuſcuiuſq;

domus

domus huiuſmodi reciperet mercedem laborum omnis domus,& elemoſinas per ſe ipſum vel alium loco ſui, & ſicut reciperent exponerent fideliter in neceſſitalibus communitatis inde reddituri rationem huiuſmodi Viſitatori,& Miniſtro ac Sorori ſuperioribus ſi & quando eis placeret, & ſecundũ quod eis videretur expedire, quorum conſcientias ipſi ordinantes ſuper præmiſſis voluerunt onerare.

8 Prædictiq; Fratres, & Sorores ſecundum vſum communem dicti Ordinis induerentur, & haberent Fratres vnam tunicam griſeam vilem, quæ vtlitas attenderetur in pretio, & colore, & vnum ſcapulare, pro cingulo cordam rudem de canapo nodatam vt moris eſt,haberent lungum caputium,& magnum mantellum de eodem panno ad modum ſimplicium hominum Sotulares ligatos, vel cũ vincleis ſecundum quod pauperes illius patriæ habebant. Sorores autem omnia prædicta haberent,vt tunicam,ſcapulare,cordã, & caputium quando liceret, ac etiam Sotulares, haberent etiam ſuper caput velum, vel caputergium album, & hoc intra domum; quando autem eas contingeret exire domum poſſent habere vnũ mantellum de panno ſupradicto,vna parte reuerſa ſuper caput ad cooperiendum caput, & aliqualiter faciem, quando etiam itinerarent,vel laborarent dictæ poſſent ſuperiores ſui ex eis concedere ad portandum ipſarum caputia, & quod ſibi cauerent ipſi Fratres, & Sorores habere aliqua in quibus non reluceret aſperitas, vilitas, & paupertas,cum talia valerent multum ad puritatem obſeruantiæ ſui ſtatus.

9 De cætero autem ne ipſi Fratres, nec Sorores ſubiacerent iuridictioni Dominorum temporalium,ſed haberent inter ſe correctionem,& punitionem omnium factorum, & delictorum ciuilium, & criminalium.

Tenerentq; prædicti Fratres capitulum ſuum in aliqua domo eorumdem Fratrum ad placitum Viſitatoris, & Miniſtri prædictorum, & ſimiliter capitulum Sororum teneretur in aliqua domo Sororum prædictarum,ad quæ capitula quælibet videlicet earum ad ſuum capitulum tenerentur mittere,nec non ipſi Fratres,& Sorores tenerentur ad illa venire in tali numero, & tali modo, ſicut ordinatum fuerat in eo, ita quod non eſſet diſcurſus eorumdem Fratrum, & Sororum in magna multitudine per villas, & itinera,

poſſentq;

Digitized by Google

poſſentq; dicti Fratres, & Sorores in eorum capitulo tractare de omnibus cauſis ſuum ſtatum tangentibus, ac conſtituere officiarios, & abſoluere, nec non corrigere caſus, quorum ad eos correctio pertineret.

10 Inſuper facere ſtatuta noua, & vetera corrigere augendo, vel minuendo ſecundum quod eis melius, & purius ad obſeruationē ſuorum votorum in hac parte videretur expedire cum conſilio tamen eorum Viſitatoris ſæpe dicti, ſed ſi Fratres, vel Sorores prædicti ſtatuta noua facerent, vel aliquid renouarent nullius eſſet auctoritatis donec illud per Diœceſanum loci foręt cōfirmatum, ad quod faciendum teneretur Epiſcopus loci dum tamen præfata ordinatio, ſeu innouatio foręt rationabilis, & vtilis ad eorum obſeruantiam, & puritatem votorum, & alias non.

11 Poſſentq; de cętero dicti Fratres, & Sorores in ſuis capellis earumdem domorum coram ſe facere miſſam, & alia diuina officia celebrari ſolemniter, & campanile, & campanam ab extra ſuum tectum habere totiens quotiens eis placeret, & facultatem haberent vt eis expediendum fore videretur.

12 Quare prædicti Fratres, & Sorores dictorum locorum nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus præmiſſis per eos ſtatutis, & ordinationibus, vt præfertur omnibus pro ipſorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere de ſpeciali gratia dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati præmiſſa omnia, & ſingula prout per eoſdem Fratres, & Sorores in dictis partibus, ac domibus locis, & Epiſcopatu degentibus, vt præmittitur p roinde ſtatuta, & ordinata facta fuerunt, & omnia inde ſequuta, rata habentes, & grata; ea ex certa ſcientia auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio cōmunimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan interuenerunt in eiſdem: iure tamen Parochialium Eccleſiarum in quarum iuriſdictionibus dictæ domus ſituantur, & alterius cuiuſcumq; in omnibus ſemper ſaluo.

13 Statuentes nihilominus, & eadem auctoritate ordinantes, quod huiuſmodi capitula, ſeu regulæ, nec non modus viuendi per ipſos Fratres, & Sorores, qui nunc ſunt, & illos etiam, qui erunt pro tempore in partibus, & Diœceſi Mormienſi debeant inuiolabiliter obſeruari, quodq; ipſi Fratres, & Sorores illos diligenter ſequendo,

Digitized by Google

& obſeruando per Diæceſanum, ac locorũ ordinarios, ſeu quoſq; alios, quauis auctoritate fungentes contra capitula, regulas, & modum viuendi huiuſmodi ſub quouis quæſito colore non poſſint, nec debeant in aliquo moleſtari.

14 Non obſtantibus felicis recordationis Ioannis Papæ XXII. etiã prædeceſſoris noſtri, quæ incipit Sãcta Romana, &c. Et alijs Apoſtolicis, necnon Prouincialibus, & ſinodalibus conſtitutionibus, ac concilijs, & alijs contrarijs quibuſcumq; decernentes etiam ex nunc irritos, & innanes omnes proceſſus, nec non excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſi quos, vel ſi quas contra præmiſſa, vel eorum aliquod ſcienter vel ignoranter forſan promulgari contigerit, vel haberi.

15 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, communitionis, ſupletionis, ſtatuti, ordinationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. apud Sanctum Antonium extra muros Florentinos ſeptimo Calendas Septembris Pontificatus noſtri anno quarto. *Ideſt* 26. *Auguſti* 1413. *Ordinis* 193. *Religionis* 14.

Vading. tom. 5. *Bulla* 18. *De Sillis fol.* 18.

Notandum eſt ex hac Bulla liquido conſtare Tertiarios Flandrenſes capiſſe ſolemniter vouere anno 1410. *quo fuerunt condita hęc ſtatuta, eo enim anno Ioannes, cui promiſerunt obedientiam, aſſumptus fuit ad Pontificatum, & anno* 1413. *ſupradicta ſtatuta confirmauit in forma ſpecifica. De qua re alibi fuſius ago.*

Noſter de Sillis habet hæc verba: De cætero autem, nec ipſi Fratres, nec Sorores ſubiacerent iuriſdictioni Dominorum temporalium, ſed haberent inter ſe correctionem, & punitionem omnium factorum, & delictorum ciuilium; ſed de criminalibus in omnibus ſubiacerent iuriſdictioni Eccleſiæ, videlicet eorum diæceſis Epiſcopi. *Vading. in ſua non legit ea verba, quę Fratres ſubijciunt Epiſcopis quo ad delictorum punitionem; Cui fides adhibenda eſt, quia Bullam reſcripſit ex originali contento in alia Bulla, per quam Ioannes Papa executoriam commiſit Epiſcopis Pariſienſi, & Tornacenſi, ac Decano Eccleſię S. Donatiani Brugenſis in diœceſi Tornacenſi quę eſt ſequens, regiſtrata per eundem Vading. ſub num.* 19. *eiuſdem tomi* 5. *deſumpta ex libro primo Vatic. anno quarto fol.* 219.

Nu-

Digitized by Google

Nuper dilectis filijs vniuerſis Fratribus, et dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Tertij Ordinis de Penitentia nuncupi, quem Beatus Franciſcus inſtituit in partibus Flandrię, et præſertim in Epiſcopatu Morinenſi, ac in locis ſcilicet Furnis, Nouoportu, Ipris, Popringis, Duxmudæ, et Bergis Morinenſis diœceſis degentibus, literas noſtras conceſſimus in hæc verba: *Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Perſonas vacantes, &c.* de verbo ad verbum vt ſupra. Cupientes igitur, quod prædicti Fratres, et Sorores contra tenorem ipſarum indebite non vexentur, etc. Datum apud S. Antonium extra muros Florentinos, quinto Calendas Nouembris anno quarto. 1413.

BVLLA XXXVIII.

IOannes XXIII. quæ Bonifacius IX. de quo ſupra Bulla XXXIV. in ſua obedientia conceſſit nempe Capitulum Generale Treiectenſibus, & declarauit votum ſolemne caſtitatis per ipſos factum obligare eos ſicut obligantur profeſſi aliarum religionum; & eſſe veros religioſos, & perſonas eccleſiaſticas. Ioannes (inquã) XXIII. confirmauit concedendo eis priuilegia conceſſa alijs religioſis, & perſonis eccleſiaſticis.

1 Paſtoralis officij cura, &c. Dudum ſiquidem quondam Bonifacius IX. in ſua obedientia nuncupatus dilectis filijs Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati in Ciuitate, & diœceſi Traiect. in communi ſub regulari obſeruantia degentibus, per quoſdam, vt Miniſtri Fratrum, & Sororum huiuſmodi pro tempore, aliquem ex ſeipſis ad certum tempus in ſuum poſſent eligere ſuperiorem, qui cum perſonis, quas ſingulæ Domus Religionis eiuſdem ad hoc deputarent, ſingulis annis Capitulum celebraret Generale cum plenaria poteſtate ſtatuendi, corrigendi, & reformandi, quæ ſecundum Deum pro conſeruatione Religionis huiuſmodi viderentur expedire, nullum tamen ex huiuſmodi Miniſtris Fratribus, et Sororibus, ſi contra ordinationem huiuſmodi Capituli agerent ad culpam obligari voluit, ſed ad pænam.

2 Quodq; etiam quælibet perſonarum huiuſmodi Domorum diœceſum prædictarum ad manus ſui Miniſtri cum alijs obſeruantijs eiuſdem Ordinis etiam ſolemne votum perpetuæ continentiæ, ſi

vellet,emittere valeret. Et deinde per alias ſuas literas inter alia, etiam omnes,et ſingulas perſonas vtriuſq;ſexus Domorum huiuſmodi nunc preſentes, et futuras, quæ poſt profeſſionem huiuſmodi factam per eas, vt prefertur, propria temeritate, ſine ſuorum Miniſtrorum expreſſo conſenſu, niſi in caſibus à iure, ſeu Regula eiuſdem Ordinis exceptis, Domus ſuas, vel conuentus exire præſumerent, et per prædictos ſuos Miniſtros canonice moniti infra competentem terminum redire non curarent ad eaſdem, excommunicatione latæ ſententiæ innodauit, et tamquam apoſtatas reputari uoluit, ac haberi. A quibus quidem excommunicationis ſententia,et crimine apoſtaſiæ, niſi per Romanum Pontificem,ſeu per Miniſtrum ſuum ſuperiorem pro tempore exiſtẽtem, ſi tamen Sacerdos foret, niſi in mortis articulo nullatenus abſoluerentur prout in predictis literis plenius continetur.

3 Cum autem ſint exhibita Nobis pro parte dictorum Fratrum, et Sororum petitio continebat, quidem curioſi uolentes plus ſapere,quam oporteat,aſſerant, perſonas dicti Ordinis per huiuſmodi uotum ſic iuxta tenorem conceſſionis eiuſdem prefati Bonifacij, ut premittitur emiſſum ad ſolemne uotum Caſtitatis, ut alios Religioſos approbatorum ordinum minime obligari, ac uotum huiuſmodi matrimonium iam contractum non dirimere, nec etiam impedire contrahendum.

4 Nonnulli etiam temporale dominium in partibus illis habentes,ac ſeculares iudices,necnon Communitates Ciuitatum,ac Vniuerſitates Oppidorum,Caſtrorum,Villarum,& aliorum locorum prætendentes, huiuſmodi perſonas dicti Ordinis S. Franciſci non eſſe religioſas, vel conati ſint, & conentur eas vt laicos ipſis ſubiectos in ſeruitijs perſonalibus,& realibus,ac ſupportationibus aliorum onerum laicalium ſuis ſubditis incumbentium aggrauare. Pro parte ipſorum Fratrum, & Sororum fuit Nobis humiliter ſupplicatum, vt ſuper hoc eis prouidere de opportuno remedio de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos igitur ſuper præmiſſis dictis Fratribus, & Sororibus, vt eo quietius poſſint Chriſto Domino ſub Religionis habitu famulari, quo à ſecularibus perturbationibus,& moleſtijs huiuſmodi magis liberi fuerint, & immunes ſalubriter prouidere cupientes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſa omnia, & ſingula illorum

rum

Digitized by Google

rum priuilegia, libertates, & immunitates hactenus dictis Fratribus, & Sororibus omnimodis S. Franciſci, & diæceſis prædictarum per Sedem Apoſtolicam, vel alias rationabiliter conceſſa, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, ac etiam confirmamus. Et nihilominus ad omnis dubitationis ſcrupulum, qui circa præmiſſa forſitan oriri poſſet, ſummouendum.

6 Decernimus, & ordinamus, quod huiuſmodi Fratres, & Sorores Ordinis S. Franciſci Domorum, & diœceſis prædictarum ex nunc in antea votum ſolemne continentiæ, & caſtitatis iuxta tenorem præfatæ conceſſionis dicti Bonifacij ſponte ad manus huiuſmodi Miniſtri cum alijs obſeruãtijs antedicti Ordinis S. Franciſci emittentes ad obſeruationem eiuſdem voti ſicut aliæ perſonæ profeſſæ aliorum ordinum approbatorum perpetuo ſint adſtricti; ipſoſq; Fratres, & Sorores religioſos, & eccleſiaſticos eſſe, & quo ad hoc omnibus, & ſingulis libertatibus, immunitatibus, priuilegijs, & indulgentijs alijs religioſis, & eccleſiaſticis perſonis, tam à iure, quam ab homine quomodolibet conceſſis, vti, & gaudere poſſe, & debere, auctoritate prædicta declaramus.

7 Hoc adiecto, quod illi ex Fratribus, & Sororibus huiuſmodi, qui poſt regularem profeſſionem huiuſmodi, per eos, vt præfertur emiſſam, propria temeritate, ſine Miniſtrorum ſuorum expreſsa licentia, exceptis caſibus à iure, ſeu Regula dicti Ordinis S. Franciſci permiſſis, Domos ſuas, vel conuentus huiuſmodi exire præſumpſerint, vel ſuis ſuperioribus iuxta regularem obſeruantiam huiuſmodi obedire contempſerint, per eoſdem ſuperiores carceribus mancipati, & vſq; ad ſatisfactionem condignam, prout perſonarum, et facti qualitas exegerit, ſub conuenienti diſciplina in eiſdem carceribus detineri poſſint, et debeant.

8 Ipſoſq; Fratres, et Sorores, qui abſq; huiuſmodi licentia, vt præmittitur, ſuas Domos, et Conuentus exierint, nulla etiam alia monitione præmiſſa ſententiæ maioris excommunicationis ipſo facto ſubiacere volumus, ac apoſtatas reputari, et haberi, nec eos ab huiuſmodi excommunicationis ſententia, et apoſtaſiæ crimine ab alio, quam à Romano Pontifice, ſiue Miniſtro ſuo huiuſmodi pro tempore exiſtente, ſi in ſacerdotio fuerit conſtitutus, quomodolibet, preterquam in mortis articulo abſolui poſſe, vel debere, conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, et conſuetudinibus

Ordinis,

Digitized by Google

Ordinis, et Domorum huiuſmodi, ac alijs contrarijs non obſtantibus quibuſcumq; Nulli ergo, etc. noſtræ approbationis, confirmationis, conſtitutionis, ordinationis, declarationis, adiectionis, et voluntatis infringere. Si quis, etc. Datum Bononiæ ſecundo Calendas Aprilis anno quarto.

Hanc ſub num. 20. regiſtrat Vadingus tom. 5. acceptam ex lib. 1 Vaticani, anno quarto fol. 135. datam 30. Martij 1414. quæ ſequentia continet.

Aſſeritur, Bonifacium IX. Bulla XXXIV. dediſſe duas Bullas Tertiarijs Traiectenſibus, in quarum prima illis conceſſit facultatem celebrandi ſingulis annis vnum ex ſuis in ſuperiorem cum facultate ſtatuendi, corrigendi, & reformandi, & emittendi votum ſolemne caſtitatis in manibus ſuperioris; in ſecunda vero apoſtatas poſt canonicam monitionem non redeuntes excommunicat excommunicatione ſibi, & ſuperiori reſeruata.

Quæ omnia Ioannes cum cæteris priuilegijs alias conceſſis approbat, & confirmat, declarando, huiuſmodi votum caſtitatis ſolemne validum eſſe, & inducere eam omnem obligationem, quam inducit in alijs religioſis aliorum Ordinum. Item illos eſſe religioſos, & eccleſiaſticas perſonas, Apoſtatas vero ſine alia monitione excommunicat excommunicatione reſeruata vt ſupra, cum facultate illos carcerandi.

Executoriam huius mandat dilectis filijs S. Martini Embricen. Traiecten. diœceſis, & B. M. Præpoſitis, ac Decano S. Saluatoris Traiectenſis Eccleſiarum, &c. Illam tamen non extendit Vadingus.

BVLLA XXXIX.

IOannes XXIII. Sororibus Oppidi Delfen. diœceſis Traiectenſis concedit cœmeterium pro ſe, & extraneis, cum ſacerdote illis miniſtrante Sacramenta, & prædicante publicè.

1 Specioſus forma, & plenus gratia Sponſus Eccleſiæ Ieſus Chriſtus inter cætera ſanctitatis inſignia præcipue diligit caſtitatem, &c. Ad noſtram ſiquidem fide dignis relatibus peruenit notitiam, quod dudum in Oppido Delfen. in parochia eccleſiæ parochialis S. Hippoliti eiuſdem Oppidi Traiectenſis diæceſis, ex nonnullorum Chriſti fidelium ſuffragio quædam Capella congrue, & honeſte fuit ædificata, ac licentia, & auctoritate venerabilis Fratris

tris noſtri Federici Epiſcopi Traiectenſis conſecrata cum habitatione, in qua nonnullæ virgines, ac etiam viduæ ſub Regula, & ſecundum inſtituta Ordinis S. Franciſci de Penitentia nuncupati viuere cupientes, de conſenſu eiuſdem Epiſcopi, ac dilecti filij Miniſtri ipſarum, à quo habitum dicti Ordinis rite, & ſecundum ipſius Ordinis Regulam ſuſceperunt, ſunt incluſæ, & pro tempore includentur tali conditione, quod lapſo vno anno, ſi inibi ſponte remanere voluerint, ex nunc includentur inibi perpetuo Domino ſeruituræ.

2 Quare pro parte dictarum incluſarum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt præmiſſis, & circa ea ordinatis robur Apoſtolicæ confirmationis adjcere, & quod eis iuxta dictam Capellam in loco ad hoc congruo, & honeſto cæmeterium habere, ac in eiſdem Capella, & Cæmeterio, ipſæ, & alij Chriſti fideles hoc ſponte eligentes ſepeliri; ac quemcumq; Sacerdotem ad hoc idoneum, qui eis in eadem Capella verbum Dei publicè prædicare poſſit, eligere, ac in eadem Miſſas, & alia diuina officia, etiam alta voce decantare facere valeant concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur, &c. huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſa, & circa ea ordinata rite, Apoſtolica confirmatione, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, &c. Prouiſo tamen, quod dictæ incluſæ Curato dictæ eccleſiæ pro portione Canonica, & obuentionibus huiuſmodi occaſione ſepulturę, aut alias qualitercumq; prouenientibus reſpondeant, prout alij religioſi Ciuitatis Traiectenſis faciunt, & facere conſueuerunt; in quo etiam dictum Curatum pro tempore exiſtentem volumus contentari. Apoſtolicis, & Prouincialibus, ac Synodalibus conſtitutionibus, aliiſq; contrarijs non obſtantibus quibuſcumq; Nulli ergo, &c. Datum Bononiæ ſecundo Calendas Aprilis anno quarto. *Ideſt 31. Martij 1414. Ordinis 194. Religionis 15.*

Simili modo. Venerabili Epiſcopo Traiectenſi, &c. vt ſupradictas literas mandet executioni.

Hanc idem Vadingus regiſtrat ſub num. 21. tom. 5. Datam eodem die, menſe, & anno, quo praecedens, nempe die 30. Martij 1414. ex lib. 1. anno quarto fol. 134. Vaticani.

B V L-

BVLLA XL.

Ioannes XXIII. Fratres, & Sorores Ferrarienſes ſubijcit viſitationi, & correctioni Minorum. Vide ſequentem Bullam de eiſdem.

1 Cum priuilegijs, & literis apoſtolicis ambigitur, expedit, vt illa per oraculum Summi Pontificis declarentur. Dudum ſiquidem per felicis recordationis Innocentium Papam IV. prædeceſſorem noſtrum accepto, quod quidam dilecti filij Miniſtri, & Fratres Ordinis de Pænitentia in Lombardia cupiebant in illis deuotionis augmento proficere, per quæ felicitatis æternæ præmium eis poſſet facilius prouenire, dictuſq; prędeceſſor propterea precibus prædictorum Miniſtrorum, & Fratrum annuens dilectis filijs Miniſtris Prouincialibus Ordinis Fratrum Minorum de Lombardia per ſuas literas mandauit, vt ipſos Miniſtros, & Fratres de Pænitentia opportunis temporibus per ſe, & Fratres dicti Ordinis Minorum ad hoc idoneos Viſitationis officium impenderent, & inſtruerent regularibus diſciplinis, corrigendo, & reformando eoſdem tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, & reformationis officio noſcerentur indigere, contradictores per cenſuras eccleſiaſticas compeſcendo.

2 Deinde piæ recordationis Nicolaus Papa IV. etiam prædeceſsor noſter, qui eidem Innocentio in apice Summi Apoſtolatus ſucceſſit, inter multa alia, quæ pro ſalubri ſtatu ipſius Ordinis de Pænitentia nouerat profutura, etiam per ſuas literas ſtatuit, vt Miniſtri, & Fratres, ac Sorores de Pænitentia huiuſmodi: cuiuslibet Ciuitatis, & loci vbi pro tempore morarentur, Viſitatorem haberent Sacerdotem, qui alicuius probatæ Religionis exiſteret, quiq; illis de commiſſis exceſſibus iniungeret pænitentiam ſalutarem, nec quiuis alius poſset eis huiuſmodi Viſitationis officium exhibere, quodq; ipſum officium ſemel exerceretur in anno, niſi neceſſitate aliqua ſuadente foret pluries faciendum. Incorrigibiles vero, & inobedientes monitio trina prçuenire deberet, qui ſeſe corrigere non curarent de ipſius Ordinis de Pænitentia conſortio expellerentur omnino. Ac contulit, vt Viſitatores, & Reformatores huiuſmodi de Fratribus præfati Ordinis Minorum aſſumerentur, quos Cuſtodes, vel Guardiani eiuſdem Ordinis Minorum, cum ſuper hoc requiſiti forent, ducerent aſſignandos.

Digitized by Google

3 Cum igitur ſicut ex relatione dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum Domos, ſeu Conuentus Ferrarienſis Ordinis antedicti accepimus, à nonnullis verſatur in dubium, an Miniſtri, & Fratres ipſi poſſint dictos Miniſtros, & Fratres, ac Sorores de Pęnitentia viſitare.

4 Nos volentes pręfatos Miniſtros, & Fratres gratijs, & fauoribus proſequi gratioſis, ac huiuſmodi dubium amputare, ipſis Miniſtris, & Fratribus quidem Miniſtros, Fratres, & Sorores de Pęnitentia huiuſmodi opportunis temporibus per ſe, ac Fratres dicti Ordinis Minorum ad hoc idoneos in capite, & in membris in Ciuitate, & diœceſi Ferrarienſi viſitare, ac exceſſus eorum corrigere, & punire, ipſoſq; regularibus diſciplinis inſtruere, necnon alia facere, quę officio viſitationis incumbunt, vigore literarum Innocentij ſupradicti libere, & licitè poſſint, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium indulgemus. Præmiſſis conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dicti Ordinis, et alijs contrarijs non obſtantibus quibuſcumq; Nulli ergo, etc. Datum Bononiæ XVI. Calendas Iulij anno quinto, *anno 1414. 17. Iunij, Ordinis 194. Religionis 15.*

Tranſcribit Vadingus tom. 5. ſub num. 28. ex Vatic. fol. 218.

Nota quod Bulla Innocentij IV. eſt vnica ſub Bulla VI. Altera vero Nicolai IV. continet Regulam, quam declarat quoad Viſitationem aſſumendos eſſe Sacerdotes idoneos de Ordine Minorum ad præſcriptum Bullæ Innocentij, non tamen nominat amplius in diſpoſitiua Bullam Nicolai, ſed ſolum Innocentij, quia forſan ex vi verborum non cogit, cum ſolum conſulat, ea vero Innocentij cogit & ſubijcit Tertiarios Minoribus. Hac autem Bulla dirigitur tātum ad Tertiarios Ferrarienſes.

MARTINVS PAPA V.

Otho, vel Otto Columna Romanus, Diaconus Cardinalis S. Georgij in Velabro creatus ex ordine Concilij Conſtantienſis per Cardinales, & Prælatos vndecimo Nouembris, vigeſimo ſecundo eiuſdem coronatus anno 1417. ſedit annos tredecim, menſes tres, dies duodecim. Obijt 12. Februarij 1431. Multum liberalis donatione 27. Bullarum.

BVLLA XLI.

MArtinus V. Miniſtro, & Fratribus concedit conſtructionem Hoſpitalis in Vrbe in Parochia S. Mariæ de Caſinerijs in Regione Regulæ.

Religionis veſtræ, &c. Veſtris itaq; ſupplicationibus in hac parte inclinati, vt in domibus veſtris poſitis in Vrbe in regione Regulæ in Parochia S. Mariæ in Caſinetijs, vnum Hoſpitale cum capellā, altari, & alijs neceſſarijs officinis pro pauperibus, & infirmis ad illud pro tempore confluentibus, conſtruere, & ædificare, ſeu conſtrui, & ædificari, & in eiſdem capella, & altari per proprium, vel alium ſacerdotem idoneum, Miſſam, & alia diuina officia celebrari facere, libere, & licite valeatis, abſq; tamen præiuditio Matricis, ac iure ipſius parochialis eccleſiarum, & cuiuslibet alterius, in omnibus ſemper ſaluo. Nec non conſtitutionibus Apoſtolicis, & alijs quibuſcumq; contrarijs nequaquam obſtantibus, deuotioni veſtræ auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, licentiam elargimur. Nulli ergò, &c. Datum Florentiæ decimonono Calendas Ianuarij anno tertio 1419. 14. *Decembris, Ordinis* 199. *Religionis* 20.

Reſcripſit Vadingus tom. 5. *ſub num.* 37. *acceptam ex Vaticano lib.* 1. *de Regul. anno tertio fol.* 36.

Martinus V. dedit anno 1419. *VII. Cal. Apr. tribus Tertiarijs poteſtatem ædificandi domicilium prope ædiculam neglectam S. Mauritij ad quintū lapidem à Ciuitate Caſalis in Lombardia in territorio Gonzani, loco numeroſo ſatis Amano. Succeſſerunt obſeruantes ex Gonzaga Prouincia* 39. *hoc anno* 1419. *Vading. hic n.* 11.

BVLLA XLII.

MArtinus V. donationem per Florentiam de Roboanis factam Fratribus Ferrarienſibus de duabus domibus cum onere in eis conſtruendi Hoſpitale cum Oratorio, & celebrandi vnicam miſſam vltimis Dominicis ſingulorum menſium pro ſe, & ſuis Papa confirmat per Archiepiſcopum Rauenatenſem, cui hanc ſcribit, commoranti Ferrariæ.

1 Humilibus ſupplicum votis, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro

Digitized by Google

pro parte dilectorum filiorum Fratrum Domus S. Franciſci Ferrarienſis Tertij Ordinis eiuſdem Sancti de Pænitentia nuncupati petitio continebat, quod olim quondam Florentia Bartholotti de Roboanis relicta quondam Iacobi de Matis de Ferraria, mulier Ferrarienſis de ſuæ, & parentum ſuorum animarum ſalute recogitans, ac cupiens terrena, &c. commutare in præſentia venerabilis fratris noſtri Petri Epiſcopi Ferrarienſis duas domos in Ciuitate Ferrarienſi conſiſtentes tunc per earum confines, & vocabula expreſſius deſignatas, & ad eam legitime pertinentes, eiſdem Fratribus illas tunc acceptantibus, & infraſcriptæ conditioni ſe ſponte ſubmittentibus, donationis titulo, cauſa mortis, pure, ſimpliciter, & libere perpetuo conceſſit, pariter, & aſſignauit, ea videlicet conditione.

2 Quod ipſi Fratres in altera dictarum Domorum vnum Hoſpitale pro receptione pauperum, & miſerabilium perſonarum, quæ in in paupertatis anguſtia, ſiniſtra fortuna, vel tenuo, aut quouis alio inopinato caſu deuenerunt, & præſertim ſenum, & debilium perſonarum dictæ Domus S. Franciſci cum tot cameris, & manſionibus diſtinctis, quot in eodem Hiſpitali commode conſtrui poſſunt.

3 Et inſuper vnum decens, & honorabile Oratorium iuxta idem Hoſpitale in honorem, & ſub vocabulo dicti S. Franciſci ex tunc infra triennium proxime ſecuturum, ſuis expenſis conſtruere, & ædificare, ac etiam perpetuo conſeruare, necnon in eodem Oratorio perpetuis futuris temporibus ſingulis vltimis diebus Dominicis ſingulorum menſium anni vnam Miſſam pro ipſius Florentiæ, & eorumdem parentum ſuorum animarum ſalute celebrare, ſeu celebrari facere.

4 Dictoſq; pauperes, & perſonas in Hoſpitali, & cameris præfatis, ſecundum numerum camerarum, & manſionem eorum, dum pro tempore recipere, & quoties aliquos in eis deficere contingeret, eorum loco tot alios ſubſtituere, & inibi de ſuis, & eiuſdem Domus S. Franciſci introitibus, & bonis alias in elemoſinam commutandis, perpetuo tenere, reficere, & ſuſtentare, & etiam certa alia facere deberent, & tenerentur.

5 Volens, quod dilecti filij Archipresbiter, & Præpoſitus Ferrarienſis eccleſiæ, qui eſſent pro tempore, quos etiam quo ad hoc in ſu-

Digitized by Google

os fideicommiſſarios conſtituit, & elegit, eoſdem Fratres, quoties opus eſſet, ad ſatisfaciendum pręmiſſis legitime compelli facere poſſent, prout in quodam inſtrumento publico deſuper confecto plenius contineri.

6 Quare pro parte dictorum Fratrum aſſerentium, quod ipſi iam Hoſpitale, & Oratorium prefata ex ſpeciali commiſſione dicti Epiſcopi, vni ex eis deſuper facta conſtruxerunt, & fere omnia alia ſupradicta iuxta voluntatem dictæ Florentiæ perfecerunt, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt donationi, conceſſioni, & aſſignationi præfatis, & alijs in eodem inſtrumento contentis, & inde ſecutis, pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

7 Nos de præmiſſis certam notitiam non habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi eſt ita, donationem, conceſſionem, & aſſignationem, ac alia præmiſſa, & in dicto inſtrumento contenta, eadem præmiſſa concernentia, & inde ſecuta huiuſmodi auctoritate noſtra approbes, & confirmes, iure tamen parochialis eccleſiæ, & cuiuſcumq; alterius in omnibus ſemper ſaluo. Datum Romæ apud Sanctum Petrum decimo nono Calendas Februarij anno quinto 1422. 14. *Ianuarij Ordinis* 212. *Religionis* 23.

Vadingus tom. 5. *Bulla* 80. *ex libro* . . . *de Regular. anno quinto fol.* 181.

BVLLA XLIII.

MArtinus V. donationem Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ de Minio Mindonienſis diæceſis factam Fratribus S. Catarinæ de Monte Faro diæceſis Compoſtellanæ per Lupum tunc Epiſcopum Mindon. confirmatam per Benedictum XIII. ſupra XXXV. reconfirmat cum additione ſextę portionis per vacationem Rectoris illius, per Abbatem B.M. Montis Fari, cui hanc ſcribit.

1 Apoſtolicæ Nobis iniunctæ ſeruitutis, &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum Domus S. Catarinę de Montefaro Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati, Compoſtellanenſis diæceſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim venerabilis frater noſter Lupus Archiepiſcopus Compoſtellanus tunc Epiſcopus Mindonienſis propter euidentem neceſ-

neceſſitatem dictę Domus,& vt Miniſter,& Fratres prefati ibidem congruentius ſuſtentari poſſent, Parochialem eccleſiam Beatæ Marię de Minio eiuſdem dięceſis tunc certo modo vacantem cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis dilectorum filiorum Capituli ecclæ Mindonienſis prout eos contingebat, & quondam Fernandi Petri de Andrade Militis tunc veri patroni dictæ eccleſiæ parochialis,& exiſtentis in pacifica poſſeſſione,vel quaſi iuris pręſentandi perſonam idoneam ad eamdem, dum vacat, ad id accedente conſenſu, præfatis Miniſtro, & Fratribus ibidem Altiſſimo pro tempore famulantibus per Miniſtrum pro tempore exiſtentem ipſius Domus perpetuo regendam, ac etiam gubernandam pro ipſorum ſuſtentatione in puram elemoſinam, auctoritate ordinaria per ſuas conceſſit, atq;donauit.

2 Et ſubſequenter Petrus de Luna in ſua obedientia Benedictus XIII. nuncupatus conceſsionem, & donationem præfatas ratas habens,& gratas, per ſuas literas confirmauit, & ſui ſcripti patrocinio communiuit, ſupplens omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint in præmiſsis, prout in ipſis literis dicitur plenius contineri.

3 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat poſtea præfati Miniſter, & Fratres vigore donationis, & conceſsionis præfatarum, quinque portionum, ſeu partium ipſius parochialis eccleſiæ, quæ tunc in ſex portiones, ſeu partes diuiſa extitit, præter illius ſextæ portionis,ſeu partis, quam dilectus filius Andreas Petri presbiter dictæ diœceſis tunc obtinebat, tunc certis modis vacantium, nec non iurium, & pertinentiarum earumdem corporalem poſſeſsionem apprehendentes illas ex tunc tenuerunt, & poſſederunt,prout tenent,& poſsident in vſus proprios eorumdem; pro parte ipſorum Miniſtri,& Fratrum aſſerentium,quod fructus,reditus,& prouentus dictę parochialis eccleſiæ ducentorum Florenorum auri de Camera,ſecundum communem æſtimationem valorem annuū non excedunt, fuit Nobis humiliter ſupplicatum, vt conceſsioni, & donationi præfatis, &c.

4 Nos igitur, &c.diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus,ſi vocatis dicto Andrea,& alijs,qui fuerint euocandi ita eſse inueneris, vt petunt, conceſsionem, & donationem præfatas, & quecumq; inde ſecuta auctoritate noſtra approbes pariter, & confirmes.

5

5 Et nihiſominus eamdem ſextam partem ſeu portionem per eumdem Miniſtrum regendam, & gubernandam cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſupradictis eidem Domui eadem auctoritate in perpetuum incorpores, vnias, & annectas, ita quod cedente, vel decedente Rectore dictę ſextæ portionis, vel eam alias quomodolibet dimittente liceat ex tunc eiſdem Miniſtro, & Fratribus per ſe, vel alium, ſeu alios ſextæ partis, iuriumq; & pertinentiarum præfatorum corporalem poſseſſionem auctoritate propria libere apprehendere; necnon ipſius fructus, reditus, & prouentus in ſuos, & earumdem parochialis eccleſiæ, & domus perpetuo conuertere, & etiam retinere, Diæceſani loci, & cuiuslibet, &c. ſuper hoc licentia minime requiſita.

6 Non obſtantibus tam bonæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. prædeceſsoris noſtri quam quibuſcumq; alijs conſtitutionibus, &c. necnon ſtatutis, etc. Domus, et Ordinis pręfatorum contrarijs, etc. Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel alijs beneficijs eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales Apoſtolicæ Sedis, vel Legatorum eius literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, et decretum vel alias quomodolibet ſic proceſſum; quas quidem literas, ac proceſſus habitos per eaſdem, et quæcumq; etc. quo ad dictam ſextã partem, ſeu portionem nolumus extendi; ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari; et quibuslibet priuilegijs, indulgentijs, et literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumq; tenorum exiſtunt, per quæ præſentibus non expreſſa, vel etc. effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri. Et de quibus, quorumq; totis, etc. Prouiſo, quod dicta ſexta portio debitis propterea non fraudetur obſequijs, et animarum cura, in ea nullatenus negligatur, Nos enim ex nunc irritum, etc. Datum Tybure idibus Iulij anno quinto. *anno 1422. 15. Iulij Ordinis 202. Religionis 23.*

Vadingus tom. 5. Bulla 85. ex lib. Vaticani de Regularib. anno quinto folio 20. Bulla Benedicti ſupra XXXV.

BVL-

BVLLA XLIV.

MArtinus V. ſcribit Vicario S. Mariæ de Populo de Vrbe, vt det licentiam Sororibus vendendi domum, & ex eius pretio emendi aliam prope ſuum monaſterium.

Martini V. Dilecto filio Vicario S. Mariæ de Populo de Vrbe.

1 Humilibus ſupplicum votis, &c. exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Margaritæ, & Catarinæ, ac Agnetis ſecundum inſtituta Ordinis Minorum Tertiam Regulam nuncupata in alma Vrbe degentium petitio continebat, quod olim dilecta in Chriſto filia Stephana Cocti de Caſtro Campagnani diſtrictus ipſius Vrbis, pro ſuæ ſuorumq; ſalutis remedio, quamdam domum in dicto Caſtro poſitam, & nonnulla ſupellectilia in eadem ad dictam Stephanam tunc legitime ſpectantia pro vſu, & habitatione mulierum honeſtarum, ſecundum inſtituta præfata viuentium, ac hoſpitalitate in eadem domo propterea ſeruanda, dilectis in Chriſto filiabus Cecchę, & Margaritæ de Tuderto in regione Campi Martis in loco *Mons acceptabilis* nuncupato de dicta Vrbe, & alijs mulieribus ſecundum eadem inſtituta degentibus, perpetuo libere dedit, atq; donauit, prout in quodam publico inſtrumento deſuper confecto dicitur plenius contineri; cuius necnon donationis huiuſmodi vigore mulieres ipſæ domum eamdem aſſecutæ, illam ex tunc pro vſu, & habitatione huiuſmodi tenuerunt, & poſſederunt, prout adhuc tenent, & poſſident pacifice de præſenti.

2 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, quia dicta domus, in qua iam ex mulieribus antedictis nulla reſidet, nec hoſpitalitas aliqua ſecundum donantis inſtitutionem obſeruatur, propter nimiam eius ab Vrbe præfata diſtantiam, eis quodam modo inutilis reddatur; quodq; ſi domus ipſa venderetur, & ex pretio venditionis huiuſmodi alia iuxta præfatum earum in Vrbe locum emeretur, ipſarum commoditati, et vtilitati ſalubrius conſuleretur.

Quare pro parte dictarum Margaritæ, Catarinæ, & Agnetis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

3 Nos igitur, &c. diſcretioni ſuæ, &c. mandamus, quatenus de præmiſſis, &c. informes, &c. præfatis mulieribus earum, & aliarum nomine domum de dicto Caſtro præfatam libere vendendi, eam.

emere

Digitized by Google

emere volentibus,necnon pretio ipſius venditæ domus,aliam domum huiuſmodi pro ſimilibus vſu, & habitatione,ac hoſpitalitate iuxta præfatum locum eiſdem mulieribus licite emendi eadem auctoritate licentiam largiaris. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Calendis Martis, anno ſexto. 1423. *Ordinis* 203. *Religionis* 24.

Vadingus tom.5.ſub num.95.ex Vaticano lib.... de Regularib.anno ſexto fol: 145.

Mons acceptabilis vocatur Mons Citorius. Conuentus vero S. Crucis. In regione Campi Martis eligebantur Tribuni, non longe à Curtio lacu,& Columna Antonini Pij Vading. ſub n. 19.

BVLLA XLV.

MArtinus V. ſcribit Theſaurario Eccleſiæ Hiſpalenſis, vt Domus S. Ioannis extra muros Hiſpalenſes commutet Fratribus in aliam S. Sebaſtiani ſalubriorem, cum communicatione priuilegiorum aliorum conuentuum eiuſdem Ordinis, cum Indulgentia in articulo mortis.

1 Sinceræ deuotionis affectus, quem dilecti filij vniuerſi Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Domus S. Ioannis extra muros Hiſpalenſes.Sane pro parte dictorum Fratrũ Nobis nuper exhibita petitio continebat,quod ipſi in Domo præfata,quæ eccleſia,campanili,&c.alijs neceſſarijs officinis constructa exiſtit, et quæ ad conſeruandum ipſorum Fratrum ſanitatem minus apta, & indiſpoſita fore noſcitur, diutius immorari nequeant. Quare pro parte dictorum Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis quandam aliam Domum ſimiliter cum Eccleſia, clauſtro, campanili, & alijs officinis huiuſmodi neceſſarijs, in qua ſub perpetua clauſura Domino viuant in aliquo alio ad hoc congruo,& honeſto loco in ciuitate, vel diæceſi Hiſpalenſi ſub nomine, & vocabulo S. Sebaſtiani fundandi, conſtruendi,&c. Nos igitur,etc.diſcretioni tuæ,etc. Mandamus quatenus vocatis qui,etc.

2 Prælatis Fratribus aliam Domum huiuſmodi cum eccleſia, clauſtro,etc.officinis præfatis, in qua ſub clauſura perpetua viuere teneantur in loco ad hoc congruo,et honeſto in Ciuitate,vel diæceſi præfatis per eos licite aquirendo ſub nomine,et vocabulo S.Sebaſtiani præfatis fundandi conſtruendi, et ædificandi, ac ſecum bonis,

bonis, necnon ornamentis præfatis ad eandem fundandum Domum transferendi, illamq; recipiendi, et perpetuo retinendi Diæceſani loci, et cuiuslibet, etc. minime requiſitis, Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. etc. quibuſcumq. contrarijs, iure tamen parochialis, etc. ſemper ſaluo, plenam, et liberam auctoritate noſtram licentiam largiaris.

3 Nos enim ſi per te dictis Fratribus, etc. elargiri contigerit, vt præfertur, illis, qui in dicta Domo fundanda pro tempore morabuntur, ut omnibus priuilegijs, etc. quibus alij Fratres eiuſdem Ordinis in eorum domibus pro tempore exiſtentes gaudent, ſeu quomodolibet potiuntur, libere, & licite vti, & gaudere, illis vero huiuſmodi Ordinis Fratribus, qui in præſentiarum exiſtunt, & ad eādem fundandam Domum ſe transferrent, ac etiam illis, quos eandem fundandam Domum, poſtquam, vt præmittitur fuerit fundata, & conſtructa, infra triennium ingredi contigerit, & inibi, donec in huiuſmodi egerint, ſub huiuſmodi clauſura permanſerint, vt confeſſor idoneus, quem ex Fratribus eiusdem fundandæ Domus duxerint eligendum, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem eijsdem Fratribus in ſinceritate fidei, vnitate S.R.E. ac obedientia, & deuotione noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica concedere valeat, tenore preſentium indulgemus.

4 Volumus autem, quod idem confeſſor de ijs de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam eisdem Fratribus per eos, ſi ſuperuenerint, vel per alios, ſi tunc forte tranſierint, iuxta ipſius Ordinis inſtituta, faciendam iniungat, quam ijdem Fratres facere teneantur, vt præfertur.

5 Et ne, quod abſit, propter huiuſmodi gratiam Fratres ipſi procliuiores reddantur ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis, aliqua forte committerent, quod illa præfata remiſſio Fratribus nullatenus ſuffragetur.

6 Quodq; Fratres ipſi per vnum annum à tempore, quo præſens vltima noſtra conceſſio ad eorum notitiam peruenerit, computandum, ſingulis ſextis ferijs, impedimento legitimo ceſſante ieiunēt. Quod ſi præfatis ſextis ferijs ex præcepto eccleſiæ, regulari obſer-

 uantia,

Digitized by Google

uantia, iniuncta pænitentia, voto, vel alias ieiunare teneantur, vna alia die ſingularum ſeptimanarum eiusdem anni, qua ad ieiunandum non ſunt adſtricti, ieiunent. Et ſi in dicto anno, vel aliqua eius parte eſſent legitime impediti, anno ſequenti, vel alias, quamprimum commode potuerint modo ſimili ſupplere huiuſmodi ieiunium teneantur. Alioquin eadem noſtra conceſſio quo ad ieiunium huiuſmodi non obſeruantes dumtaxat, nullius ſit momenti, vel roboris. Datum Romæ apud S. Petrum ſexto idus Maij, anno ſexto. 1423. *die 10. Maij, Ordinis 203. Religionis 24.*

Vvadingus tom. 5. Bulla 100. ex Vaticano fol. 87.

BVLLA XLVI.

MArtinus V. Bernardo de Rupe Minorum in Curia Romana Reſidenti mandat, vt Fernandum Gondiſaluum Baccalaureum Decretorum Tertiariorum, & Viſitatorem infirmet, vel confirmet ſuper eoſdem Fratres in Prouincia Hiſpalenſi.

1 Religioſorum exceſſus, &c. Cum itaque ſicut accepimus, nonnulli ex Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Prouinciæ Hiſpalenſi regulari relicta modeſtia ad nonnullos exceſſus proſiliant, & de his propter ſuorum ſuperiorũ abſentiam, vel negligentiam remanentes impunes plurimis ad ſimilia proſiliendi ſe præbeant perniciosum exemplum.

2 Nos tam in premiſſis ſalubriter prouidere, quam etiam Fratrum, & Sororum eorumdem Nobis humiliter ſupplicatum ſuper hoc, qui dilectum filium Fernandum Gondiſalui del Alcazar dicti Ordinis profeſſorem omnium locorum, & Domuum, ac perſonarum Ordinis, & Prouinciæ prefatorum deputati, ipſiſq; Fratribus, vt præfato Fernando cedente, vel decedente ad huiuſmodi Viſitationis officium extunc in antea pro tempore Viſitatore carere contigerit alium dicti Ordinis profeſſorem ad hoc idoneum in eorum, ac locorum, & Domorum prefatorum Viſitatorem eligendi facultatem concedi cupiunt, &c. Diſcretioni tuæ, &c.

3 Mandamus, quatenus de præmiſſis omnibus, ac dicti Fernandi, qui Presbiter, & vt aſſeritur, in Decretis Baccalaureus exiſtit ſufficientia, &c. te diligenter informes, &c. ſi tibi videatur pro bono ſtatu, & reformatione Fratrum, & Sororum, ac Domorum, & locorum

rum præfatorum in melius reformando, quod premiſſa concedenda exiſtant, tu in præmiſſis, & circa ea, eadem auctoritate noſtra facias, &c. Tertij dicti Ordinis ad bonum ſtatum ipſorum, &c. & vtilia fore videris, &c. Contradictores per cenſuras, &c. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſexto idus Maij anno ſexto, 1423. 10. *Maij*, *Ordinis* 203. *Religionis* 24.

Vadingus tom. 5. *Bulla* 101. *ex Vaticano cit. fol.* 84.

BVLLA XLVII.

M*Artinus V. ſcribit eidem Bernardo, vt concedat Scapulare Fratribus in ſacris conſtitutis, vt per hoc differant ab Eremitis.*

1 Humilibus, & honeſtis ſupplicum votis libenter annuimus, &c. exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupatorum Prouinciæ Hiſpalenſis petitio continebat, quod licet ipſi ſub regulari profeſſione dicti Ordinis Deo iugibus degunt obſequijs, & certum per eos geſtandum habitum iuxta præfati Ordinis inſtituta minime ſunt adſtricti, nihilominus quendam habitum per nonnullos Eremitas de paupere vita nuncupatos deputari ſolitum, deferre conſueuerint.

2 Pro parte eorumdem Fratrum fuit Nobis humiliter ſupplicatum, vt pro decore dicti Ordinis, & vt inter eos, & dictos Eremitas, qui nullius obſeruantiæ regularis exiſtunt, & huiuſmodi habitu aliqualis diuerſitas appareat, ipſis Fratribus Tertij Ordinis tam præſentibus, quam futuris quoddam ſcapulare decentis longitudinis dicto per eos geſtato habitui in colore conforme per eos deferendum concedere, & aſſignare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, &c. diſcretioni tuæ, &c.

3 Mandamus, quatenus, ſi diligenti, &c. eiſdem Fratribus Tertij Ordinis, dummodo in ſacerdotio, aut ſacris ordinibus conſtituti exiſtant, præſentibus, & futuris ſcapulare huiuſmodi coloris, & formæ, ac longitudinis congruentis, per eos, vt præfertur geſtandum auctoritate noſtra concedas pariter, & aſſignes. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſq; contrarijs non obſtantibus quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Petrum ſexto idus Maij anno ſexto, 1423. 10. *Maij Ordinis* 203. *Religionis* 24.

Vadingus tom. 5. *Bulla* 102. *ex eodem Vatic. fol.* 142. N 2 BVL-

Digitized by Google

BVLLA XLVIII.

Artinus V. Fratribus Ioanni de Villar & Lupo de S. Spiritu Sacerdotibus Eremitagium S. Spiritus in Parochia S. Mariæ Aſtoricenſis diœceſis, antea pro 40. annos poſſeſſum à q. F. Ioanne de Scalciado concedit, & eorum ſucceſſoribus.

1 Deuotionis veſtræ ſinceritas, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod vos poſt obitum quondam Ioannis de Scalciado Fratris Tertij Ordinis Beati Franciſci, &c. qui Eremitagium S. Spiritus ſitum infra Parochiam parochialis eccleſiæ S. Mariç Aſtoricenſis diœceſis dilecti filij Petri Alphonſi ipſius eccleſiæ Rectoris expreſſo conſenſu, tenuerat, & poſſederat, dum vixit, pacifice, & quiete Eremitagium prædictum per quadraginta annos, & vltra, nemine contradicente ſucceſſiue poſſidentes, illud reparaſtis, & apud ipſum domos conſtruxiſtis, et ædificaſtis, necnon hortalitia, & vineas plantaſtis, alia ædificia fabricando bona etiam faciendo ibidem. Quare pro parte ueſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, etc. Nos itaq;

2 Vobis in presbiteratus ordine conſtitutis, & vtrique veſtrum Eremitagium prædictum cum omnibus hortis, vineis, pratis, & ædificijs ibidem exiſtentibus, ac alijs iuribus, et pertinentijs ſuis, quæ, ut præfertur pacifice poſſediſtis, et in præſentiarum poſſidetis, auctoritate noſtra recipiendi, et apud ipſum Domum cum Eccleſia, et alijs officinis prædictis pro vſu, et habitatione ueſtra, et aliquorum Fratrum prædictorum, qui ibidem pro tempore morari valeant, conſtruendi, & ędificandi, iure, etc. ſaluo, eadem auctoritate, præſentium tenore licentiam elargimur. Nulli ergo, etc. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem nonis Nouembris anno ſexto 1423. 5. *Nouembris, Ordinis* 203. *Religionis* 24.

Vadingus tom. 5. Bulla 12. *ex lib. Vatic. fol.* 99.

BVLLA XLIX.

Artinus V. F. Georgium Henrici Procuratorem Generalem Ordinis, cui ſcribit hanc, confirmat in regimine Hoſpitalis S. Stephani de Vrbe.

1 Ad

1 Ad ea, quæ ex iniuncto Nobis Apoſtolatus officio, &c. Exhibita Nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod clariſſimus in Chriſto filius noſter Sigiſmundus Romanorum, & Vngariæ Rex illuſtris, ad quem prouiſio Hoſpitalis S. Stephani Protomartiris de Vrbe pro tempore pertinere dignoſcitur, pie conſiderans, quod hoſpitale præfatum, quod per Beatum Stephanum Vngariæ Nationis Regem fundatum extitit, & dotatum propter guerrarum turbines, & calamitates multiplices, quæ præfatam Vrbem diutius miſerabiliter afflixerunt in ſuis ſtructuris, & ædificijs eſt totaliter collapſum, ac deſiderans, vt Hoſpitale ipſum in ſuis ædificijs, & rebus alijs repararetur, curam, regimen, & adminiſtrationem eiuſdem Hoſpitalis tibi per tuas literas commiſit.

2 Et deſuper dilecti filij Capitulum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de dicta Vrbe commiſſionem noſtram habentes approbarunt, atq; etiam confirmarunt, prout in literis Regis, & Capituli præfatorum ipſorum ſigillis munitis plenius continetur. Quare pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

3 Nos huiuſmodi, &c. inclinati, commiſſionem, & confirmationem præfatas, & omnia, & ſingula in dictis literis contenta, & quæcūq; &c. rata habentes, &c. ea auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum XVI. Calend. Iunij anno ſexto. 1423. 17. *Maij, Ordinis 203. Religionis 24.*

Vading. tom. 5. Bulla 103. ex lib. de Regular. anno 6. fol. 150.

BVLLA L.

MArtinus V. Guillielmo de Koe, & Petro de Baldouuin laicis, quibus hanc ſcribit, concedit, vt conſtruant Domum cum Eccleſia prope Oppidum Burgenſe diœceſis Tornacenſis pro Fratribus.

1 Pia vota fidelium, &c. Sane petitio pro parte veſtra Nobis nuper exhibita continebat, quod cum olim tu fili Guillielme de tua, & progenitorum tuorum ſalute recogitans, &c. quoddam prædium extra muros Oppidi Brugenſis Tornacenſis diœceſis conſiſtens, & ad te legitime pertinens, pro vſu, & habitatione aliquorum Fratrū T. Ordinis Beati Franciſci pia largitione donaueris, & etiam deputaueris, ac ad præſens tam tu, quam etiam tu fili Petre deſideratis

tis in eodem prædio vnam Domum cum Oratorio, ſiue Capella, ac Campanili,&c.pro parte veſtra fuit Nobis humiliter ſupplicatum,&c.

2 Nos igitur,&c. Vobis, vt in dicto prædio Domum cum Oratorio, campanile,& officinis huiuſmodi pro vſu,& habitatione dictorum Fratrum,ſine tamen iuris alieni præiudicio, fundandi, conſtruendi,&c. Necnon Prouinciali Miniſtro Prouinciæ Franciæ, ſecundũ morem, &c. in qua huiuſmodi prędium conſiſtere dignoſcitur Domum ipſam per ſe,vel alium, ſeu alios cum prędictis, & omnibus alijs iuribus,& pertinentijs ſuis pro vſu, & habitatione huiuſmodi Fratrum recipiendi,ac ipſis Fratribus illam inhabitandi,&c. licentiam elargimur.

3 Eiſdem etiam Fratribus de vberiori gratia concedentes,quod ipſi, eorumq; ſucceſſores, & poſteri dicti Ordinis Fratres, qui inibi pro tempore reſidebunt, omnibus, & ſingulis priuilegijs, &c.conceſſis, & concedendis vti valeant gaudere. Apoſtolicis, necnon Prouincialibus,& Synodalibus conſtitutionibus, & alijs, &c.Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem idibus Iulij anno ſexto 1423.15.*Iulij*, *Ordinis* 203.*Religionis* 24.

*Vading.tom.*5.*Bulla* 107. *Ex lib.* 2.*de diuerſis formis an.*4.*fol.*52.

BVLLA LI.

M*Artinus V.per Archidiaconum de Valderes in Eccleſia Legionenſi confirmat Domum pro Fratribus de Vuembribe diœceſis Aſtoricenſis.*

1 His, quæ pro diuini cultus augmento,&c. Sane pro parte dilecti filij Gometij Didaci de Isla Canonici Aſtoricenſis, necnon Fratrum Domus Tertij Ordinis S.Franciſci,&c.de Vuembribe Aſtoricenſis diœceſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim prędictus Gomeſius de ſalute animę ſuæ recogitans,&c.prędictam Domum cum Eccleſia Campanili,campana, hortis,hortalitijs,& alijs neceſſarijs officinis de bonis à Deo ſibi collatis in territorio de Vuembribe in Eccleſia Parochiali de Lanauego dictæ diæceſis, nulla ſibi ad hoc expreſſa ſuperioris licentia ſuffragante fundauit, ac conſtrui,& ædificari fecit.

2 Quodq; deinde venerabilis frater noſter Gondiſaluus Epiſcopus Aſto-

Aſtoricenſis pro dote, & conſeruatione, ac ſuſtentatione Domus prædictæ, ac Fratrum inibi pro tempore degentium præſtimonium Sancti Fructuoſi, & S. Agnetis infra parochiam prędictam, nec non limites Archidiaconatus de Ribadeſil in eccleſia Aſtoricenſi conſiſtens, cuius fructus, redditus, et prouentus duodecim florenorum auri de camera ſecundum communem æſtimationem valorem annum, vt ijdem Gometius, et Fratres aſſerunt, non excedunt, per liberam reſignationem dilecti filij Alfonſi Gondiſalui Canonici Aſtoricenſis per eum de illo, quod tunc temporis obtinebat, in manibus dilecti filij Petri Fernandi Decani dictę eccleſię Aſtoricenſis factam, et per eundem Decanum habentem, vt dicebat, ſuper hoc ſpecialem ab eodem Epiſcopo poteſtatem, huiuſmodi poteſtatis vigore admiſſam, vacans cum omnibus iuribus, et pertinentijs ſuis, ad id prædicti Decani, et dilectorum filiorum Capituli Aſtoricenſis, necnon Petri Fernandi Rectoris Parochialis eccleſiæ de Lanauego accedente conſenſu, eiſdem Fratribus donauit, et conceſſit, prout in quibuſdam inſtrumentis publicis inde confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte dicti Gometij, ac Fratrum Domus prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Diſcretioni, etc.

3 Mandamus, quatenus de præmiſſis, etc. informes, etc. & ſi, &c. fundationem, &c. approbes, & confirmes, nihilominus ſi per te hoc approbari, & confirmari contigerit, eiſdem Fratribus, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, etc. concedas. Non obſtantibus Apoſtolicis, &c. necnon ſtatutis, & conſuetudinibus eccleſiæ Aſtoricenſis, ac Domus, et Ordinis prædeceſſorum iuramento, etc. roboratis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem VI. Calendas Nouembris anno ſexto 1423. *die 27. Octobris, Ordinis 203. Religionis 24.*

Vadingus tom. 5. Bulla III. Ex lib 1. de Beneficijs vacant. fol. 102.

Gometius Didacus Iſla Canonicus Aſtoricenſis Domum cognominatam de Vuembribe ſub parochia S. Mariæ de Lanauego Aſtoricenſis diæceſis fundauit cum eccleſia, & alijs pertinentijs pro Fratribus Tertiarijs, pro quorum ſuſtentatione Conſaluus Epiſcopus uniuit præſtimonium S. Fructuoſi, S. Agnetis ſub limitibus eiuſdem parochiæ, per liberam reſignem Alfonſi Gondiſalui Canonici Aſtoricenſis, quæ omnia confirmauit Papa.

Notas

Notat Vading. hic n. 18. quod hac Domus, & alia S. Spiritus de qua in Bulla XLVII. ſunt amba ſub eadam Parochia S. Maria de Lananego.

BVLLA LII.

MArtinus V. indulget Fratribus, & Sororibus Hibernia, vt poſſint tempore interdicti per Sacerdotes etiam Seculares celebrare, & recipere Sacramenta cum ſuis familiaribus. Vide idem ſupra Bullas III. X. Infra LXXII.*

Deuotionis veſtræ ſinceritas, &c. Veſtris itaque ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium vobis indulgemus, vt ſi forſan ad loca interdicto eccleſiaſtico ſuppoſita vos eſſe, aut declinare contigerit, liceat vobis, & cuilibet veſtrum in veſtris ordinis Domibus, & Monaſterijs, ſeu Eccleſijs, clauſis ianuis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſa voce in veſtra, familiarium veſtrorum domeſticorum pręſentia Miſſam, & alia diuina officia facere celebrari, necnon vt quilibet Sacerdos idoneus ſecularis, vel regularis, quem ad hoc duxeritis eligendum, vobis, & cuilibet veſtrum, quoties expedierit miniſtrare valeat eccleſiaſtica Sacramenta, etiam tempore interdicti, dummodo ſuos, & illi cauſam non dederitis interdicto; nec id vobis, vel illis contigerit ſpecialiter interdici. Felicis recordationis Clementis Papæ V. &c. & alia qualibet conſtitutione contrarijs nequaquam obſtantibus; iure parochialis eccleſiæ ſemper ſaluo, vſq; ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum vobis ſimiliter concedimus per præſentes. Nulli ergo, &c. Datum Rome apud SS. Apoſtolos ſecundo nonas Iunij anno nono. *Anno 1426. 4. Iunij Ordinis 206. Religionis 27.*

Vadingus tom. 5. Bulla 150. Ex lib. 1. de Beneſic. anno 9. fol. 231.

BVLLA LIII.

MArtinus V. per Iordanem Epiſcopum Albanenſem ſubijcit Generali Minorum, & alijs Miniſtris Fratres, & Sorores. Caſſatur ab Eugenio IV. infra Bulla LXIX.*

1 Licet inter cætera regularis obſeruantiæ iugum ſine quo non vera, ſed ficta cenſetur eſſe religio præcipuum exiſtat: & propterea abſo-

abſonum ſit, & abſurdum, quod quis habitu ſe religioſum foris exhibeat, & lupi rapacis more regulariter viuere, regularemq; diſciplinam ſuſcipere omnino contemnat. Sanè pro parte dictorum filiorum Antonij de Maſſa generalis, & ſingulorum Prouincialium Miniſtrorum, vniuerſorumq; fratrum Ordinis Minorū petitio nobis nuper exhibita continebat: quod nonnullæ tam Eccleſiaſticæ, quam ſeculares perſonæ vtriuſque ſexus in diuerſis mundi partibus conſtitutæ, quæ ſub quodam velamine ſanctitatis habitum griſeum ordinis fratrum Minorum habitui quaſi conformem deferentes: & à Beato Franciſco nomen aſſumentes de Tertia Regula dicti Franciſci, alias de pænitentia ſe appellant: tam ex priuilegijs (vt aſſerunt) conceſſis, quam etiam propria authoritate nonnunquam in communi: quandoq; verò ad partem ſub quadam viuendi norma, quaſi in propriam libertatem, & abſq; debita ſubiectione, & obedientia, religioſam vitam viuere ſe aſſerunt, & præſumunt: vnde dicti ordinis non ſolum confuſio generatur, & errores, pluraq; ſcandala, & pericula proueniunt animarum.

2 Quare pro parte Generalis, & Prouincialis Miniſtrorum, ac fratrum prædictorum fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt ſuper præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attente conſiderantes, incongruum exiſtere, quod huiuſmodi perſonæ habitum de dicto ſancto conceſſum gerant, & de Tertio ordine nominare præſumant, & iuriſdictionem, aut diſciplinam ſuperiorum dicti ordinis Minorum ſuſcipere paruipendant: ac alias ſubiectæ præfato ordini non exiſtant: ac ſuper ijs ſalubriter occurrere cupiētes: conſpectioni tuæ de qua in his, & alijs ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus.

3 Mandamus quatenus ſi ita eſt, omnes, & ſingulos fratres, & ſorores de Tertia Regula S. Franciſci, alias de pænitentia nuncupatos tam præſentes, quam futuros cuiuſcumq; gradus, vel conditionis exiſtant, vbicumq; exiſtant eidem ordini, & eius ſuperioribus (eorum tamen viuendi, & continendi forma ſemper ſalua) authoritate noſtra ſubiacere, ipſoſq; prædictos Generali, & Prouincialibus miniſtris pro tempore exiſtentibus, quemadmodum cæteri, & veri dicti ordinis fratres, & ſorores ſubiecti exiſtunt, ſubiectos eſſe decernas.

4 Statuentes, & ordinantes authoritate prædicta: quod præfati miniſtri, fratres de tertia regula, & ſorores prædictas quoties expediens fuerit per ſe, vel per alios ad hoc idoneos viſitare, corrigere, & delinquentes, & excedentes pro demeritis punire, & emendare, eorumq; confeſſiones audire, eiſq; pœnitentiam ſalutarem iniungere, & omnia Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, omnemq; aliam (ſi tamen illorum obſeruantiæ, & continentiæ penitus non obuient) iuriſdictionem exercere valeant, in eoſdem contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.

5 Non obſtantibus priuilegijs, gratijs, conceſſionibus, & literis Apoſtolicis de Regula huiuſmodi, eiſdem fratribus, & ſororibus eorumq; religioni in genere, vel in ſpecie, ſub quauis verborum forma conceſſis, etiam ſi de eis, eorumq; totis tenoribus, ac de verbo ad verbum eſſet in præſentibus ſpecialis, & expreſſa mentio facienda, quibus in quantum præmiſſis contraria fuerint derogamus. Necnon conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs etiam non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctos Apoſtolos Pontificatus noſtri anno decimo, *Chriſti* 1427. 9. *Decembris, ordinis* 206. *Religionis* 27.

Vading. tom. 5. *Bulla* 165. *Rodriq. Bulla* 1. *fol.* 69. *De Sillis fol.* 15.

BVLLA LIV.

M*Artinus V. ſcribit abbati Monaſterij S. Benedicti de Scalocchio Ciuitatis Caſtelli Diœceſis, vt det licentiam Sororibus fundandi monaſterium S. Ceciliæ, cui præſit Miniſtra vagens in ſpiritualibus, & temporalibus, cum Viſitatore alicuius ordinis, & priuilegijs.*

1 Piæ fidelium vota, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Margaritæ, & Caſſandræ eius filię, necnon Marietæ, & Nicoloſæ, ac nonnullarum aliarum mulierum Ciuitatis Caſtelli Tertij Ordinis S. Franciſci petitio continebat, quod mulieres ipſæ, quæ mundanis abiectis illecebris nuper habitum eiuſdem Ordinis aſſumpſerant, de bonis eis à Deo collatis vnum Monaſterium in dicta Ciuitate ſub vocabulo S. Ceciliæ cũ eccleſia, campanili, &c. Monialium eiuſdem Ordinis fundare, &c. deſiderant, & proponunt, ſi ſuper hoc eis Apoſtolicę Sedis impertiatur

tiatur

tiatur aſſenſus. Quare pro parte earumdem mulierum fuit Nobis humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. diſcretioni tuæ, &c.
2 Mandamus, quatenus eiſdem mulieribus Monaſterium cum eccleſia, Campanili, &c. officinis pro vſu, & habitatione perpetuis huiuſmodi Monialium in loco ad hoc congruo, & honeſto fundandi, &c. iure tamen parochialis, &c. ſaluo, plenam, & liberam auctoritate noſtra licentiam largiaris.
3 Et deinde, ſi per dictam licentiam elargiri contigerit prædictis Monialibus in huiuſmodi Monaſterio pro tempore reſidebunt, vt iuxta conceſſionem felicis recordationis Nicolai Papæ IV. prædeceſſoris noſtri eidem Ordini factam Miniſtram, quæ pro tempore Monialibus ipſis perpetuo præſit, ipſumq; Monaſterium, in ſpiritualibus, & temporalibus regat; necnon vnum Ordinis Fratrum Minorum, aut cuiuſcumq; alterius ordinis approbati profeſſorem in prædicti Monaſterij, ac perſonarum ipſius Viſitatorem eligere; necnon omnibus, & ſingulis immunitatibus, &c. conceſſis vti, & gaudere libere, & licite valeant, eadem auctoritate concedas. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud SS. Apoſtolos Calendis Februarij anno decimo. 1426. *Ordinis* 206. *Religionis* 27.

Vading tom. 5. Bulla 168. ex Vaticano lib. 1. de Regular. an. 10. fol. 287.

Licentia fundandi monaſterium S. Ceciliæ in Ciuitate Caſtelli, cui præſit eiuſdem Ordinis profeſſa Miniſtra, quæ in ſpiritualibus, & temporalibus regat, habeantq; Viſitatorem Sacerdotem alicuius approbati Ordinis, cum vſu priuilegiorum.

BVLLA LV.

MArtinus Reſcribit ad Præpoſitum S. Mariæ ad Gradus Colon. vt ſtatuat, ne Sorores ſolemniter obedientiam, & caſtitatem profeſſæ tam præſentes, & futuræ matrimonium contrahant.

1 Humilibus ſupplicum votis, &c. Sane fuit exhibita Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Domus Dugsburgenſis Tertij Ordinis de Pœnitentia nuncupati, quem S. Franciſcus inſtituit ſub cura Fratrum Minorum viuentium Colonienſis diœceſis petitio continebat, quod ſingulæ Sorores Domus ejuſdem, quæ inibi mundanis propulſaris illecebris, &c. cum quintum decimum

ætatis ipſarum annum peregerint, iuxta ſtatuta, & obſeruantiam Regulæ præfati Ordinis in manibus dilectorum filiorum Viſitatoris Sororum, & Domus prædictarum pro tempore exiſtentium obedientiam ſolemniter, & alias caſtitatem vouere conſueuerunt, quodq; vna ex Sororibus prædictis in ſenio conſtituta, poſtquam vota diutione emiſerat, hoſtis humani generis ſuaſibus ſeducta, domum ipſam exiuit, & id ſibi licere aſſerens viro nupſit, in proprijs honoris vilipendium, ac ſcandalum plurimorum.

2 Et ſicut eadem petitio ſubiungebat, dubitent Sorores prædictæ propter ſecus fragilitatem, quod niſi propenſiora eis adſint præſidia, iuniores eiuſdem Domus ſiniſtris perſuaſionibus ſeducentur, & maiora ſcandala ex Sororibus ipſis ſuſcitabuntur. Quare pro parte Sororum prædictarum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. diſcretioni tuæ, &c.

3 Mandamus, quatenus, ſi ita eſſe inueneris, aliudq; canonicum non obſiſtat, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, auctoritate noſtra ſtatuas, & ordines, quod Sorores dictæ Domus, quæ ſunt, & erunt in futurum, poſtquam vota huiuſmodi in ætate legitima conſtitutæ, ſponte emiſerint, matrimonium contrahere quouis modo, ſed ſic profeſſæ abſq; cognitione thori coniugalis ſub humilitatis ſpiritu vitam conſumare firmiter ſint aſtrictæ, &c. Datum Romę apud SS. Apoſtolos ſeptimo Calendas Maij anno decimo. 1427. 25. *Aprilis*, *Ordinis* 207. *Religionis* 28.

Vadingus tom. 5. Bulla 171. ex lib. 1. de Regul, anno 9. fol. 190.

BVLLA LVI.

M*Artinus V. ſcribit Oderico de Glemona Canonico Ianuenſi, vt in Domo S. Elzearij vtantur Sacramentis, & ſepultura.*

1 Ijs. per quę, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Antonij de Brayda de Pedemontibus, & Ioannis de Gouono de Alba Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati, petitio continebat, quod olim ipſi cum nonnullis dicti Ordinis Fratribus vt quietius, & deuotius poſſent Altiſſimo famulari de licentia, & permiſſu venerabilis fratris noſtri Pilei Archiepiſcopi Ianuenſis, & dilecti filij Rectoris parochialis eccleſiæ S. Martini de Herchis extra muros Ianuenſes infra ipſius

eccleſię

eccleſię parochię limites quoddam Eremitorium extra muros eosdem iu loco dicto de Clapeto cum Oratorio in honorem, & ſub vocabulo S. Elzearij confeſſoris, necnon cum Domo pro ipſorum, & aliorum eiuſdem Ordinis Fratrum inibi pro tempore degentium vſu, et habitatione perpetuis, opitulantibus Chriſti fidelium ſuffragijs canonice fundauerunt, conſtruxerunt, & ędificauerunt, quodq; ex poſt Antonius, & Ioannes, ac eis computatis numerum octonarium nonquam excedentes alij Fratres prędicti in Eremitorio prędicto continuo defuerunt, prout de præſenti degunt, ipſiq; diuina officia diebus ſingulis celebrarunt, ac dietim celebrant de prę ſenti.

2 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, vt tam prę ſentes, quam futuri Fratres prędicti in Eremitorio prædicto Dei beneplacitis, & animarum ſuarum profectius, liberius, & commodius vacare poſſent Miſſarum, & Officiorum celebrationem in oratorio huiuſmodi continuari, eorumq; corpora prope illud ſepeliri, ſibiq; eccleſiaſtica præſertim Euchariſtiæ, et Extremæ Vnctionis Sacramenta inibi miniſtrari opportunum fore noſcatur, ac nihilominus cupiant, quod eorum corpora ibidem tradantur eccleſiaſticæ ſepulturæ; pro parte ipſorum Antonij, et Ioannis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, etc. Nos igitur diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta.

3 Mandamus, quatenus ſi eſt ita, ipſis Antonio, Ioanni, et alijs vſq; ad numerum antedictum Fratrlbus, qui in dicto Eremitorio degunt, et pro tempore deguerint per aliquos ex ſe ipſis, aut alios per eos eligendos Presbiteros idoneos Miſſæ, et Officia in eodem Oratorio celebrari, necnon Confeſſionis, Euchariſtiæ, et Extremæ Vnctionis Sacramenta huiuſmodi tantummodo miniſtrari, Diæceſani loci, etc. minime requiſita licentia; necnon Antonij, Ioannis, et aliorum Fratrum prædictorum dumtaxat corpora, Diæceſani auctoritate in hoc interueniente, prope dictum Oratorium ſepeliri facere, iure tamen parochialis eccleſiæ ſaluo, licite valeant, auctoritate noſtra concedas. Non obſtantibus, etc. Datum Romę apud SS. Apoſtolos, nonis Maij, anno decimo. 1427. 7. *Maij*, *Ordinis* 207. *Religionis* 28.

Vadingus tom. 5. *Bulla* 172. *ex Vatic. lib.* 1. *de Regular. anno* 10. *fol.* 50.

BVL-

BVLLA LVII.

MArtinus V. ſcribit Decano Eccleſiæ S. Donatiani Brugenſis diœceſis Tornacenſis, ut det licentiam conſtruendi Capellam à quouis Epiſcopo conſecrandam, ſine diœceſano, in qua diuina officia celebrentur.

1 Dignis petentium votis, &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Ioannis de Blonde presbiteri, & Ioannis Strenaert Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati Tornacenſis Diœceſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod quondam Gulielmus Roc laicus, ſuę, ſuorumq; progenitorum intendens animarum ſaluti, &c. quandam Domum Caluarienſem nuncupatam extra muros Oppidi Brugenſis dictæ diœceſis conſiſtentem, & tūc ad eum legitime ſpectantem, prædictis Fratribus pro ſuo, necnon aliorum Fratrum dicti Ordinis vſu, & habitatione donauit, ac etiam aſſignauit, ipſiq; Ioannes de Blunde, & Ioannes de Strenaert apud eamdem Domum concurrentibus fidelium ſuffragijs, capellam, in qua Miſſa, & alia diuina officia celebrari poſſint cum campanili, & campana pro dictis Fratribus de nouo fundare deſiderarent, &c. Quare pro parte ipſorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta.
3 Mandamus, quatenus ſi, & poſtquam tibi de donatione, & aſſignatione prædictis legitime conſtiterit, Fratribus eiſdem capellam cum campanili, &c. fundandi, &c. necnon per quemcumq; Catolicum Antiſtitem gratiam, & communionem dictæ Sedis habentem dedicari, Miſſaſq; & alia præmiſſa officia inibi celebrari faciendi, atq; celebrandi, & ipſi Antiſtiti illam dedicandi, Ordinarij loci, & cuiuſuis alterius ſuper hoc licentia minime requiſita, auctoritate noſtra licentiam largiaris, iure parochialis, infra cuius limites capella ipſa fuerit eccleſiæ, & alterius cuiuslibet in omnibus ſemper ſaluo. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos idibus Maij anno decimo 1427. 15. *Maij Ordinis 207. Religionis 28.*

Vadingus tom. 5. Bulla 175. ex eadem lib. de Regul. anno 10 fol. 250.

Nota, quod hoc priuilegium vocandi quemcumq; Epiſcopum ad conſecrādam Eccleſiam, ſeu Capellam eſt ſublatum per Tridentinum Seſſ. 6. cap. 5. Nulli Epiſcopo liceat cuiuſuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius diœceſi exercere, niſi de Ordinarij loci expreſſa licen-

licentia, &c. *Nomine Pontificalium veniunt etiam conſecratio Baſilicarum, gloſ. in. A Pontificalibus Extr. Ioā. XXII. Suſcepti regiminis, de elect.*

BVLLA LVIII.

M*Artinus V. Sororibus Domus Oppidi Gandenſis Tornacenſis diœceſis, vt poſſint ſibi facere celebrare Miſſas, & diuina officia in ſuo Oratorio.*

1 Dignas reddimur attentione, &c. Sane pro parte veſtra Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nonnunquam contingit vos, aut aliquam ex vobis adeo grauibus detineri infirmitatibus, vt ex ſenectute, ſeu alias debiles fieri, quod ad Parochialem Eccleſiam S. Ioannis Oppidi Gandenſis Tornacenſis diœceſis, infra cuius parochiæ limites Domus veſtræ, in qua ſub Tertia Regula Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati viuere dignoſcimini, conceſſit, accedere, ac in eccleſia ipſa Miſſas, & ipſa diuina officia pro tempore, audire commode nequeatis. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

2 Nos igitur, &c. vt liceat vobis, & ſucceſſoribus veſtris perpetuis futuris temporibus in dicta Domo, in qua vt aſſeritis, quoddam Oratorium cum Altari nōdum tamen conſecrato erexiſtis, habere altare portabile cum debita reuerentia, & honore, ſuper quo in dicto Oratorio, vel alio loco dictę Domus ad hoc congruo, & honeſto poſſitis per proprium, vel alienum Sacerdotem idoneum, Miſſas, & alia diuina officia in veſtra, & cuiuslibet veſtrum pręſentia celebrari facere libere, & licite valeatis, auctoritate Apoſtolica concedimus per præſentes; iure tamen eccleſię prędictæ, vel alterius cuiuſcumq; in omnibus ſemper ſaluo. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos, quinto Calendas Iunij anno decimo. 1427. 28. *Maij, ordinis 207. Religionis 28.*

Vadingus tom. 9. Bulla 17. Ex lib. 3. de exhibitis, & diuerſis formis anno 10 *fol.* 213.

BVLLA LIX.

M*Artinus V. concedit Fratribus, & Sororibus de S. Audomaro licentiam aſſeruandi Sacramentum Euchariſtiæ in ſuo Oratorio pro ſuo vſu tantum.*

Eximiæ

Eximiæ deuotionis affectus, &c. Sane petitio pro parte veſtra Nobis exhibita continebat, quod vos qui in Oratorio, ſiue Capella Domus veſtræ ſita infra limites parochiæ parochialis eccleſię S. Margaritæ Oppidi de S. Audomaro Morinenſis diæceſis ſub religionis zelo Altiſſimo redditis vota veſtra, Miſſas, & alia diuina officia per vos, & alios ſacerdotes idoneos celebrando, & celebrari faciendo, cum ex deuotione ad hoc fueritis diſpoſiti ad prædictã eccleſiam pro recipiendo Euchariſtiæ Sacramentum habeatis accedere, quod vobis incommodum redditur plerumq; & onuſtum. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vobis huiuſmodi Sacramentum in oratorio, ſeu capella huiuſmodi cum debitis reuerentia, & honore conſeruandi, ſiue conſeruari faciendi, ac cuiuslibet idoneo Sacerdoti vobis, necnon dilectis in Chriſto filiabus Sororibus dicti Ordinis, quotieſcumq; opus fuerit miniſtrandi; necnon vobis, & ijſdem Sororibus huiuſmodi Sacramentum recipiendi, & alia in præmiſſis neceſſaria faciendi licentiam concedere, & alias vobis in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati vobis huiuſmodi Sacramentum cum debitis reuerentia, & honore in Oratorio, ſeu capella huiuſmodi conſeruandi, ſeu conſeruari faciendi, quod quilibet Sacerdos idoneus ſecularis, vel regularis vobis, & cuilibet veſtrum, necnon eiſdem Sororibus, quoties expedierit, huiuſmodi Sacramentum miniſtrare libere, & licite poſſit, & valeat; felicis recordationis Clementis V. prædeceſſoris noſtri, & alijs conſtitutionibus Apoſtolicis nequaquam obſtantibus, iure tamen dictæ eccleſię, & cuiuslibet alterius ſemper ſaluo, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam elargimur. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos, quinto idus Iulij anno decimo. 1427. 11. *Iulij, Ordinis* 207. *Religionis* 28.

Vadingus tom. 5. Bulla 183. ex lib. 1. de Regularibus, & prouiſionibus prælatorum anno 10.

Martinus V. conceſſit indulgentiam non plenariam per decennium viſitãtibus Eccleſiam B. Mariæ de Kyllin Bonayne diæceſis Tuamenenſis, porrigentibus manus adiutrices ad reparationem Eccleſiæ illius conuentus Fratrum collapſæ ob guerras. Eam extendit Vading. tom. 5. Bulla 192. ex lib. 1. de diuerſis formis anno 11. fol. 219.

BVL-

BVLLA LX.

MArtinus V. ſcribit Epiſcopo Tudertino, vt concedat licentiam ſororibus diuerſorum conuentuum eligendi Miniſtras in illis, & vnam Generaliſſam, quæ omnibus illorum monaſteriorum præſit.

1 Sacræ religionis, ſub qua dilectæ in Chriſto filiæ Angelina S. Annæ Fulginatenſis; Catarina S. Ioannis Tudertinenſis; Ceccha.i. Fräciſca S.Honofrij Florentinenſi;Paula S.Margaritæ Eſculanenſis;Thomaſia S. Quirici Aſſiſinatenſis, & Clara S. Agaetis Viterbienſis Domorum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati, Sorores deuotum, & ſedulum exhibent Domino famulatum, promeretur honeſtas, vt earum pijs, & rationabilibus votis, quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter annuamus.

2 Sane pro parte dictarum, & aliarum Domorum earumdem Sororum Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nuper ipſæ ſpe hæc ab Apoſtolica Sede obtinendi ob frugem melioris vitæ, & vt ſub debito obedientiæ, vt puta ſub gubernaculo aliquorum capitum honeſtius viuendo,earum conuerſatio Deo fieret acceptior, & quietius, ſalubriuſq; in eo proficere valerent, in ſingulis eiſdem Domibus aliquas religioſas Sorores dicti Ordinis in ſuas, & Domorum earumdem Miniſtras, ſeu Gubernatrices concorditer elegerunt, & aſſumpſerunt deſiderantes ſub obedientia, & gubernatione dictarum Miniſtrarum ſic aſſumptarum,& in poſterum aſſumendarum vitam continuare religioſam.

3 Quare pro parte dictarum Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt præmiſſis attentis, necnon pro earum pace, & quiete, ſuæq; religionis augmento, ac domorum prædictarum laudabili directione, quod electæ Miniſtræ huiuſmodi, & quæ in futurum in dictis Domibus eligentur, eis incumbens officium regiminis exercere,ac prædictæ, & aliæ Domorum earumdem Sorores hac primaria vice,& deinceps,quoties in dictis Domibus aliquas Miniſtras deeſſe contigerit, alias idoneas Sorores dictum ordinem profeſſas loco deficientium in Miniſtras eligere, & aſſumere, quibus præfatæ Sorores parere, & obedire in licitis, & honeſtis teneantur,quodq;ſic electæ Miniſtræ Domibus, in quibus electæ fuerint,ac earum Sororibus præfatis præeſſe, ipſaſq; Sorores regere,& gubernare;necnon à mulieribus ad hoc idoneis dictum Ordinem

 profi-

profiteri volentibus, profesſionem per Sorores dictarum Domorum emitti conſuetam, ac eas in ipſas Domos recipere, & admittere. Præfatę quoq; Miniſtræ electæ, & eligendę vnam aliam Generalem Domorum, & Sororum prædictarum Miniſtram, quę Miniſtras, & Sorores easdem viſitare, & propter earum exceſſus iuxta canonica inſtituta dicti Ordinis punire, & corrigere debeat, eligere; quodq; Generalis huiuſmodi Miniſtra ſic electa quaſcumq; alias Sorores Domorum partium Italiæ pręfati ordinis ſub eius cura, & adminiſtratione ſponte venire volentes, recipere.

4 Miniſtri inſuper, & Viſitatores præfati Ordinis prædictas Generalem, & cæteras dictarum Domorum Miniſtras dumtaxat viſitare libere, & licite valeant, licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos igitur, &c. diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus de prædictis omnibus, & ſingulis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem huiuſmodi repereris, præmiſſa de iure, & ſecundum præfata inſtituta dicti Ordinis fieri poſſe, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, Sororibus præſentibus, Miniſtras eligendi, &c. eadem auctoritate licentiam largiaris.

6 Et nihilominus Miniſtris, & dictarum Domorum Sororibus præfatis, ac eiſdem Domibus, quod omnibus, & ſingulis priuilegijs, indulgentijs, &c. quomodolibet conceſſis perpetuo vti, & gaudere valeant, prælibata auctoritate concedas. Datum Gonezani Peneſtrinenſis diœceſis decimo quarto calendas Septembris anno vndecimo 1428. 19. *Augusti Ordinis* 208. *Religionis* 29.

Vadingus tom. 5. Bulla 203. Ex lib. 1. mixto de diuerſis anno 11. fol. 38.

Moniales ſex Monaſteriorum petunt primo vt poſſint eligere vnam Miniſtram in ſingulis conuentibus, quæ alijs præſit; Secundo quod poſſit recipere ad profeſſionem volentes ingredi ordinem. Tertio vt Miniſtra præmortuæ poſſit per electionem alia ſubſtitui. Quarto vt Miniſtræ poſſint vnam ex ſuis in Generalem eligere, quæ præſit Miniſtris, & Sororibus corrigendo eas, & alias per Italiam volentes ſe ſubijcere eius poteſtati. Quinto vt Miniſtri, & Viſitatores præfati Ordinis poſſint dumtaxat viſitare Miniſtras. Sexto mandat Epiſcopo, vt ſe informet & concedat, ſi præmiſſa de iure conſiſtere poſſunt. Septimo concedat, vt poſſint vti ſuis priuilegijs.

Supra-

Supradictam gratiam conceſſit Papa, quod eſt rarum exemplum, & elegerunt ſibi Miniſtram Generalem, quæ ſtatutis temporibus per monaſteria viſitabat. Hoc poſtea ſeminarium fuit multarum diſcordiarum præſertim cum Fratribus Minoribus, ſub quorũ patrocinio, & diſciplina euſq; creuerunt, & perſeuerauerunt, & cauſam præbuerunt incommodis quæ ad vagos mulierum diſcurſus, & viſitationum degreſſiones facile ſequebantur Pius II. reuocauit hoc priuilegium Miniſtræ Generalis, & poſtea reſtitutum fuit regimen partim Minoribus, partim locorum Ordinarijs, Bulla incipit. Sacræ Religionis.

BVLLA LXI.

Martinus V. ſcribit Archipresbitero Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Monte Politiano Aretinenſis diœceſis, vt confirmet donationem Eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ Cluſinenſis diœceſis factam Fratribus.

1 His, quæ, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorũ filiorum Antonij de Ianua, & aliorum Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati in eccleſia S. Mariæ Magdalenæ in nemoribus Cluſinenſis diœceſis degentium petitio continebat, quod olim ipſa eccleſia in qua alias pauperes eremitæ habitare conſueuerunt per liberam reſignationem dilecti filij Magiſtri Andreæ de Monte Politiano dudum eiuſdem eccleſiæ Rectoris, per eum de illa, quam tunc habebat, in manibus venerabilis fratris noſtri Petri Pauli Epiſcopi Cluſinenſis extra Romanam Curiam ſponte factam, & per ipſum Epiſcopum ordinaria auctoritate admiſſam, vacante, idem Epiſcopus prædictam eccleſiam ſic vacantem, & ad eius collationem, & omnimodam diſpoſitionem legitime pertinentem cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis Antonio, & Fratribus prædictis pro eorum, & aliorum, qui in ipſa eccleſia pro tempore degere voluerint dicti Ordinis Fratrum, vſu, & habitatione perpetuis eadem auctoritate conceſſit, ac etiam aſſignauit, prout in ipſius Epiſcopi literis deſuper confectis, & eius ſigillo munitis dicitur plenius contineri.

2 Cum autem, &c. Antonius, & Fratres prædicti, &c. dubitent, conceſſionem, & aſſignationem prædictas ex certis cauſis viribus non ſubſiſtere, etc. pro parte Antonij, & Fratrum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, etc. Nos igitur, etc. diſcretioni tuæ, &c.

Digitized by Google

3 Mandamus, quatenus de præmiſſis auctoritate noſtra te diligenter informes,&c.conceſſionem,& aſſignationem prędictas,ac omnia alia,& ſingula in dictis literis contenta, & inde ſecuta auctoritate noſtra approbes, &c.

4 Et nihilominus pro potiori cautela dictam eccleſiam, cuius fructus,reditus,& prouentus ſex florenorum auri,ſecundum communem æſtimationem valorem annuum,vt Antonius,& Fratres prędicti aſſerunt, non excedunt, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſupradictis eisdem Antonio, & Fratribus,&c.aſſignes. Nos enim, &c. Antonio,& prędictis, ac alijs quos in eadem eccleſia pro tempore reſidere contigerit dicti Ordinis Fratribus, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs,&c. conceſſis,etc. vti etc.valeant,etc.indulgemus.Non obſtantibus,etc.iure tamen parochialis, etc.ſemper ſaluo.Datum Romæ apud SS. Apoſtolos ſexto idus Februarij anno duodecimo.1429.*Octauo Februarij,Ordinis* 209.*Religionis vero* 30.
*Vadingus tom.*5.*Bulla* 220.*ex lib.* 1. *de diuerſis formis anno* 12.*fol.*132.

BVLLA LXII.

Martinus V. ſcribit Priori S. Sepulchri Peruſini, vt conceſſionem factam per Clariſſas Monaſterij S. Agnetis Sororibus Domus de Valle Fabrica extra muros Peruſinos, approbet, pro earum vſu,& habitatione.

1 Humilibus ſupplicum votis, &c. Sane petitio pro parte dilectarũ in Chriſto filiarum Sororum Domus de Valle Fabrica extra muros Peruſinos Tertij Ordinis Beati Franciſci de Pænitentia nuncupatum Nobis nuper exhibita continebat, quod cum earum numerus,Domino benedicente vltra ſolitum in ipſa Domo adeo noſceretur excreuiſſe quod non ſine incommodo, quaſi in eadem Domo, quæ arcta eſt, & incapax earum exiſtit, reſidere non valerent, dilectæ in Chriſto filiæ Agnes Abbatiſſa, & conuentus Monaſterij S. Pauli de Fauarone Ordinis S. Claræ Peruſinæ diæceſis dictis Sororibus mutua caritate propterea compatientes, ac conſiderantes, quod in Monaſterio S. Agnetis in Burgo Peruſino eiusdem Ordinis S.Claræ, quod ipſi Monaſterio S. Pauli auctoritate Apoſtolica vnitum, & incorporatum fuerat, & in quo pro eo, quod illius Abbatiſſa,et conuentus ad idem Monaſterium S.Pauli

ſe

ſe tranſtulerant, nullæ Moniales habitarent, et diuinus cultus negligeretur, ac etiam ex alijs rationabilibus cauſis ipſum Monaſterium S. Agnetis prędictis Sororibus pro earum vſu, et habitatione perpetuis ſub certis modo, et forma pia donatione conceſſerunt, prout in quodam inſtrumento publico ſuper hoc confecto plenius continetur. Quare pro parte dictarum Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, etc. Nos itaq; etc. diſcretioni, etc.

2 Mandamus, quatenus, etc. et ad hoc dictarum Abbatiſſę, et conuentus Monaſterij S. Pauli prędicti accedat aſſenſus, etc. conceſſionem antedictam, ac omnia in dicto inſtrumento contenta, ſi rationabilia fuerint auctoritate noſtra approbes, et ratifices. Et nihilominus, etc. dictis Sororibus pręſentibus, et futuris dictum Monaſterium S. Agnetis pro earum vſu, et habitatione perpetuo tenendi, etc. necnon in formam aliarum ſuarum Domorum eiuſdem Tertij Ordinis redigendi, et reformandi, eadem auctoritate concedas. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, etc. contrarijs quibuſcumq; Datum Romę apud SS. Apoſtolos quarto Calēdas Martij, anno duodecimo 1429. 26. *Februarij, Ordinis* 209. *Religionis* 30.

Vadingus tom. 5. *Bulla* 221. *ex lib.* 1. *de diuerſis formis fol.* 188.

Sororibus prædictis, quæ numero excreſcentibus non poterant commodè morari in priori conuentu Papa mandat approbari conceſſionem illis factam per Clariſſas alterius conuentus S. Agnetis vniti alteri earum S. Pauli, ab illis derelicti quo ad diuinum cultum.

Margarita pia fœmina Rudeckerina fundauit eiſdem conuentum ſub inuocatione S. Leonardi prope Sangallum in Germania. Idem Vadingus anno 1429. *num.* 20.

BVLLA LXIII.

M*Artinus V. ſcribit Archiepiſcopo Neapolitano, vt Proculo Piſano cum alijs Fratribus det licentiam fundandi Domum cum Eccleſia in diœceſi Puteolana.*

1 Pijs fidelium votis, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Proculi Piſani de Puteolo, & nonnullorum aliorum Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati, petitio continebat, quod ipſi in quodam loco in diœceſi Puteo-

Puteolanenſi conſiſtente, ſterili penitus, & deſtructo, quem per dilectum filium Angelillum de Capua Ciuem Capuanum ad eum tunc legitime pertinentem, eis pia largitione donatum de licentia venerabilis fratris noſtri Laurentij Epiſcopi Puteolani pro ſuis vſu, & habitatione receperant quamdam Domum cum Eccleſia, Campanili, &c. neceſſarijs officinis pro eiſdem vſu, & habitatione de pijs Chriſti fidelium elemoſinis conſtruere, &c. proponunt, ſi ſuper hoc eis Apoſtolicæ Sedis licentia concedatur. Quare pro parte Proculi, & aliorum Fratrum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, etc. fraternitati tuæ, etc.

3 Mandamus, quatenus ſi eſt ita, donationem, & receptionem prædictas auctoritate noſtra approbes, et confirmes, dictiſq; Proculo, et Fratribus in loco prædicto Domum, & eccleſiam cum campanili, officinis huiuſmodi pro eorum vſu, et habitatione perpetuis conſtruendi, etc. licentiam largiaris. Et inſuper ſi, etc. Fratribus dicti Ordinis inibi pro tempore moraturis, vt Miſſas, et alia diuina officia celebrare, ſeu celebrari facere ac omnibus priuilegijs, etc. conceſſis vti, et gaudere valeant auctoritate prædicta concedas. Non obſtantibus, etc. Iure tamen parochialis eccleſiæ, etc. ſemper ſaluo. Datum Romę apud SS. Apoſtolos quinto calendas Maij, anno duodecimo. 1429. 17. *Aprilis Ordinis* 209. *Religionis* 30.

Vadingus tom. 5. *Bulla* 227. *Ex lib.* 1. *de diuerſis formis, anno* 12. *fol.* 177.

BVLLA LXIV.

MArtinus V. ſcribit Philippo Marino Canonico Neapolitano, vt Sororibus volentibus ſeruare perpetuam clauſuram concedat cum duobus Capellanis Minorum de Obſeruantia.

1 Iniunctum Nobis deſuper, ect. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Ordinis S. Franciſci de Pænitentia Tertij Ordinis nuncupatarum Domus eiuſdem Sancti iuxta Monaſterium Monialium Neapolit. Ordinis S. Claræ Nobis nuper exhibita continebat, quod ipſæ, quæ nobili genere procreatæ exiſtunt, et mundanis abiectis illecebris in dicta Domo ſub Regula, et habitu Tertij Ordinis ſimul habitant, et viuunt zelo deuotionis accenſæ, cupiunt in eadem Domo, perpetuis earum vitæ temporibus ſub clauſura, et Regula, ac habitu huiuſmodi, abſq; eo,

quod

quod alterum Ordinem profiteantur, aut alteri Regulæ ſubijciantur, deuotum Altiſſimo reddere famulatum. Quare pro parte dictarum Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum,&c.Nos igitur,&c.Diſcretioni,&c.

2 Mandamus, ſi dictę Sorores prædictam clauſuram ſponte ſubire voluerint,& tibi conſtiterit, eas de ipſorum bonis commode poſſe ſuſtentari, &c. Sororibus eiſdem clauſuram huiuſmodi ſubeundi,& inibi abſq;eo,quod aliu n ordinem profiteãtur,ſeu alteri Regulæ ſubijciantur, perpetuo remouendi, &c.licentiam largiaris. Nos enim Sororibus ipſis vt poſtquam clauſuram ſubierint eamdem, vnum, vel duos Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum in ſacerdotio conſtitutos in eorum Capellanos, &c.eligere valeant,liberam, &c. concedimus facultatem; iure tamen parochialis eccleſiæ,&c.ſaluo. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos XI.Calendas Iunij,anno duodecimo 1429.22.*Maij,Ordinis 209.Religionis* 30.

*Vadingus tom.*5.*Bulla* 228. *Ex lib.*1.*de Regularibus anno* 11.*fol.*49.

BVLLA LXV.

Martinus V. Fratribus,& Sororibus Treuirenſibus concedit licentiam locandi, liuellandi, & vendendi immobilia,conuertendo pretium in alia bona vtiliora, ſine conſenſu Diœceſani.

Sacræ deuotionis affectus, &c. Sane petitio pro parte veſtra Nobis nuper exhibita cõtinebat, quod aliquando vos, & aliqui veſtrum, terras,domos,poſſeſſiones,& alia bona immobilia in pleriſq; locis vobis propter diſtantiam locorum à Domibus veſtris minus vtilia poſſidetis,quæ ſi illa ad firmam,ſeu annuam penſionem perpetuo, vel ad certum tempus dare, & concedere,ſeu vendere,& alienare, ac pro eorum pretio alia bona immobilia, & vtiliora, & eiſdem Domibus magis accommoda aquirere, & emere poſſetis, vobis plurimum foret profuturum. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vobis præmiſſa faciendi licentiam concedere de benignitate apoſtolica dignaremur.

Nos itaque,&c.vobis terras, &c. huiuſmodi,quæ nunc in eiſdem locis teneris, & in futurum dante Domino, iuſtis titulis obtinebitis libere locandi, ſeu ad formam, vel anauam penſionem in perpetuum,

tuum, vel ad tempus certum dandi, & concedendi, necnon vendendi, & alienandi, ac pro illorum pretio alia bona vtiliora emendi, & aquirendi. Diæceſani loci, &c. minime requiſita, in perpetuum, &c. licentiam elargimur. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos decimo Calendas Martij anno decimotertio. 1430. 20. *Febr. Ordinis* 210. *Religionis* 31.

Vadingus tom. 5. *Bulla* 232. *Ex lib.* 2. *de diuerſis formis, & Regularibus anno decimotertio fol.* 245.

Fratres hac priuilegia modo vti non poſſunt obſtante Decreto Sacræ Congregationis de reb. eccleſiæ non alienandis.

BVLLA LXVI.

Martinus V. ſcribit Epiſcopo Aquilano, vt Fratribus, & Sororibus vt concedat petentibus locum intra, vel extra Ciuitatem, cum conceſſione priuilegiorum. Vide Bullas XIII. XIV. & CXXXIII.

Pijs ſupplicum votis, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Fratrum Minorum, & dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Tertij de Pænitentia nuncupati Ordinũ S. Franciſci in Ciuitate Aquilana commorantiũ, petitio continebat, quod nonnullæ mulieres, virgines videlicet, & viduæ honeſtæ conuerſationis, & vitæ, aliquæ ordinem ipſum expreſſæ profeſſæ, & aliæ zelo deuotionis accenſæ cupientes ſub Tertio Ordine huiuſmodi, & illius Regula deuotum, & ſedulum exhibere Altiſſimo famulatum, quamdam Domum cum eccleſia, campanili, &c. officinis pro earum vſu, & habitatione in Ciuitate, ſeu diæceſi Aquilana loco ad hoc congruo, & honeſto recipere, ac pijs Chriſti fidelium ſuffragijs conſtrui, &c. in Domo ipſa perpetuo remanere deſiderant. Quare pro parte Miniſtri Fratrum, & Sororum prędictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta.

Mandamus, quatenus, ſi ęſt ita, &c. prædictis mulieribus Domum huiuſmodi cum eccleſia, campanili, &c. officinis ſupradictis, ſecundum tamen dicti Tertij Ordinis ſtatuta, & conſuetudines laudabiles pro earũdem vſu, & habitatione recipiendi, &c. plenã, &c. licentiam largiaris. Iure tamen parochialis eccleſiæ, ſub qua Domus ipſa fundari contigerit, & alterius cuiuſcumq; in omnibus

ſemper

Digitized by Google

ſemper ſaluo. Nos enim, &c. Sororibus, quę in huiuſmodi Domo fundata pro tempore reſidebunt, vt omnibus, & ſingulis immunitatibus,&c. gaudere licite,& libere valeant, &c, indulgemus. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos,decimo ſeptimo Calendas Iunij, anno decimo tertio. 1430. 16. *Maij,Ordinis* 210. *Religionis* 31. *Vadingus tom.*5. *Bulla* 234. *Ex lib.* 1. *de diuerſis formis anno* 13. *fol.* 121.

BVLLA LXVII.

Martinus V. refirmat ſtatuta Morinenſium confirmata à Ioanne XXIII. ſupra ſub num. XXXVII. extendendo illa ad alias tres Domos de S. Eudomaro, Hondeſtoet, Dunkerke, eiuſdem diæceſis.

1 Apoſtolicæ Sedis prouidentia, ac perſonarum Eccleſiaſticarum prçſertim Religioſarum ſub Regulari Obſeruantia virtutum Domino famulantium, & mundanis abiectis illecebris deditarum ſtudio pię vitę deuotione prouenire dignoſcitur vt quæ pro ipſarum regulari Obſeruantia conſeruanda, & etiam augenda piè conceſſa ſed ad alios etiam qui ſub ſimili Obſeruantię iugo ſedulum exhibent Altiſſimo famulatum extendamus, eoſq; Apoſtolicis gratijs,& fauoribus proſequamur.

2 Sanè pro parte dilectorum filiorum vniuerſorum Fratrum, & dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Tertijs Ordinis de Pænitentia nuncupati, quem Beatus Franciſcus inſtituit in partibus Flandrię, & præſertim in Epiſcopatu Morinenſi in locis videlicet Furnis, Nouoportu Pangringis, Duxemudæ, & Bergis Morinenſis Diæceſis degentium Nobis nuper exhibita petitio continebat quod olim pro ipſorum parte bonæ memeriæ Baldaſari Epiſcopo Tuſculanenſi,tunc Ioanni 22. in eius obedientia de qua partes illę erant nuncupato expoſito, quod ipſi olim vt quietius,& ſalubrius animas ſuas Deo lucrifacerent viuendo etiam iuxta Regulas, & modum viuendi per felicis recordationis Nicolaum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum omnibus Fratribus, & Sororibus dicti Ordinis, qui tunc erant, & eſſent, pro tempore auctoritate Apoſtolica ſtatuta, & ordinationes prouida deliberatione præuia nõnulla ſtat. erant,& etiam ordinauerant,vt per ſalutaria exempla ad eternam vitam cum Dei adiutorio ſalubrius proficere poſſent. Idem Baldaſar, tunc Ioannes ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi

Q rata

rata habens, & grata per ſuas literas confirmauit, ac ſuppleuit omnes defectus, ſi qui forſan interueniſſent in eiſdem.

3 Quare pro parte prædictorum, & aliorum Fratrum, et Sororum eiusdem ordinis in Mormienſi de Sancto Audomaro Hondeſtactæ, et Duulzerbæ domibus dictæ Diœceſis commorantium Nobis fuit humiliter ſupplicatum vt literas prædictas innouare, ac ſtatuta, et ordinationes in dictis literis contenta ad Fratres, et Sorores in eiſdem Mormienſi de Sancto Audomaro Hondeſtactæ Duulzerbæ domibus commorantes extendere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur eorundem Fratrum, et Sororum ſupplicationibus inclinati per præfatum Baldaſarem tunc Ioannem eis conceſſas, quas de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, auctoritate Apoſtolica innouamus, et præſentis ſcripti patrocinio communimus; per hoc autem nullum ius ipſis Fratribus, et Sororibus in dictis locis videlicet Furnis, Nonoportu, Ypris, Pauppringis, Dixeimidæ, et Bergis commorantibus de nouo acquiri nolumus, ſed antiquum ſi quod habent tantummodo conſeruari.

5 Cęterum ſtatuta, et ordinationes in dictis literis contenta ad Fratres, et Sorores in Mormienſi de Sancto Audomaro Hondeſtactæ, Duulzerbæ domibus præfatis pro tempore commorantes extendimus, ac ſecundum ſtatuta, et ordinationes prædicta ipſos perpetuo viuere debere decernimus, et etiam ordinamus. Nulli ergo hominum, etc. Datum Romæ apud SS. Apoſtolos, tertio decimo Calendas Iulij Pontificatus noſtri, anno tertio decimo. *Anno 1430. die 19. Iunij, Ordinis 210. Religionis 31.*

Vading. tom. 2. Bulla 238. ex lib. 1. de Exhibitis, anno 13. fol. 107. De Syllis fol. 17.

Noſter de Sillis vtramq; Bullam Ioannis ſcilicet XXIII. de qua ſupra XXXVII. & Martini prælibatam ſimul iunxit, eo quod illa Ioannis citatur in hac Martini, cui propterea adiungitur: & ſic vtramq; Pater F. Andreas de Mediolano fecit extrahere de Regiſtro Pontificio, ad cuius inſtantiam Bullas fecit publicari eaſdem Auditor Cameræ Apoſtolicæ Ludouicus de Garſijs Doctor, & Canonicus Bononienſis per suũ Notarium nomine Ioannem Nicolai Andreæ de Caſtello, anno 1449. quinto Aprilis anno tertio Nicolai V.

Dictus P. Andreas cognomine de Franceſchinis fuit electus Procurator

Gene-

Digitized by Google

Generalis eodem anno 1449. die quinta Auguſti contra rebelles, & Apoſtatas, vt legitur in Annot. 3. ad cap. 1. Regulæ ex Reuer. de Sillis.

Apud de Sillis nomina illorum locorum non ſunt legitima, ille enim legit ſic: Dixeimidæ *loco* Duxemudæ. *Item legit* Hondeſtactæ *loco Hondeſtoet* Duulzerbæ *loco* Dunkerke. *iuxta præſentem lecturam, & impreſſionem.*

Notat Vadingus ad hunc annum 1430. num. 52. Monaſterium S. Mariæ Magdalenæ Placentiæ in Italia Sororum Tertij Ordinis multo tempore ante fundatum fuiſſe, vt probat ex Manuſcriptis illius ad ſe tranſmiſſis, ſed hoc anno reductum ad formam regularis obſeruantiæ ad exemplum S. Annæ Fulginatis. Gonzaga vero prout ſub anno 1458. Velum nigrum eis conceſſit Sixtus IV. In dicta eccleſia S. Mariæ Magdalenæ quieſcunt corpora Beatæ Sororis Baptiſtæ integrum, odore flagrans plurimo, & Beati Marci Bononienſis.

Conuentus S. Agnetis per Martinam Lupi, & alias Sorores Tertij Ordinis fundatus in vrbe Illicurgenſis vulgo Anduiar in Hiſpania diœceſis Giennenſis ſub iuriſdictione Epiſcopi, circa hunc annum 1430. idem Vadingus ſub n. 53. Deinde tranſierunt ad Clariſſas.

EVGENIVS PAPA IV.

Gabriel Condolmerius Venetus, Presbiter Cardinalis S. Clementis, creatus Romæ tertio, & coronatus vndecimo Martij 1431. Sedit annos quindecim, menſes vndecim, dies viginti vnum. Obijt vigeſimo tertio Februarij 1447. ſepultus in Baſilica Vaticana. Habuit contra ſe Antipapam Felicem V. Amadeum de Sabaudia electum in Conciliabulo Baſileæ quinto Nouembris 1439. abdicauit ſponte vndecimo Maij 1449. in conceſſione gratiarum alios exceſſit Bullis 64. datis.

BVLLA LXVIII.

Eugenius IV. ſcribit Scholaſtico Salamantino, vt in Eremitorio S. Mariæ Magdalenæ de Ramaga diœceſis Abulenſis, inſtituat perpetuum Miniſtrum F. Ioannem de Ramaga.

1 Pijs deuotorum ſupplicationibus, &c. Sane pro parte dilecti filij Ioannis de Ramaga Eremitæ Abulenſis diæceſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſe ſummis deſiderat affectibus,

vt in Eremitorio S. Mariæ Magdalenæ de Ramaga dictæ diœceſis,in quo cum nonnullis clericis, & laicis ſub Regula, & ſecundũ inſtituta Fratrum Tertię Regulæ S. Franciſci in humilitatis Spiritu,& paupertate eremiticam vitam ducit, Fratres huiuſmodi Regulam profeſſi, quorum vnus ſit Miniſter, cui alij omnes obedire teneantur,inhabitant, & diuina officia diuina pariter, & nocturna moris ipſius Ordinis deuote celebrent,ſeu faciant celebrari. Quare pro parte ipſius Ioannis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur laudabile deſiderium prędicti Ioannis plurimum in Domino commendantes,&c. diſcretioni tuæ,&c.

2 Mandamus,quatenus ſuper pręmiſſis,& ſingulis,ac eorum circunſtantijs vniuerſis te diligenter informes, &c. Eremitorium, cuius fructus redditus,& prouentus quinq; librarum Turonenſium paruorum ſecundum communem ęſtiuationem valorem annuum,vt ipſe Ioannes aſſerit,non excedũt, cum poſſeſſionibus, & bonis pro vſu, & habitatione Fratrum huiuſmodi auctoritate noſtra perpetuo deputes,& ordines,ac prędictum Ioannem, quoad vixerit illius Miniſtrum,cui alij Fratres inibi pro tempore degentes obedire teneantur. & debeant, conſtituas, ſibiq; & dictis pro tempore in illo degentibus Fratribus regimẽ, gubernationem, & vſufructum, poſſeſſionem,& bonorum prędictorum eadem auctoritate concedas. Datum Romę apud S. Petrum anno 1431. ſecundo Calendas Maij anno primo, *Ordinis 211. Religionis 32.*

Vadingus tom. 5. Bulla 5. Ex lib. 1. de diuerſis formis anno 1. fol. 283.

BVLLA LXIX.

EVgenius IV. inſerit in hac Regulam Nicolai IV. deinde narrat, quod Martinus V. in ſua ſub num. LIII. ad inſtantiam Minorum ſubiecerat illis Tertiarios, ex qua ſubiectione lites, & ſcandala excitabantur, quæ extinguit, caſſando literas Martini, volens vt literæ Nicolai ſuum obtineant vigorem.

1 Ad Apoſtolicę dignitatis apicem diuina diſpoſitione vocati, ex incumbente nobis ſollicitudinis officio ſingulorum, & pręſertim ſub regulari obſeruantia pię ſtudio vitę degentium penſare conditiones habemus,vt debitum dirigentes ad ſingula reſpectum,ſic circa illarum ſtatum ſalubrem vigilanti cura vacemus, quod ſuperni

perni

perni fauoris affluente preſidio proſperi ſucceſſus ope iuuentur,& excuſſis,quę diſpendij, vel turbationis extiterint optata ſuſcipiant iugiter incrementa. Dudum ſiquidem fel. record. Nicolaus Papa Quartus prædeceſſor noſter dilectis filijs Fratribus, ac dilectis in Chriſto filiabus Sororibus ordinis Fratrum de Pęnitentia literas conceſſas tenoris ſubſequentis. Super montem, &c.

2 Poſtmodum verò pro parte dilectorum filiorum Antonij de Maſſa Generalis, & ſingularum Prouinciarum Miniſtrorum vniuerſorumq; Fratrum Ordinis Minorum bonæ memoriæ Martino Papæ Quinto etiam prædeceſſori noſtro expoſito quod nunnulli tàm Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis vtriuſq; ſexus perſonæ in diuerſis mundi partibus conſtitutæ, quæ ſub quodam velamine ſanctitatis habitum griſeum Ordinis Fratrum Minorum habitui quaſi conformem deferentes, & Beati Franciſci nomen aſſumentes de Tertia Regula dicti Sancti alias de Pænitentia ſe appellabant,tàm ex priuilegijs eis,vt aſſerebant, conceſſis,quàm etiam propria auctoritate nonnunquam in communi, quandoquè verò ad partem ſub quadam viuendi norma quaſi in propria libertate,& abſque debita ſubiectione, & obedientia religioſam vitam ducere ſe aſſerebant,& præſumebant. Vnde dicti Ordinis non ſolum confuſio generabatur, & contemptus, verum etiam ſimplices ſic decepti ad diuerſas ducebantur hæreſes,& errores,pluraque,ſcandala,& pericula proueniebant animarum.

3 Dictus Martinus prædeceſſor per ſuas literas Venerabili Fratri noſtro Iordano Sabineñ,tunc Albaneñ Epiſcopo dedit in mandatis,vt omnes,& ſingulos Fratres,& Sorores de Regula vel Pænitẽtia huiuſmodi nuncupatos tàm preſentes,quàm futuros,cuiuſcũq; gradus, vel conditionis eſſent, & vbicumque conſiſterent eidem Ordini,& eius Superioribus in omnibus eorum tamen viuendi, & continendi forma ſemper ſalua ſubijcere, ipſoſquè prædictis Generali,& Prouincialibus Miniſtris pro tempore exiſtentibus, quemadmodum cæteri, & veri dicti Ordinis Fratres,& Sorores ſubiecti exiſterent, ſubiectos eſſe debere decerneret. Statuens, & ordinans quod præfati Miniſtri Fratres de Regula,& Sorores prædictę quotiens expediens foret per ſe, vel alios ad hoc idoneos viſitare, corrigere,& delinquentes, & excedentes pro demeritis punire,& emendare, eorumquè confeſſiones audire,& ipſis pænitentiam ſalutarem

lutarem iniungere, ac omnia Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare omnemq;aliam, quæ tamen illorum obſeruantiæ, ſeu continentię penitus non obuiaret iurisdictionem in eos exercere valerent, prout in literis Martini prædeceſſoris huiuſmodi plenius continetur.

4 Cum autem ſicuti fidedignorum relatione, experientiaq; comperimus occaſione ſubiectionis necnon ſtatuti, & ordinationis, quæ pretextu literarum Martini prædeceſſoris huiuſmodi facta fuere, lites etiam indeciſæ pendentes, necnon ſcandala, & inconuenienria plurima prodierint hactenus, & de maioribus, niſi deſuper Apoſtolicæ ſedis prouiſio quantocius adſit veriſimiliter formidetur. Et qui donec præmiſſa daretur occaſio quietis votiueq; directionis vbertate progreſſus eſt ipſorum fratrum, de pænitentia, & ſororum ſtatus omnino reddetetur intranquillus.

5 Nos igitur qui ex paternæ charitatis officio pacificum quorumlibet fidelium, & pręſertim Regularis Obſeruantię vt eò liberius Altiſſimo famulari poſſint, profeſſorum ſtatum confouere necnon ab eis quaslibet turbationum materias compellere votis feruentibus affectamus, attentè recenſentes congruum non exiſtere quod ipſarum dicti Nicolai prædeceſſoris, qua tàm digeſtè, tàm quoque maturitate, & deliberationis adminiculo proceſſerunt, & quib. alias longeuis adeòtemporum curriculis derogatum non fuit, literarum ſeries alicuius debeat facto præcipitationis immutari, præmiſſis quoq;ſcandalis, & inconuenientijs quantum nobis ex alto permittitur obuiare, necnon ſalubre remedium adhibere cupientes, ac omnes prædictas litas penitus extinguentes, literas Martini prædeceſſoris, illarumque prętextu facta vt præmittitur ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi, & quæcumque inde ſequuta, auctoritate Apoſtolica præſentium ſerie de certa ſcientia reuocamus, caſſamus, & irritamus ac nullius volumus exiſtere firmitatis.

6 Decernentes ipſas literas eiusdem Nicolai prędeceſſoris plenarium debere roboris obtinere vigorem perinde in omnibus, & per omnia ac ſi præfatæ literę dicti Martini prædeceſſoris nullatenus emanaſſent; irritum quoque, & inane quicquid in contrarium à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignorantet contigerit attentari, ac diſtructius inhibentes miniſtris, & ipſius Ordinis Minorum Fratribus prædictis, nec prætextu literarum Martini præ-

deceſſoris

Digitized by Google

deceſsoris huiuſmodi Fratres de pænitentia Sororeſq; præfatos, vel eorum aliquem vexent quomodolibet aut moleſtent non obſtantibus præmiſſis cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.

7 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ extinctionis caſſationis, irritationis, conſtitutionis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo, decimo ſeptimo Cal. Decembris. Pontificatus noſtri anno primo. *Idest 15. Nouembris, Ordinis 211. Religionis 32.*

Vading. tom. 5. Bulla 15. ex lib. 2. Regul. anno 1. fol. 26. De Sillis fol. 13.

BVLLA LXIX.

EVgenius IV. dat literas executoriales mox prædictarum Archiepiſcopo Compoſtellano, Epiſcopo Peruſino, & Archipresbitero Eccleſiæ SS. Celſi & Iuliani de Vrbe.

1 Ad Apoſtolicę dignitatis apicem diuina diſpoſitione vocati, &c. vt ſupra. Cupientes igitur vt huiuſmodi noſtræ literæ progreſſu temporis irrefragabiliter obſeruentur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrũ per vos, vel alium ſeu alios ipſis Fratribus de Pænitentia, & Sororibus oportune defenſionis auxilijs aſſiſtentes, non permittatis eos, vel aliquem eorum contra noſtras conſtitutiones, & inhibitiones prædictas à miniſtris, vel eiusdem Ordinis Minorum Fratribus præfatis, ſeu quibuſuis alijs indebitè moleſtari, aut ipſis diſpendia, vel iniurias quomodolibet irrogari.

2 Contradictores per cenſuram Apoſtolicam appellatione poſt poſita compeſcendo; non obſtantibus omnibus ſupradictis, & piæ mem. Bonifacij Papæ Octaui etiam prædeceſſoris noſtri, quibus cauetur ne quis extra ſuam Ciuitatem, vel diæceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diæceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à Sede Apoſtolica deputati extra Ciuitatem, & diæceſim in quibus deputati fuerunt contra quoſcumq; procedere, ſiue alij, vel alijs vices ſuas committere præſu-

Digitized by Google

præſumant, & alijs Apoſtolicis conſtitutionibus contrarijs quibuſcumque.

3 Aut ſi Miniſtris, & Ordinis Minorum Fratribus huiuſmodi, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab eadem ſede ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra vel vltra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo, decimo ſeptimo Calendas Decembris Põtificatus noſtri anno primo. *Ideſt 15. Nouembris, Ordinis 221. Religionis 32.*

Similimodo Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Compoſtellanenſi, & Epiſcopo Peruſino, ac dilecto filio Archipresbitero SS. Celſi, & Iuliani de Vrbe. Hodie noſtras fieri mandauimus tenoris ſubſequentis. Eugenius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem, &c. vt ſupra. Cupientes igitur, &c. Datũ vt ſupra. Sic finit Vadingus. De Sillis proſequitur, mutando ea verba in hæc: contra noſtras conſtitutiones, & inhibitiones prædictas à Miniſtris, &c. Sub hac forma tranſmiſſæ fuerunt Compoſtellam, aliæ à nobis extenſæ remanſerunt pro Italis.

Archipresbiter S. Celſi vocabatur Petrus Nardi de Veralleſtis Decretorum Doctor executor, & Commiſſarius, vt Fratres eximerentur à ſubiectione Minorum, & reſtituerentur ad priſtinam libertatem ad formam Regulæ Nicolai IV. quod factum fuit anno 1432. die 28. Aprilis, & inſtrumentum in publicam formam redactum fuit per Bertoldum Helmier Colonienſem Notarium. Refertur ad verbum à Reuer. de Sillis cum prædictis Bullis fol. 22.

Bulla Martini habetur ſupra LII. Habetur originale autenticum Romæ in Conuentu SS. Coſmæ, & Damiani.

B V L L A L X X I.

EVgenius IV. confirmat diuerſas donationes factas Fratribus S. Mariæ de Valle in diæceſi Aſtoricenſi.

1 Regimini vniuerſalis eccleſiæ, &c. Dudum ſiquidem quondam Petro de Luna in ſua obedientia, de qua partes illæ erant tunc,

Bene-

Benedicto VIII. nuncupato, pro parte dilectorum vniuerſorum Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci expoſito, quod olim venerabilis F. noſter Epiſcopus Aſtoricenſis certis ex cauſis animum ſuum mouentibus ruralem eccleſiam S. Mariæ de Valle ſuæ diœceſis, quæ tunc Rectore carebat, cum ſuis decimis, oblationibus, iuribus, & pertinentij, & vt Domus, in qua aliqui ex Fratribus perpetuo reſiderent, & in dicta eccleſia diuinis mancipatentur obſequijs, ac iuxta, & ſecundum dicti Ordinis regularia inſtituta deuotum Domino virtutum præſtarent obſequium, cum officinis neceſſarijs ad opus ipſorum Fratrum conſtrueretur, necnon omnes hereditates in S. Mariæ Magdalenæ de Villa de Lazaro dictæ diœceſis locis conſiſtentes, quæ de menſa ipſius Epiſcopi exiſtebant, Fratribus dictæ Domus, qui in eadem reſiderent contulerat, & donarat.

2 Quodq; nonnullis ex dictis Fratribus poſtmodum eccleſiæ, & hereditatum, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem fuerant adepti, & ex tunc in quadam Domo ad opus ipſorum Fratrnm conſtructa reſederant, & nunc reſidebant diuinis obſequijs iuxta ipſorum Fratrum inſtituta in dicta eccleſia laudabiliter ſeruiendo.

3 Prædictus Petrus, tunc Benedictus VIII. nuncupatus per ſuas literas dilecto filio Abbati Monaſterij S. Mariæ de Cartazedo prædictæ diœceſis, eius proprio nomine non expreſſo, dedit in mandatis, vt ſi de collatione, donatione, & alijs præmiſſis ſibi legitime cōſtaret, illa, & quæcumq; inde ſecura, dummodo canonice facta forent, confirmaret, & approbaret, prout in ipſis literis plenius continetur.

4 Cum autem ſicut exhibita Nobis pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum dictę Domus petitio continebat, bonę memorię Paſcheſius Epiſcopus Aſtoricenſis etiam quadraginta, immo pluribus elapſis annis, ipſam Eccleſiam, quę tunc Eremitorium dicebatur in huiuſmodi Domum ordinauerit, & deinde ipſius ſucceſſor pię recordationis Alphonſus etiam Epiſcopus Aſtoricenſis de dictorum filiornm Capituli Aſtoricenſis conſilio, & aſſenſu quamdam hereditatem in dictis locis conſiſtentem, & ad eamdē menſam legitime ſpectantem prędictę Domui contulerit, atq; donauerit; & executionem dictarum literarum per quondam Dida-

R cum

cum Abbatem ipſius Monaſterij factum, minus recte ab aliquibus proceſſiſſe firmetur; pro parte Miniſtri, Domus, & Fratrum prędictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

5 Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ordinationem, collationem, & donationem prędictas, & quęcumq; inde ſecuta rata habentes, & grata illa auctoritate Apoſtolica confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui interuenerint in eisdem. Nulli ergo, &c. Datum Romę apud S. Petrum anno, &c. 1431. anno primo, nono Calendas Martij. *Ideſt 21. Februarij, anno Ordinis 211. Religionis 32.*

Vadingus tom. 5. Bulla 17. ex lib. 1. de Regularibus de diuerſis, &c. an. 1. fol. 97.

BVLLA LXXI.

EVgenius IV. concedit Sororibus S. Apri Colon. vt poſſint eligere idoneum confeſſarium, qui eis miniſtret Sacramenta, & vota minora commutet, & tempore interdicti ipſe, ſeu alij celebrent cum familia intereſſente diuinis.

1 Deuotionis veſtrę ſinceritas, &c. Hinc eſt, quod Nos, &c. vt quiuis idoneus, & diſcretus presbiter, quem vos, & pro tempore in Domo ſita iuxta Capellam S. Apri Colonienſis, ſub perpetua clauſura, & obſeruantia Tertij Ordinis Beati Franciſci commorantes Sorores ad hoc elegeritis confeſſiones veſtras diligenter audire, &c. necnon Euchariſtię, Extremę Vnctionis, aliaq; Sacramenta, &c. miniſtrare, ac vota minora, ſi quę emiſeritis, & quę cōmode ſeruare non poſſitis, in alia pietatis opera commutare valeat.

2 Quodq; in prędicta Capella, etiam dum Parochialis eccleſia, infra cuius limites, ipſa Capella conſiſtit, & eccleſiaſtico fuerit interdicto ſuppoſita, ianuis clauſis, excommunicatis, & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſa uoce in ueſtra, & familię ueſtrę pręſentia per proprium, uel alium Sacerdotem idoneum, dūmodo uos, uel familia prędicta cauſam non dederitis interdicto, nec eius occaſione id uobis, uel illis ſpecialiter interdici contigerit, Miſſas, & alia diuina officia celebrari facere licite ualeatis, deuotioni ueſtrę, &c. indulgemus. Datum Romę apud S. Petrum anno, &c. 1432. idibus Aprilis anno ſecundo. *Ideſt 13. Aprilis, Ordinis 212. Religionis 33.*

Vadin-

Digitized by Google

Vadingus tom. 5. Bulla 22. Ex lib. 1. de Regular fol. 287.
De Interdicto non ſeruando ſupra Bullis III. X. & LI.

BVLLA LXXII.

EVgenius IV. ſcribit Epiſcopo Aſtoricenſi, vt concedat licentiam ad inſtantiam Ioannis de Ouiedo conſtruendi prope Hoſpitale S. Mariæ Magdalenæ de Cerezal Domum cum Eccleſia ad vſum Fratrum qui curam habeant peregrinorum, cum priuilegijs eiuſdem Ordinis. De hoc Ioanne infra LXXIV. & LXXX.

1 Sincerę deuotionis affectus, quem dilectus filius Ioãnes de Ouiedo Ciuis Ouetenenſis ad Nos, &c. Cũ itaque idẽ Ciuis, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte ſua petitio continebat, prope Hoſpitale pauperum S. Mariç Magdalenæ de Cerezal Aſtoricenſis diæceſis, quod penes viam, per quam ad eccleſiam S. Iacobi in Compoſtella communis tranſitus peregrinorum habetur, per nonnullos Ciues Aſtoricenſes, de quorum numero idem ciuis, & vt aſſerit, etiam dicti Hoſpitalis gubernator exiſtit, conſtructum, & dotatum, pro manutentione dicti Hoſpitalis, pro cuius reparatione multa de bonis ſibi à Deo collatis expoſuit, peregrinorumq; ad illud confluentium gratiori receptione quandam Domum ſubvocabulo dictæ Sanctæ pro Miniſtro, & nonnullis Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati, qui peregrinorum huiuſmodi curam gerant, de eiſdem bonis, ſi ad id Apoſtolicæ Sedis accedat aſſenſus, in fundo, ſeu loco ad id congruo, & honeſto erigere, & edificare proponat. Nos, &c. Fraternitati tuæ, &c.

2 Mandamus, quatenus de præmiſſis, &c. informes, & ſi, &c. inueneris, prædicto ciui Domum huiuſmodi cum eccleſia, campanili, &c. neceſſarijs officinis ad vſum Miniſtri, & Fratrum prædictorum conſtruendi, & erigendi auctoritate prædicta licentiam largiaris. Necnon dictis Miniſtro, & Fratribus, ſi ad id dictorum ciuium, & aliorum, quorum intereſt, accedat aſſenſus, & peregrinorum huiuſmodi curam prædicta auctoritate committas.

3 Et nihilominus Miniſtro, & Fratribus huiuſmodi, qui in dicta Domo pro tempore morabuntur, vt omnibus priuilegijs, &c. vti, & gaudere valeant, auctoritate prædicta concedat. Datum Romæ apud S. Petrum anno Domini 1432. pridie idus Februarij, anno

ſecundo. *Ideſt* 12. *Februarij Ordinis* 212. *Religionis* 33. *Vadingus tom.* 5. *Bulla* 42. *ex lib.* 1. *de Exhibitis, &c. an.* 2. *fol.* 181. *Cortonæ adeſt monaſterium Sororum Tertij Ordinis ex Bulla incip.* Ad ea ex Apoſtolicæ Sedis. *Bulla* 43. *ibidem.*

BVLLA LXXII.

EVgenius IV. ad inſtantiam Ioannis, de quo in præcedenti Bulla qui propoſuerat viuere ſub habitu huius ordinis, concedit indulgentiam plenariam in articulo mortis Fratribus, & Sororibus, Seruientibus, Donatis, & fidelibus decedentibus in Hoſpitali S. M. Magdalenæ de Cerezal Aſtoricenſis diœceſis.

1 Magnæ deuotionis affectus, quem dilectus filius Ioãnes de Ouiedo laicus Ouetenſis ad Nos, &c. Sane pro parte dicti Ioannis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ipſe cupiens terrena, &c. commutare, & pie conſiderans, quod propter aſperitatẽ loci de Cerezal Aſtoricenſis diœceſis, qui plurimum ſolitarius, &c. remotus exiſtit, peregrini ad Sanctum Iacobum de Compoſtella accedere volentes in eorum per ipſum locum tranſitu, & reditu plurima ſuſcipiebant incommoda, de bonis ſibi à Deo collatis quandam inibi Domum pro vſu, & habitatione nonnullorum Fratrum da Tertia Regula S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatorum cum eccleſia, campana, &c. neceſſarijs officinis, necnon prope illam vnum Hoſpitale ad ſubuentionem, & refocillationem pauperum, & infirmorum inde tranſeuntium erexit, &c. Necnon Domino concedente, de alijs ſuis bonis, & quorumdam fidelium mediante ſuffragio, ipſum Hoſpitale ſufficientibus redditibus dotare, ſeq; in dicta Domo ſub religionis habitu perpetuo manere, & Altiſſimo deſeruire proponit, & intendit.

2 Nos igitur huiuſmodi Ioannis propoſitum condignis in Domino laudibus commendantes, & vt eo libentius erga dictam Domum ſe deuotiores exhibeant, quo ex hoc ibidem animarum commodum ſe ſperauerint adipiſci. Cariſſimiq; in Chriſto filij noſtri Ioannis Regis, & Cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Blanchæ Reginæ Nauaræ illuſtrium, necnon ipſius Ioannis de Ouiedo in hac parte ſupplicationibus inclinati.

3 Fratribus in dicta Domo pro tempore degentibus, vt Sacerdos idoneus

idoneus, quem, poſtquam Hoſpitale prædictum dotatum fuerit, vt præfertur, ad hoc duxerit eligendum, Chriſtifidelibus, quos dumtaxat tam in Domo, quam in Hoſpitali prædictis pro tempore decedere contigerit, ac Fratrum Domus, & Hoſpitalis huiuſmodi ſeruientibus, ſi tunc ſeruitijs huiuſmodi inſtiterint, necnon Donatis etiam extra Domum, & Hoſpitale prædicta decedentibus, ipſiſq; Fratribus omnibus, & ſingulis peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem eis in ſinceritate fidei Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, & deuotione noſtra, & Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus concedere valeat auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus: Sic tamen quod idem confeſſor de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam per infirmos, & Fratres ipſos, ſi ſuperauerint, aut per heredes ſuos, ſi tunc forte tranſierint, ſeu alios faciendam iniungat, quam ipſi facere teneantur, vt præfertur.

4 Et ne, quod abſit, Fratres, fideles, ſeruientes, & donati prædicti propter huiuſmodi gratiam procliuiores reddantur ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi aliqua forte committerent quod illa prædicta remiſſio ipſis committentibus nullatenus ſuffragetur.

5 Quodq; illi ex fidelibus ipſis, qui in Domo, ſeu Hoſpitali prædictis dies ſuos finire proponant; necnon dicti Fratres ſeruientes, & Donati per vnum annum, à tempore, quo præſens noſtra conceſſio ad eorum notitiam peruenerit computandum, ſingulis ſextis ferijs, impedimento ceſſante legitimo, ieiunent. Quod ſi prædictis ferijs, ex præcepto eccleſiæ, regulari obſeruantia, iniuncta pænitentia, voto, vel alias ieiunare teneantur, vna alia die ſingularum ſeptimanarum eiuſdem anni, qua ad ieiunandum, vt præfertur, non ſint adſtricti ieiunare. Et ſi in dicto anno, vel aliqua eius parte eſſent legitime impediti, vel alias, quamprimum potuerint, modo ſimili ſupplere huiuſmodi ieiunium teneantur.

6 Porro ſi dicti Fratres, fideles, ſeruientes, & Donati forſan alias prelibatum ieiunium in toto, vel in parte quandocumq; adimplere commode nequirent, eo caſu confeſſor idoneus, quem ad hoc elegerint ieiunium ipſum in alia pietatis opera, prout animarum ſuarum ſaluti expedire viderit, commutare valeat, quæ ipſi pari modo

do

do debeant adimplere, alioquin huiuſmodi præſens noſtra conceſſio, quo ad præmiſſa non obſeruantes nullius ſit roboris, vel momenti. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1434. nonis Ianuarij anno quarto, *Ideſt die quinta Ianuarij Ordinis* 214. *Religionis* 35.

Vadingus tom. 5. Bulla 50. Ex lib. 2. de diuerſis formis an. 4. fol. 112.
De Ioanne de Ouiedo fit mentio in præcedenti, & ſequenti.

BVLLA LXXIV.

EVgenius IV. confirmat Miniſtras, tam Generaliſſam, quam locales cum omnibus priuilegijs eiſdem cõceſſis à Martino V. in Bulla ſupra.

1 Æternæ beatitudinis, &c. Sane dudum pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Angelinę S. Annæ Fulginatenſis; Catarinæ S. Ioannis Tudertinenſis; Cecchæ. i. Frãciſcæ S. Honofrij Florentinenſis, Paulæ S. Margaritæ Eſculenſis; Thomaſiæ S. Quirici Aſſiſinatenſis, & Claræ S. Agnetis Viterbienſis, & aliarum Domorum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Sororum felicis recordationis Martino Papę V. prędeceſſori noſtro expoſito, quod alias ipſæ ſpe ea à Sede Apoſtolica obtinendi, ob melioris vitæ frugem, & ſub debito obedientiæ, vt pote ſub gubernaculo aliquorum capitum honeſtius viuendo, earum conuerſio Deo fieret acceptior, & quietius, ſalubriuſq; in eo proficere valerent, in ſingulis dictis Domibus aliquas Religioſas Sorores dicti Ordinis, in ſuas, & Domorum earumdem Miniſtras, ſiue Gubernatrices concorditer elegerant, & aſſumpſerant, deſiderantes ſub obedientia, & gubernatione dictarum Miniſtrarum ſic aſſumptarum, & in poſterum aſſumendarum, vitam continuare religioſam.

2 Dictus prædeceſſor venerabili fratri noſtro Epiſcopo Tudertino, eius proprio nomine non expreſſo, per alias ſuas literas dedit in mandatis, vt de præmiſſis omnibus, & ſingulis ſe diligenter informaret, & ſi per informationem huiuſmodi reperiret præmiſſa de iure, & ſecundum dicti Ordinis inſtituta fieri poſſe, Sororibus præſentibus, & futuris dictarum domorum Miniſtras eligendi, ac tunc electis, & in antea eligendis Miniſtris Domos, & earum Sorores prædictas regendi, & gubernandi, necnon à mulieribus ad hoc idoneis dictum Ordinem profiteri volentibus profeſſionem per

Sorores

Sorores dictarum Domorum emitti conſuetam, ac eas in dictas Domos recipiendi,& admittendi. Necnon Generalem Miniſtram huiuſmodi eligendi, ipſiq; Generali Miniſtræ delinquentes Sorores viſitandi, corrigiendi, ac puniendi, & Sorores dictarum partium ad eius curam, & adminiſtrationem ſponte venire volentes etiam admittendi.

3 Necnon Miniſtris, & Viſitatoribus prædictis Generalem, & cæteras huiuſmodi dumtaxat ſimiliter viſitandi licentiam largiretur, ac Miniſtris, & Sororibus Domorum huiuſmodi, necnon eiſdem Domibus, quod omnibus,& ſingulis priuilegijs,&c. conceſſis perpetuo vti, & gaudere valerent, concederet.

4 Poſtmodum vero ſicut exhibita Nobis nuper pro parte Angelinæ, Catarinæ, Cecchæ, Paulę, Thomaſiæ, & Claræ prædictarum petitio continebat, bonæ memoriæ Antonius Epiſcopus Tudertinus ad ipſarum literarum executionem procedens, quia per diligentem per eum deſuper habitam informationem expoſita huiuſmodi comperit veritate ſubniti, largitionem, & conceſſionem fecit prædictas, prout in prædeceſſoris, & antedicti Epiſcopi prædictorum deſuper confectis literis latius continetur.

5 Quare pro parte Angelinæ,&c. prædictarum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt licentiæ, largitioni, &c. conceſſioni prædictis,&c. robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere,&c. dignaremur.

6 Nos itaque, &c. licentiam, largitionem, & conceſſionem prædictas, necnon omnia alia,& ſingula in eiſdem literis contenta, ac quæcumq; inde ſecuta rata habentes,& grata, ea omnia Apoſtolica auctoritate confirmamus,& approbamus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Florentiæ anno, &c. 1435. ſexto nonas Martij anno quinto. *Ideſt 2. Martij, Ordinis 215, Religionis 36.*

Vadingus tom. 5. Bulla 83. ex lib. 3. de Regular. anno 5. fol. 86. Bulla Martini V. de qua hic eſt LIX.

Anno 1434. F. Alphonſus Hiſpanus cum quibusdam Socijs obtinuit à Ciuibus Cunei in regione Pedemontana Eremitorium B. M. de Angelis, quibus Ioannes Tortellius Ciuis Cuneanus donauit fundum; his paulatim deficientibus ſucceſſerunt Obſeruantes. Ibidem veneratur Corpus B. Angeli de Clauaſio ſummæ Angelicę Auctoris. Vading. n. 13.

BVL-

lutarem iniungere, ac omnia Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, omnemq;aliam, quæ tamen illorum obſeruantiæ, ſeu continentię penitus non obuiaret iurisdictionem in eos exercere valerent, prout in literis Martini prædeceſſoris huiuſmodi plenius continetur.

4 Cum autem ſicuti fidedignorum relatione, experientiaq; comperimus occaſione ſubiectionis necnon ſtatuti, & ordinationis,quæ pretextu literarum Martini prædeceſſoris huiuſmodi facta fuere, lites etiam indeciſæ pendentes, necnon ſcandala, & inconuenientia plurima prodierint hactenus, & de maioribus, niſi deſuper Apoſtolicæ ſedis prouiſio quantocius adſit veriſimiliter formidetur. Et qui donec præmiſſa daretur occaſio quietis votiuęq; directionis vbertate progreſſus eſt ipſorum fratrum, de pænitentia, & ſororum ſtatus omnino reddeterur intranquillus.

5 Nos igitur qui ex paternæ charitatis officio pacificum quorumlibet fidelium,& pręſertim Regularis Obſeruantię vt eò liberius Altiſſimo famulari poſſint, profeſſorum ſtatum confouere necnon ab eis quaslibet turbationum materias compellere votis feruentibus affectamus, attentè recenſentes congruum non exiſtere quod ipſarum dicti Nicolai prædeceſſoris, qua tàm digeſtè, tàm quoque maturitate,& deliberationis adminiculo proceſſerunt,& quib. alias longeuis adeòtemporum curriculis derogatum non fuit, literarum ſeries alicuius debeat facto præcipitationis immutari, præmiſſis quoq;ſcandalis, & inconuenientijs quantum nobis ex alto permittitur obuiare, necnon ſalubre remedium adhibere cupientes, ac omnes prædictas litas penitus extinguentes, literas Martini prædeceſſoris,illarumque pretextu facta vt præmittitur ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi, & quæcumque inde ſequuta,auctoritate Apoſtolica præſentium ſerie de certa ſcientia reuocamus, caſſamus,& irritamus ac nullius volumus exiſtere firmitatis.

6 Decernentes ipſas literas eiusdem Nicolai prędeceſſoris plenarium debere roboris obtinere vigorem perinde in omnibus, & per omnia ac ſi præfatæ literę dicti Martini prædeceſſoris nullatenus emanaſſent; irritum quoque,& inane quicquid in contrarium à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari,ac diſtructius inhibentes miniſtris, & ipſius Ordinis Minorum Fratribus prædictis, nec prætextu literarum Martini præ-

deceſſoris

deceſsoris huiuſmodi Fratres de pænitentia Sororeſq; præfatos, vel eorum aliquem vexent quomodolibet aut moleſtent non obſtantibus præmiſſis cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.

7 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ extinctionis caſſationis, irritationis, conſtitutionis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo, decimo ſeptimo Cal. Decembris. Pontificatus noſtri anno primo. *Iacet 15. Nouembris, Ordinis 211. Religionis 32.*

Vading. tom. 5. Bulla 15. ex lib. 2. Regul. anno 1. fol. 26. De Sillis fol. 13.

BVLLA LXIX.

EVgenius IV. dat literas executoriales mox prædictarum Archiepiſcopo Compoſtellano, Epiſcopo Perusino, & Archipresbitero Eccleſiæ SS. Celſi & Iuliani de Vrbe.

1 Ad Apoſtolicę dignitatis apicem diuina diſpoſitione vocati, &c. vt ſupra. Cupientes igitur vt huiuſmodi noſtræ literæ progreſſu temporis irrefragabiliter obſeruentur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrũ per vos, vel alium ſeu alios ipſis Fratribus de Pænitentia, & Sororibus oportune defenſionis auxilijs aſſiſtentes, non permittatis eos, vel aliquem eorum contra noſtras conſtitutiones, & inhibitiones prædictas à miniſtris, vel eiuſdem Ordinis Minorum Fratribus præfatis, ſeu quibuſuis alijs indebitè moleſtari, aut ipſis diſpendia, vel iniurias quomodolibet irrogari.

2 Contradictores per cenſuram Apoſtolicam appellatione poſtpoſita compeſcendo; non obſtantibus omnibus ſupradictis, & piæ mem. Bonifacij Papæ Octaui etiam prædeceſſoris noſtri, quibus cauetur ne quis extra ſuam Ciuitatem, vel diæceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diæceſis ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à Sede Apoſtolica deputati extra Ciuitatem, & diæceſim in quibus deputati fuerunt contra quoſcumq; procedere, ſiue alij, vel alijs vices ſuas committere

præſu-

Digitized by Google

præſumant, & alijs Apoſtolicis conſtitutionibus contrarijs quibuſcumque.

3 Aut ſi Miniſtris, & Ordinis Minorum Fratribus huiuſmodi, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab eadem ſede ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra vel vltra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo, decimo ſeptimo Calendas Decembris Põtificatus noſtri anno primo. *Ideſt 15. Nouembris, Ordinis 211. Religionis 32.*

Similimodo Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Compoſtellanenſi, & Epiſcopo Peruſino, ac dilecto filio Archipresbitero SS. Celſi, & Iuliani de Vrbe. Hodie noſtras fieri mandauimus tenoris ſubſequentis. Eugenius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem, &c. vt ſupra. Cupientes igitur, &c. Datũ vt ſupra. Sic finit Vadingus. De Sillis proſequitur, mutando ea verba in hac: contra noſtras conſtitutiones, & inhibitiones prædictas à Miniſtris, &c. Sub hac forma tranſmiſſæ fuerunt Compoſtellam, aliæ à nobis extenſæ remanſerunt pro Italis.

Archipresbiter S. Celſi vocabatur Petrus Nardi de Veralleſtis Decretorum Doctor executor, & Commiſſarius, vt Fratres eximerentur à ſubiectione Minorum, & reſtituerentur ad priſtinam libertatem ad formam Regulæ Nicolai IV. quod factum fuit anno 1432. die 28. Aprilis, & inſtrumentum in publicam formam redactum fuit per Bertoldum Helmier Colonienſem Notarium. Refertur ad verbum à Reuer. de Sillis cum prædictis Bullis fol. 22.

Bulla Martini habetur ſupra LII. Habetur originale autenticum Romæ in Conuentu SS. Coſmæ, & Damiani.

BVLLA LXXI.

EVgenius IV. confirmat diuerſas donationes factas Fratribus S. Mariæ de Valle in diœceſi Aſtoricenſi.

1 Regimini vniuerſalis eccleſiæ, &c. Dudum ſiquidem quondam Petro de Luna in ſua obedientia, de qua partes illæ erant tunc, Bene-

Benedicto VIII. nuncupato, pro parte dilectorum vniuerſorum Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci expoſito, quod olim venerabilis F. noſter Epiſcopus Aſtoricenſis certis ex cauſis animum ſuum mouentibus ruralem eccleſiam S. Mariæ de Valle ſuæ diæceſis, quæ tunc Rectore carebat, cum ſuis decimis, oblationibus, iuribus, & pertinentij, & vt Domus, in qua aliqui ex Fratribus perpetuo reſiderent, & in dicta eccleſia diuinis mancipatentur obſequijs, ac iuxta, & ſecundum dicti Ordinis regularia inſtituta deuotum Domino virtutum præſtarent obſequium, cum officinis neceſſarijs ad opus ipſorum Fratrum conſtrueretur, necnon omnes hereditates in S. Mariæ Magdalenæ de Villa de Lazaro dictæ diçceſis locis conſiſtentes, quæ de menſa ipſius Epiſcopi exiſtebant, Fratribus dictæ Domus, qui in eadem reſiderent contulerat, & donarat.

2 Quodq; nonnullis ex dictis Fratribus poſtmodum eccleſiæ, & hereditatum, iuriumq; & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem fuerant adepti, & ex tunc in quadam Domo ad opus ipſorum Fratrnm conſtructa reſederant, & nunc reſidebant diuinis obſequijs iuxta ipſorum Fratrum inſtituta in dicta eccleſia laudabiliter ſeruiendo.

3 Prædictus Petrus, tunc Benedictus VIII. nuncupatus per ſuas literas dilecto filio Abbati Monaſterij S. Mariæ de Cartazedo prædictæ diæceſis, eius proprio nomine non expreſſo, dedit in mandatis, vt ſi de collatione, donatione, & alijs præmiſſis ſibi legitime cõſtaret, illa, & quæcumq; inde ſecuta, dummodo canonice facta forent, confirmaret, & approbaret, prout in ipſis literis plenius continetur.

4 Cum autem ſicut exhibita Nobis pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum dictę Domuş petitio continebat, bonę memorię Paſcheſius Epiſcopus Aſtoricenſis etiam quadraginta, immo pluribus elapſis annis, ipſam Eccleſiam, quę tunc Eremitorium dicebatur in huiuſmodi Domum ordinauerit, & deinde ipſius ſucceſſor pię recordationis Alphonſus etiam Epiſcopus Aſtoricenſis de dictorum filiornm Capituli Aſtoricenſis conſilio, & aſſenſu quamdam hereditatem in dictis locis conſiſtentem, & ad eamdẽ menſam legitime ſpectantem prędictę Domui contulerit, atq; donauerit; & executionem dictarum literarum per quondam Dida-

cum Abbatem ipſius Monaſterij factum, minus recte ab aliquibus proceſſiſſe firmetur; pro parte Miniſtri, Domus, & Fratrum prędictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

5 Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ordinationem, collationem, & donationem prędictas, & quęcumq; inde ſecuta rata habentes, & grata illa auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui interuenerint in eisdem. Nulli ergo, &c. Datum Romę apud S. Petrum anno, &c. 1431. anno primo, nono Calendas Martij. *Ideſt 21. Februarij, anno Ordinis 211. Religionis 32.*

Vadingus tom. 5. Bulla 17. ex lib. 1. de Regularibus de diuerſis, &c. an. 1. fol. 97.

BVLLA LXXI.

EVgenius IV. concedit Sororibus S. Apri Colon. vt poſſint eligere idoneum confeſſarium, qui eis miniſtret Sacramenta, & vota minora commutet, & tempore interdicti ipſe, ſeu alij celebrent cum familia intereſſente diuinis.

1 Deuotionis veſtrę ſinceritas, &c. Hinc eſt, quod Nos, &c. vt quiuis idoneus, & diſcretus presbiter, quem vos, & pro tempore in Domo ſita iuxta Capellam S. Apri Colonienſis, ſub perpetua clauſura, & obſeruantia Tertij Ordinis Beati Franciſci commorantes Sorores ad hoc elegeritis confeſſiones veſtras diligenter audire, &c. necnon Euchariſtię, Extremę Vnctionis, aliaq; Sacramenta, &c. miniſtrare, ac vota minora, ſi quę emiſeritis, & quę cōmode ſeruare non poſſitis, in alia pietatis opera commutare valeat.

2 Quodq; in prędicta Capella, etiam dum Parochialis eccleſia, infra cuius limites, ipſa Capella conſiſtit, & eccleſiaſtico fuerit interdicto ſuppoſita, ianuis clauſis, excommunicatis, & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſa uoce in ueſtra, & familię ueſtrę pręſentia per proprium, uel alium Sacerdotem idoneum, dūmodo uos, uel familia predicta cauſam non dederitis interdicto, nec eius occaſione id uobis, uel illis ſpecialiter interdici contigerit, Miſſas, & alia diuina officia celebrari facere licite ualearis, deuotioni ueſtrę, &c. indulgemus. Datum Romę apud S. Petrum anno, &c. 1432. idibus Aprilis anno ſecundo. *Ideſt 13. Aprilis. Ordinis 212. Religionis 33.*

Vadin-

Digitized by Google

Vadingus tom. 5. Bulla 22. Ex lib. 1. de Regular fol. 287.
De Interdicto non ſeruando ſupra Bullis III. X. & LI.

BVLLA LXXII.

EVgenius IV. ſcribit Epiſcopo Aſtoricenſi, vt concedat licentiam ad inſtantiam Ioannis de Ouiedo conſtruendi prope Hoſpitale S. Mariæ Magdalena de Cerezal Domum cum Eccleſia ad vſum Fratrum qui curam habeant peregrinorum, cum priuilegijs eiuſdem Ordinis. De hoc Ioanne infra LXXIV. & LXXX.

1 Sincerę deuotionis affectus, quem dilectus filius Ioãnes de Ouiedo Ciuis Ouetenenſis ad Nos, &c. Cũ itaque idẽ Ciuis, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte ſua petitio continebat, prope Hoſpitale pauperum S. Marię Magdalenæ de Cerezal Aſtoricenſis diœceſis, quod penes viam, per quam ad eccleſiam S. Iacobi in Compoſtella communis tranſitus peregrinorum habetur, per nonnullos Ciues Aſtoricenſes, de quorum numero idem ciuis, & vt aſſerit, etiam dicti Hoſpitalis gubernator exiſtit, conſtructum, & dotatum, pro manutentione dicti Hoſpitalis, pro cuius reparatione multa de bonis ſibi à Deo collatis expoſuit, peregrinorumq; ad illud confluentium gratiori receptione quandam Domum ſubvocabulo dictæ Sanctæ pro Miniſtro, & nonnullis Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati, qui peregrinorum huiuſmodi curam gerant, de eiſdem bonis, ſi ad id Apoſtolicæ Sedis accedat aſſenſus, in fundo, ſeu loco ad id congruo, & honeſto erigere, & edificare proponat. Nos, &c. Fraternitati tuæ, &c.

2 Mandamus, quatenus de præmiſſis, &c. informes, & ſi, &c. inueneris, prædicto ciui Domum huiuſmodi cum eccleſia, campanili, &c. neceſſarijs officinis ad vſum Miniſtri, & Fratrum prædictorum conſtruendi, & erigendi auctoritate prædicta licentiam largiaris. Necnon dictis Miniſtro, & Fratribus, ſi ad id dictorum ciuium, & aliorum, quorum intereſt, accedat aſſenſus, & peregrinorum huiuſmodi curam prædicta auctoritate committas.

3 Et nihilominus Miniſtro, & Fratribus huiuſmodi, qui in dicta Domo pro tempore morabuntur, vt omnibus priuilegijs, &c. vti, & gaudere valeant, auctoritate prædicta concedat. Datum Romæ apud S. Petrum anno Domini 1432. pridie idus Februarij, anno ſecun-

ſecundo. *Ideſt* 12. *Februarij Ordinis* 212. *Religionis* 33. *Vadingus tom.*5. *Bulla* 42. *ex lib.* 1. *de Exhibitis, &c. an.* 2. *fol.* 181. *Cortonæ adeſt monaſterium Sororum Tertij Ordinis ex Bulla incip.* Ad ea ex Apoſtolicæ Sedis. *Bulla* 43. *ibidem.*

BVLLA LXXII.

EVgenius IV. ad inſtantiam Ioannis, de quo in præcedenti Bulla qui propoſuerat viuere ſub habitu huius ordinis, concedit indulgentiam plenariam in articulo mortis Fratribus, & Sororibus, Seruientibus, Donatis, & fidelibus decedentibus in Hoſpitali S. M. Magdalenæ de Cerezal Aſtoricenſis diæceſis.

1 Magnæ deuotionis affectus, quem dilectus filius Ioãnes de Ouiedo laicus Ouetenſis ad Nos, &c. Sane pro parte dicti Ioannis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ipſe cupiens terrena, &c. commutare, & pie conſiderans, quod propter aſperitatẽ loci de Cerezal Aſtoricenſis diœceſis, qui plurimum ſolitarius, &c. remotus exiſtit, peregrini ad Sanctum Iacobum de Compoſtella accedere volentes in eorum per ipſum locum tranſitu, & reditu plurima ſuſcipiebant incommoda, de bonis ſibi à Deo collatis quandam inibi Domum pro vſu, & habitatione nonnullorum Fratrum da Tertia Regula S. Franciſci de Pęnitentia nuncupatorum cum eccleſia, campana, &c. neceſſarijs officinis, necnon prope illam vnum Hoſpitale ad ſubuentionem, & refocillationem pauperum, & infirmorum inde tranſeuntium erexit, &c. Necnon Domino concedente, de alijs ſuis bonis, & quorumdam fidelium mediante ſuffragio, ipſum Hoſpitale ſufficientibus redditibus dotare, ſeq; in dicta Domo ſub religionis habitu perpetuo manere, & Altiſſimo deſeruire proponit, & intendit.

2 Nos igitur huiuſmodi Ioannis propoſitum condignis in Domino laudibus commendantes, & vt eo libentius erga dictam Domum ſe deuotiores exhibeant, quo ex hoc ibidem animarum commodum ſe ſperauerint adipiſci. Cariſſimiq; in Chriſto filij noſtri Ioannis Regis, & Cariſſimę in Chriſto filię noſtræ Blanchæ Reginæ Nauaræ illuſtrium, necnon ipſius Ioannis de Ouiedo in hac parte ſupplicationibus inclinati.

3 Fratribus in dicta Domo pro tempore degentibus, vt Sacerdos idoneus

idoneus, quem, poſtquam Hoſpitale prædictum dotatum fuerit, vt præfertur, ad hoc duxerit eligendum, Chriſtifidelibus, quos dumtaxat tam in Domo, quam in Hoſpitali prædictis pro tempore decedere contigerit, ac Fratrum Domus, & Hoſpitalis huiuſmodi ſeruientibus, ſi tunc ſeruitijs huiuſmodi inſtiterint, necnon Donatis etiam extra Domum, & Hoſpitale prædicta decedentibus, ipſiſq; Fratribus omnibus, & ſingulis peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem eis in ſinceritate fidei Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, & deuotione noſtra, & Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus concedere valeat auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus: Sic tamen quod idem confeſſor de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam per infirmos, & Fratres ipſos, ſi ſuperauerint, aut per heredes ſuos, ſi tunc forte tranſierint, ſeu alios faciendam iniungat, quam ipſi facere teneantur, vt præfertur.

4 Et ne, quod abſit, Fratres, fideles, ſeruientes, & donati prædicti propter huiuſmodi gratiam procliuiores reddantur ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi aliqua forte committerent quod illa prædicta remiſſio ipſis committentibus nullatenus ſuffragetur.

5 Quodq; illi ex fidelibus ipſis, qui in Domo, ſeu Hoſpitali prædictis dies ſuos finire proponant; necnon dicti Fratres ſeruientes, & Donati per vnum annum, à tempore, quo præſens noſtra conceſſio ad eorum notitiam peruenerit computandum, ſingulis ſextis ferijs, impedimento ceſſante legitimo, ieiunent. Quod ſi prædictis ferijs, ex præcepto eccleſiæ, regulari obſeruantia, iniuncta pænitentia, voto, vel alias ieiunare teneantur, vna alia die ſingularum ſeptimanarum eiusdem anni, qua ad ieiunandum, vt præfertur, non ſint adſtricti ieiunare. Et ſi in dicto anno, vel aliqua eius parte eſſent legitime impediti, vel alias, quamprimum potuerint, modo ſimili ſupplere huiuſmodi ieiunium teneantur.

6 Porro ſi dicti Fratres, fideles, ſeruientes, & Donati forſan alias prelibatum ieiunium in toto, vel in parte quandocumq; adimplere commode nequirent, eo caſu confeſſor idoneus, quem ad hoc elegerint ieiunium ipſum in alia pietatis opera, prout animarum ſuarum ſaluti expedire viderit, commutare valeat, quæ ipſi pari modo

Digitized by Google

do debeant adimplere, alioquin huiuſmodi præſens noſtra conceſſio, quo ad præmiſſa non obſeruantes nullius ſit roboris, vel momenti. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1434. nonis Ianuarij anno quarto, *Ideſt die quinta Ianuarij Ordinis 214. Religionis 35.*

Vadingus tom. 5. Bulla 50. Ex lib. 2. de diuerſis formis an. 4. fol. 112.
De Ioanne de Ouiedo fit mentio in præcedenti, & ſequenti.

BVLLA LXXIV.

EVgenius IV. confirmat Miniſtras, tam Generaliſſam, quam locales cum omnibus priuilegijs eiſdem cõceſſis à Martino V. in Bulla ſupra.

1 Æternæ beatitudinis, &c. Sane dudum pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Angelinę S. Annæ Fulginatenſis; Catarinæ S. Ioannis Tudertinenſis; Cecchæ. i. Frãciſcæ S. Honofrij Florentinenſis, Paulæ S. Margaritæ Eſculenſis; Thomaſiæ S. Quirici Aſſiſinatenſis, & Claræ S. Agnetis Viterbienſis, & aliarum Domorum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Sororum felicis recordationis Martino Papę V. prędeceſſori noſtro expoſito, quod alias ipſæ ſpe ea à Sede Apoſtolica obtinendi, ob melioris vitæ frugem, & ſub debito obedientiæ, vt pote ſub gubernaculo aliquorum capitum honeſtius viuendo, earum conuerſio Deo fieret acceptior, & quietius, ſalubriuſq; in eo proficere valerent, in ſingulis dictis Domibus aliquas Religioſas Sorores dicti Ordinis, in ſuas, & Domorum earumdem Miniſtras, ſiue Gubernatrices concorditer elegerant, & aſſumpſerant, deſiderantes ſub obedientia, & gubernatione dictarum Miniſtrarum ſic aſſumptarum, & in poſterum aſſumendarum, vitam continuare religioſam.

2 Dictus prædeceſſor venerabili fratri noſtro Epiſcopo Tudertino, eius proprio nomine non expreſſo, per alias ſuas literas dedit in mandatis, vt de præmiſſis omnibus, & ſingulis ſe diligenter informaret, & ſi per informationem huiuſmodi reperiret præmiſſa de iure, & ſecundum dicti Ordinis inſtituta fieri poſſe, Sororibus præſentibus, & futuris dictarum domorum Miniſtras eligendi, ac tunc electis, & in antea eligendis Miniſtris Domos, & earum Sorores prædictas regendi, & gubernandi, necnon à mulieribus ad hoc idoneis dictum Ordinem profiteri volentibus profeſſionem per

Sorores

Sorores dictarum Domorum emitti conſuetam, ac eas in dictas Domos recipiendi,& admittendi.Necnon Generalem Miniſtram huiuſmodi eligendi, ipſiq; Generali Miniſtræ delinquentes Sorores viſitandi, corrigiendi, ac puniendi, & Sorores dictarum partium ad eius curam, & adminiſtrationem ſponte venire volentes etiam admittendi.

3 Necnon Miniſtris, & Viſitatoribus prædictis Generalem, & cæteras huiuſmodi dumtaxat ſimiliter viſitandi licentiam largiretur, ac Miniſtris, & Sororibus Domorum huiuſmodi, necnon eiſdem Domibus,quod omnibus,& ſingulis priuilegijs,&c.conceſſis perpetuo vti, & gaudere valerent,concederet.

4 Poſtmodum vero ſicut exhibita Nobis nuper pro parte Angelinæ, Catarinæ, Cecchæ, Paulę, Thomaſiæ, & Claræ prædictarum petitio continebat,bonæ memoriæ Antonius Epiſcopus Tudertinus ad ipſarum literarum executionem procedens, quia per diligentem per eum deſuper habitam informationem expoſita huiuſmodi comperit veritate ſubniti, largitionem, & conceſſionem fecit prædictas, prout in prædeceſſoris, & antedicti Epiſcopi prædictorum deſuper confectis literis latius continetur.

5 Quare pro parte Angelinæ,&c.prædictarum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt licentiæ,largitioni, &c.conceſſioni prædictis,&c. robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere,&c.dignaremur.

6 Nos itaque, &c. licentiam, largitionem, & conceſſionem prædictas,necnon omnia alia,& ſingula in eiſdem literis contenta,ac quæcumq; inde ſecuta rata habentes,& grata,ea omnia Apoſtolica auctoritate confirmamus,& approbamus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Florentiæ anno, &c. 1435. ſexto nonas Martij anno quinto. *Ideſt 2. Martij, Ordinis 215, Religionis 36.*

Vadingus tom. 5. Bulla 83. ex lib. 3. de Regular. anno 5. fol. 86. Bulla Martini V. de qua hic eſt LIX.

Anno 1434. *F. Alphonſus Hiſpanus cum quibusdam Socijs obtinuit à Ciuibus Cunei in regione Pedemontana Eremitorium B. M. de Angelis, quibus Ioannes Tortellius Ciuis Cuneanus donauit fundum; his paulatim deficientibus ſucceſſerunt Obſeruantes. Ibidem veneratur Corpus B. Angeli de Clauaſio ſummæ Angelicę Auctoris. Vading. n.* 13.

BVL-

BVLLA LXXV.

EVgenius IV. dat licentiam Generaliſſæ ſubſtituendi ſibi Vicariam Generalem cum eadem poteſtate, vel limitata.

1 Ad ea Apoſtolicæ Sedis, &c. Hodie ſiquidem ad inſtantiam dilectarum in Chriſto filiarum Angelinæ S. Annæ Fulginat. Catarinę S. Ioannis Tudertin. Cecchæ S. Honofrij Florentin. Paulæ S. Margaritæ Eſculā. Thomaſiæ S. Clerici Aſſiſinaten. & Claræ S. Agnetis Viterbien. ac aliarum Domorum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati Sororum nonnulla indulta in fauorem dicti Ordinis per felicis recordationis Martinum Papam V. prædeceſſorum noſtrum conceſſa, per alias noſtras gratioſe confirmauimus, prout in illis plenius continetur.

2 Nos inſuper, vt præfata conceſſiones, & indulta robore potiori ſubſiſtant, prouidere volentes, Angelinæ, &c. prædictarum in hac parte ſupplicationibus inclinati Miniſtræ Generali pro tempore exiſtenti Domorum prædictarum, cum qualitas negotiorum exegerit, vt officio ſui Miniſtratus durante, auctoritate propria vnam ex dictis Sororibus, quam duxerit eligendam in ipſius Vicariam Generalem, vel ſpecialem Domorum earumdem, quæ ſimilem, vel limitatam in præmiſſis habeat poteſtatem ad tempus, de quo eidem Miniſtrę Generali videbitur, in debito loco ſui ſubſtituere &c. valeat, &c. indulgemus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Florentię anno, &c. 1435. ſexto nonas Martij, anno quinto. *Ideſt 2. Martij Ordinis 215. Religionis 36.*

Vadingus tom. 5. Bulla 84. ex lib. 3. de Regular. an. 5 fol. 85.

BVLLA LXXVI.

EVgenius IV. concedit Sororibus S. Eliſabeth Aquilæ & S. Antonij Peruſij electionem Miniſtræ, quæ cum ſuis vniri, & ſubijci poſſint Generaliſſæ, cum communicatione priuilegiorum, & facultate mendicandi.

1 Sacræ Religionis zelus, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod Nos pro veſtra, ac Domorū conſeruatione, directione in huiuſmodi in illis ad inſtar aliarum in alijs S. Annæ, S. Ioannis, ac S. Onofrij, necnon S. Margaritæ, & S. Clerici,

Clerici, ac S. Agnetis Fulginat. Tudert. Florent. Eſculan. Aſſiſinat. & Viterbien. Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati Domibus degentium Miniſtrarum, et Sororum, ac ſecundum earum ritus, mores, ſtatuta, conſuetudines ipſis conceſſa priuilegia etiam mendicando viuere, illarumq; Generali Miniſtrę pro tempore exiſtenti cum veſtris Domibus prędictis ſubijci, et eis applicari, necnon in ſingulis Domibus veſtris ſingulas Miniſtras eligere, ac priuilegijs prędictis gaudere feruentius deſideratis, etc. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, etc. Nos igitur, etc.

2 Statuimus, decernimus, et declaramus, quod vos, et aliæ in prædictis Domibus veſtris pro tempore exiſtentes Miniſtrę, et Sorores in illis ad inſtar, et iuxta mores, ſtatuta, et conſuetudines aliarum Domorum hniuſmodi, etiam vitę neceſſaria per mendicata ſuffragia quęrendo viuere, et illarum cum Regularibus in ſtatutis cõformes reddere, et quod ſingulę conuentus ſingularum veſtrarum Domorum huiuſmodi in ſingulis veſtris Domibus prędictis ſingulas Miniſtras, quæ earum capita, et Rectorices exiſtant, quoties opus fuerit eligere perpetuo poſſitis, debeatis, et valeatis.

3 Quodq; vos, et alię pro tempore Sorores, necnon veſtrę Domus huiuſmodi Generali Miniſtrę prędictę, ac illius correctioni, necnon Miniſtrę Domorum veſtrarum huiuſmodi viſitationi Viſitatorũ dicti Ordinis pro tempore deputatorũ, prout alię Domus, et illarum Miniſtrę huiuſmodi eſſent ſubiectę ſitis, et etiam cenſeamini. Et nihilominus Domibus veſtris prędictis, et in illis pro tempore degentibus Miniſtris, Sororibus, Seruientibus, et perſonis, ut ipſę omnibus, et ſingulis priuilegijs, etc. conceſſis, uti ualeant, etc. indulgemus. Nulli ergo, etc. Datum Bononię anno, etc. 1436. duodecimo Calendas Iulij anno ſexto. *Ideſt 20. Iunij, Ordinis 216. Religionis 37.*

Vadingus tom. 5. Bulla 91. ex lib. 1. de Regular. anno 6. fol. 166.

BVLLA LXXVII.

EVgenius IV. confirmat ſtatuta, & priuilegia Morinenſibus ex certa ſcientia alias à Martino V. approbata, & extendit ad alias Domos.

1 Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem ſuperna diſpoſitione vocati in decorem Sacræ Religionis, ſub qua dilecti filij Fratres, necnon dilectæ in Christo filiæ Sorores Tertij Ordinis de Pœnitentia nũcupati, quem Beatus Franciſcus inſtituit deuotum, &c. Dudum ſiquidem fælicis recorpationis Martinus Papa V. prædeceſſor noſter ſuas conceſſit literas tenoris ſubſequentis: *Ex Apoſtolicæ Sedis prouidentia quæ eſt* 238 *Vading. & hic LXVI.*

2 Cum autem ſicut exhibita Nobis pro parte dictorum Fratrum, & Sororum petitio continebat, nonnulli Chriſtifideles in eisdem Morinenſi, ac Tornacenſi, Cameracenſi, ac Leodieñ Ciuitatibus, & Diæceſibus pro habitatione, & vſu perpetuis Fratrum, & Sororum eiusdem Ordinis aliquas Domos, ſiue aliqua loca liberaliter donabunt, ſiue relinquent, vel alias ipſi iuſto titulo, vel alij dicti Ordinis Fratres, & Sorores conquirere ſperent; Pro parte Fratrũ, & Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

3 Nos itaque, &c. literas, & contenta huiuſmodi, &c. rata habentes, & grata, ea omnia auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia cõfirmamus, &c. Et nihilominus literas prędictas ad prædictas Domos dictarum Ciuitatum, & Diæceſum, necnon illarum Fratres, & Sorores extendimus, &c. Singulis priuilegijs, &c. licite in omnibus ad inſtar dictorum Fratrum, & Sororum vti, & gaudere poſſint, &c. concedimus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Bononiæ anno, &c. 1436. ſexto Calendas Decembris anno ſexto. *Ideſt 26. Nouembris, Ordinis 216. Religionis 37.*

Vadingus tom. 5. Bulla 95. Ex lib. 3. de Regul. anno 6. fol. 18.

BVLLA LXXVIII.

EVgenius IV. mandat Fratribus Flandrenſibus, vt deferant Caputia vniformia in omnibus Domibus, ſicut in conuentu S. Audomari.

1 Deuotionis augmentum, &c. Cum itaque, &c. Vos longa, & dilecti filij Fratres veſtri Ordinis villæ de S. Audomaro Morinenſis diæceſis alterius formę Caputia, licet ſitis vnius, & eiusdem Ordinis, deferatis; voſq; qualis ſit veſtrorum formæ caputiorum in veſtra Prouincia vobis data in prima inſtitutione, ſitis immemores, & incerti. Cumq; etiam congruat vtiq; & deceat, quod cum vos, dictiq; Fratres eiusdem Religionis noſcamini, & obſeruantiæ Regularis

gularis vniformia, vniuſq; diſpoſitionis Caputia inter vos in antea habeatis.

2 Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, tam vobis, quā alijs futuris Domorum veſtrarum Fratribus omnibus, & ſingulis, vt vos, & illi eiusdem diſpoſitionis, ſiue formæ, cuius Fratres villæ prędictæ deferre ſolent Caputia, veſtris penitus derelictis perpetuo habere, & geſtare libere, liciteq; poſſitis, atq; debeatis; dicta inſtitutione, ac veſtrarum prædictarum, & Fratrum dictæ villæ Domorum, dictiq; Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq; contrarijs nequaquam obſtantibus auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus. Datum Bononiæ anno, &c. 1436. quarto Calendas Ianuarij, anno ſexto. *Ideſt 29. Decembris, Ordinis 218. Religionis 37.*

Vadingus tom. 5. Bulla 98. ex lib. 4. de Regular. anno 6. fol. 69.

BVLLA LXXIX.

EVgenius IV. ſcribit Epiſcopo Legionenſi, vt Capellam S. Mariæ de Treuio Aſtoricenſis diæceſis, cum Domo conſtructam à Ioanne de Ouiedo tradat Fratribus, quibus communicat priuilegia aliarum Domorum. De hoc Ioanne ſupra LXXII. & LXXIII.

1 Exigit dilecti filij Ioannis de Ouiedo Ciuis Ouetenſis, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte ipſius Ioannis petitio continebat, quod cum olim ipſe cupiens terrena in cęleſtia commutare, de bonis à Deo ſibi collatis quandam Capellam in honorem Beatę Mariæ Magdalenę infra limites parochialis eccleſię S. Eulaliç de Treuio Aſtoricenſis diçceſis pro loco Oratorij, & manſionis vnius perpetui Eremitę inibi Altiſſimo ſeruituri pro ſua, & ſuorum animarum ſalute inſtituiſſet, fundaſſet, & erigi ab Ordinario loci obtinuiſſet, illamq; de bonis ſuis huiuſmodi ſufficienter dotaſſet.

2 Poſtmodum tamen ipſe Ioannes de zelo deuotionis accenſus, quem ad Fratres de Tertio Ordine S. Franciſci gerere comprobatur, Capellam ipſam, ſiue Oratorium de conſenſu, & auctoritate venerabilis Fratris noſtri Sancij Epiſcopi, et dilectorum filiorum Capituli Aſtoricenſis in locum ipſorum Fratrum de Tertio Ordi-

ne erigi, deputari, et inſtitui procurauit, et cætera ad hoc neceſſaria fecit, & ordinauit, prout in inſtrumento publico dicti Epiſcopi ſigillo vallato plenius continetur.

3 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, idem Ioannes cupiat pro ſuæ deuotionis incremento, & ipſorum Fratrum ſtatu, & pace, erectionem, inſtitutionem, & deputationem prædictam Apoſtolico muninime roborari; pro parte ipſius Ioannis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos itaq; &c. Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta.

4 Mandamus; quatenus de præmiſſis omnibus, &c. te diligenter informes, &c. & ſi ad id, quorum intereſt, accedat aſſenſus, &c. inſtitutionem, &c, omnia in præfato inſtrumento contenta, &c. confirmes; Supplendo omnes defectus, ſi qui forte interuenerint in eiſdem; ac ipſis Fratribus quantum opus ſit, pro vſu, & habitatione ipſorum in perpetuum tradas, dones etiam, & conſignes. Conſtitutionibus, &c. Nos enim, ſi inſtitutionem, &c. per te fieri contigerit, vt præfertur, omnibus, & ſingulis priuilegijs, &c. gaudere, &c. decernimus, &c. iure, &c. ſaluo. Datum Bononiæ anno, &c. 1437. vndecimo Calendas Iulij anno ſeptimo. *Id eſt 21. Iunij, Ordinis 217. Religionis 38.*

Vadingus tom. 5. Bulla 103. ex lib. 2. de diuerſis formis anno 7. fol. 8.

Ioannes de Ouiedo fundauit prope Hoſpitale S. Mariæ Magdalenæ Domum cum Eccleſia pro Fratribus ex Bulla LXXII. pro quibus obtinuit poſtea Indulgentiam Plenariam Bulla LXXIII. deinde hic aliam eiſdem donat. Vadingus hic num. 54. vocat translationem, licet titulus literarum in Regeſto habeat: vt Fratribus Tertij Ordinis conferat Capellam S. Eulaliæ de Treuio in Domum erigendam, quod textus Bullæ non docet.

Eam Eccleſiam Ioannes conſtruxerat pro Eremita, poſtea voluntate in melius mutata, donauit Fratribus. Eccleſia enim melius, & vtilius gubernatur à conuentu, quam à ſingulari perſona, quia vberior, & ſplendidior ſeruitus præſtatur per plures, quam per vnum, ideo ſeruitus vnius Eremitæ conſultius mutata fuit in obſequium religioſorum. Similis Bulla habetur ſupra LXVIII.

BVL.

BVLLA LXXX.

EVgenius IV. ſcribit Abbati Monaſterij S. Mariæ Rocha Amatoris Meſſanenſis diœceſis, & Henrico de Auellino Canonico Meſſanenſi vt confirmet donationem Eccleſiæ S. Brigidæ, & Hoſpitalis S. Martini prope muros Meſſan. Fratribus.

1 Ad ea ex Apoſtolicæ ſeruitutis officio, &c. Sane pro parte dilecti filij Antonij Scataretica Fratris Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati, Nobis nuper exhibita petitio côtinebat, quod olim venerabilis frater noſter Bartolomeus Archiepiſcopus Meſſanenſis attendens, quod eccleſia ſine cura S. Brigidę extra muros Meſſanenſes, & hoſpitale pauperum S. Martini prope dictam eccleſiam conſiſtens, in ſuis ſtructuris, & ædificijs deformata ſubiacebant, illaq; tunc certis modis vacarunt, cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs Antonio prædicto, qui etiam tunc presbiter erat, necnon alijs Fratribus ipſius Ordinis pro eorum vſu, & habitatione, ac in perpetuum auctoritate ordinaria conceſſit; necnon Antonius prædictus, & aliqui alij Fratres dicti Ordinis vigore conceſſionis, & donationis huiuſmodi, corporalem eccleſię, & hoſpitalis prædictorum poſſeſſionem apprehendentes, illa ex tunc tenuerunt, prout tenent in vſus proprios eorumdem.

2 Quare pro parte dicti Antonij aſſerentis, quod eccleſiæ trium, & hoſpitalis eorumdem ſeptem florenorum auri de Camera fructus, redditus, & prouentus ſecundum communem æſtimationem valorem annum non excedunt, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta.

3 Mandamus, vt illas, & quæcumq; inde ſecuta auctoritate Apoſtolica approbetis, & confirmetis. Non obſtantibus, &c. Datum Bononiæ anno, &c. 1437. ſeptimo idus Auguſti anno ſeptimo. *Id eſt 7. Auguſti Ordinis 217. Religionis 38.*

Vadingus tom. 5. Bulla 107. Ex lib. 2. de Regul. anno 7. fol. 300.

BVLLA LXXXI.

EVgenius IV. ſcribit Iordano Epiſcopo Sabinenſi, vt declaretur, an Tertiarij poſſint contrahere matrimonium.

1 Ex

1 Ex iniuncto Nobis paſtoralis officij debito. Sane pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum, necnon dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia communiter nuncupati Ciuitatis, & Diœceſis Aquilanenſis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet Fratribus Ordinem ipſum intrantibus, & etiam profitentibus, quem glorioſus Chriſti confeſſor Beatus Franciſcus inſtituit, & in eodem Ordine receptis, neq; ex Nicolai IV. qui normam, & modum viuendi in eodem Ordine profeſſoribus ipſis Regulares inſtituit; necnon cæleſtinum V. Romanos Pontifices noſtros prædeceſſores eiſdem profeſſoribus conceſſis, in eorum ingreſſu votum aliquod, ſiue Caſtitatis, ſiue Continentiæ reperiatur indictum, per quod ad ſecunda, & alia matrimonij vota, ſicut alijs Chriſtifidelibus ſecularibus, & in mundanis commercijs ſe gerentibus dignoſcitur, tranſire non poſſint.

2 Nihilominus diuerſi ſeculares partium illarum priuilegiorum penitus ignari, non conſiderantes, quod huiuſmodi Fratres Ordinem ipſum ingreſſi, & in matrimonio conſtituti, eodem matrimonio iuxta ipſius Ordinis regularia inſtituta licite vti poſſunt, ad fidelium aures, quod religioſi huiuſmodi ad ſecunda, & alia vota prædicta tranſire non poſſunt, deducere non verentur, in Miniſtri, Fratrum, & Sororum prædictorum præiudicium non modicum, & Ordinis huiuſmodi ſcandalum, vilipendium, & iacturam.

3 Quare pro parte eorumdem Miniſtri, Fratrum, & Sororum aſſerentium, quod propter perſonarum huiuſmodi taliter detrahentium malitiam, eidem Ordini, & profeſſoribus ſcandala plurima poſſent veriſimiliter exoriri, niſi per Sedem Apoſtolicam dubium huiuſmodi declaretur; ac pro parte ipſorum exponentium Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt pro ſcandalis huiuſmodi ſuccidendis, proq; ſoliditate ſtatus, & obſeruantiæ regularis dicti Ordinis, & vt etiam ipſi profeſſores Religionis ipſius Ordinis huiuſmodi conſuetudines, & ſtatuta clarius, & attentius complectantur, quo per eorum ſemitas facilius gradientur, declarare eis tramitem, per quem incedere poſſint, & debeant, ad perpetuam rei memoriam de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur, &c. circumſpectioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint vocandi, necnon adiunctis

tibi,

Digitized by G

tibi, prout videbitur, aliquibus ex profeſſoribus antedictis, honeſtis viris, & Deum timentibus priuilegia, & conſuetudines, & ſtatuta huiusmodi, auctoritate noſtra recenſeas, & examines diligenter, & quicquid pro regulari obſeruantia, proq; ipſius Ordinis honeſtate; necnon religioſorum huiuſmodi ſtatu vtiliter, & rationabiliter expedire, & etiam congruere videbitur, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus; iuris, & æquitatis ſeruato tramite, præſertim circa huiuſmodi matrimonia, ac ſecunda, & alia vota, quæ religioſi huiuſmodi, ut præfertur, aſpirant, Apoſtolica auctoritate dilucides, & declares, prout ſecundum Deum, & rectam conſcientiam videbitur faciendum. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumq; Datum Bononiæ anno, &c. 1437. decimo Calendas Septembris anno ſeptimo. *Ideſt 23. Octobris, Ordinis 217. Religionis 38.*

Vadingus tom. 5. Bulla 109. ex lib. 2. de Regular. an. 7. fol. 253.

Refert Vadingus ſub n. 54. Sententiam latam fuiſſe per prædictum Cardinalem Iordanum in conuentu Minorum Bononienſi 14. Octobris, præſentibus Dominico Geminiano de Prato Auditore cauſarum Apoſtolici Pallatij, Beato Ioanne Capiſtrano, Carloto Cubiculario, & multis alijs Fratribus, nimirum poſſe more aliorum fidelium inire matrimonia.

BVLLA LXXXII.

EVgenius IV. ſcribit Epiſcopis Caſtellanenſi, & Teruiſino, vt Fratres, & Sorores defendant à moleſtijs Minorum, qui non debeant illos inuitos viſitare.

1 Ad Sacram Petri Sedem diuina diſpoſitione uocati, &c. Dudum ſiquidem felicis recordationis Nicolaus Papa IV. prædeceſſor noſter inter alia ſtatuit, quod Miniſtri, & Fratres, & Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati ciuitatis, & loci cuiuslibet ad uiſitationem communem in aliquo loco religioſo, uel eccleſia, ubi locum huiuſmodi contingeret deeſſe, conuenirent, & Viſitatorem haberent ſacerdotem, qui alicuius approbatæ Religionis exiſteret, ac illis de commiſſis exceſſibus iniungeret pænitentiam ſalutarem; nec quiuis alius poſſet eis huiuſmodi uiſitationis officium exhibere, prout in ipſius prędeceſſoris inde confectis literis plenius continetur.

2

2 Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri,& Fratrum, ac dilectarum in Chriſto filiarum Miniſtræ, & Sororum Domorum loci de Venetijs dicti Ordinis Caſtellanenſis diæceſis petitio continebat, quod Generalis, & Prouincialis Miniſtri, necnon Guardianus Domus eiuſdem loci de Venetijs Ordinis Fratrum Minorum contra ſtatutum, & literas huiuſmodi,quorum veriſimiliter ignari non ſunt, ipſis Miniſtro, & Fratribus, necnon Miniſtræ, & Sororibus Domorum Tertij Ordinis huiuſmodi etiam renitentibus, & inuitis præfatum viſitationis officium conentur impendere,necnon eos deſuper præſumpſerint hactenus multipliciter moleſtare, plurimis inde ſcandalis, inconuenientibus ſubortis, & alijs, niſi deſuper Apoſtolicæ prouiſionis adminiculum ſuccedat, veriſimiliter emerſuris; ipſiq; Miniſter, & Fratres,necnon Miniſtra,& Sorores Domorum Tertij Ordinis huiuſmodi, quo minus eis, & dicto Tertio Ordini, conceſſis priuilegijs,& libertatibus vti,gaudereq; pacifice poſſint,proceſſu temporis timeant impediri.Nos igitur, &c.fraternitti tuæ per Apoſtolica ſcripta.

3 Mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum ſtatutum prædictum, cui auctoritate Apoſtolica quo ad Miniſtrum, & Fratres, necnon Miniſtram,& Sorores Domorum Tertij Ordinis huiuſmodi, vt ipſum Viſitatorem de conſilio, & aſſenſu alicuius veſtrum, quoties opus fuerit, eligant, & aſſumant, per præſentes adijcimus, vbi,& quando expedire videbitis auctoritate Apoſtolica ſolemniter publicantes,ac ipſis Miniſtro,& Fratribus,necnon Miniſtrę, & Sororibus Domorum Tertij Ordinis huiuſmodi, quoties ſuper hoc pro parte ſua deſuper requiſiti fueritis, efficacis præſidio defenſionis aſſiſtentes, non permittatis, aliquem ex eis per Generalem, & Prouincialem Miniſtros, ac Guardianum prædictos, vel quempiam ipſorum,vel quoſuis alios contra ſtatutum,priuilegia, vel libertates huiuſmodi,ſeu ſuper eorum iuribus,& bonis impeti quomodolibet indebite,vel moleſtari,aut ipſis grauamina,damna,vel iniurias irrogari, facturi Miniſtro, & Fratribus, ac Miniſtræ,et Sororibus Domorum Tertij Ordinis huiuſmodi ſuper premiſſis omnibus,in illis videlicet,quę iudicialem requirunt indaginem ſummarie, ſimpliciter, et de plano, ac ſine ſtrepitu, et figura iudicij;in alijs vero, prout eorum qualitas exegerit iuſtitiæ complemētum.

4

4 Contradictores quoslibet, & rebelles cuiuſcumq; dignitatis, ſtatus, ordinis, et conditionis extiterint, quandocumq; et quotieſcumq;expedierit, auctoritate prędicta, per cenſuram eccleſiaſticam,appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

5 Non obſtantibus tam piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. &c.quã alijs quibuſcumq; conſtitutionibus à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus, etc.

6 Volumus inſuper, et eadem auctoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatũ, quamuis idem inchoans nullo fuerit canonico impedimento perpeditus. Quodq;à Data cum ſit Nobis,et cuilibet veſtrum in præmiſſis omnibus, et eorum ſingulis cæptis, et non cæptis, præſentibus, et futuris perpetuata poteſtas, et iurisdictio attributa, vt eo vigore,eaq; firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus cæptis, et non cæptis præſentibus, et futuris, et pro prædictis procedere, vt ſi præmiſſa omnia coram vobis cæpta fuiſſent, ac iurisdictio veſtra, et cuiuslibet veſtrum in præmiſſis omnibus,et ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet,conſtitutione prædicta ſuper Conſeruatoribus, et alia qualibet in contrarium edita non obſtantibus; preſentibus perpetuo valituris. Datum Bononiæ anno, etc.1437.ſexto idus Octobris, anno ſeptimo.

Ideſt 10.Octobris, Ordinis 217. Religionis 38.

Vadingus tom.5.Bulla 111.ex lib.2. Regular.anno 7.fol.86.

BVLLA LXXXIII.

EVgenius IV. ſcribit Antiano, & Conſilio Foroliuienſib.ne impediant Fratres, & Sorores à ſeruitute in Hoſpitali, & permanſione in eo.

1 Eximiæ deuotionis affectus, &c. Vtilitatem Hoſpitalis pauperum Domus Dei nuncupati Foroliuienſis, cuius protectionem, ac iurispatronatus habere videmini, reſpicientibus quantum cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuamus.

2 Hinc eſt, quod Nos, &c.Rectori,qui erit pro tempore dicti Hoſpitalis,vt ex nunc in antea quoſcumq; Fratres,& Sorores,ſeu mulieres Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati in Hoſpitalis prædicti, ac pauperum etiam infirmorum, & aliarum miſerabilium perſonarum inibi pro tempore exiſtentium ſeruitijs inſi-

ſtere volentes, in prædicto Hoſpitali ad ſeruitia huiuſmodi recipere; necnon ipſis Fratribus, & Sororibus, ſeu Mulieribus, & eorũ cuilibet ſui ſuperioris, per eos petita, & obtenta licentia in Hoſpitali prædicto ad ſeruitia præfata permanere libere, & licite valeant, &c. indulgemus. Nulli ergo, &c. Datum Ferrariæ anno, &c. 1438. nonis Maij, anno octauo. *Id eſt 7. Maij, Ordinis 218. Religionis 39.*

Vadingus tom. 5. Bulla 134. ex lib. 1. de Regular. anno 8. fol. 273.

BVLLA LXXXIV.

EVgenius IV. confirmat duas Eccleſias S. Hieronymi, & S. Mariæ Magdalenæ extra muros Montis Politani diœceſum Cluſinenſis, & Aretinenſis Fratri Antonio ſub habitu Pauperum Eremitarum, qui illas reſtaurauerat, prohibendo ne alijs conferantur. Infra LXXXVI.

1 Benignitas Sedis Apoſtolicæ, &c. Sane pro parte dilecti filij Antonij de Monte Politiano Tertij Ordinis ſub habitu Pauperum Eremitarum degentis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum ipſe Antonius, &c. vnam ſub S. Hieronymi titulo erexit, & ædificauit, & aliam ſub S. Mariæ Magdalenæ extra muros dicti Montis Politiani Cluſinenſis, & Aretinenſis diœceſum cum hortis, & alijs pro vſu, & habitatione ipſius, & Sociorum eius Ordinis huiuſmodi neceſſarijs, ex pia Chriſtifidelium largitione, &c. inſtaurauit eccleſias, &c. Et ſicut eadem petitio ſubiungebat, Antonius, et Socij prædicti dubitant, præſertim ſi loca huiuſmodi, quæ nondum perfecta ſunt, compleantur, & plene ædificata fuerint per Apoſtolicas, vel alias prouiſiones ab ipſis eccleſijs amoueri. Quare pro parte dicti Antonij Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

2 Nos itaque, &c. Antonio, & Socijs huiuſmodi, & alijs præſentibus, & futuris in eccleſijs, & iuxta prædictas pro tempore degentibus, quod deinceps prædictæ eccleſiæ ſub quibuſcumq; literis Apoſtolicis, gratijs, ſiue conceſſionibus, ſub quacumq; verborum forma conceptæ reperiantur, nullatenus comprehendantur; ſed Antonius, Socij, & ſucceſſores, qui pro tempore erunt, illas retinere libere valeant, &c. concedimus, & confirmamus. Inhibentes nihilominus locorum ipſorum Ordinarijs, et quibuſcumq; alijs, ne huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi, quandiu Antonius, Socij, & ſucceſſores prędicti in eiſdem ſub vita huiuſmodi, & humilitatis ſpiritu vixerint, conferre, ſeu alijs de illis quoquo modo in præiudicium Antonij, Sociorũ, & ſucceſſorum prædictorum diſponere quouis modo præſumant. Nulli ergo, &c. Datum Ferrariæ anno, &c. 1438. quarto nonas Iunij, anno octauo. *Ideſt 2. Iunij, Ordinis 218. Religionis 39.*

Vadingus tom. 5. Bulla 136. ex lib. 2. de Regular. &c. anno 9. fol. 141.

BVLLA LXXXV.

EVgenius IV. ſcribit Priori S. Pauli ad Hortum Piſarum; vt concedat Fratribus Oratorium S. Mariæ Gratia Plena in territorio Liburnenſi exiſtens diæceſis Piſanæ.

1 Sub experientia paupertatis extremę dilecti filij Miniſter, & Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci, &c. Cum itaque ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum Domus Oratorij *S. Mariæ Plena Gratia* nuncupati ad locum ipſum, quod in territorio terræ Liburnij Piſanenſis diæceſis ſitum eſt, quodq; Miniſtro, & Fratribus dicti Ordinis pia fuit dudum largitione conceſſum, & quod Fratres eiuſdem Ordinis inhabitant de præſenti, magna populi vtriuſq; ſexus confluat multitudo; nonnulliq; extranei, ſicut ipſi Miniſter, & Fratres aſſerunt, etiam per inexquiſitas vias potius affectionis, quam deuotionis cauſa, etiam cum temporali fauore Oratorium huiuſmodi anhelent gubernare. Pro parte Miniſtri, & Fratrum prædictorum, ac Vniuerſitatis, & hominum dictæ terræ Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos itaque, &c. Diſcretioni tuæ, &c.

2 Mandamus, quatenus ſi eſt ita, regimen, & gubernationem Oratorij huiuſmodi, de ciuitate, vel diæceſi prædictis oriundis Fratribus abſque tamen aliorum dicti Ordinis præiudicio Fratrum perpetuo auctoritate noſtra concedas. Non obſtantibus conſtitutionibus, &c. Datum Ferrariæ anno, &c. 1438. Calendis Iulij, anno octauo. *Ordinis 218. Religionis 39.*

Vadingus tom. 5. Bulla 137. ex lib. 2. de Regular. an. 9. fol. 12.

Digitized by Google

BVLLA LXXXVI.

EVgenius IV. Fratribus degentibus in habitu Eremitico duarum Eccleſiarum SS. Hieronymi, & Mariæ Magdalenæ de Monte Politiano, de quibus Bulla LXXXIV: concedit facultatem eligendi ſibi confeſſarium ex proprijs, qui omnia illis miniſtret Sacramenta & ſepulturam.

1 Probatæ fidelitatis integritas, &c. Hinc eſt, quod Nos, &c. Tibi, & Fratribus tuis in S. Hieronymi intra, & Beatæ Mariȩ Magdalenȩ extra muros Montis Politiani Cluſinæ, & Aretinæ diæceſum eccleſiarum Domibus reſidentibus præſentibus, & futuris, vt aliquē ex Fratribus, vel alijs in dictis Domibus in ſacerdotio conſtitutis, quem quilibet veſtrum duxerit eligendum, in ſuum poſſit eligere confeſſarium, qui quoties ſibi, vel illis videbitur, confeſſionibus diligenter auditis, pro commiſſis, niſi talia forent, propter quæ Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda, beneficium abſolutionis impendat, & iniungat pænitentiam ſalutarem.

2 Quodq; idem Sacerdos Euchariſtiam, & Extremam Vnctionem, eccleſiaſticam ſepulturam, & alia quæcumq; Sacramenta eccleſiaſtica tibi, & Fratribus prȩdictis in ſinceritate fidei, vnitate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, & deuotione noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, impendere, &c. valeat. Iure tamen, &c. ſaluo.

3 Quodq; tu, et Fratres tui prȩdicti in Domibus eiſdem commorantes, præſentes, et qui pro tempore fuerint, &c. vitamq; Eremiticam ducentes, vt Domus eaſdem, pro vſu, & habitatione veſtra retinere, et celebrare Miſſas, etc. per vos, vel alios idoneos ſacerdotes, etc. valeatis. Necnon Domus ipſȩ à vobis ſubtrahi, ſeu ab illis licētiari, ſeu amoueri nō poſſitis inuiti, &c. indulgemus. Nulli ergo, etc. Datum Ferrariæ anno, etc. 1438. quarto idus Octobris, anno octauo. *Ideſt 12. Octobris, Ordinis 218. Religionis 39.*

Vadingus tom. 5. Bulla 141. Ex lib. 2. de Regular. an. 9. fol. 309.

BVLLA LXXXVII

EVgenius IV. Magdalenæ de Peruſio Generaliſſȩ cum alijs communicat Indulgentiam Plenariam in articulo mortis alijs conceſſam Sororibus cum facultate eligendi confeſſarium, & omnes ſubſint Magdalenæ.

1 Deo deuotorum, &c. Dudum ſiquidem tibi etiam tunc Generali Miniſtræ, ac omnibus alijs tunc exiſtentibus Sororibus Tertij Ordinis Beati Franciſci de Pænitentia nuncupati, vt confeſſor, quem ſingulæ veſtrum eligerent, omnium peccatorum veſtrorum, de quibus corde, & ore confeſſæ eſſetis, ſemel tantum in mortis articulo plenam remiſſionem ſub certis tunc expreſſis conditionibus, ac modis, & formis, Vobis auctoritate Apoſtolica concedere valeret, per alias noſtras literas duximus indulgendum, prout in illis plenius continetur.

2 Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte tua petitio continebat, per indultum huiuſmodi nonnullæ aliæ mulieres diuerſas Domos eiuſdem Ordinis ingreſſæ ſint, & in dies ingrediantur, pro parte tua fuit Nobis humiliter ſupplicatum, vt etiam ad illas indultum ipſum extendere, ac alias tuo, ac ipſarum omnium ſtatui, & animarum ſaluti opportune prouidere, &c. dignaremur.

3 Nos itaque, &c. indultum, & literas prædicta cum conditionibus, ac modis, & formis in eis contentis huiuſmodi, etiam ad omnes, & ſingulas Sorores ordinem ipſum expreſſe profeſſas, quæ poſt ipſũ indultum quaſuis dicti Ordinis Domos fuerint ingreſſæ, & inantea ingredientur, ac in illis ſub regularibus ipſius Ordinis inſtitutis perpetuo remanebunt, extendimus per præſentes.

4 Et nihilominus tibi, & ſingulis Sororibus dicti Ordinis præſentibus, & futuris, vt à quocumq; ſeculari, vel regulari ſacerdote idoneo Euchariſtiæ, & alia Sacramenta eccleſiaſtica, quoties fuerit opportunum recipere, eidemq; ſacerdoti, vt illa vobis miniſtrare. Necnon tibi, vt omnes, & ſingulas Sorores, quæ tuo tempore fuerint, propter exceſſus, crimina, & delicta, ſi quæ commiſerint, debite corrigere, eiſq; pænas condignas infligere, ac omnia, & ſingula deſuper neceſſaria, & opportuna peragere valeatis, plenam, & liberam harũ ſerie licentiam elargimur, & facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus, &c. Datum Florentiæ anno 1439. tertio idus Aprilis, anno nono. *Id eſt 11. Aprilis, Ordinis 219. Religionis 40.*

Vadingus tom. 5. Bulla 149. ex lib. 11. de Regul. anno 9. fol. 46.

BVLLA LXXXVIII.

EVgenius IV. ſcribit Epiſcopo Peruſino, vt ſupprimat dignitatem Abbatiæ in Eccleſia S. Catarinæ diœceſis Aſſiſij Ordinis S. Benedicti, & tribuatur Sororibus.

1 Humilibus ſupplicum votis libenter annuimus, &c. Exhibita ſiquidem Nobis pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Doniæ quondã Ioannis Criſpolti de Betona natæ mulieris Aſſiſinatenſis diœceſis Tertij Ordinis de Pænitentia nuncupati, petitio continebat, quod cum poſtquam Damianus Epiſcopus Aſſiſinas prouide conſideraſſet, Monaſterium S. Catarinæ de Betona Ordinis S. Benedicti dictę diœceſis à diu fuiſſe, prout tunc erat Abbatiſſa, & Monialibus deſtitutum, nec ſpem aliquam futuram ipſum ad ſtatum priſtinum reduci poſſe quoquo modo, idem Epiſcopus Monaſterium ipſum, ne ad profanos vſus conuerti valeret, pro ipſius conſeruatione, & manutentione tenendum, & inhabitandum prędictę Doniæ auctoritate ordinaria dedit, conceſſit, & aſſignauit, ipſaq; Donia ex tunc donationis, conceſſionis, & aſſignationis præfatarum vigore monaſterium ipſum adiuit, & in eo moram fecit, ipſumq; habitauit, & tenuit, prout etiam tenet, & inhabitat de præſenti.

2 Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat nonnullę deuotę dicti Tertij Ordinis mulieres in dicto loco exiſtanc, quæ in eodem Monaſterio vna cum dicta Donia perpetuum deſiderent Altiſſimo reddere famulatum, dummodo Monaſterium ipſum Ordine S. Benedicti, & Abbatiali dignitate ſuppreſſis in eo, eis per Sedem Apoſtolicam concederetur, & perpetuo pro ipſis, & alijs huiuſmodi Sororibus in eo pro tempore ſucceſſuris donaretur; pro parte ipſius Donię Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos itaque, &c. fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta.

3 Mandamus, quatenus de pręmiſſis omnibus, & ſingulis auctoritate noſtra te informes diligenter, & ſi per informationem huiuſmodi ita eſſe repeceris, ſuper quo conſcientiam oneramus, ordinem, & dignitatem huiuſmodi in dicto Monaſterio auctoritate noſtra in perpetuum ſupprimas, & extinguas, ac poſtquam illos ſuppreſſeris, & extinxeris, vt pręfertur Monaſterium ipſum cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis eidem Donię, & Sororibus huiuſmodi per eas in perpetuum tenendum, &c. concedas. Conſtitutionibus, &c.

&c. Datum Florentię anno, &c. 1439. Calendis Maij, anno nono.
Ordinis 219. Religionis 40.
Vadingus tom. 5. Bulla 150. Ex lib. 2. de Regular. an 9 fol. 162.

BVLLA LXXXIX.

EVgenius IV. ſcribit Epiſcopo Florentino, vt abſoluat ab excommunicatione Sorores S. Hieronymi, dando eis licentiam eligendi ſibi Miniſtram, cum facultate recipiendi nouitias, & communicat illis priuilegia aliarum Domorum. De his Sororibus iterum infra CXIII.

1 Sacræ Religionis, ſub qua Liſa, Clara, Elizabeth, Magdalena, Maria Ioanua, Nicolaa, Gerarda, & Brigida, cætereq; Sorores in præſentiarum exiſtentes Domus S. Hieronymi Florentini Tertij Ordinis S. Franciſci, Continentes, ſeu de Pęnitentia nuncupatæ, ſedulum, &c. Sane petitio continebat pro parte earumdem Sororum nuper Nobis exhibita quod dudum ipſę id ſibi licere putantes, & tamquam iuris ignaræ, ob frugem melioris vitæ, & vt ſub debito obedientię gubernaculo alterius earumdem honeſtius viuendo, conuerſatio ipſarum Deo fieret acceptior, & quietius, ſalubriuſq; proficere in eo valerent, eamdem Domum intrarunt, vnam ſibi ex eis Miniſtram concorditer eligendo abſq; Sedis Apoſtolicę auctoritate, excommunicationis ſententiam, ac nonnullas alias cenſuras, & pęnas propterea forſan incurrentes.

2 Quare pro parte dictarum Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. quod vnam ex eis, quę cęteris pręſit, eaſq; iuxta ipſius Ordinis Regulam, ſeu ipſarum viuendi modum dirigat, & gubernet, &c. perpetuis futuris temporibus hac vice, & ſucceſſiue, cum per eiuſdem Miniſtrę ceſſum, vel deceſſum, aut alias quouis modo eadem Domus Miniſtra caruerit, ſibi Miniſtram, quę per Viſitatorem per eas, &c. ex aliqua etiam approbata religione, eligendum, ſuis demeritis exigentibus de conſilio tamen, et aſſenſu earumdem Sororum valeat amoueri, eligere.

3 Quodq; mulieres ſeculum fugientes, et in Domo prędicta Domino famulari cupientes, Miniſtra pro tempore exiſtentes ad habitum, et profeſſionem ipſius Regulę, iuxta ipſius Ordinis inſtituta admittere valeat, et recipere; et Viſitator, qui pro tempore fuerit, huiuſmodi Miniſtram, et Sorores eaſdem, cum expediens viſum fuerit,

fuerit, ſepta tamen Domus huiuſmodi non intrando pro corrigendis exceſſibus, viſitare, excedenteſq; repertus corrigere valeat, licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, etc. fraternitati tuę per Apoſtolica ſcripta.

4 Mandamus, quatenus omnes, et ſingulas Sorores prędictas ab excommunicationis ſententia, alijſq; cenſuris, etc. vt pręfertur, ſi id à te humiliter petierint, abſoluas hac vice dumtaxat, in forma eccleſiæ conſueta, Iniuncta eis, et earum cuilibet pro modo culpę pęnitentia ſalutari, et eis, quę fuerint de iure iniungenda.

5 Et nihilominus de pręmiſſis omnibus, et ſingulis, ac eorum circumſtãtijs vniuerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, etc.

6 Eiſdem Sororibus pręſentibus, et futuris dictę Domus Miniſtram eligendi, ac Miniſtrę ſic electę Domum, et Sorores huiuſmodi regendi, et gubernandi, ac mulieres à ſeculo fugientes in Domum ipſam, et ab eis profeſſionem iuxta conſuetudinem dicti Ordinis recipiendi, et admittendi. Necnon Viſitatori, vt pręmittitur, eligendo, Miniſtram, ſuis demeritis exigentibus, de conſilio tamen, et aſſenſu Sororum huiuſmodi priuandi, illamq; et Sorores eaſdẽ, cum ſibi viſum fuerit, viſitandi, earumq; exceſſus corrigendi auctoritate Apoſtolica licentiam largiaris.

7 Et nihilominus Miniſtrę, et Sororibus pro tempore exiſtentibus, ac Domui prędictis, quod omnibus, et ſingulis priuilegijs, etc. cõceſſis perpetuo vti, et gaudere valeant, eadem auctoritate concedas. Felicis recordationis Clementis V. Ioannis XXIII. et Bonifacij VIII. et quibuſcumq; alijs Apoſtolicis contrarijs nequaquam obſtantibus, etiamſi de illis, earumq; totis tenoribus de verbo ad verbum pręſentibus habenda foret mentiõ ſpecialis. Datum Florentię anno, etc. 1439. ſexto nonas Maij, anno nono. *Ideſt 2. Maij, Ordinis 219. Religionis 49.*

Vadingus tom. 5. Bulla 151. ex lib. 2. de Regular. anno 9. fol. 22.

BVLLA XC.

EVgenius IV. ſcribit Abbati Monaſterij de Alcobatia Vlixbonenſis vt ceſſionem factam per Tertiarios Domus S. Franciſci de Valle Bona Minoribus approbat.

1 Sacrę Religionis, ſub qua Guardianus, et Fratres Domus, ſiue

Oratorij

Oratorij S. Franciſci de Valle Bona Ordinis Minorum Vlixbonenſis diæceſis deuotum, &c. Sane pro parte dilecti filij Gulielmi de Caſali Miniſtri Generalis prædicti Ordinis, ac dictorum Guardiani, & Fratrum Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim poſtquam felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter expreſſe prohibuerat, ne quis ex Mendicantium, &c. ac piæ memoriæ Clemens Papa V. prædeceſſor noſter tranſgreſſores prohibitionis huiuſmodi excommunicationis ſententiæ ipſo facto ſubiacere decreuerat.

2 Quondam Ioannes de Riparia tunc Miniſter Prouincialis Prouinciæ Portugalliæ Fratrum Tertij Ordinis dicti Sancti de Pænitentia nuncupatorum prouide conſiderans, quod Domus, ſiue Oratorium huiuſmodi per ipſius Tertij Ordinis dudum conſtructa, & ædificata, ac temporum cauſante malitia derelicta ruinæ multipliciter ſubiacebat, & quod Tertij Ordinis Fratres huiuſmodi illam, ſeu illud reparare non curabant, vt in ea, vel in eo nomen Domini iugiter inuocaretur ad illius laudem, & gloriam dilecto filio Petro Aluari, & nonnullis alijs dicti Ordinis Minorum Fratribus de voluntate, conſilio, & aſſenſu dilectorum filiorum Capituli Prouincialis Fratrum Tertij Ordinis Prouinciæ huiuſmodi pure, & libere conceſſit, & donauit.

3 Necnon Petrus, & alij Fratres prædicti ſimplices, & iuris ignari credentes eis hoc licere, Domum, ſiue Oratorium huiuſmodi cōceſſionis prædictarum prętextu de facto acceptantes, illam, ſeu illud in ſuis ædificijs, & ſtructuris fidelium ſuffragijs repararunt, &c. Quare pro parte Gulielmi Miniſtri, Guardiani, &c. Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eiſdem Guardiano, &c. de abſolutionis beneficio ab excommunicationis ſententia, &c. prouidere, &c. dignaremur. Nos igitur, &c. diſcretioni ſuæ, &c.

4 Mandamus, quatenus Petrus, & Fratres Domus, ſeu Oratorij huiuſmodi, ſi hoc humiliter petierint ab eadem excommunicationis ſententia auctoritate noſtra, hac vice dumtaxat, abſoluas in forma eccleſiæ conſueta, iniunctis, &c. quæ de iure fuerint iniungenda, & cum illis ſuper irregularitate, &c. diſpenſes, aboleaſq; omnē inhabilitatis, & infamiæ maculam, &c.

Et inſuper, ſi conceſſionem vigore pręſentium per ſe fieri contigerit, vt præfertur, Fratribus Ordinis Minorum in Domo, vel Oratorio

V huiuſ-

huiuſmodi ſub dicta obſeruantia pro tempore degentibus, vt ipſi omnibus, & ſingulis priuilegijs conceſſis in perpetuum vti, & gaudere licite, & libere auctoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus. Datum Florentiæ anno, &c. 1439. ſexto Calendas Iunij anno nono. *Id eſt 27. Aprilis, Ordinis 219. Religionis 40.*

Vadingus tom. 5. Bulla 153. ex lib. 1. de Regular. anno 9. fol. 253.

Tertiarij cum ſuo Prouinciali in Portugallia eccleſiam, ruina ſubiectam donauerũt Guardiano, & Fratribus Minorũ qui putantes ſe per huiuſmodi receptionem eſſe excommunicatos petierunt à Sede Apoſtolica abſolui; gratia illis facta fuit exequenda per dictum Abbatem, ſi peterent abſolui.

Sed quæ eſt iſta excommunicatio? in clem. 3. de pœnis, vbi Papa innouat Bullam Bonifacij VIII. relatam in cap. Vn. de exceſſ. prælat. vbi interdicitur receptio nouorum conuentuum Mendicantib. ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, adijciendo excommunicationem nulli reſeruatam.

Vadingus ſub n. 69. ignorat, an is conuentus ſit in bonis de Obſeruantibus.

BVLLA XCI.

EVgenius IV. *eximit Fratres S. Fructuoſi Aſtoricenſis diœceſis ab omnibus contributionibus, & decimis.*

1 Ad ea, per quæ fidelium, &c. Hinc eſt, quod Nos dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum Domus S. Fructuoſi Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati Aſtoricenſis diœceſis in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt ipſi, & qui pro tempore fuerint Miniſtri, & Fratres dictæ Domus, cuius fructus, redditus, & prouentus quindecim librarum Turonenſium paruorum ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, vt dicti ſupplicantes aſſerunt, non excedunt, ratione quorumcumq; fructuum ex terris, ſiue prędijs ad eos, & dictam Domum pro tempore pertinentibus, quæ per ipſos, vel eorum ſumptibus excoli contigerit pro tempore, excreſcentium, & prouenientium, necnon etiam animalium ſuorum in Domibus, ſeu paſcuis eorumdem pro tempore nutritorum, quibuſuis locorum Ordinarijs, ac parochialium eccleſiarum Rectoribus, in quorum videlicet Ordinariorum diœceſibus, & eccleſiarum huiuſmodi parochiarum limitibus tunc prędia, aut paſcua prędicta conſiſtunt, decimas ſoluere, & alias in talijs,

Digitized by Google

lijs,& ſubſidijs quibuslibet Apoſtolica, vel alia auctoritate impoſitis hactenus, & inantea imponendis contribuere minime teneantur; nec ad ſolutionem decimarum, ac contributionem taliarū, & ſubſidiorum huiuſmodi, vel alicuius eorumdem aliqualiter ab Ordinarijs, & Rectoribus prędictis, vel eorum aliquo, ſiue alijs quibuſcumq; quauis auctoritate ullo umquam tempore cogi, neq; compelli poſſint, nec debeant. Quibuſcumq; conſtitutionibus &c. Nulli ergo, &c. Datum Florentię anno, &c. 1439. quinto idibus Iunij, anno nono. *Ideſt 9. Iunij Ordinis 219. Religionis 40.*

Vadingus tom. 5. Bulla 155. ex lib. 1. de Regular. an. 9. fol. 21.

BVLLA XCII.

EVgenius IV. ſcribit Epiſcopo Senenſi, vt det licentiam Sororibus Domus S. Margaritæ Senenſis eligendi Miniſtram, & confeſſarium, ac recipiendi legata.

1 Sacræ Religionis, ſub qua Benedicta de Peurſio, cæteræq; Sorores Domus S. Margaritę Senenſis Tertij Ordinis S. Franciſci, &c. Sane pro parte earumdem Sororum. *Vide ſupra Bullam LXXXVII. eiuſdem Eugenij vſq; ad illa verba reperitas corrigere adde ſequentia.* Ipſæque Sorores ſibi confeſſorem eligere, qui eas confeſſionibus auditis abſoluere, eiſq; eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, & vota per eas emiſſa in alia pietatis opera commutare, quodq; ipſæ, quę Miſſam, & alia diuina officia, iuxta inſtituta dicti Ordinis, diebus ſingulis audire tenentur; nec præſertim iuuenibus mulieribus ibidem exiſtentibus, & quæ de cætero erunt, Domino concedente vagandi occaſio prębeatur ad audienda illa diebus Dominicis, & feſtiuis, tantummodo teneantur; & legata eis in vltimis voluntatibus, aut alias quouis modo relicta, abſq; diminutione exigere, & recipere valeant, licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, &c. *Vide eamdem Bullam vſq; ad illa verba. Auctoritate concedas.*

2 Et inſuper vt Miniſtra, & Sorores prædictæ tam præſentes, quam quæ pro tempore erunt, in eadem Domo votiuis, auctore Domino, proficiant incrementis, eis, vt aliquem idoneum, & diſcretum presbiterum in ſuum poſſint eligere confeſſorem, qui quoties eis

 fuerit

fuerit opportunum, earum confeſſionibus diligenter auditis pro commiſſis eis debitam abſolutionem impendat, & iniungat pænitentiam ſalutarem, niſi talia forent, propter quæ eſſet merito Sedes Apoſtolica conſulenda.

3 Quodq; ijſdem Sororibus miniſtrare valeat eccleſiaſtica Sacramenta. Vota autem per eaſdem Sorores forſan emiſſa, & in poſterum emitenda, Religionis, obedientiæ, continentiæ, caſtitatis vobis dumtaxat exceptis, eadem auctoritate in alia pietatis opera commutare, prout ſecundum Deum, animarum earum ſaluti viderit expedire.

4 Volumus quoq; quod diebus Dominicis, & feſtiuis Miſſis, & alijs diuinis officijs per eaſdem Sorores deuote auditis, ad id diebus alijs minime teneantur.

5 Et demum Sororibus ipſis recipiendis perpetuis pia legata ipſis, ſeu earum alteri per quoſcumq; Chriſtifideles quorumcumq; locorum in eorum ultima voluntate, vel alias relicta, vel in poſterũ relinquenda Ordinarij loci, ac parochialis eccleſiæ, & cuiuſuis alterius iure ſaluo, exigendi, & recipiendi, &c. concedimus facultatem. Felicis recordationis Clementis V. Ioannis XXII. & Bonifacij VIII. &c. nequaquam obſtantibus, &c. Datum Florentiæ anno, &c. 1439. quarto nonas Iulij, anno nono. *Ideſt 4. Iulij, Ordinis 219. Religionis 40.*

Vadingus tom. 5. Bulla 156. ex lib. 1. de Regular. anno 9 fol. 100.

BVLLA XCIII.

E*Vgenius IV. omnibus Sororibus militantibus ſub Angelina præſentibus & futuris concedit ea omnia, quæ ſunt conceſſa in præcedenti Bulla.*

1 Sacræ Religionis, &c. Nos igitur, &c. Vobis, inter quas, vt aſſeritis, nonnullæ mulieres iuuenes exiſtunt, quibus periculoſum eſſet ſingulis diebus pro audiendis Miſſis, vt teneantur de Domo, qua degunt, exire, vt aliquem idoneum presbiterum in veſtrum poſſitis eligere confeſſorem, qui quoties fuerit opportunum. *Vide præcedentem Bullam ad illud verbum Expedire, & ſequere.*

2 Quodq; diebus Dominicis, & feſtiuis Miſſis, & alijs diuinis officijs per vos deuote auditis, ad id diebus alijs minime teneamini. Re-

cipiendi

Digitized by Google

cipiendi quoq; pia legata Domui veſtræ, ſeu vobis, aut alteri ve-ſtrum, &c. Ordinarij loci, &c. ſaluo, exigendi, & recipiendi. Non obſtantibus, &c. plenam, & liberam facultatem, &c. indulgemus. Nulli ergo, &c. Datum Florentiæ anno, &c. 1439. quarto nonas Iulij, anno nono. *Ideſt 8. Iulij Ordinis 229. Religionis 40.*

Vadingus tom. 5. Bulla 157. ex lib. 1. de Regular. & exhib. an. 9. fol. 24.

BVLLA XCIV.

EVgenius IV. concedit Sororibus in clauſura manentibus Neapolitanis omnes indulgentias, quas lucrantur ſæculares viſitantes alias eccleſias, ac ſi illas viſitarent, propriam viſitantibus.

1 Odor bonæ famæ, &c. Cum itaque ſicut Nobis nuper exhibita petitio continebat, vos, quæ ſub perpetua clauſura, & regularis obſeruantia continetis, &c. cupiatis indulgentijs, & remiſſionibus adiuuari, ne extra veſtram clauſuram exeundi vlla de cauſa vobis occaſio præbeatur, &c.

2 Vobis vere pænitentibus, & confeſſis, quandiu in clauſura, & regulari obſeruantia vos ipſas ſeruabitis, vt viſitando eccleſiam veſtræ Domus in diebus, & feſtiuitatibus, quibus Chriſtifidelibus reliquas eccleſias in ciuitate Neapolitana conſiſtentes, indulgentiæ, & peccatorum remiſſiones ſunt conceſſæ, illas indulgentias & peccatorum remiſſiones conſequamini in eadem ipſa clauſura, & obſeruantia viuentes, quas conſequeremini, ſi prædictas eccleſias tempore feſtiuitatum, & viſitationis huiuſmodi, viſitaretis, & ſpeciales Altiſſimo pro bono ſtatu S.R.E. preces effundatis, &c. Datum Florentiæ anno, &c. 1439. quinto idus Iulij anno nono.

Vadingus tō 5. Bulla 158. ex lib. 1. de Regular. & exhibitis an. 9. fol. 72.

Hanc indulgentiam lucrantur Sorores eiuſdem Ordinis in ſuis Eccleſijs exiſtentibus in alijs ciuitatibus, cum Paulus V. has non reuocauerit.

BVLLA XCV.

EVgenius IV. ſcribit Abbati monaſterij S. Siri Ianuenſis, vt concedat licentiam Sorori Mariæ exercendi Hoſpitalitatem in ſua Domo prope Oratorium Sancti Geneſij cum electione confeſſarij pro ſe, & pauperibus.

1 Pijs

1 Pijs fidelium votis,&c. Cùm itaq; exhibita Nobis nuper pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Mariæ de Finali Sororis Ianuenſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati petitio continebat,quod ipſa zelo deuotionis accenſa, & ob ſingularem affectionem,quam gerit ad Capellam Oratorium nuncupatum S. Geneſij Ianuenſis,ad quam propter multa miracula, quæ Deus Omnipotens ipſius Sancti interuenientibus meritis operatus eſt, maxima concurrit populi multitudo, proponat Capellam ipſam reparare,ac augere, & in quadam Domo per eam legitime aquirenda eidem Capellæ propinqua hoſpitalitatem ſeruare, ſi ſibi illius cura, & regimen committantur; necnon ſacerdotem idoneum, qui Miſſas, & alia diuina officia in dicta Capella quæ proprios redditus nullos habet celebret, ponendi, & deputandi, ac eidem ſacerdoti illa celebrandi; necnon ipſius Mariæ, ac pauperum in dicta Domo pro tempore degentium confeſſiones audiendi, & pro commiſſis pænitentiam ſalutarem iniungendi facultas, & licentia plenaria tribuatur. Nos igitur,&c.diſcretioni ſuæ,&c.

2 Mandamus,quatenus de præmiſſis omnibus, & ſingulis, & eorum circunſtantijs vniuerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi, &c. poſtquam dicta Maria Capellam prædictam reparauit, vt præfertur,eidem Mariæ,vt in dicta Domo hoſpitalitatem tenere, pauperesq; ad eamdem pro tempore venientes recipere; & in dicta Capella aliquem Sacerdotem idoneum qui Miſſas, & alia diuina officia ibidem celebret ponere, & deputare. Necnon eidẽ Sacerdoti, & Miſſas, & officia huiuſmodi celebrare, ac eiuſdem Mariæ, & pauperum prædictorum confeſſiones audire, &c. eiſq; Euchariſtiam,& alia Sacramenta eccleſiaſtica miniſtrare, Diæceſani loci,&c.minime requiſita, libere, liciteq; valeat, auctoritate noſtra facultatem, & licẽtiã omnimodam largiaris;iure,&c.ſaluo. Non obſtantibus, &c. Datum Florentiæ 1439. ſexto idus Auguſti,anno nono. *Ideſt 8. Auguſti, Ordinis 219. Religionis 40.*

Vadingus tom.5. Bulla 160. ex lib.2. de Regular. &c. an.9. fol.131.

BVLLA XCVI.

EVgenius IV. confirmat ſtatuta facta à Sororibus Collegij Peruſini.

1 Sedis

1 Sedis Apoſtolicæ prouidentia, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectarum filiarum vniuerſarum Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Collegij Peruſini petitio continebat, quod licet ipſæ à tempore quondam Bonifacij IX. &c. nuncupati prætextu cuiusdam confirmationis ſtatutorum per bonæ memorię Franciſcum tit. S. Suſannę Presbiterum Cardinalem factæ, per quę eædem Sorores ſub cura, & regimine vnius Generalis Miniſtrę per easdem Sorores pro tempore eligendæ viuere, illique obedire haberent, mulieres ſeculum fugientes, & ad collegium huiuſmodi pro tempore venientes ad Miniſtram prędictam irent, ab ea, & non ab alia, vel alio huiuſmodi Tertij Ordinis habitum recipere; & nonnulla alia, quę in huiuſmodi ſtatutis, in ipſius Cardinalis inſertis plenius continentur, iuxta quę ipſæ Sorores hactenus inuicem laudabiliter vixerunt, prout viuunt etiam de pręſenti.

2 Verum quia à nonnullis aſſeritur, prędictum Cardinalem confirmationem huiuſmodi ſtatutorum facere minime potuiſſe, & propterea easdem Sorores excommunicationis ſententiam, aliaſq; cenſuras, & pænas incurriſſe.

3 Et ſicut eadem petitio ſubiungebat, propter præmiſſa inter easdē Sorores murmurationes, & ſcandala in partibus illis oriuntur, adeo vt ſine mentis quiete viuentes, quæ Dei ſunt, minus debite valeant cogitare, & niſi eis de celeri remedio ſuccurratur, eadem Religio, ſeu ipſarum viuendi modus poſſet ad nihilum veriſimiliter prouenire.

4 Quare pro parte dictarum Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ipſas, quæ dicti Cardinalis poteſtatem probabiliter ignorabant, à quibuſuis excommunicationibus, ſententijs, alijſq; cenſuris, &c. abſoluere, omniaq; per easdem Miniſtram, & Sorores alias rite geſta rata habere, &c. dignaremur.

5 Nos igitur, &c. Miniſtram, & Sorores prædictas ab omnibus excommunicationum ſententijs, alijſq; cenſuris, &c. abſoluentes, omniaq; per easdem Miniſtram, & Sorores & ſingula rite geſta, et rata habentes illaq; & prædicta ſtatuta in ipſis Cardinalis literis inſerta, ac cætera in eis contenta, quæ in Cancellaria noſtra inſpici fecimus diligenter, et quæ ibidem rationabilia, etc. confirmamus, etc. Tenor vero dictorum ſtatutorum ſequitur, et eſt talis. *omittitur.*

omittitur. Nulli ergo, etc. Datum Florentiæ anno, etc. 1439. decimo octauo Calendas Februarij anno nono. *Ideſt* 15. *Ianuarij*, *Ordinis* 219. *Religionis* 40.

Vadingus tom. 5. Bulla 169. ex lib. 1. de Regular. &c. an. 9. fol. 98.

Statuta quadam facta per Cardinalem confirmantur, & Sorores abſoluũtur ab excommunicatione incurſa, quia acceptarunt ea ſtatuta, quæ Cardinalis facere non poterat illis. Dicunt ſe Generaliſſam habuiſſe tempore Bonifacij IX. Eas conſtitutiones fecit de conſenſu F. Benedicti de Tuderto Ordinis Minorum, qui prohibet ne Sorores cum Fratribus eiuſdem Tertij Ordinis, aut eorum Miniſtro faciant collegium, ſed ſeparentur ab illis, nec debeant illi, aut illis obedire.

Addit Vadingus, quod ille Cardinalis cognomine Carbonus fuit Protector Ordinis ab anno 1389. *ad* 1404. *pro tempore vixit Bonifacius IX. allegatus in Bulla, qui illis conceſſit Generaliſſam. Bulla incip.* Licet ex iniuncto 15. *Cal. Aprilis* 1390. *apud Vading. tom. 4. in Append. fol.* 221. *referente Alua num.* 5.

BVLLA XCVII.

EVgenius IV. indulget Sororibus Aldenardenſis diæceſis Tornacenſis, ne cogi poſſint recipere Sorores eiuſdem Ordinis, neq; ſe abſentare ab eadem Domo ſine licentia.

Religioſam vitam, &c. Cupientes igitur, vt in Domo veſtra regularis obſeruantia, quæ in illis, ſicut accepimus, exemplariter initiũ ſumpſit, in antea cum caritate feliciter conſeruetur, &c. Vobis, &c. Indulgemus, quod ex nunc inantea perpetuis futuris temporibus aliquam Sororem ex alijs Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Domibus ſine veſtro, vel plurium ex vobis, ac dilectorum filiorum prædictæ veſtræ Domus Viſitatoris, & Miniſtri vnanimi conſenſu in Sororem eiuſdem Domus veſtræ recipere non teneamini, nec ad id à quoquam inuitæ valeatis aliquatenus coarctari; nullique etiam veſtrum liceat, ſine conſimili conſenſu, ſe ab eadem Domo veſtra quomodolibet abſentare. Non obſtantibus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Florentiæ anno, &c. 1440. pridie nonas Aprilis, anno decimo. *Ideſt* 4. *Aprilis*, *Ordinis* 220. *Religionis* 41.

Vadingus tom. 5. Bulla 173. ex lib. 1. de Regular. anno 10. fol. 248.

Idem

Digitized by Google

Idem Eugenius Bulla 177. *incip.* Splendor paternæ gloriæ, *& lib.* 1. *de Regul. anno* 10. *fol.* 114 *ſub datum Florentiæ* 1440. *nonis Auguſti anno decimo, viſitantibus eccleſias Domorum Fratrum de Obſeruantia, & de Tertio Ordine in omnibus partibus orientis, & alijs partibus ſub cura fratris Iacobi de Bononia concedit indulgentiam ſimilem illi de Portiuncula pro eodem die.*

BVLLA XCVIII.

E*Vgenius IV. conſtitutiones Domorum, Sororum receptiones, electiones Miniſtrarum, & alia à B. Angelina peracta confirmat.*

1 Apoſtolicæ Sedis prouidentia, &c. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Margaritæ S. Annæ Fulginatenſis, Franciſcæ S. Onofrij Florentinenſis, Ceciliæ S. Ioannis Tudertinenſis, Margaritæ S. Quirici Aſſiſinatenſis, Claræ S. Margaritæ Eſculanenſis, aliarumq; Sororum ſub Regula, & Obſeruantia Tertij Ordinis, quem Beatus Franciſcus inſtituit, & qui de Pænitentia nuncupantur, viuentium, Nobis nuper exhibita continebat, quod dudum felicis recordationis Vrbanus Papa V. prædeceſſor noſter quoddam dilectę in Chriſto filię Angelinę de Fulgineo eiuſdem Ordinis profeſſæ, vt ipſa quarumcumq; mulierum ſemotius à ſeculo pro diuino ſeruitio ſe conſtituere, & ſe ſub ſtrictiori eiuſdem Ordinis Obſeruantia, & Regula, quam ordo ipſe inſtituit viuere volentium, congregationem facere, & eas non ſolum in Monaſterio S. Annæ de Fulgineo ipſius Ordinis, ſed etiam in alijs Domib. per eandem Angelinam in alijs partibus propterea erigendis, in quibus mulieres ipſæ ſeculum fugientes Deo liberius, & quietius famulari poſſent, recipere, & aggregare valeret, viuæ vocis oraculo duntaxat gratioſe conceſſit.

2 Cuius conceſſiones vigore dicta Angelina de ipſa conceſſione confiſa plures Domos, & loca ad hoc erexit, & deinde ad nonnullorum religioſorum conſilium, & exhortationem, vt conceſſio ipſa maioris obtineret roboris firmitatem pro parte ipſius Angelinæ, & plurium aliarum Sororum dicti Ordinis Martino Papę V. prędeceſſori noſtro extitit ſupplicatum, vt ipſe conceſſionem huiuſmodi, & erectionem, ac omnia alia geſta, & factam per dictam Angelinam, & Sorores eaſdem etiam de electione, & ordinatio-

vnam particularem, quę Sororibus locorum prędictorum pręſit, ac omnibus locorum huiuſmodi vnam aliam Generalem Miniſtram ſingulis triennijs, quę cum Viſitatoris pro tempore exiſtentis conſilio loca huiuſmodi reformare, particulareſq; locorum eorumdem Miniſtras male ſegerentes deponere; ipſaq; Generalis Miniſtra Sorores delinquentes punire valeat, eligendi, necnon eidem Generali Miniſtrę in eius abſentia, alij, vel alijs ex Sororibus dictorum locorum, prout ſibi videbitur, in pręmiſſis vices ſuas committendi; ac mulieres loca ipſa intrare volentes recipiendi, eiſq; regularem habitum exhibendi, et ad profeſſionem locorum huiuſmodi Sororibus ſolitam admittendi; et loca earum vendendi, et alia magis accommoda emendi; necnon illa permutandi, ac noua conſtruendi, et recipiendi, iure parochialium, etc. ſaluo.

7 Chordam inſuper loco corrigię gerendi, et eis, ac earum cuilibet idoneum presbiterum ſecularem, vel regularem cuiuſuis Ordinis in confeſſorem eligendi, etc. Eidem confeſſori cum eiſdem Sororibus ſuper quibuſcumq; votis, Caſtitatis, et Religionis votis dũtaxat exceptis, diſpenſandi, illaque in alia pietatis opera commutandi; Sororibuſq; ipſis Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrandi, plenam, et liberam concedimus, etc. facultatem.

8 Volentes, quod eadem Miniſtra Generalis eo ipſo quod electa canonice fuerit, confirmata eadem auctoritate cenſeatur. Et inſuper Miniſtris, et Sororibus locorum, et Domorum huiuſmodi; ac eiſdem Domibus, atq; locis, vt omnibus, et ſingulis priuilegijs, etc. conceſſis, aut concedendis perpetuo vti, et gaudere valeant. Extrauaganti prędicta, et alijs conſtitutionibus, etc. eadem auctoritate concedimus per præſentes. Nulli ergo, etc. Datum Florentię anno 1440. ſexto Nonas Maij anno decimo. *Ideſt 6. Maij, Ordinis 220. Religionis 41.*

Vadingus tom. 5. Bulla 174. ex lib. 1. de Regular. anno 10 fol. 110.

Vrbanus V. dedit licentiam Angelinæ nunc Beatæ de Fulgineo faciendi congregationem de Sororibus Tertij Ordinis ibidem & in alijs locis, viua vocis oraculo, quam Martinus V. commiſit Epiſcopo Tudertino, qui conſultis iuris peritis, omnia per eam geſta confirmauit, nonnullis dubitantibus, & aſſerentibus Sorores non poſſe facere congregationem occurrit Eugenius IV. confirmando omnia vti rite facta. Addendo, quod

Generalis eligeretur per triennium cum poteſtate corrigendi, recipiendi ad profeſſionem, eligendi Vicariam, confeſſarium qui ab omnibus abſoluat, commutet vota exceptis votis Caſtitatis, & Religionis; cum facultate alienandi, nouas Domos conſtruendi ſaluo iure, &c. Miniſtra Generalis canonice electa habetur pro confirmata. Concedit priuilegia iam conceſſa, & in futurum concedenda. Bulla Martini V. eſt ſub num. LIX.

BVLLA XCIX.

EVgenius IV. dat licentiam Sororibus Reatinenſibus recipiendi Domum cum multis priuilegijs.

1 Sacræ Religioni, &c. Sane petitio pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Margaritæ, Magnę, Nicolaæ de ciuitate Ducali Reatinẽſis diæceſis, aliarumq; Sororum ſuarum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati, Nobis nuper exhibita continebat, quod olim ipſę terrena deſideria euitare, &c. habitum Ordinis prædicti pijs mentibus in Domino aſſumpſerunt, in quo, quantum cũ Deo ex tunc potuerunt in ciuitate Reatinatenſi ſegregatę commorantes honeſte vixerunt, quia tamen loco carent, in quo poſſint ſe à mundanis illecebris, &c. Pro parte Margaritæ, & Sororum prædictarum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

2 Nos igitur Margaritam, & Sorores antedictas in ſuo laudabili propoſito confouere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem Margaritæ, & Sororibus præſentibus, & futuris Domum aliquam in vrbe, aut ciuitate Reatina orationi, & religioni earum accommodam recipiendi, & in illa cõmorandi, Miniſtrãq; ſibi vnam ex eis, quę alijs præſit, ſingulis triennijs eligendi, ac Miniſtræ ſic eligendæ Domum, & Sorores huiuſmodi regendi, & gubernandi.

3 Necnon mulieres à ſeculo fugientes in Domum ipſam, & ad profeſſionem iuxta conſuetudinem dicti Ordinis, recipiendi, & admittendi, eiſq; regularem habitum exhibendi; eiſdem Miniſtrę, & Sororibus locum recipiendum huiuſmodi, poſtquam receptus fuerit, vendendi, & alium commodiorem, prout eis videbitur, emendi, ſiue permutandi, et nouum conſtruendi, et recipiendi.

4 Cordam quoq; ſi ex deuotione placuerit, loco corrigiæ gerendi; et cuiuſuis Ordinis presbiterum religioſum, vel regularem, ſiue

etiam

etiam ſecularem in confeſſorem eligendi. Ac omnia alia, et ſingula in præmiſſis, et circa eas neceſſaria prout Sorores eiuſdem Ordinis in Peruſin. Fulginat. Aquilan. Viterbien. et alijs ciuitatibus degentes faciunt, et facere poſſunt, exercendi.

5 Idemq; confeſſor, quoties ei viſum fuerit opportunum dictarum Sororum confeſſionibus diligenter auditis, pro commiſſis eis debitam abſolutionem impendat, et iniungat pænitentiam ſalutarẽ, niſi talia fuerint, propter quæ Sedes, etc. Quiq; eisdem Sororibus miniſtrare valeat Eccleſiaſtica Sacramenta.

6 Necnon in mortis articulo ſemel tantum omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contritæ, et ore confeſſæ fuerint plenariam remiſſionem eis in ſinceritate fidei, vnitate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, et deuotione noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus auctoritate Apoſtolica concedere valeat. Ita tamen, quod de eis, de quibus fuerit ſatisfactio impendenda, eam illis per eas, ſi ſuperuixerint, aut per alios, ſi tunc forte tranſierint, faciendam iniungat; quam ipſæ, vel illæ facere teneantur, vt præfertur. Et ne, quod abſit, propter huiuſmodi gratiam reddantur procliuiores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi aliqua forſan commiſerint, quod ea prædicta remiſſio eis nullatenus ſuffragetur.

7 Et inſuper, quod per vnum annum à tempore, quo preſens noſtra. *Quare ſupra aliam Bullam: Magnæ deuotionis quære ſt LXXIII. &c.* Plenam, et liberam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem.

8 Eidem inſuper confeſſori cum eiſdem Sororibus ſuper quibuſcumq; votis, caſtitatis, et religionis exceptis, diſpenſandi, illaq; in alia pietatis opera commutandi, eadem auctoritate ſimiliter facultatem concedentes.

9 Volentes etiam, quod eadem Miniſtra, eo ipſo, quod canonice electa fuerit, per id tempus auctoritate prædicta confirmata cenceatur. Quodq; Miniſtra, et Sorores, quæ pro tempore fuerint, nec non earum loca, omnib. et ſingulis priuilegijs, etc. conceſſis, aut concedendis perpetuo vti valeant, et gaudere. Extrauagantes felicis recordationis Ioannis Papæ XXII. etc. Sancta Romana, et alijs, etc. Nulli ergo, etc. Datum Florentiæ anno, etc. 1440. duodecimo

decimo Calendas Octobris, anno decimo. *Ideſt 20. Septembris Ordinis 220. Religionis 41.*

Vadingus tom. 5. Bulla 182. ex lib. 1. de Regular. anno 10. fol. 53.

Conceditur facultas recipiendi Domum, & receptam vendendi, & permutandi in melius; eligendi in ea vnam ex Sororibus Miniſtram per triennium, quæ Domum & Sorores regat. Eligendi confeſſarium, qui miniſtret illis omnia Sacramenta, abſoluat à non reſeruatis ſedi; diſpenſet & commutet vota non excepta. Recipiendi nouitias ad habitum, & profeſſionem, qui illis det indulgentiam plenariam in articulo mortis, adiectis quibuſdam conditionibus.

BVLLA C.

EVgenius IV. concedit Sororibus Domus S. Catarinæ de S. Audomaro diœceſis Morinenſis viuendi ſub tribus votis ſolemnibus.

1 Dum reductæ mentis, &c. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Magiſtræ, & Sororum Domus S. Catarinæ extra portam Altipontis oppidi S. Audomari de S. Audomaro Morinenſis diœceſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim pro parte earum dilectis filijs Generalibus dilecti filij noſtri Ioannis tituli S. Praxedis Presbiteri Cardinalis, & Epiſcopi Morinenſis in ſpiritualibus Vicarijs expoſito, quod ipſæ ob melioris, arctioriſq; vitæ frugem, & vt veræ regulari obſeruantiæ magis ſe conformarent, in communi, ac ſine proprio, atq; conuentualiter viuere, & cohabitare, & communitatem obſeruare; necnon tria principalia religionis vota, obedientiam videlicet, caſtitatem, & paupertatẽ voluntaria, citra tamen mendicitatem publicam, retentis etiam factis eis pro tempore à Chriſtifidelibus donationibus, & conceſſionibus, promittere, & obſeruare cupiebant, prædicti Vicarij facta primitus per eos de dictarum Magiſtræ, & Sororum ſtatu, vita, conuerſatione, moribus, honeſtate informatione diligenti, eis, viuendi, cohabitandi, & communitatem obſeruandi, vt præfertur, ac vota prædicta emittendi; necnon vnum ex Fratribus dicti Ordinis de illius Viſitatoris conſilio in earum Miniſtrum per ipſarũ libito eligendi, conceſſerant, prout in eorumdem Vicariorum deſuper confectis literis plenius continetur. Quare pro parte Ma-

giſtræ,

giſtræ, & Sororum prædictarum fuit Nobis humiliter ſupplicatum, &c.

2 Nos igitur, &c. conceſſionem, & contenta huiuſmodi, & rata grata habentes illa, & quod eorum obtentu factum eſt auctoritate Apoſtolica confirmamus; & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

3 Et nihilominus Magiſtræ, & Sororibus prædictis, & alijs, quæ deinceps in perpetuum in eadem, ſeu alia eius Domo dicti Ordinis fuerint, Sororibus, quod Miniſter, ſiu Viſitator, aut eis nolentibus, ſeu ex quacumq; cauſa non valentibus, Magiſtra pro tempore exiſtens Domus huiuſmodi à Sororibus illam ingredi volentibus regularem profeſſionem iuxta morem profitentium ſolemniter recipere, & admittere, eiſq; habitum regularem cum ſcapulari, & corda dare, ac ipſas velare: Nec non Magiſtra ipſius Domus pro tempore exiſtens quarumlibet pro tempore exiſtentium inibi Sororum exceſſus, cum conſilio tamen Viſitatoris, ſeu Miniſtri huiuſmodi vſq; ad carceres incluſiue corrigere, ac punire.

4 Ac eiſdem Viſitatori, & Miniſtro, quod Magiſtræ, & pro tempore degentium Sororum huiuſmodi, quoties opportunum fuerit, confeſſiones audire, ipſiſq; pro commiſſis ſalutarem pænitentiam iniungere. Eucharistiæ inſuper, & quæuis alia Eccleſiaſtica Sacramenta, & Sacramentalia in capella eiuſdem Domus, abſq; tamen iuris alieni præiudicio miniſtrare libere, & licite valeant, eadem auctoritate concedimus per præſentes.

5 Cæterum ſi fortaſſis S. Catarinæ huiuſmodi quandocumq; & quacumque occaſione demoliri, ſeu deuaſtari contigerit, Nos Magiſtræ, & Sororibus Domus pro tempore exiſtentibus, huiuſmodi aliam cum capella, & alijs neceſſarijs in loco ad hoc congruo, & honeſto infra oppidum prędictum, aut extra illius muros. Domumq; ac in ea degentes Sorores omnibus, & ſingulis priuilegijs, &c. quibus Magiſtra, & Sorores, ac Domus huiuſmodi vti, & gaudere valeant, de nouo erigi, & conſtrui faciendi, ac illam, alieno iure ſaluo, inhabitandi eadem auctoritate licentiam elargimur. Non obſtantibus felicis recordationis Gregorij Papæ X. &c. cæteriſq; &c. Datum Florentiæ anno 1440. ſexto Calendas Ianuarij, anno decimo. *Id eſt 27. Decembris, Ordinis 220. Religionis 41.*

Va-

Vadingus tom. 5. Bulla 180. ex lib. 1. de Regular. anno 10. fol. 44.
Vicarij Generales Morinenſis Vrbis conceſſerunt illis, vt poſſent ſolemniter vouere P.C. & O. & ſibi eligere confeſſorem eiuſdem Ordinis Tertij Viſitatoris conſilio. Papa ea omnia confirmat. Inſuper recipere ad habitum, & profeſſionem nouitias, dando cordam, & velum. Corrigere exceſſus earum etiam carcerando. Viſitator, & Miniſter earum confeſſiones audiunt, & alia Sacramenta miniſtrare, abſq; praiudicio. Mutandi Domum in meliorem. Conceduntur denique priuilegia.

BVLLA CI.

EVgenius IV. ſcribit Gaſpari Archiepiſcopo Neapolitano Peruſiæ Gubernatori, ut quædam hæreditas reſtituatur Sororibus S. Mariæ Vallis Fabricæ.

1 A ſummo Patre familias, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Magdalenæ Maſſucij Miniſtrę, & Sororum Domus S. Marię Vallis Fabricę Tertij Ordinis Beati Franciſci de Pęnitentia nuncupati Pęruſinę diœceſis petitio continebat, quod olim poſtquam quoddam Paulus Angeli de Peruſio laicus concedens, &c. teſtamentum, in illo inter alia voluerat, & ordinauerat, quod poſt eius obitum in certis ſuis palatio, & domo, necnon terreno, ſeu tenimento eis contiguo, in loco Terrazani dictę diœceſis conſiſtentib. tunc expreſſis, vnus locus pro perpetuis vſu, & habitatione aliquarum mulierum, & Sororũ dicti Tertij Ordinis in eo Altiſſimo ſeruiturarum erigeretur, & fieret; eo defuncto dilectus filius Vannes Bertuccij eius nepos, & vniuerſalis heres, poſtpoſitis voluntate, & ordinatione huiuſmodi, palatium, domum, & terrenum prędicta dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſę, & conuentui Monaſterij S. Agnetis de Podiolongij Ordinis S. Claræ Pęruſinę diœceſis per modum excambij pro nonnullis aliis immobilibus bonis ſub certis modis, & formis etiam tunc expreſſis, de facto conceſſit.

2 Quodq; licet à non multo tempore citra, & dilectę in Chriſto filię Abbatiſſa, & conuentus Monaſterij S. Pauli Pauaronis prope Peruſium dicti Ordinis S. Clarę, cui interim Monaſterium S. Agnetis canonice vnitum fuiſſe dicitur, aliquali conſcientia ductę, palatium, & domum dumtaxat eiſdem Miniſtrę, & Sororibus libere dimiſerunt,

miſerunt, tamen terrenum huiuſmodi alienando, illud in dilectum filium Matiottum Angeli ciuem Peruſiuum auctoritate propria tranſtulerunt, qui illud ex tunc detinuit, prout detinet etiam de pręſenti in non paruum Miniſtrę, Sororum, ac Domus S. Marię prędictarum detrimentum, & iurium lęſionem. Quare pro parte dictarum Miniſtrę, & Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. Fraternitati tuę, &c.

3 Mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, voluntatem teſtatoris huiuſmodi facias auctoritate noſtra firmiter obſeruari, decernens prędictas, & alias conceſſiones, & alienationes quaſlibet contra formam, & intentionem dicti teſtatoris factas, nullius exiſtere roboris, vel momenti contradictores, &c. Non obſtantibus, &c. Datum Florentiæ anno 1441. quinto idus Septembris, anno vndecimo. *Ideſt 9. Septembris, Ordinis 221. Religionis 42.*

Vadingus tom. 5. Bulla 194. ex lib. 1. de Regular. &c. anno 11. fol. 99.

BVLLA CII.

EVgenius IV. confirmat Domum cum Oratorio S. Michaelis alla Deccia oppidi S. Romuli Feſulanenſis diœceſis.

1 Sinceræ deuotionis affectus, &c. Sane pro parte veſtra Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim quondam Nicolaum Roberti de Dauanzatis Domicellum Florentinum, & Franciſcũ Franciſci eiuſdem Ordinis profeſſorem, bonæ memoriæ Bindo Epiſcopo Feſulanenſi expoſito, quod dudum ipſe Nicolaus cupiens, &c. aliquod Oratorium ad Dei honorem, &c. conſtrui facere, &c. in oppido S. Romuli, ac loco vulgariter nuncupato à la Doccia Feſulanenſis diæceſis conſiſtenti, tunc expreſſorum cum domo, furno, terris, vineis, nemoribus, & alijs omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis emerat, & dicto Franciſco pro Oratorio huiuſmodi cum dormitorio, & alijs neceſſarijs pro ſex Fratribus inibi reſidere volentibus conſtruendo.

2 Ea conditione adiecta, quod ipſe Franciſcus huiuſmodi Oratoriũ cuius Guardianus exiſteret, ſub vocabulo S. Michaelis dedicare, & in illo ipſius Nicolai arma ponere, ac ipſe non alius Guardianus, & Fratres ibidem pro tempore exiſtentes dictum Nicolaum, & ſucceſſores ſuos ex eo decedentes in ſuperiorem iure directi

dominij recognoſcere, ac illi, & ſucceſſoribus eiſdem libram ceræ annis ſingulis in feſto S. Michaelis ſoluere; vnum quoq; ex Fratribus prædictæ, vel alterius eiuſdem Ordinis Domus poſt dicti Franciſci Miniſtri ceſſum, vel deceſſum in ipſius Domus Guardianum per Nicolaum, & antiquiorem ex ſucceſſoribus huiuſmodi approbandum, pro tempore eligere tenerentur, perpetuo dederat, atq; conceſſerat.

3 Quodq; Franciſcus Franciſci prædictus præmiſſa omnia, & ſingula iuxta ipſius, & dicti Nicolai ordinationem, & voluntatem, vt præmittitur, rite, & legitime expleuerat, debitumq; fecerat ſortiri effectum.

4 Prædictus Epiſcopus ea omnia, & ſingula ratificauit, & approbauit, ac ſuum illis aſſenſum præbuit, & conſenſum, prout in diuerſis publicis inſtrumentis ſuper his omnibus confectis, quæ per Cancellariam noſtram inſpici fecimus diligenter, quorumq; tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur. Quare Nobis humiliter ſupplicaſtis, &c.

5 Nos igitur, &c. præmiſſa, necnon inde confecta inſtrumenta huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta, & quæcumq; inde ſecuta rata habentes, &c. confirmamus, &c. ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, &c. conſtitutionibus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Florentiæ anno, &c. 1441. ſexto idus Nouembris anno vndecimo. *Ideſt 8. Nouembris, Ordinis 221. Religionis 42.*

Vadingus tom. 5. Bulla 197. ex libr. 1. de Regular. an. 11. fol. 120.

Hanc Domum nunc poſſident Minores de Obſeruantia, vt notat Vadingus ad hunc annum 1441. num. 72. De quo iterum infra Bulla CVII.

BVLLA CIII.

EVgenius IV. ſcribit Epiſcopo S. Marci, vt concedatur Domus S. Nicolai de Palumbria Caſtri Belnederij Calabriæ Tertiarijs à Minoribus derelicta.

1 Solet Apoſtolicæ Sedis copioſa benignitas, &c. Cum itaq; ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filij Nicolai Artheſij Fratris Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati, petitio continebat, quod dilecti filij Miniſter, ſeu eius Vicarius, necnon

alij

alij Fratres Prouinciæ Calabriæ, ſecundum morem Ordinis Fratrum Minorum, propter hoc capitulariter congregati; Domum S. Nicolai de Palumbaria in pertinentijs Caſtri Beluedere ſuæ diæceſis olim per prædictum Nicolaum erectam, ac Miniſtro, & Fratribus prouinciæ huiuſmodi auctoritate Apoſtolica conceſſam, tamquam ipſis, & dicto Ordini Fratrum Minorum incongruam, & inutilem cum ſolemnitatibus, iuxta eumdem morem ſolitis realiter, & omnino dimiſerint. Nos ipſius Nicolai in hac parte ſupplicationibus inclinati fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta.
2 Mandamus, quatenus ſi eſt ita, & ipſa Domus tempore Datæ præſentium alij, vel alijs canonice conceſſa fuerit, illam cum Oratorio, horto, officinis, & alijs iuribus, & pertinentijs ſuis prædicto Nicolao per eum, & aliquos alios dicti Tertij Ordinis Fratres ſocios ſuos, ac ſucceſſores eorum, vſu, & habitatione perpetuis, tenendam, regendam, & gubernandam auctoritate noſtra concedas, inducens per te, vel alium, ſeu alios Nicolaum, & Socios prædictos, vel procuratores ſuos eorum nominibus in corporalem poſſeſſionem Domus cum Oratorio, horto, officinis, & iuribus ſupradictis, & defendens inductos, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem. Contradictores, &c. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. &c. Datum Florentiæ anno 1441. idibus Nouembris, anno vndecimo. *Ideſt 13. Nouembris. Ordinis 221. Religionis 42.*

Vadingus tom. 5. Bulla 198. ex lib. 1. de Regular. anno 11. fol. 132.

BVLLA CIV.

Eugenius IV. concedit Sororibus Domus S. Eliſabeth Laudenſis electionem Confeſſarij, & receptionem nouitiarum.

1 Sacræ Religionis, &c. Hinc eſt, quod Nos veſtris deuotis ſupplicationibus inclinati vobis, ac omnibus, & ſingulis pro tempore exiſtentibus Miniſtris, & Sororibus Domus veſtræ S. Eliſabeth Laudenſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati, vt quælibet veſtrum Miniſtrarum, & Sororum quandiu in dicta Domo in communi, & ſub regulari dicti Ordinis obſeruantia, necnon Epiſcopi Laudenſis pro tempore exiſtentis obedientia permanſerit, quemcumq; voluerit regularem ſub obſeruantia re-

gulari degentem, aut ſecularem bonæ vitæ, & famæ, ac idoneum, & diſcretum presbiterum in ſuum poſſit confeſſarium eligere, qui quoties opportunum fuerit, confeſſionibus ſuis diligenter auditis, pro commiſſis, dummodo non forent talia, &c. eis debitam abſolutionem impendat, & ſalutarem pænitentiam iniungat.

2 Necnon Euchariſtię Sacramentum etiam in quolibet feſto Reſurrectionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti miniſtret; ac etiam ſingulis Sacerdotibus, vt à ſingulis ex vobis, & pro tempore exiſtentibus Miniſtris, & Sororibus confeſſionem audire, abſolutionem impendere, pęnitentiam iniungere, ac Sacramentum huiuſmodi miniſtrare.

3 Necnon, quod Miniſtra pro tempore exiſtens dictæ Domus omnes, & ſingulas mulieres etiam virgines eamdem Domum ingredi volentes, ſi ad id idoneæ fuerint, & aliud canonicum non obſtiterit, in Sorores inibi recipere, ipſiſq; & earum ſingulis habitum, iuxta ipſius Domus conſuetudinem, exhibere, necnon ab eis profeſſionem, ſi illam in ſuis manibus emittere voluerint, recipere, & admittere regulares libere, & licite poſſint, &c. licentiam concedimus.

3 Non obſtantibus felicis recordationis Clementis Papæ V. &c. illis præſertim, quibus caueri dicitur, quod nulla in Sororem dicti Ordinis, niſi dumtaxat per illius Miniſtrum pro tempore exiſtentem recipi, vel admitti valeat, quibus quo ad hoc ſpecialiter derogamus, illis alias in ſuo robore permanentibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq. Nulli ergo, &c. Datum Florentiæ anno 1441. Decimo quarto Calendas Decembris anno vndecimo. *Ideſt* 18. *Nouembris, Ordinis* 221. *Religionis* 42.

Vadingus tom. 5. *Bulla* 199. *lib.* 1. *de Regularib. anno* 11. *fol.* 119.

BVLLA CV.

Evgenius IV. ſcribit Abbati Monaſterij Colliſinctoriæ Tuamenſis diæceſis, vt confirmet Fratribus Eccleſiam Parochialem dictę diæceſis.

1 Sedis Apoſtolicæ circumſpecta benignitas, &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Dauid, & Ioannis dictorum Ymurcacryll. Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Presbiterorum Clonferten. diæceſis Nobis nuper exhibita petitio conti-

continebat, quod olim bonæ memoriæ Thomas Epiſcopus Clonfertenẽſis de conſenſu Decani, Archidiaconi, & Capituli eccleſię Clonfertenenſis dedit, donauit, & conceſſit in perpetuam eleemoſinam templum parochialis eccleſiæ de Cluacaen. Cacryll. dictæ diæceſis cum Capellis, & Cemeterio, muris, & hortis, petita, & obtenta perpetui Vicarij dictæ eccleſiæ licentia vna cum tertia parte totius terræ eccleſiaſticæ circa dictam eccleſiam, diuidendo videlicet ſpecialiter, prout diſiungit via regia ad orientem tranſiens vſq; ad marſum nuncupatum Gortragairit-beg. redeundo ab oriente in meridiem, ſiue in borealem partem ſigna huius particulę expreſſe nominando videlicet. Eras Colm Guirti Nacrarit Gortm trapuill Acaxada Guirtti Mucill Milcœ Matanniam Caclognacroiſi putt.bet cum pratis, mancrijs, & pertinentijs quibuſcumq; vſq; ad Ampuon Dauid, & Ioanni prędictis, ac alijs eiuſdem Ordinis Fratribus cum eis conuentualiter Deo ſeruientibus, & in poſterum ſeruituris, quo ad proprietatem, poſſeſſionem, vſũ, habitationem, fabricam, diſpoſitionem, & omne ius ſepulturæ, quarta tamen parte ratione funerum ab alienis parochijs vndecumq; delatorum obuenientium illis, quibus ſoluenda foret proportione canonica tantummodo perſoluta.

2 Ipſeque Epiſcopus dedit etiam dictis Fratribus plenam, & liberam licentiam, & in quantum potuit, auctorizauit, vt prædictum templum in religionis propagationem, &c. pro ſua diſpoſitione, ordine, & etiam libera gubernatione in monaſterium reædificarent, fabricarent, & mutarent, prouiſo tamen, quod Vicarius, qui inibi pro tempore foret, libere, & licite diuina poſſet officia celebrare, & parochianis eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, & exercitium curæ huiuſmodi quoties ipſum abeſſe contingeret, ſeculari, vel regulari presbitero committere; ac mandauit, & præcepit canonicis, & ſingulis tam clericis, quam laicis dictæ diæceſis, & parochianis ipſius eccleſiæ, vt ab omni infeſtatione dictorum Fratrum pænitus abſtinerent, & deſiſterent. Et deinde venerabilis frater noſter Ioannes Epiſcopus Clonfertenenſis ſimiles dotem, donationem, & conceſſionem fecit, prout in literis auctoritate ordinaria deſuper confectis, ipſorumq; Epiſcoporum, & Capituli ſigillis munitis dicitur plenus contineri. Quare pro parte Dauid, & Ioannis prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos itaque, &c. diſcretioni tuæ, &c. 3

3 Mandamus quatenus ſuper præmiſſis,&c. te informes, &c. approbes, & confirmes, ſupplendo omnes defectus, &c. Non obſtantibus, &c. Datum Florentiæ anno 1441. decimo octauo Calendas Ianuarij, anno vndecimo. *Ideſt 15. Decembris, Ordinis 221. Religionis 42.*

Vadingus tom. 5. Bulla 201. ex lib. 1. de Regular anno 11. fol. 165.

Domus hæc eſt in Hibernia, & vocatur Monaſterium Cluacerenſe Caryllidiaceſis Clonfertenſis prope eccleſiam à Thoma olim Epiſcopo conceſſam. Vadingus ad hũc annum 1441. n. 72 ſubdit, in Vrbe Sauanum F. Iacobus Gennenſis Ordinis Minorum factus eſt Viſitator, & Corrector Fratrum, & Sororum illius Vrbis; & in Hibernia F. Nehemias Oyſſernayn omnium eiusdem inſtituti Tertij Ordinis per vniuerſum Epiſcopatum Tuamenſem.

BVLLA CVI.

E*Vgenius IV. concedit Fratribus in Regnis Legionis, & Caſtellæ electionem Generalis cum multis priuilegijs.*

1 Iniunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium nos excitat, atq; compellit: vt circa ea, quæ ſunt monaſteriorum, aliorũq; religioſorum locorum, ac domorum, necnon in illis ſub regulari habitu degentium perſonarum omni ſtatui conſulere paternis, & ſollicitis ſtudijs intendamus, & quod illa pro noſtræ prouiſionis miniſterio diuini fauoris auxilio ſuffragante debitæ reformationis beneficio gaudeant, ac felicia in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiant incrementa, efficaces opem, & operam quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter impendamus.

2 Hinc eſt quod nos dilectorum filiorum vniuerſorum fratrum domorum, & locorum Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati infra Legionis, & Caſtellæ regna conſiſtentium inter cætera aſſerentium, quòd ipſi domos, & loca prædicta communia habere, ac in illis communiter, & alias laudabiliter viuere, ac nonnulla ſalubria, & vtilia ſtatutum, directionem, conſeruationem, & augmentum domorum, & ordinis prædictorum concernentia ſtatuta, & ordinationes in Generali eorum Capitulo per ipſos vltimo celebrato feciſſe, & addidiſſe. Quodq; etiam inter eos plures Clerici, atq; Sacerdotes etiam docti, & experti fore noſcuntur.

3

3 In hac parte ſupplicationibus inclinati tam præſentibus quàm futuris præfati ordinis fratribus in prædictis, & alijs infra Regna prædicta pro tempore conſiſtentibus dicti ordinis domibus, atq; locis pro tempore degentibus: quod eorum Generale Capitulum prima vice, & ſucceſſiue perpetuis futuris temporibus quoties illud celebrare contingeret, vnum ex ipſis, in ſacerdotio tamen cõſtitutum, in eorum, ac præſentium, & futurorum præfati ordinis domorum, & locorum prędictorum Viſitatorem iuxta modum, & formam ab huiuſmodi Capitulo deſuper ſtatutis, ſeu ſtatuendis eligere, & deputare.

4 Quodq; ipſe Viſitator ſic pro tempore electus, & deputatus ſuperior eorum eſſe, ac omnibus, & ſingulis domibus, et locis, ac fratribus præſentibus, et futuris prædictis, ac bonis ipſorum præeſſe, et eorum curam gerere, et exercere.

5 Necnon de conſilio quorundam ipſius ordinis fratrum ad id per huiuſmodi capitulum pro tempore deputandorum omnes, et ſingulos præſentes, et futuros fratres prædictos pro tempore vagantes, ſeu aliàs delinquentes, aut inobedientes, ac ſtatuta, & ordinationes ædita, et ædenda pręfati ordinis non ſeruantes, ſeu contra illa venientes, facientes, vt ad domos, et loca prędicta redeant coarctare, ac eos ſecundum eorum demerita, exceſſus, culpas, ac delicta punire, corrigere, et incarcerare, necnon ſuis pro tempore officijs priuare: et ab illis realiter amouere; aliaq; deſuper neceſſaria, et opportuna facere, et exequi etiam per cenſuram eccleſiaſticam: et alia iuris remedia, inuocato etiam deſuper (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis.

6 Ac etiam per ſeipſum dumtaxat Capitulum generale huiuſmodi congregare, illiq; pręeſſe: ac idoneos ex dictis fratribus ad officia domorum, et locorum prędictorum quoties illa ceſsare, ſeu expirare contingerit deputare, et inſtituere.

7 Necnon quoties opus fuerit omnes, et ſingulos pręſentes, & futuros ordinis huiuſmodi fratres, ac ſorores ab omnibus, et ſingulis excommunicationum, ſuſpenſionum, et interdicti ſententijs, et pœnis: quibus pro tempore irretiti fuerint in foro conſcientię dumtaxat abſolutionem: ac cum clericis, et presbyteris ex prędictis ſuper irregularitate (ſi qua ſententijs prę fatis, vel earum aliqua ligati miſsas, et alia diuina officia, non tamen in contemptum cla-

clauium celebrando, vel ſe immiſcendo quomodolibet pro tempore contraxerint) diſpenſare.

8 Necnon etiam per ſe vel alios idoneos ex fratribus in ſacerdotio conſtitutis prædictis omnium, & ſingulorum fratrum, & ſororum præſentium, & futurorum prædictorum, ac illorum, & illarum ſeruitorum pro tempore confeſſiones audire: & pro commiſſis, dummodo talia non ſint, propter quæ ſit merito Sedes Apoſtolica cõſulenda, debitam abſolutionem impendere: & ſalutarem pœnitentiam iniungere: & eorum cuilibet eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, & licite poſſit, & valeat plenam, & liberam authoritate Apoſtolica tenore pręſentium facultatem concedimus, ac etiam poteſtatem.

9 Et inſuper quòd officium Viſitatoris pro tempore electi huiuſmodi vltra triennium à die ſuæ electionis computandum non perduret. Et quòd ipſe electus elapſo dicto triennio eidem officio in Capitulo prędicto libere cedere. Ac quod etiam omnes, et ſinguli fratres, et ſorores ordinis huiuſmodi præſentes, & futuri dicto pro tempore Viſitatori tãquàm eorum ſuperiori in omnibus iuxta ſtatuta ædita, & ædenda prędicta plenarie obedire, parere, & intendere teneantur, et debeant.

10 Quodq; omnia eorum, et cuiuslibet ipſorum bona in domibus, in quibus profeſſionem expreſſam pro tempore fecerint (illis bonis, de quibus infra tres menſes à die ingreſſus eorum in ordine prædicto computandos teſtati fuerint, dumtaxat exceptis) matre tamen vxoris, & filiorum eorundem, pro tempore in dicto ordine poſt obitum parentum ſuorum huiuſmodi remanere volentium, omnibus ſemper ſaluo iure communia exiſtant: et ad domos, et loca huiuſmodi libere pertineant, et pertinere debeant. Et quòd etiam nullus ex fratribus præſentibus, et futuris præfatis poſt profeſſionem per eum emiſſam matrimonium contrahere, ac aliàs extra domos, et loca prædicta officium, ſeù aliàs aliquod beneficiũ eccleſiaſticum obtinere.

11 Ac abſq; licentia ſpeciali dicti pro tempore Viſitatoris ſibi ex neceſſitate, ac ad tempus duntaxat, et non aliàs concedenda extra domos, ſeu loca huiuſmodi moram trahere, vel reſidere, aut alicui eccleſiæ, ſeu beneficio eccleſiaſtico pro precio, ſeu aliàs ſeruire poſſit, et debeat. Quodq; cum licentia extra domos commorantes,

ſeu

ſeu ſeruientes huiuſmodi pro tempore id totum, quod interim licite acquiſiueris, et eis tunc ſuperfuerit domibus: in quibus profeſſionem fecerint integre dare, & aſſignare teneantur authoritate prædicta harum ſerie ſtatuimus, decernimus, atque concedimus.

12 Volumus autem, quod Fratres pręſentes, & futuri prædicti ſub ordinariorum locorum obedientia, in quantum ſub illa ipſi præſentes Fratres eſſe conſueuerint, (alioquin ab illa liberi,) vt prius remaneant, & remanere debeant.

13 Non obſtantibus, quod Viſitator Fratrum, & domorum prædictorum alterius ordinis eſſe conſueuerit: ac conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, necnon præfati Tertij Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacunq; firmitate alia, roboratis, ſtatutis, et conſuetudinibus cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.

14 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, ſtatuti, conſtitutionis, et voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit in ſignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Florentiæ Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadrigenteſimo quadrageſimo ſecundo, octauo Idus Februarij, Pontificatus noſtri anno 12. *Ideſt 6. Febr. Ordinis 222. Religionis 43.*

Vading. tom. 5. Bulla 223. de Sillis fol. 30. Habetur originaliter in noſtro Conuentu Romano.

Fratribus Regnorum Legionis, & Caſtellæ, qui in ſuo vltimo Capitulo Generali nonnulla confecerant ſtatuta habentes ex ſuis clericos, & ſacerdotes doctos, ſiue Generali, concedit, vt in primo Generali Capitulo poſſint vnum ex ſuis Sacerdotibus eligere in Viſitatorem Generalem, qui omnibus præſit.

Qui vagantes, inobedientes, & delinquentes de conſilio deputandorum per Capitulum, corrigere, incarcerare, punire, officijs priuare, cenſuris, inuocato etiam brachio ſeculari.

Poſſit per ſe congregare Capitulum, & ad officia deputare idoneos.

Abſoluere Fratres, & Sorores à cenſuris, ſententijs, & pœnis in foro conſcientiæ duntaxat.

Diſpenſare ſuper irregularitate contracta per celebrantes cenſuratos miſſam, & alia diuina officia.

Confeſſiones per ſe, vel alios audire Fratrum, Sororum, & Seruitorum, & abſoluere à non reſeruatis ſedi, miniſtrando eis alia Sacramenta.

Generalis non durat vltra triennium, cui obediunt etiam Sorores.

Bona intrantium, de quibus non fuerint teſtati infra tres menſes à die ingreſſus, ſint communia illi conuentui, vbi profecerunt.

Matrimonium, officia ad extra illis prohibentur. Poſſunt tamen de licentia Generalis extra ſeruire ad tempus Eccleſijs, aquiſita aſſignando conuentui ſuæ profeſſionis.

Qui non ſolebant ſubeſſe Epiſcopis, ab illorum obedientia ſint liberi.

Derogatur clauſula Regulæ, quod habeant Viſitatorem alterius Ordinis.

BVLLA CVII.

EVgenius IV. ſcribit Epiſcopo Lucano, vt concedat Eccleſiam S. Barbaræ de Gabiano Fratribus Domus della Doccia diæceſis Feſulanæ. De quibus ſupra CII.

1 Ad ea, perquæ Eccleſiarum, etc. Sane pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, et Fratrum Domus della Doccia Tertij Ordinis S. Franciſci Feſulanenſis diæceſis Nobis nuper exhibita petitio cōtinebat, quod ipſi Eremitorium, ſeu Eccleſiam ſine cura S. Barbaræ de Gabiano ſuæ diæceſis in loco ſolitario conſiſtens, ſeu conſiſtentem, quod, ſeu quam dilectus filius Iacobus Tutij de Florentia Frater dicti Ordinis obtinere dignoſcitur in ſpiritualibus, et temporalibus, reformare proponunt, ſi eis illud, vel illa canonice concedatur, Quare, etc. Nobis fuit humiliter ſupplicatum, etc. cuius fructus, redditus, et prouentus quindecim florenorum auri de camera, vt ipſi exponentes aſſerunt, non excedunt, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis Miniſtro, et Fratribus pręſentibus, et futuris dictæ Domus per eos iuxta eorum ritus, mores, ſtatuta, et conſuetudines tenendum, regendum, et gubernandum perpetuo concedere, et aſſignare, ac appropriare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, etc. fraternitatis tuæ, etc.

2 Mandamus, quatenus in, et ſuper petitis prædictis facias, prout tibi melius videbitur, etc. Dummodo Patronorum laicorum, ſi qui ſint Eremitorij, ſeu Eccleſiæ huiuſmodi ad id expreſſus tunc accedat conſenſus, ita quod ſi vigore pręſentium Eremitorium, ſeu Eccleſiam huiuſmodi Miniſtro, et Fratribus pręſentibus, et futu-

ris prędictis concedere, et aſſignare contigerit, liceat tunc Miniſtro, et alijs Fratribus pro tempore exiſtentibus prędictę Domus per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem Eremitorij, ſeu Eccleſię, videlicet, poſtquam dictus Iacobus deceſſerit, ſeu illud, vel illam reſignauerit, iuriumq; etc. auctoritate propria libere apprehendere, et perpetuo retinere; necnon fructus, redditus, et prouentus prędictos in ſuos, ac huiuſmodi Eremitorij, ſeu Eccleſię vſus, et vtilitatem conuertere, et exponere, alicuius ſuper hoc licentia minime requiſita.

3 Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel alijs beneficijs eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales Apoſtolicę ſedis, vel Legatorum eius literis impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, et decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem literas, et proceſſus habitos per eaſdem ad huiuſmodi Eremitorium, ſeu Eccleſiam volumus non extendi; ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem beneficiorum aliorum pręiudicium generari, vt quibuslibet alijs priuilegijs, etc. per quæ pręſentibus vel expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, de quibus quorumcumq; totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Datum Florentię anno, etc. 1442. decimo ſexto Calendas Aprilis anno duodecimo. *Ideſt 17. Martij. Ordinis 222. Religionis 43.*

Vadingus tom. 5. Bulla 206. ex lib. 1. de Regular. anno 12. fol. 178.
De conuentu della Doccia habetur Bulla CII.

BVLLA CVIII.

EVgenius IV. ſcribit Scipioni Epiſcopo Mutinenſi, vt concedat Fratribus Eccleſiam S. Brigidæ, vt poſſint elemoſinas diſtribuere pauperibus.

1 Ad ea, per quę eccleſiam, etc. Sane pro parte dilectorum filiorum Tertij Ordinis de Pęnitentia S. Franciſci, ac Tertij Humiliatorum Ordinum Fratrum in Ciuitate Mutinenſi commodantium, necnō Nicolai de Machianellis Rectoris eccleſiæ S. Brigidæ Mutinenſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet ipſi Fratres

 bono-

bonorum mobilium, quę pro pauperibus dictæ ciuitatis in communi pro tempore erogantur, adminiſtratores, & diſtributores exiſtant, tamen in eadem ciuitate locum accommodum, in quo contemplationi,&c.nullatenus habere noſcuntur.

2 Et ſicut eadem petitio ſubiungebat, ſi dicta eccleſia,quæ ſine cura eſt,& intra terralia eiusdem ciuitatis, loco vtiq;ab alijs ciuium habitationibus remoto conſiſtit, cum illius ei contiguo horto,eiſdem Fratribus, & eorum ſucceſſoribus, necnon omnia, & ſingula dictæ eccleſiæ immobilia bona, quorum viginti ab illa ab eadem eccleſia penitus ſegregatis perpetuo beneficio in maiori Mutinēſi eccleſia inſtituto, quod dictus Nicolaus obtinet,& cuius ſexdecim florenorum auri de Camera fructus, redditus, & prouentus ſecundum communem æſtimationem valorem annum,vt ipſe Nicolaus aſſerit,non excedunt,perpetuo concederentur,applicarentur, incorporarentur, & appropriarentur.

3 Fratres prædicti in prędicto horto quaſdam habitationes tam ad vſus, & perficienda deuota opera eorumdem, quam ad conſeruationem pro pauperibus aſſignandorum huiuſmodi conſtruerent, &c. Et exinde pauperibus prædictis ſuffragia non modica prouenirent; necnon obtinens pro tempore dictum beneficium ſe commodius ſuſtentare poſſet, & circa diuinorum ibi exhibitionem, ac ſeruitia impendenda facilius inuitaretur.

4 Quare pro parte Nicolai, &c. necnon Fratrum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt reſignationem admittere,ac bona immobilia quæcumq; S. Brigidæ cum horto huiuſmodi dumtaxat præſentibus, & futuris Fratribus Ordinum prędictorum in dicta Ciuitate pro tempore commorantium, ac etiam ſegregāda, & ſeparanda bona omnia, & ſingula prædicta, poſt eorum ſegregationem prædictam eidem beneficio perpetuo applicare, concedere,appropriare, & incorporare, dictoq; Nicolao, quod ipſe, ſi voluerit etiam poſt reſignationem ipſam in eccleſia S. Brigidę prędicta,& eius domibus moram trahere poſſit,indulgere, &c. dignaremur, ita quod à poſtquam ſegregatio ipſa facta fuerit, Nicolaus,ſi tunc in humanis erit,alioquin obtinens pro tempore beneficium; bonorum, necnon Fratres prędictę eccleſię,& horti huiuſmodi poſſeſſionem per ſe, vel alium, ſeu alios auctoritate propria libere apdrehendere, & perpetuo retinere, ac Nicolaus, & obti-

Digitized by Google

obtinens prędicti fructus, redditus, & prouentus bonorum prędictorum in ſuos, ac dicti beneficij vſus, & vtilitatem conuertere poſſint, alicuius ſuper hoc licentia minime requiſita. Nos igitur, &c. fraternitati tuæ, &c.

5 Mandamus, quatenus in præmiſſis omnibus, &c. facias prout tibi melius videbitur, &c. Non obſtātibus, &c. Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus tibi faciendis de huiuſmodi, vel alijs beneficijs eccleſiaſticis, &c. Datum Florentiæ anno, &c. 1442. vndecimo Calendas Maij, anno duodecimo. *Ideſt 21. Aprilis, Ordinis 222. Religionis 43.*

Vadingus tom. 5. Bulla 209. ex lib. 1. de Regular. anno 12. fol. 249.

BVLLA CIV.

EVgenius IV. concedit Indulgentiam vnius anni, & 40. dierum confeſſis viſitantibus tum elemoſina Eccleſiam S. Agathæ Burgi Terræ Ferracanæ diœceſis Syracuſanæ. Iterum infra CXV.

Licet is, de cuius munere, &c. Cupientes igitur, vt eccleſia Domus S. Agathæ Burgi Terræ Ferracanæ Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Syracuſanenſis diæceſis congruis honoribus frequentetur, ac eccleſia huiuſmodi in hus ſtructuris, & edificijs augmentetur, &c. de Omnipotentis Dei miſericordia confiſi, &c. omnibus vere pænitentibus, & confeſſis, qui in feſto dictæ S. Agathæ eccleſiam ipſam deuote viſitauerint annuatim, necnon ad augmentationem, reparationem, & conſeruationem prædictas manus adiutrices porrexerint, vnum annum, & quadraginta dies de iniunctis eis pænitentijs miſericorditer relaxamus; præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod ſi alias prædictam eccleſiam viſitantibus, &c. indulgentia in perpetuum, ſeu ad certum tempus, nondum forſan elapſum, duratura, per Nos conceſſa fuerit, præſentes literæ nullius exiſtant roboris, vel momenti. Datum Florentiæ anno 1442. vndecimo Calendas Iunij, anno duodecimo. *Ideſt 22. Maij, Ordinis 222. Religionis 43.*

Vadingus tom. 5. Bulla 211. ex lib. 1. de Regular. anno 13. fol. 107.

Hæc Domus non amplius eſt in bonis noſtris.

BVL-

BVLLA CX.

EVgenius IV. ſcribit Epiſcopo Leodienſi, Præpoſito S. Geltrudis, & Decano S. Petri Louanienſis diœceſis, vt controuerſias inter Fratres Louanienſes, & Arſcotenſes componant.

1 Humilibus ſupplicum votis, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Theodorici Pares Miniſtri, & Fratrum Domus Louanienſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Leodienſis diæceſis petitio continebat, quod licet Miniſtri, & Fratres, qui tunc erant Domus de Arſcot Ordinis, & diæceſis earumdem, attendentes, quod ipſa Domus de Arſcot in Religione, & Obſeruantia dicti Ordinis maxime declinaret, ac in ædificijs ruinam, redditibuſq; diminutionem pateretur, & ſperantes, vt aſſerebant, quod eis, ac ipſorum Domui de Arſcot ſuper his per prædictum Miniſtrum, & Fratres Domus Lauonienſis prouideri poſſet, illorum, necnon ſuorum inibi ſucceſſorum regimini, & adminiſtrationi ſe ſubmiſiſſent, promittentes bona fide deſuper etiam iuramentum, relaxationem impetrare, quibus exceptionibus ſecluſis, & ad eorum ſupplicationem prędicti Miniſter, & Fratres Domus Louanienſis aliquandiu regimen, & adminiſtrationem huiuſmodi geſſiſſent in ipſaq; Domo de Arſcot quoſdam dicti Ordinis Fratres honeſtæ vitæ, necnon regularis eiuſdem Ordinis Obſeruantiæ deputaſſent, & ibidem fieri reformationes inchoaſſent.

2 Tamen poſtea dilecti filij Ioannes de Louanio, Ioannes Nactruct. Rubinus de Puteo, Arnoldus de Exſelle, Dionyſius de Traiecto, Dionyſius Roners, & Ioannes de Tiell. Fratres dicti Ordinis, & quorum aliqui certarum Domorum Ordinis, & diæceſis eorumdem Miniſtri fore dicuntur, ſe contra iuſtitiam ſubmiſſionibus, & reformationibus prædictis opponentes, impediuerunt, & impediunt, quo minus ipſi, Miniſter, & Fratres Domus Louanienſis regimen, & adminiſtrationem exercere, necnon reformationes huiuſmodi facere poſſent. Et nihilominus Ioannes de Louanio, & alij prædicti, qui vel eorum aliqui præmiſſorum occaſione ad ipſorũ Miniſtri, & Fratrum Domus Louanienſis inſtantiam curam dilecto filio officiali Leodienſi in cauſam tracti fuerant à quodam inſufficienti confiſto eis in dicta cauſa ab ipſo officiali, vt minus veraciter

Digitized by Google

taciter prætendebant, illato grauamine, ad Sedem Apoſtolicam appellarunt.

3 Noſque cauſam appellationis huiuſmodi, & negotij principalis dilecto filio M. Simoni de Valle Capellano noſtro, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoris ad inſtantiam Ioannis de Louanio, aliorumq; prædictorum audiendam commiſimus, & fine debito terminandam.

4 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat de meritis ipſius cauſę facilius, & minoribus eorumdem Fratrum, quorum plures facultatibus non abundant, expenſis in partibus illis, quam in Romana Curia liquere poſſit, pro parte Miniſtri, & fratrum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt huiuſmodi cauſam aduocare, necnon aliquibus in partibus illis committere, &c. dignaremur. Nos itaque, &c. diſcretioni, &c.

5 Mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, vocatis Ioanne de Louanio, & alij prædictis, & alijs, qui fuerint euocandi causã prædictam, &c. decidatis, facientes, quod decreueritis per cenſuram, &c. obſeruari. Teſtes autem, qui fuerint nominati ſi ſe, &c. ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellatis veritati teſtimonium perhibere. Non obſtantibus, &c. Datum Florentiæ anno 1442. ſexto Calendas Octobris, anno duodecimo. *Ideſt 26. Septembris, Ordinis 222. Religionis 43.*

Vadingus tom. 5. Bulla 217. ex lib. 1. de Regular. anno 12. fol. 308.

BVLLA CXI.

EVgenius IV. concedit Sororibus Aretinenſibus, & Cortonenſibus diœceſis Piſtorienſis licentiam faciendi congregationem, & in ea eligẽdi Miniſtram Generalem cum poteſtate recipiendi nouitias, & earum profeſſionem, eligendi confeſſarium, & eis communicat priuilegia etiam concedenda alijs Domibus. De his ſororibus ſupra LXXXIX.

1 Paſtoralis officij debitum, &c. Dudum ſiquidem ſub data quarto nonas Maij Pontificatus noſtri anno nono, dilectis in Chriſto filiabus, Cizę, Clarę, Eliſabeth, Magdalenę, Marię, Ioannę, Nicolaę, Gerardę, & Brigidę, ceteriſq; Sororibus S. Hieronymi Florentinẽſis Tertij Ordinis S. Franciſci, de Continentia, ſeu Pęnitentia nuncupati, vt non obſtante conſtitutione felicis recordationis Ioannis

nis Papę XXII. prędeceſſoris noſtri, incipiente: *Sancta Romana Eccleſia* in extrauagantibus contentam, congregationem facere, & Miniſtram eligere, ipſaq; Miniſtra mulieres de ſeculo fugientes in dictam Domum, &c. ad profeſſionem recipere, &c. & alia facere poſſent per alias noſtras literas conceſſimus, &c.

2 Et ſicut exhibita Nobis pro parte dictarum Sororum petitio continebat, in literis huiuſmodi conceſſionis quędam ipſis, & dictæ Domui neceſſaria, vt quietius, & deuotius famulari Domino poſſent, minime per Nos conceſſa extiterint. Quare pro parte earumdem Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

3 Nos igitur, &c. eiſdem Sororibus pręſentibus, & futuris de cętero perpetuis futuris temporibus in Aretinenſi, & Cortonenſi ciuitatibus, & in Prato Piſtorienſis diœceſis congregationem faciendi, & Miniſtram Generalem, quę Sororibus in Aretinenſi, & Cortonenſi ciuitatibus, & Prato prędictis nunc, & pro tempore conſtitutis pręſit, ac vnam Generalem Miniſtram, quę omnibus Sororibus in dictis Ciuitatibus, & Prato conſtitutis ſingulis triennijs, quæ cum Viſitatoris conſilio pro tempore exiſtentis loca huiuſmodi Sororum reformare, particulareſq; Miniſtras locorum eorumdem male ſegerentes deponere; ipſaq; Generalis Miniſtra eo ipſo, quo electa canonice fuerit, confirmata cenſeatur, eligendi.

4 Necnon eidem Generali Miniſtræ in eius abſentia vices alteri, vel alijs ex Sororibus huiuſmodi locorum, prout ſibi videbitur, committendi, ac mulieres loca ipſa intrare, ac profiteri ordinem volentes recipiendi, &c.

5 Locorum quoq; huiuſmodi Sororibus loca eis magis commoda emendi, necnon in illa, quoties opportunum fuerit, permutandi.

6 Necnon cordam loco corrigiæ per eas gerendi. Ipſiſque, & earũ cuilibet presbiterum ſecularem, ſeu cuiuſuis Ordinis in confeſſorem, &c. ſimiliter eligendi, ac eidem confeſſori quæcumq; vota, præter caſtitatis, & religionis per ipſas Sorores, uel aliquam dictorum locorum hactenus emiſſa, uel in poſterum emittenda in alia pietatis opera commutandi. Necnon Sororibus eiſdem, & cuilibet earum Euchariſtiæ, & alia Sacramenta miniſtrae, Clementina incip. Religioſi, de priuileg. non obſtante, ac iure, &c. ſaluo. Miniſtrandi. Necnon eiſdem Miniſtro, & Sororibus locorum huiuſmodi omnibus, & ſingulis priuilegijs, &c. conceſſis, &

in

Digitized by Google

in poſterum concedendis in perpetuum vtendi, & gaudendi, extrauaganti prædicta, &c. indulgemus. Nulli ergo, &c. Datum Florentiæ anno, &c. 1442. pridie nonas Octobris anno duodecimo. *Ideſt 6. Octobris, Ordinis 222. Religionis 43.*

Vadingus tom. 5. Bulla 218. ex lib. 1. de Regular. anno 12. fol. 314.

BVLLA CXII.

EVgenius IV. concedit multa priuilegia ſororibus diuerſorum conuentuum in Italia, de quibus infra clare.

1 Paſtoralis officij debitum, &c. Dudum ſiquidem ſub data Florentiæ decimo octauo Calendas Februarij Pontificatus noſtri anno nono, dilectis in Chriſto filiabus vniuerſis Sororibus Tertij Ordinis S. Franciſci de Penitentia nuncupati, Collegij Peruſini, vt ſub cura Generalis Miniſtræ per eaſdem Sorores pro tempore eligendæ viuere, illique obedire haberent. Mulieres quoq; de ſeculo fugientes ad prædictam Miniſtram, & ab ea, & non ab alia, vel alio, huiuſmodi Tertij Ordinis habitum recipere. Et nonnulla alia, quæ in dictis Statutis, & Ordinationibus per bonæ memoriæ Franciſcum tituli S. Suſannæ presbiterum Cardinalem factis per Bonifacium IX. in ſua obedientia, de qua partes illæ tunc erant, nuncupatum, confirmatis, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur.

2 Et ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Magdalenæ Miniſtræ Generalis Sororum eiuſdem Tertij Ordinis de Continentia, ſeu de Pænitentia nuncupatarum, ac Vallis Fabricæ, ac S. Agnetis, necnon S. Vrſulæ Domorum Peruſinenſis, ac Florentinenſis diæceſum, & aliquorum aliorum locorum; necnon vniuerſarum Sororum ſub cura, & regimine dictæ Miniſtrę degentium, petitio continebat, in literis Apoſtolicis, ſeu conceſſione huiuſmodi, quædã Miniſtrę, & Sororibus ipſis neceſſaria, vt quietius, & deuotius Domino famulari poſſent, minime per Nos conceſſa extiterunt. Quare pro parte earumdem Miniſtræ, & Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

3 Nos igitur, &c. eiſdem Miniſtræ, & Sororibus præſentibus, & futuris de cætero perpetuis futuris temporibus ſingulis triennijs vnam Generalem Miniſtram, quæ cum Viſitatoris pro tempore

exiſtentis conſilio Domus, loca, ac Sorores huiuſmodi viſitare, ac reformare, particularium que locorum, ſeu Domorum Sorores delinquentes pro exceſſibus, criminibus, & delictis per eas, & earum quamlibet commiſſis punire valeat. Quam Miniſtram Generalē, eo ipſo, quo canonice electa fuerit, auctoritate Apoſtolica confirmatam fore decernimus, atque cenſemus.

4 Necnon pro quolibet ex locis huiuſmodi per Sorores inibi degētes, ac maiorem partem earumdem, ſeu Capituli iuxta dicti Tertij Ordinis ſeu Regulæ formam Viſitatorem, qui Miniſtras, & Sorores particularium locorum huiuſmodi de voluntate, & conſenſu Miniſtræ loci, cuius fuerit Viſitator, qui delinquentes Miniſtras, & Sorores viſitare, corrigere, &c. poſſit, &c. eligendi.

5 Necnon eidem Miniſtræ Generali in ſua abſentia vices ſuas alteri, vel alijs ex Sororibus huiuſmodi locorum, prout ſibi videbitur in præmiſſis committendi.

6 Ipſiſq; Generali, & particularibus Miniſtris, & earum cuilibet mulieres de ſeculo fugientes, & loca huiuſmodi intrare, ac ordinem prædictum profiteri volentes recipiendi, &c.

7 Necnon cordam loco corrigiæ per eaſdem gerendi.

8 Ipſiſq; & earum cuilibet idoneum presbiterum ſecularem, vel regularem cuiuſuis Ordinis in confeſſorem, &c. eligendi, ac eidem confeſſori quæcumq; vota, præterquam Caſtitatis, & Religionis, per ipſas Sorores, vel aliquam earumdem ex locis huiuſmodi hactenus emiſſa, vel in poſterum emittenda in alia pietatis opera, de quibus ſibi videbitur, commutandi.

9 Necnon ipſis, & cuilibet ipſarum Euchariſtiæ, & alia eccleſiaſtica Sacramenta toties, quoties opus fuerit, Clementina incip. *Religioſi*, de priuileg. non obſtante, iureq; parochiali, &c. ſaluo, miniſtrandi.

10 Ac eiſdem Miniſtris, & Sororibus cemeteria, &c. eccleſiaſq; cum campanili, &c. erigendi faciendi, &c.

11 Necnon in Congregatione, & conuentualiter, conſtitutione felicis recordationis Ioannis Papæ XXII. incip. *Sancta Romana* in Extrauagantib. contenta etiam non obſtantibus, viuendi.

12 Necnon eiſdem Miniſtris, & Sororibus locorum huiuſmodi omnibus & ſingulis priuilegijs, &c. conceſſis, & in poſterum concedendis in perpetuum vtendi, &c. contrarijs non obſtantibus quibuſcumq;

buſcumq; tenore præſentium concedimus pariter, & indulgemus poteſtatem. Nulli ergo, &c. Datum Florentiæ anno, &c. 1442. octauo Calendas Nouembris, anno duodecimo. *Ideſt 25. Octobris Ordinis 222. Religionis 43.*

Vadingus tom. 3. Bulla 219. ex lib. 1. de Regul. & literis Cardin. anno duodecimo fol. 76.

Conceduntur multa. Primo *electio Miniſtræ Generalis cum poteſtate corrigendi, & reformandi omnes de conſilio Viſitatoris.* Secundo *electio Viſitatoris de conſenſu maioris partis Sororum, qui de voluntate Miniſtræ localis viſitet, & corrigat omnes.* Tertio *Generaliſſa in ſui abſentia inſtituit Vicariam.* Quarto *Miniſtræ recipiunt nouitias.* Quinto *gerunt cordam loco corrigię.* Sexto, *eligunt Sacerdotem in confeſſorem cõmutantem vota minora, & eiſdem miniſtrantem omnia Sacramenta.* Septimo, *eccleſias, & cemeteria fundant.* Octauo, *viuunt in congregatione, & conuentualiter.* Nono, *gaudent ſuis priuilegijs.*

Bulla de qua initio fit mentio eſt ſupra ſub num. XCVI.

BVLLA CXIII.

EVgenius IV. concedit Sororibus Parmenſibus dictis della Campana erectionem Domus cum Eccleſia S. Marię Gratiarum, & ſepultura pro ſe ipſis, & communicatione priuilegiorum Sororum de Fulgineo, iterum infra CXXIX. & CXLI.

1 Expoſuit veſtrę deuotionis ſinceritas, &c. Cum itaque ſicut exhibita Nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, olim Gaſpar de Caſtagneto Ciuis Parmenſis cupiens terrena, &c. commutare, & condens in eius vltima voluntate teſtamentum, inter alia quandam domum Hoſpitium della Campana nuncupatam, & alias, in quibus ipſe Gaſpar, dum viueret habitare conſueuerat, ac omnes, & ſingulas Domos infra limites parochię parochialis eccleſiæ S. Proſperi Parmenſis conſiſtentes, & ad eundem Gaſparem legitime pertinentes cum hortis, curijs, ac omnibus alijs iuribus, & pertinentijs ſuis vobis, & Sororibus veſtri Ordinis in prędicta Ciuitate commorantibus, & ſub ipſius Ordinis regulari obſeruantia viuentibus, pręſentibus, & futuris, pro veſtris, ipſarumq; Sororum vſu, &c. legauerit, prout in inſtrumento publico ſuperinde confecto plenius dicitur contineri. Et vos, quę legati huiuſmodi

vigore prędictarum domorum poſſeſſionem fuiſtis aſſecutę inſimul ſub Regula eiusdem Ordinis, iuxta modum, & formam, ac inſtitutiones, & ordinationes dilectarum in Chriſto filiarum Sororum dicti Ordinis Dominarum de Fulgineo nuncupatarum in noſtra Fulginatenſi, & Florentinenſi ciuitatibus inſimul viuentium, Altisſimo famulari feruentius deſideretis, pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vobis in domibus prędictis vnam Domum ſub uocabulo S. Mariæ Gratiarum cum etiam Campana, & pro ueſtrarum cadaueribus duntaxat ſepeliendis cemeterio, hortis, &c. officinis pro ueſtris uſu, & habitatione perpetuis fundandi, &c. licentiam elargiri, &c. dignaremur.

2 Nos igitur, &c. uobis Domum ipſam cum eccleſia, &c. prędictis in prędictis uobis relictis, & legatis domibus, diœceſani, &c. minime requiſita fundandi, &c. licentiam, &c. elargimur.

3 Volumus autem, quod uos, & in fundanda, & conſeruanda Domo huiuſmodi pro tempore commorantes Sorores prędictæ iuxta modum, & formam inſtitutiones, & ordinationes antedictas in illa uiuere perpetuo teneamini. Quodq; omnibus, & ſingulis immunitatibus, &c. Sororibus de Fulgineo nuncupatis, quomodolibet conceſsis prędictis in omnibus, & per omnia ac ſi illa etiam uobis conceſſa forent, uti poſſitis, &c. Non obſtantibus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Florentię anno 1442. idibus Decembris anno duodecimo. *Id eſt 13. Decembris, Ordinis 222. Religionis 43.*

Vadingus tom. 5. Bulla 220. ex lib. 1. de Regular. & literis Cardinalium anno 12 fol. 155.

Tertiarię Moniales, de quibus hic, habent Domum cum Eccleſia S. Eliſabeth prope S. Franciſcum, & reguntur à Sacerdote ſeculari. Parochialis S. Proſperi fuit ſuppreſſa, & profanata, nunc eſt in bonis Patrum Societatis Ieſu.

BVLLA CXIV.

EVgenius IV. ſtatuit quod Sorores Burgenſis, & Calagaritanenſis diœceſum non tenentur adire Viſitatorem eas vocantem, ſed ipſe ad earum monaſteria accedere debet.

1 Sedis Apoſtolicæ gratioſa benignitas, &c. Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod licet vos in de Vilbao, Vribre, & Bermeo, Durango, ac Caſtro de Vrdiales,

diales, Burgen. & Calaguritan. Oratorijs, in quibus degere noſcimini vota veſtra, &c. perſoluere intendatis. Nonnulli tamen ex ſuperioribus veſtris Ordinis Fratrum Minorum vos extra dictorum Oratoriorum ſepta vltra tres, vel quatuor diætas ad ſe perſonaliter viſitationis cauſa venire plerumq; conſtringunt. Et ſicut eadem petitio ſubiungebat, perſonalis aggreſſus ad ſuperiores huiuſmodi propter viarum diſcrimina, &c. pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

2 Nos igitur, &c. vt extra Oratoria veſtra dictos ſuperiores viſitationis cauſa huiuſmodi perſonaliter, vt prę mittitur, accedere nullatenus teneamini; nec ad id per eoſdem ſuperiores, vel quoſuis alios inuitę compelli poſſitis. Quodq; dilectis filijs S. Mariæ de Vziarto, & S. Sebaſtiani de Baretta eorumdem Ordinis, & diæceſis Domorum Vicarij ſub Obſeruantia regulari ipſius Ordinis viuentes, dum & quoties tempus viſitationis huiuſmodi ingruerit, & ipſi ſuperiores ad dicta oratoria pro præmiſſis cauſis non uenerint, uel alios idoneos ad hoc non miſerint, ad prædicta Oratoria accedere.

3 Necnon uos, & illa, ac ſingulares ipſorum Oratoriorum perſonas, tam in capite, quam in membris uiſitare, omniaq; & ſingula, quæ inibi reformationis, & correctionis miniſterio indigere reperirẽt, prout eis, iuxta canonicas ſanctiones, ac regularia inſtituta, ac pro felici eorumdem Oratoriorum, & perſonarum directione uidebitur, reformare, &c. ac exequi poſſint, & debeant.

4 Necnon etiam uobis, & cuilibet ueſtrum, alijſq; ſine iuris alieni præiudicio, quæcumq; eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare, libere, liciteq; ualeant uobis, & ipſis licentiam auctoritate Apoſtolica concedi nos per præſentes. Non obſtantibus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Senis. anno 1443. ſexto nonas Maij, anno decimo tertio.

Ideſt 2. Maij, Ordinis 223. Religionis 44.

Vadingus tom. 5. Bulla 225. ex lib. 2. de Regularibus anno 13. fol. 7.

BVLLA CXV.

EVgenius IV. ſcribit Priori S. Corci de Licodia Siracuſanę diœceſis, vt confirmet donationem factam Fratribus S. Agathę Burgi Ferracanę. Iterum ſupra CIX.

1 Sedis

1 Sedis Apoſtolicę copioſa benignitas, &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Nicolai de Conte, & Angeli de Pace Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati, profeſſorum Nobis nuper petitio continebat, quod olim venerabilis Frater Rogerius Epiſcopus Siracuſanus attente conſiderans, quod eccleſia S. Agathæ Burgi terræ Ferracanæ Syracuſanę diœceſis penitus deſtructa foret, & ruinæ ſubiaceret, cupienteſq; vt in illa diuinus cultus, quo deſtituta erat, obſeruaretur, ac vigeret, prædictam eccleſiam, ex qua aliqui fructus, redditus, & prouentus nō percipiuntur annuatim, tunc certo modo vacantem, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis eisdem Nicolao, & Angelo pro ipſorum, ac nonnullorum Fratrum dicti ordinis vſu, & habitatione perpetuis donauit, conceſſit, & aſſignauit.

2 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, ipſi Nicolaus, & Angelus, qui donationis, conceſſionis, & aſſignationis earundem vigore per dictam eccleſiam aſſecuti, ex tunc apud illam per tres annos reſederunt, prout reſident de præſenti; quiq; dictam eccleſiam in ſuis ſtructuris, & ędificijs notabiliter repararunt, & in poſterum pro parte reparare intendunt, deſiderent, donationem, conceſſionem, & aſſignationem prędictas ex certis cauſis Apoſtolico munimine roborari. Pro parte dictorum Nicolai, & Angeli Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. diſcretioni tuæ, &c.

3 Quatenus ſi, & poſtquam de donatione, conceſſione, & aſſignatione prædictis legitime conſtiterit, illas, necnon quęcumq; inde ſecuta, ſicut rite facta conſpexeris auctoritate noſtra approbes pariter, & confirmes, ſupplendo omnes defectus, &c. Datum Senis anno 1443. vndecimo Calendas Iulij anno decimotertio. *Ideſt 21. Iunij, Ordinis 223. Religionis 44.*

Vadingus tom. 5. Bulla 229. ex lib. 2. de Regular. anno 13. fol. 193.

BVLLA CXVI.

E*Vgenius IV. ſcribit Antonio Iacobo Linerio Canonico Anconitano vt Eccleſiam S. Marię Nouę confirmet Sororibus. Infra iterum Bulla CXXII.*

1 Vacantibus præſertim fęminei ſexus, &c. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Antonię Miniati de Senis, & Clarę de Firmo,

Firmo, ac nonnullarum aliarum Sororum Domus S. Marię Nouę Anconitanenſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim venerabilis frater noſter Ioannes Epiſcopus Anconitanenſis attente conſiderans, quod Religio abſq; loco habili, & idoneo commode ſeruari non poſſet, & prędicta Domus, quę dudum tunc Monaſterium Ordinis S. Benedicti exiſtens Monaſterio S. Bartolomei etiam Anconitano dicti Ordinis S. Benedicti auctoritate ordinaria vnita fuerat, prędictis Antonię, Clarę, & Sororibus regulari obſeruantia eiuſdem Tertij Ordinis Altiſſimo famulantibus, pro earum vſu, & habitatione habilis, & idonea foret; ipſam Domum tunc Monaſterium Monialibus penitus carens, & inhabilitatem, necnon in magna ſui parte ruinoſum, & deterioratum cum ipſius eccleſia, & infra illius ſepta conſiſtentibus domibus, poſſeſſionibus, & alijs bonis ad ipſam Domum tunc Monaſterium ſpectantibus, dicto Monaſterio S. Bartolomei remanentibus, eadem auctoritate donauit, &c. Ipſęq; Antonia, Clara, & Sorores donationis, dationis, & aſſignationis earumdem vigore, prędictam Domum tunc Monaſterium aſſecutę, in illa ex tunc ſub obſeruantia prędicta permanſerunt, prout permanent de pręſenti. Quare pro parte dictarum Antonię, Clarę, & Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatũ, &c. Nos igitur, &c. diſcretioni tuę, etc.

2 Mandamus quatenus ſuper præmiſſis omnibus, et ſingulis, et eorum circumſtantijs vniuerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, et ſi per informationem huiuſmodi ea fore vera repereris, etc. donationem, traditionem, et aſſignationem prædictas, prout prouide factę ſunt, eadem auctoritate noſtra approbes, etc.

3 Nos enim ſi approbationem huiuſmodi, etc. fieri contigerit, Sororibus pręſentibus, et futuris Domus S. Mariæ Nouæ prædictis, quod aliquam ex Sororibus dicti Tertij Ordinis in earum, et ipſarum Domus Pręſidentem, quoties illius vacationis caſus occurrent, eligere poſſint.

Necnon in omnibus, et per omnia illam, ac prorſus ſimilem conceſſionem Sororibus Florentinenſibus, et Peruſinenſium Domorum conceſſam habeant, illaq; vti, et gaudere valeant.

Quod in antea Fratribus cuiuſuis Ordinis, aut preſbiteris ſecularibus, nullatenus ſubiaceant, ſed Epiſcopo Anconitanenſi pro tempore

pore exiſtenti dumtaxat ſubiectæ ſint, et eſſe cenſeantur, etc. concedimus pariter, et indulgemus. Non obſtantibus, etc. Datum Romæ apud S. Petrum anno, etc. 1444. quarto nonas Martij, anno decimo quarto. *Ideſt 4. Maij, Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5. Bulla 241. ex lib. 6. Mixto de diuerſis, an. 12. 13. & 16. fol. 171.

Mutarunt inſtitutum in illud S. Claræ. Oſſa prędictarum Antonię, & Clarę venerantur ibidem. Vadin. num. 73. De hoc conuentu iterum infra CXXVII.

BVLLA CXVII.

EVgenius IV. Laurentio, & Paulo de Regusiis Fratribus Tertiariis concedit Domum cum Eccleſia, & priuilegiis, quibus nonnulli Eremitę erant ſubiecti.

1 Sacrę Religionis, etc. Hinc eſt, quod Nos venerabilis fratris noſtri Michaelis Epiſcopi, ac dilectorum filiorum Communitatis Lauellenſis diæceſis eccleſiam quandam, quę cum horto, et quibuſdam paruis terrę petijs, oliuetis, necnon vinea, et ſeluá circa eam conſiſtentibus ad menſam epiſcopalem Lauellen. pertinere dignoſcitur, et iamdiu per quoſdam pauperes Eremitas teneri conſueuit, ſub quorumdam Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci, etc. regimine, et gubernatione de cetero permanere deſiderant.

2 Veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, eccleſiam hortum, terram, vineam, & ſiluam prædictos, quos ex nunc à menſa prædicta totaliter ſegregamus, & etiam ſeparamus, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis vobis, & ordini prædicto, eiuſq; Fratribus præſentibus, & futuris per vos, & ipſos, ita quod apud illam, pro veſtris, & illorum vſu, ac habitatione perpetuis vnum locum ad inſtar aliorum locorum dicti Ordinis fundare, & erigere, ac priuilegijs, & exemptionibus, etc. conceſſis vti, et gaudere valeatis, perpetuo tenendas, regendas gubernandas, et vſufructuandas de ipſius Epiſcopi conſenſu ad hoc expreſſe accedente, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo concedimus, donamus, et aſſignamus. Non obſtantibus, etc. Nulli ergo, etc. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1444. duodecimo Calendas Aprilis, anno decimo quarto. *Ideſt 21. Martii Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5. Bulla 244. ex lib. 1. de Regul. anno 14. fol. 181.

BVL-

Digitized by Google

BVLLA CXVIII.

Eugenius IV. ſcribit Ioanni de Galerio Priori S. Mariæ Nouę Viterbienſis, vt Sororibus S. Agnetis de Viterbio adiudicet nonnulla legata.

1 Iuſtis, ac honeſtis ſupplicum votis, etc. Exhibita ſiquidem Nobis pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Titiæ, & Conſtantiæ aliarumq; Sororum S. Agnetis Viterbienſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia petitio continebat, quod dudum pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Antoniæ relictæ quorumdam Antonij Thomaſij laici viduæ Viterbienſis Nobis expoſito, quod olim dictus Antonius concedens, etc. teſtamentum, inter cætera voluit, quod quædam domus, et vinea, tunc expreſſæ, quarum eandẽ Antoniam vſufructuariam relinquebat, poſt illius obitum, in habitationem, et ſuffragium dictarum Sororum foret, ac fructus ipſius vineæ, quam pro reparatione domus vendi poſſe voluit, vendi poſſent ad reparationem domus huiuſmodi deputati.

2 Quodq; ſi prædictæ Sorores domũ ipſam retinere requirerent, ſeu ſuper illa moleſtarentur, domus, et vinea prædictæ ſub cura, et protectione dilectorum filiorum vniuerſitatis artis Calciolariorum, ſiue Cerdonum Ciuitatis noſtræ Viterbienſis, qui ſimiliter vineam ipſam vendere poſſent, ita quod pro habitatiõe Sororũ huiuſmodi duntaxat, deueniret, prout in inſtrumento publico ſuperinde confecto, dicebatur plenius contineri.

3 Et pro parte eiuſdem Antonię Nobis ſubiuncto, quod in ciuitate prædicta Mulieres, ſiue Sorores F. Bernardini huiuſmodi non reperirentur, et in Domo prædicta, pro eo quod in loco publico conſiſtebat, religioſæ mulieres cum honeſtate morari non poterant; ipſaq; Antonia ex tunc Domum prædictam pro habitatione aliquarum mulierum religioſarum deputare volebat, venerabili fratri noſtro Ioanni Epiſcopo Viterbienſi noſtris dedimus literis in mandatis, vt ſi ita eſſet, faceret, vt ſibi, etc. melius videretur, eiſdem Sororibus ad inſtantiam dictæ Antoniæ coram prædicto Epiſcopo ad iudicium euocatis pro parte ipſarum Sororum fuit inter cætera coram eodem Epiſcopo excipiendo propoſitum.

4 Quod literę prædictę ex eo ſurreptionis vitio ſubiacebant, quod in illis nullas in ciuitate prędicta Fratris Bernardini Sorores exiſtere dicebatur, cum reuera prędicta Titia, Conſtantia, et alię Sorores,

Digitized by Google

rores, vt pręfertur, exiſterent, vt exiſtunt, ac voluntatem teſtatoris prædicti acceptauerant, & acceptabant, illamq; quantum in eis erat, adimplere volebant, prout erant legitime probare paratæ; quodq; propterea illarum vigore contra eam procedere non poterant, nec debebant.

5 Et quia dictus Epiſcopus eas ſuper hoc audire contra iuſtitiam denegauit, prædictę Sorores ad Sedem Apoſtolicam appellarunt, Verum dictus Epiſcopus appellatione huiuſmodi, de qua non erat ignarus, & infra cuius proſecutionis tempus, de quo non modicum ſupererat, dictæ Sorores erant contemptæ, ad nonnullos actus in cauſa ipſa proceſſit. Quare pro parte dictarum Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. Diſcretioni, &c.

6 Mandamus, quatenus reuocato in irritum, quicquid poſt appellationem huiuſmodi inueneris temere attentatum, ac vocatis dicta Antonia, & alijs, qui fuerint euocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod iuſtum fuerit, appellatione remota, decernas. Faciens quod decreueris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, &c. ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas. Non obſtante, ſi dictæ Antoniæ, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim à dicta ſede indultum, quod interdici, &c. mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum, anno, &c. 1444. decimo quarto Calendas Maij, anno decimo quarto. *Ideſt 18. Aprilis, Ordinis 224. Religionis 45. Vadingus tom. 5. Bulla 245. ex lib. 1. de Regular. anno 14. fol. 85.*

BVLLA CXIX.

EVgenius IV. ſubijcit Fratres, & Sorores in partibus Fori Iulij diœceſis Aquileienſis Vicario Prouinciæ S. Antonij.

1 Expoſcit dilectorum filiorum Vicarij, & Fratrum Prouinciæ S. Antonij iuxta morem Fratrum Minorum de Obſeruātia, &c. Hinc eſt, quod Nos pro Religionis augmento, &c. non ad ipſorum Vicarij, & Fratrum, vel alterius pro eis Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, Moderno, & qui pro tēpore erunt Vicarijs dictæ Prouinciæ, quod ipſi Vicarij per ſe, vel alium, ſeu alios, quem, ſeu quos ipſi ad hoc pro tempore duxerint depu-

Digitized by Google

deputandum, vel deputandos, à quibuſcumq; vtriuſq; Chriſtifidelibus in partibus fori Iulij Aquilegienſis diæceſis pro tempore commorantibus, profeſſionem per Fratres, et Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati per felicis recordationis Nicolaum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum approbati, emitti ſolitum, emittere volentibus recipere, &c.

2 Eiſq; regularem habitum per Fratres, et Sorores prædictos geſtari ſolitum exhibere, et illas ex perſonis dicti Tertij Ordinis, quæ nulla ſufficienti deſuper licentia fulcitæ in Vdino, et Ciuitatis Auſtriæ terris ſimul habitantes aliqua loca pro earum vſu, et habitatione receperunt, ab excommunicatione, alijſq; ſententijs, cenſuris, et pænis, ſi quas propterea incurrerent, abſoluere in forma eccleſiæ conſueta, iniunctis, et iniungendis.

3 Eiſq; et quod iam recepta retinere, et alijs ſimiliter prædicti ſexus perſonarum, quæ in prædictarum Vdino, et Ciuitatis Aurię terris prædictorum Fratrum, et Sororum dicti Tertij Ordinis inhabitationes, domos, atq; loca cum oratorijs, dormitorijs, alijſq; pro earum vſu, et habitatione neceſſarijs officinis de nouo conſtruere, ſeu iam conſtructa, vel eiſdem conceſſa recipere, dummodo iam recepta, aut recipienda Domos, atq; loca vltra quatuor numero non exiſtant.

4 Necnon quod confeſſor, ſeu confeſſores dicti Ordinis Minorum de Obſeruantia, quam, ſeu quos vtriuſq; ſexus perſonæ, quæ profeſſionem Tertij Ordinis huiuſmodi pro tempore emiſerint, ſeu illarum quęlibet pro tempore duxerint, vel duxerit eligendum, ſeu eligendos, earum confeſſionibus diligenter auditis illis omnibus, in reſeruatis ſemel tantum, in non reſeruatis vero Sedi Apoſtolicę caſibus, quoties fuerit opportunum, debitam abſolutionem impendere, et iniungere pænitentiam ſalutarem; ipſiſq; omnibus, diœceſani loci, et proprij ſacerdotis, cuius licentiam ſuper hoc Paſchali tempore duntaxat dictæ perſonę petere teneantur, licet eam non obtineant, ſuper his licentia nullatenus requiſita Euchariſtię Sacramentum miniſtrare; ac dictis perſonis, illarumq; ſingulis eis in ſinceritate fidei, vnitate S. R. E. ac deuotione noſtra, et ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrātium pettentibus plenam remiſsionem in mortis articulo valeat, ſeu valeant concedere. Ita tamen, quod confeſſor, ſeu confeſſores,

Digitized by Google

huiuſmodi de ijs, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam dictis perſonis per eas, ſi ſuperuixerint, vel hæredes,ſeu ſucceſſores ſuos,ſi tunc tranſierint,faciendum iniungant,quam dictę perſonæ,aut hęredes,vel ſucceſſores facere teneantur. Et ne,quod abſit,dictæ perſonæ per huiuſmodi conceſſionis plenarię gratiam procliuiores reddantur ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ipſæ dicti Tertij Ordinis perſonę ex confidentia remiſſionis huiuſmodi forſan committerent, quod illa ipſa remiſſio nullius ſit roboris, vel momenti. Quodq; dictæ perſonæ per vnum annum à tempore, quo conceſſionis huiuſmodi no itiam habuerint, ſingulis ſextis ferijs, impedimento ceſſante legitimo, ieiunet, &c,

5 Et inſuper quod Vicarij, & ab eis pro tempore deputati prædicti ad omnium perſonarum animarum dictarum Tertij Ordinis huiuſmodi regimen, & gubernationes præſidentes Viſitatores, & alios officiales quoſcumq; prout ipſis Vicarijs, ac deputatis pro dictarum perſonarum animarum ſalute opportunum fore videbitur,inſtituere,et deputare; ac etiam illos,nullo iuris ordine obſeruato, ad ipſorum nutum deſtituere, et remouere licite,et libere valeant, &c. indulgemus.

6 Volumus autem, quod per quaſcumq;literas Apoſtolicas Generali Miniſtro dicti Ordinis Minorum pro tempore exiſtenti, ſeu alijs quoquomodo conceſſas, vel in poſterum concedendas, præſentes literæ nullatenus intelligantur reuocatæ. Non obſtantibus felicis recordationis Clem. V. & C.cæteriſq; &c. Nulli ergo,&c. Nulli ergo,&c. Datum Romæ apud S.Petrum anno 1444. quarto Calendas Maij,anno decimo quarto.*Ideſt* 28.*Aprilis,Ordinis* 224. *Religionis* 45.

Vadingus tom. 5 *Bulla* 246. *ex Archiuio ſecreto lib.* 22. *Bullar fol.* 274.
Conceditur licentia Vicario, & Fratribus de Obſeruantia in Vdino, & Ciuitate Auſtriæ recipiendi Tertiarios vtriuſq; ſexus ad habitum, & profeſſionem. Secundo, *quod abſoluantur ab excommunicatione Tertiarij, qui loca recęperunt ſine licentia.* Tertio, *loca de nouo recipiendi datur facultas, modo vltra quatuor numero fratres non exiſtant.* Quarto, *confeſſor de Obſeruantia ab illis eligendus abſoluat ſemel à reſeruatis.* Quinto, *tenentur petere licentiam in Paſchate, licet non obtineant à ſuo proprio ſacerdote pro Euchariſtia.* Sexto, *indulgentiam*

Digitized by Google

am plenariam in articulo mortis cum certis circunſtantijs. Septimo, *Vicarij & eorum deputati poſſunt inſtituere. Viſitatores, qui ordine iuris non ſeruato remoueant ab officijs.*

Similiter eodem die, & tenore verborum ſubdit Vicario, & Fratribus Boſnenſibus omnes Tertiarios vtriuſq; ſexus Regni Hungariæ. Vading. ad hunc annum 1444. in fin.

BVLLA CXX.

EVgenius IV. ſcribit Theſaurario Eccleſiæ Compoſtellanæ, vt concedat Eremitorium S. Crucis Sorori Agneti.

1 Pijs votis fidelium, &c. Exhibita ſiquidem Nobis pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Agnetis Alphonſi Sororis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia, petitio continebat, quod olim Eremitorio S. Crucis loci de Cruma, Compoſtellanenſis diœceſis tunc certo modo Rectore carente, nonnulli laici Rectores dicti loci prædictum Eremitorium ſic Rectore carens eidem Agneti ſub certis modo, & forma conceſſerunt, ipſaq; Agnes conceſſionis huiuſmodi vigore prædictum Oratorium aſſecuta; illud ex tunc tenuit, & poſſedit, prout tenet, & poſſidet de preſenti. Cum autem, &c. dicta Agnes dubitet, conceſſionem prædictam ex certis cauſis iuribus non ſubſiſtere, pro parte eiuſdem Agnetis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. diſcretioni tuæ, &c.

2 Mandamus, ſi tibi temporis qualitate, & loci conditione, & circũſtantijs vniuerſis penſatis conceſſionem huiuſmodi faciendam videbitur, &c. prædictum Eremitorium, vt dicta Agnes aſſerit, nullos redditus habens, quouis modo Rectore careat, etiamſi illius diſpoſitio ad Sedem Apoſtolicam pertineat, dummodo tempore Datæ præſentium non ſit in eo alicui ſpecialiter ius aquiſitum, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis prædictæ Agneti per eas, & ſex alias Sorores prædictas, necnon ipſarum quamlibet ſub obſeruantia huiuſmodi perpetuò inhabitandum, vt præfertur, auctoritate noſtra concedas; inducens per te, vel alium, ſeu alios eamdem Agnetem, vel procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſſionem Eremitorij, iuriumq; pertinentiarumq; prædictarum, & defendens inductam; amoto exinde quolibet illicito detentore; contradictores auctoritate noſtra, &c. Non obſtantibus,

bus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1444. tertio idus Maij, anno decimo quarto. *Ideſt 13. Maij, Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5. Bulla 250. ex lib. 1. de Regular. anno 14. fol. 23.

BVLLA CXXI.

EVgenius IV. ſcribit Archidiacono Taurinenſi, vt concedat Eremitorium S. Mariæ de Lairo prope villam de Tubere ſororibus.

1 Deuotis petentium, &c. Cum itaq; ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectæ in Christo filiæ Ioannæ Roderici Sororis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia, petitio continebat, quod Eremitorium S. Mariæ de Lairo apud villam de Tubere Ciuitatenſis diæceſis, quod antiquitus Monaſterium Monialium extitit, in præſentiarum penitus inhabitabile exiſtat, nec in illo à longo tempore citra diuinum officium celebratur, ob illius deſtructionem, reddituum carentiam, ac egeſtatem; ipſaque Ioanna, &c. in huiuſmodi Eremitorio Altiſſimo perpetuis temporibus famulari, ac illud reparare, ſeu reparari facere, necnon libros, & ornamenta pro diuino cultu neceſſarijs inibi procurare ſummopere concupiſcat, ſi dictum Eremitorium eidem Ioannæ pro ſe, & alijs mulieribus in ipſo Eremitorio ſub vita communi degere volentibus pro earum vſu, & habitatione perpetuo concedatur. Nos, &c. diſcretioni tuæ, &c.

2 Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, & Eremitorium prædictum ad pręſens habitatore carere repereris, illud cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis eidem Ioannæ pro ſe, & mulieribus prędictis inibi ſub regularibus eiuſdem Ordinis habitu, & obſeruantia inſimul viuere, vt præfertur, volentibus, &c. concedas, & aſſignes; faciens eidem Ioannæ, necnon mulieribus inibi pro tempore degentibus de illius fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis, ſi quæ reperiantur, integre reſponderi. Contradictores per cenſuram, &c. compeſcendo. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno 1444. quarto idus Iunij, anno decimo quarto. *Ideſt 10. Iunij, Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5. Bulla 252. ex lib. 1. de Regular. anno 14. fol. 101.

BVL-

Digitized by Google

BVLLA CXXII.

EVgenius IV. ſcribit Archidiacono Taurinenſi, vt concedat Eremitorium S. Luciæ Sororibus Domus S. Ildephonſi Placentiæ.

1 Sacræ Religionis, ſub qua dilectæ in Christo filiæ Prioriſſa, & Sorores Domus S. Ildefonſi Placentinenſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dictarum Prioriſſæ, & Sororum petitio continebat, quod olim venerabilis frater noſter Gundiſaluus Epiſcopus Placentin. Eremitorium S. Luciæ Placentin. tunc gubernatore, ſeu Eremitis deſtitutum, eisdem Prioriſſæ, & Sororibus ſub regulari eiuſdem Ordinis obſeruantia degentibus, vt exinde aliquod in ſuis neceſſitatibus reciperent releuamen vſq; ad eius beneplacitum dedit, atque conceſſit. Ipſæq; Prioriſſa, & Sorores vigore conceſſionis, & donationis prædictarum poſſeſſionem dicti Eremitorij apprehendentes, illud ex tunc, &c. & poſſident de præſenti. Cum autem, &c. dictæq; Prioriſſa, & Sorores ipſum Eremitorium eis, ac futuris in dicta Domo Prioriſſis, ac Sororibus perpetuo concedi deſiderent. Nos, &c. diſcretioni tuæ, &c.

2 Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, Eremitorium prædictum, cuius fructus, redditus, & prouentus trium librarum Turonenſium paruorum ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, vt ipſæ exponentes aſſerunt, non excedunt, Prioriſſis, & Sororibus præſentibus, & futuris prædictis auctoritate noſtra perpetuo concedas, tradas pariter, & aſſignes, ita quod ipſæ illud perpetuis futuris temporibus tenere, ac eius fructus, redditus, & prouentus percipere, & in earum, necnon Domus prædictæ vſus, & vtilitatem conuertere libere, & licite poſſint. Alienatione tamen quorumcumq; bonorum immobilium illius Eremitorij eis penitus interdicta. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1444. quinto Calendas Iulij, anno decimo quarto. *Id eſt 27. Iunij, Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5. Bulla 253. ex lib. 1. de Regular. anno 14 fol. 35.

BVL-

BVLLA CXXVII.

EVgenius IV. Sorores Senenſes eximit à regimine Fratrum eiuſdem Ordinis, & ſubijcit Epiſcopo.

1 Cunctorum ſtatui fidelium,&c. Cum itaq; ſicut pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Catarinæ relictæ Gerardi de Cimicijs laici viduæ Miniſtræ,& Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci Mantellatę nuncupatarum in Ciuitate Senenſi degentium Nobis nuper exhibita petitio continebat, ex conuerſatione, quam dilecti filij Fratres dicti Tertij Ordinis, etiam in prædicta Ciuitate degentes, quibus in omnibus ſubiectæ fore dicuntur; & quorum capitulis, quæ ſingulis primis diebus veneris cuiuſlibet menſis apud eos celebrantur, vt illi aſſerunt, intereſſe obligantur, quiq; viſitationem, & gubernationem eorum, & commiſſorum per aliquam ipſarum pro tempore inquiſitionem, correctionem, & punitionẽ ad ſe ſpectare, ac omnem iurisdictionem in eas exercere poſſe contendunt, cum eis habent, pro eo, quod minus honeſta à pleriſq; iudicatur, & illic vt plurimum forenſes alienigenæ, & variæ conditionis perſonæ exiſtunt, à quatuor annis proxime præteritis citra diffamationes dictarum Sororum plura ſcandala ſecuta fuerunt, quæ ante annos eoſdem à ſeptuaginta annis retro lapſis, dũ prædictæ Sorores ſolis Miniſtræ, & Viſitatori dicti Ordinis ſubeſſent, ſequi viſa non extiterunt. Pro parte ipſarum Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum,&c.

2 Nos,&c. omnes Sorores dicti Tertij Ordinis in prædicta ciuitate pro tempore degentes à ſubiectione, viſitatione, inquiſitione, correctione, punitione,& dominio, ac ab omni iurisdictione Fratrum prædictorum, ſiquæ illis in eas quouis modo competant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium penitus eximimus, pariter, & liberamus, ac taliter exemptas, ac liberatas fore decernimus; eaſq; in omnibus,& ſingulis earum Viſitatori, atq; Miniſtræ pro tempore degentibus prout aliæ mulieres in Florentinenſi, Peruſienſi, & Camerinenſi Ciuitatibus ſub eodem Ordine degentes, ex priuilegijs Apoſtolicis per Nos eis conceſſis exiſtunt, ſubmittimus.

3 Eaſq; ſic ſubiectas ſub obedientia venerabilis fratris Epiſcopi Senenſis perpetuo volumus permanere. Non obſtantibus,&c. Diſtrictius inhibentes Fratribus dicti Tertij Ordinis, qui in eadem Ciui-

Digitized by Google

Ciuitate, &c. ne audeant, ſeu pręſumant aliquam auctoritatem, &c. in ipſas Sorores, vel contra eos quomodolibet exercere, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. 1444. pridie Calendas Septembris anno decimo quarto. *Ideſt* 31. *Auguſti, Ordinis* 224. *Religionis* 45.

Vadingus tom. 5. *Bulla* 254. *ex lib.* 1. *de Regular. anno* 15. *fol.* 213.

BVLLA CXXIV.

EVgenius IV. indulget Fratribus Cremonenſibus, vt eligant ſuum Miniſtrum ſine interuentu Eremitarum, & cauſas litis inter eos committit Præcepiori S. Antonij, & Priori S. Petri de Pado.

1 Ijs, quę pro religioſarum, &c. Dudum ſiquidem per Nos accepto, quod in electione tunc futuri Miniſtri Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati in Ciuitate Cremonenſi commorantium, in qua nonnulli dicti Ordinis Fratribus, qui ſeparatim in domibus degunt, intereſſe nitebantur, varię fuerant diſſenſiones exortę.

2 Nos tunc per noſtras in forma Breuis literas dilectis filijs Pręceptori S. Antonij, & Priori Prioratus S. Petri de Pado Cremonenſis, eorumdem nominibus proprijs non expreſſis dedimus in mandatis, vt ipſi, vel eorum alter, vocatis qui forent euocandi, ad electionem Miniſtri huiuſmodi iuxta morem alibi obſeruatum ea vice procederent, &c. prout in ipſo Breui plenius continetur.

3 Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filij Marci Miniſtri Fratrum prędictorum petitio continebat, prędictus Præceptor, cui etiam ipſe Prior ex certis cauſis vices ſuas commiſerat, electionem iuxta morem huiuſmodi celebrari fecerit, ipſorum Fratrum deſuper conſenſu, & approbatione ſubſecutis, prout in inſtrumento, &c. dicitur contineri, pro parte dicti Marci Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

4 Nos igitur, &c. electionem prędictam, & quęcumq; inde ſecuta ratam habentes, &c. confirmamus, &c. Et nihilominus pręſenti conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, vt de cętero, quoties eligendi Miniſtri huiuſmodi tempus congruerit ad electionem ipſã dicti Fratres in Domibus degentes duntaxat, excluſis Eremitanis Fratribus, admittantur; decernentes harum ſerie illam prorſus,

quę in electione dicti Marci Miniſtri ſeruata extitit, in futuris electionibus formam obſeruari debere, necnon irritum, &c. Non obſtantibus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romę apud S. Petrum anno, 1444. nonis Septembris anno decimo quarto. *Id eſt 5. Septembris, Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5. Bulla 255. ex Archiuio Secreto lib. 22. Bullar. fol. 193.

BVLLA CXXV.

EVgenius IV. ſcribit Epiſcopo Ameliunſi, vt concedat Fratribus Eccleſiam S. Mariæ Nouæ ſuæ diœceſis, cum cœmeterio, & priuilegijs aliorum Domorum.

1 Deuotorum Nobis, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilecti filij Petri Guidonis Presbiteri S. Leonis Dięceſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati Profeſſoris, petitio continebat, quod olim dilectus filius Antonius Franciſci Prior ſecularis, & collegiatę eccleſię S. Laurentij de Creneſtello extra muros Amelien. eccleſiam, ſiue capellam ſine cura S. Marię de Monticulis ſuę dięceſis, quę ipſi eccleſię Sancti Laurentij certo modo ſubiecta exiſtit, & â pluribus annis citra, quandoq; per Fratres dicti Ordinis, nonnunquam vero per alias pauperes perſonas eremiticatus vitam ducentes, teneri conſueuit, tunc perſonis huiuſmodi carentem cum domibus, & horto ſibi adiacentibus, nec non omnibus, & ſingulis elemoſinis, ac oblationibus, quę eidem eccleſię, ſiue capellę S. Marię pro tempore medietate illarum, quę in Aſſumptionis, & perſolutis ex eis annis ſingulis ipſi Petro quatuor floreni auri, omnibus alijs, quę in Natiuitatis B. Marię feſtiuitatibus percipiuntur, quas dictus Antonius ad ſuos vſus, & vtilitatem reſeruauit, duntaxat exceptis, Petro prędicto ſub certis modo, & forma dedit, & conceſſit, ipſeq; Petrus eccleſiam, ſiue capellam S. Marię prędictam dationis, & conceſſionis huiuſmodi vigore aſſecutus, illam extunc tenuit, &c. poſſidet de preſenti. Cum autem, &c. dictus Petrus dubitet, dationem, &c. non ſubſiſtere, &c.

2 Et ſi eccleſia S. Marię, ſiue capella prędicta cum Domibus, & horto prędictis dicto Petro per eum, & alios Fratres eiuſdem Ordinis perpetuo tenenda, &c. aſſignaretur, ipſe Petrus in illa cum pluribus Fratribus eiuſdem Ordinis diuinis officijs, &c. vacando reſide-

reſideret, &c. Quare pro parte eiuſdem Petri, aſſerentis, quod ipſa eccleſia, ſiue capella S. Mariç nulli annui fructus, redditus, elemoſinis, & oblationibus huiuſmodi duntaxat exceptis, percipiuntur, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. fraternitati tuę, &c.

3 Mandamus, quatenus ſi vocatis dicto Antonio Priore, & alijs, qui fuerint euocandi, tibi de pręmiſſis legitime conſtiterit, Eccleſiam S. Mariç, ſiue Capellam prędictam cum domibus, & horto prędictis, ac calicibus, libris, paramentis, & alijs ornamentis eccleſiaſticis, necnon ſuppellectilibus, & bonis mobilibus ipſi Eccleſiæ S. Mariç, ſeu Capellę hactenus oblatis, quæcumq; quotcumq; & qualiacumque fuerint, eidem Petro, & Fratribus prędictis dicti Ordinis pręſentibus, & futuris, per aliquos ex eis perpetuo tenendam, regendam, &c. concedas, & appropries, ita quod ex tunc liceat Petro, & Fratribus prędictis in ipſa Eccleſia S. Mariç, ſiue capella cemeterium habere, & quęcumq; per ipſorum Fratrum vſu, & habitatione neceſſaria fundare, & conſtruere, &c. ſingulas, & elemoſinas, etiam illas, quas ipſe Antonius ſibi reſeruauit, vt pręfertur, integre percipere; necnon in fabricam, & vtilitatem eccleſiæ S. Mariç, ſeu capella huiuſmodi, ac ſuſtentationem tuam conuertere. Diæceſani, &c. minime requiſita.

Nos enim, ſi dationem, conceſſionem, & appropriationem prędictas feceris Petro, & Fratribus in Domo S. Mariæ ſiue capella huiuſmodi pro tempore commorantibus; quod omnibus priuilegijs, &c. alijs Fratribus dicti Ordinis, &c. alias conceſſis vti & gaudere libere, & licite poſſint, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium de ſpeciali dono gratię indulgemus. Non obſtantibus felicis recordationis Clementis Papæ V. prędeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Sacroſancta* quibuſcumq; Datum Romę apud S. Petrum anno 1444. pridie idus Nouembris, anno decimo quarto. *Ideſt 12. Nouembris, Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5 Bulla 258. ex lib. 1. de Regular. an. 14. fol. 232.

BVLLA CXXVI.

EVgenius IV. ſcribit Abbati Monaſterij S. Ioannis de Paneclaria extra muros Anconitanos, vt reuocet vnionem bonorum Monaſterij S. Mariæ Nouæ vnitorum Monaſterio S. Bartolomęi, de quo ſupra CXVI.

1 Digna exauditione vota, &c. Nuper ſiquidem pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Antonię Miniatis de Senis, & Clarę de Firmo, necnon aliarum Sororum Domus S. Marię Nouę Anconitanenſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia Nobis expoſito, quod venerabilis frater noſter Ioannes Epiſcopus Anconitan. attente conſiderans, quod Religio abſq; loco habili, & idoneo commode ſeruari non poſſet, & prędicta Domus, quę dudum tunc Monaſterium Ordinis S. Benedicti exiſtens Monaſterio S. Bartolomęi etiam Anconitan. dicti Ordinis S. Benedicti auctoritate ordinaria vnita fuerat, prędictis Antonię, Clarę, & Sororibus ſub regulari obſeruantia eiuſdem Tertij Ordinis Altiſſimo famulantibus, pro earum vſu, & habitatione habilis, & idonea foret, ipſam Domum tunc Monaſterium Monialibus penitus carens, & inhabitatum, &c. cum ipſius eccleſia, & infra eius ſepta conſiſtentibus, domibus, poſſeſſionibus, & aliis bonis ad ipſam Domum tunc Monaſterium ſpectantibus eidem Monaſterio S. Bartolomęi remanentibus donauerat, dederat, & aſſignauerat. Ipſęq; Antonia, Clara, & Sorores donationis, dationis, & aſſignationis earumdem vigore prędictam Domum tunc Monaſterium aſſecutę, in illa ex tunc ſub obſeruantia prędicta permanſerant, prout permanebant.

2 Nos donationem, &c. per alias noſtras approbari, & confirmari mandauimus, &c. Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectarum Antonię, Clarę, & Sororum petitio continebat, in ipſa Domo S. Marię Nouę, Virgines, & Continentes inibi regularem profeſſionem emittentes, in dies adeo creſcant, quod non habent, vnde ſibi pro victu, &c. ſuſtentare valeant. Et ſicut eadem petitio ſubiungebat, ſi à prędicto Monaſterio S. Bartolomęi, cui alias S. Mariæ Nouæ prædictum, vt pręfertur, & S. Claræ, & S. Agnetis etiam Anconitan. Monaſteria dicti Ordinis S. Benedicti in ſubuentionem neceſſitatum Monialium eiuſdem Monaſterij S. Bartolomęi, quę tunc in numero copioſo exiſtebant, canonice vnita fuerunt; quodq; nunc pro ſuſtentatione Monialium illius,

quæ

quæ quatuor, vel quinq; duntaxat fore noſcuntur, amplos, & ſuperfluos redditus habent, ſepararentur, ſeu quo ad illa vnio de dicto olim Monaſterio S. Mariæ Nouæ cum poſſeſſionibus, terris, & bonis facta prædicta ad ius, & proprietatem dictæ Domus olim Monaſterij reducerentur, & illi reſtituerentur, ac prædictis Antoniæ, Claræ, & Sororibus per eas, necnon alias Sorores eiuſdem Tertij Ordinis in prædicta Domo olim Monaſterio pro tempore degentes, perpetuo tenenda, & poſſidenda, ac vſufructuanda donarentur, &c. Ipſæ Antonia, Clara, & Sorores ſuſciperent releuamen. Pro parte dictarum Antoniæ, Claræ, & Sororum fuit Nobis humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. diſcretioni tuæ, &c.

3 Mandamus, quatenus vocatis dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſa, & conuentu dicti Monaſterij S. Bartolomęi ſepares, & vnionem de Monaſterio S. Mariæ Nouæ cum poſſeſſionibus, terris, & bonis prædictam reuoces, caſſes, & annulles, &c. ipſaq; terras, poſſeſſiones, & bona ad ius, & proprietatem dictæ Domus olim Monaſterij reducas, ac illi reſtituas; necnon prædictis Antoniæ, Claræ, & Sororibus per eas, ac alias Sorores pro tempore degentes prædicta perpetuo poſſidenda, tenenda, &c. appropries, & aſſignes, ita quod ex tunc liceat eiſdem Antoniæ, Claræ, & Sororibus etiam pro tempore degentibus per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem terrarum, bonorumq; prædictorum propria auctoritate apprehendere, illorumq; fructus, redditus, & prouentus in ſuos, ac dictæ domus olim Monaſterij vſus, & vtilitatem conuertere. Diœceſani, &c. minime requiſita. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1444. decimo quarto Calendas Ianuarij, anno decimo quarto. *Ideſt 19. Decembris, Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5. Bulla 160. ex lib. 1. de Regular. anno 14. fol. 147.

BVLLA CXXVII.

EVgenius IV. Fratres Boſnenſes, & Vngarenſes ſubijcit Vicario Obſeruantiæ, cum facultate recipiendi conuentus, & inſtituendi Confraternitates in ſuis eccleſijs.

1 Expoſcit dilectorum filiorum Vicarij, & Vicariæ Boſnæ Fratrum, &c. Hinc eſt, quos Nos pro Religionis augmento, &c. *Vide Bullam:*

iam: Expoſcit hic ſupra ſub n. CXIX. vſq; ad: Vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus, in quibuſcumq; partibus, ſeu locis, ad quas, vel ad quæ d cta Vicaria extenditur pro tempore commorantibus, &c. *ibidem vſq; ad: Deſuper licentia ſuffulta,* in Hungariæ partibus inſimul habitantes aliqua loca pro earum vſu, &c. eiſq; quod iam recepta retinere, & alijs ſimiliter prædicti ſexus perſonis, quod duo, tria, & plura, ac tot alia Domos, & loca, quot ipſis Vicarijs expediens videbitur, cum oratorijs, dormitorijs, &c. officinis vbilibet in dicta Vicaria denuo conſtruere, ſeu iam conſtructa, vel ſibi conceſſa recipere.

2 Confraternitates etiam, ſeu Societates pietati idoneas iuxta morem præſertim Italicum vulgariter *Verberatorum*, ſeu, *Flagellatorum* nuncupatas cum opportunis conſtitutionib. ordinare, & ordinatas abſq; quorumuis Prælatorum eccleſiaſticorum, vel alterius dignitatis contradictione, quibus, vt in talibus deſiſtere debeant, Apoſtolica auctoritate harum ſerie prohibemus, ac interdicimus, in ſuis deuotionibus, ac pijs operibus fouere, &c. Necnon, quod Confeſſor, ſeu confeſſores, &c. *vt in eadem vſq; ad:* Cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. 1444. pridie Calendas Februarij, anno decimo quarto. *Ideſt 31. Ianuarij, Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5. Bulla 267. ex Archiuio ſecreto libro 22. fol. 252.

BVLLA CXXVIII.

EVgenius IV. approbat vota ſolemnia emiſſa à Sororibus S. Ioannis Gaudenſis diœceſis Tornacenſis.

1 Annuere ſolet Sedes Apoſtolica pijs votis, &c. Cum itaq; ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia in quadam Domo apud Parochialem Eccleſiam S. Ioannis Gaudenſis Tornacenſis diæceſis inſimul commorantium petitio continebat, licet ipſæ, & quælibet earum à pleriſq; annis citra profeſſionem per Sorores dicti Ordinis emitti ſolitam in Domo præfata in manib. Viſitatoris eiuſdem Ordinis, vel ſuorum ſuperiorum ſolemniter emiſerint, ac etiam tria dicti Ordinis, prout illius ſuadent inſtituta regularia ſubſtantialia vota emittere velle etiam cũ ſolemnitatibus

bus

bus in talibus fieri ſolitis, iurauerint, pro eo tamen, quod in prędictis Sedis prædictæ auctoritas non interuenit, ipſæ Sorores ſe ſuper his iuquietari, & moleſtari poſſe dubitent tempore ſuccedente.

2 Nos, &c. omnia, & ſingula, quæ circa profeſſionis emiſſionem, ac iuramenta per ipſas præſtita huiuſmodi alias rite facta ſunt, auctoritate Apoſtolica ratificamus, et approbamus, quod ſingulæ in huiuſmodi pro tempore recipiendæ Sorores ſimilia vota, & profeſſiones inibi emitti ſolitas, emittere libere, & licite poſſint, ipſis dicta auctoritate concedimus per preſentes. Non obſtantibus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1445. ſeptimo Calendas Iunij, anno decimo quinto. *Ideſt 26. Maij, Ordinis 225. Religionis 46.*

Vadingus tom. 5. Bulla 274. ex lib. 1. de Regular. anno 15. fol. 120.

BVLLA CXXIX.

EVgenius IV. Sororibus Parmenſibus de Campana, quæ debebant viuere ſecundum Statuta Sororum Fulgentin. approbat alias conceſſa priuilegia & quæcumq. alia, licet non aſſumpſerint illarum diſciplinam. Iterum ſupra CXIII. Infra CXLI.

1 Deuotum, &c. Dudum ſiquidem pro parte veſtra Nobis expoſito, quod olim quondam Gaſpar de Caſtagnero Ciuis Parmenſis, &c. condens in eius volun ate vltima teſtamentum, inter alia quoddã Hoſpitium *de la Campana* nuncupatum, & alias, in quibus ipſe Gaſpar, dum viueret, habitare conſueuit, et omnes, et ſingulas alias Domos infra limites parochiæ parochialis eccleſiæ S. Proſperi Parmenſis conſiſtentes, et ad eumdem Gaſparem legitime pertinentes cum hortis, curijs, ac omnibus alijs iuribus, & pertinentijs ſuis. Sororibus veſtri Ordinis in Ciuitate Parmenſi commorantibus, et ſub ipſius Ordinis regulari Obſeruantia viuentibus, præſentibus, et futuris pro veſtris, ipſarumq; Sororum vſu, et habitatione legauerat, prout in inſtrumento publico ſuperinde confecto dicebatur, plenius contineri.

2 Et vos, quæ legati huiuſmodi vigore prædictarum Domorum poſſeſſionem fueratis aſſecutæ, inſimul ſub Regula eiuſdem Ordinis, iuxta modum, et formam, ac inſtitutiones, et ordinationes di-

lecta-

lectarum in Christo filiarum dicti Ordinis Dominarum de Fulgineo nuncupatarum, in noſtra Fulginatenſi, & Florentinenſi Ciuitatibus inſimul viuentium Altiſſimo famulari feruentius deſideraretis ac pro veſtra Nobis parte humiliter ſupplicato, vt vobis in Domibus prædictis vnam Domum ſub vocabulo S. Mariæ Gratiarum cum Eccleſia, Campana, & pro veſtris cadaueribus duntaxat ſepeliendis cemeterio, hortis, etc. officinijs, pro veſtris vſu, et habitatione perpetuis fundandi, etc.

3 Nos Vobis Domum ipſam cum eccleſia, campana, cemeterio, hortis, hortaljcijs, et officinis prædictis in prædictis vobis relictis, et legatis Domibus, Diæceſani loci, etc. minime requiſita fundandi, conſtruendi, et erigendi licentiam per alias noſtras literas elargiti fuimus.

4 Ac voluimus, quod vos in fundanda, et conſtruenda Domo huiuſmodi pro tempore commorantes Sorores prædictę iuxta modum, et formam inſtitutiones, et ordinationes antedictas, et in illa viuere perpetuo teneremini; quodq; Domibus, et ſingulis immunitatibus, etc. Sororibus de Fulgineu nuncupatis per Nos, vel Sedem Apoſtolicam conceſſis prædictis in omnibus, etc. vti poſſetis pariter, et gaudere, etc.

5 Poſtmodum vero, etc. Vos, quæ earumdem literarum vigore prędictam Domum ingreſſę eccleſiam cum campanili, etc. conſtructis, cum aliquę ex Sororibus de Fulgineo nuncupatis prędictis, quæ vos in obſeruantia eiuſdem Ordinis, ac modo, et forma, inſtitutionibus, et ordinationibus antedictis inſtruerent, et informarent habere nequiuiſſetis, quaſdam ex Sororibus dicti Ordinis in Ciuitate Placentina commorantibus, et ſub obſeruantia huiuſmodi viuentibus, de licentia, et beneplacito dilecti filij Ioannis de Capiſtrano Ordinis F. Minorum profeſſoris, et in partibus citramontanis Fratrum dicti Ordinis de Obſeruantia nuncupatorum tunc Vicarij Generalis recepiſtis.

6 Cum autem, etc. Vos pro eo, quod Sorores in Placentin. commorantes prędictę iuxta quarum modum, inſtitutiones, et ordinationes viuitis in aliquibus à modo, forma, inſtitutionibus, et ordinationibus Sororum de Fulgineo diſcrepare noſcuntur, et licet non minus virtuoſe, quam illę viuant, dubitetis literas prędictas, etc. ſubſiſtere, pro parte veſtra, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, etc.

7

7 Nos igitur, &c. Apoſtolica auctoritate vobis concedimus, quod literæ prædictæ, & inde ſecuta prædicta à Data præſentium valeant, &c. perinde ac ſi in eiſdem literis, quod iuxta modum, & formam, inſtitutiones, & ordinationes Sororum de Fulgineo antedictas viuere perpetuo teneremini, nullatenus oppoſitum fuiſſet.

8 Et inſuper vobis, &c. quod omnibus, & ſingulis priuilegijs, &c. conceſſis quomodolibet, &c. gaudere poſſitis, &c. concedimus per præſentes. Non obſtantibus, etc. Nulli ergo, etc. Datum Romæ apud S. Petrum, anno, etc. 1446. decimo ſeptimo Calendas Octobris anno decimo ſexto. *Ideſt 15. Septembris, Ordinis 226. Religionis 47.*

Vadingus tom. 5. Bulla 289. ex lib. 1. de Regular. an. 16. fol. 167.

BVLLA CXXX.

Eugenius IV. ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica confirmat quaſdam conceſſiones, & indulta Leodienſibus facta per Ioannem Epiſcopum Leodienſem alium ab Erkel de anno 1441. tenoris ſequentis.

1 Gratiæ Sedis Apoſtolicæ plenitudo, ea, quæ pro diuini cultus augmento, & piorum locorum, ac perſonarum ſub religionis habitu Domino famulantium, quiete, & proſpero ſtatu prouide facta ſunt, libenter validat, & confirmat, prout ſecundum Deum viderit expedire.

2 Sane pro parte dilectorum filiorum Fratrum, ac dilectarum in Chriſto filiarum Sororum vniuerſarum Domorum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati in Ciuitate, & diæceſi Leodienſi conſiſtentium, Nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod olim venerabilis frater noſter Epiſcopus Leodienſis Ioannes pro diuini cultus, & religionis augmento eiſdem Fratribus, & Sororibus, vt Miniſtri Domorum prædictarum pro ſe, eorumq; continuis commenſalibus aliquem vita, & moribus commendatum ſecularem, vel regularem presbiterum in eorum confeſſorem, ac ſuperiorem Generalem, necnon alium ipſum ordinem expreſſe profeſſum Presbiterum, qui dum excederent, eorum exceſſus iuxta vniuſcuiuſq; delicti, vel criminis exigentiam puniret, in eorum Viſitatorem, & Correctorem eligere, & habere.

3 Nonnullaq; alia ſalubria huiuſmodi augmentum concernentia

BVLLA CXXVII.

EVgenius IV. Sorores Senenſes eximit à regimine Fratrum eiuſdem Ordinis, & ſubijcit Epiſcopo.

1 Cunctorum ſtatui fidelium, &c. Cum itaq; ſicut pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Catarinæ relictæ Gerardi de Cimicijs laici viduæ Miniſtræ, & Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci Mantellatę nuncupatarum in Ciuitate Senenſi degentium Nobis nuper exhibita petitio continebat, ex conuerſatione, quam dilecti filij Fratres dicti Tertij Ordinis, etiam in prædicta Ciuitate degentes, quibus in omnibus ſubiectæ fore dicuntur; & quorum capitulis, quæ ſingulis primis diebus veneris cuiuſlibet menſis apud eos celebrantur, vt illi aſſerunt, intereſſe obligantur, quiq; viſitationem, & gubernationem earum, & commiſſorum per aliquam ipſarum pro tempore inquiſitionem, correctionem, & punitionē ad ſe ſpectare, ac omnem iuriſdictionem in eas exercere poſſe contendunt, cum eis habent, pro eo, quòd minus hōneſta à pleriſq; iudicatur, & illic vt plurimum forenſes alienigenæ, & variæ conditionis perſonæ exiſtunt, à quatuor annis proximè præteritis citra diffamationes dictarum Sororum plura ſcandala ſecuta fuerunt, quæ ante annos eoſdem à ſeptuaginta annis retro lapſis, dū prædictæ Sorores ſolis Miniſtræ, & Viſitatori dicti Ordinis ſubeſſent, ſequi viſa non extiterunt. Pro parte ipſarum Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

2 Nos, &c. omnes Sorores dicti Tertij Ordinis in prædicta ciuitate pro tempore degentes à ſubiectione, viſitatione, inquiſitione, correctione, punitione, & dominio, ac ab omni iuriſdictione Fratrum prædictorum, ſiquæ illis in eas quouis modo competant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium penitus eximimus, pariter, & liberamus, ac taliter exemptas, ac liberatas fore decernimus; eaſq; in omnibus, & ſingulis earum Viſitatori, atq; Miniſtræ pro tempore degentibus prout aliæ mulieres in Florentinenſi, Peruſienſi, & Camerinenſi Ciuitatibus ſub eodem Ordine degentes, ex priuilegijs Apoſtolicis per Nos eis conceſſis exiſtunt, ſubmittimus.

3 Eaſq; ſic ſubiectas ſub obedientia venerabilis fratris Epiſcopi Senenſis perpetuo voluimus permanere. Non obſtantibus, &c. Diſtrictius inhibentes Fratribus dicti Tertij Ordinis, qui in eadem Ciui-

Digitized by Google

Ciuitate, &c. ne audeant, ſeu præſumant aliquam auctoritatem, &c. in ipſas Sorores, vel contra eos quomodolibet exercere, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. 1444. pridie Calendas Septembris anno decimo quarto. *Id eſt 31. Augusti, Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5. Bulla 254. ex lib. 1. de Regular. anno 15 fol. 213.

BVLLA CXXIV.

EVgenius IV. indulget Fratribus Cremonenſibus, vt eligant ſuum Miniſtrum ſine interuentu Eremitarum, & cauſas litis inter eos committit Præceptori S. Antonij, & Priori S. Petri de Pado.

1 Ijs, quę pro religioſarum, &c. Dudum ſiquidem per Nos accepto, quod in electione tunc futuri Miniſtri Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati in Ciuitate Cremonenſi commorantium, in qua nonnulli dicti Ordinis Fratribus, qui ſeparatim in domibus degunt, intereſſe nitebantur, varię fuerant diſſenſiones exortę.

2 Nos tunc per noſtras in forma Breuis literas dilectis filijs Pręceptori S. Antonij, & Priori Prioratus S. Petri de Pado Cremonenſis, eorumdem nominibus proprijs non expreſſis dedimus in mandatis, vt ipſi, vel eorum alter, vocatis qui forent euocandi, ad electionem Miniſtri huiuſmodi iuxta morem alibi obſeruatum ea vice procederent, &c. prout in ipſo Breui plenius continetur.

3 Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filij Marci Miniſtri Fratrum prędictorum petitio continebat, prędictus Præceptor, cui etiam ipſe Prior ex certis cauſis vices ſuas commiſerat, electionem iuxta morem huiuſmodi celebrari fecerit, ipſorum Fratrum deſuper conſenſu, & approbatione ſubſecutis, prout in inſtrumento, &c. dicitur contineri, pro parte dicti Marci Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c.

4 Nos igitur, &c. electionem prędictam, & quęcumq; inde ſecuta ratam habentes, &c. confirmamus, &c. Et nihilominus pręſenti conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, vt de cętero, quoties eligendi Miniſtri huiuſmodi tempus congruerit ad electionem ipsã dicti Fratres in Domibus degentes duntaxat, excluſis Eremitanis Fratribus, admittantur; decernentes harum ſerie illam prorſus,

quę in electione dicti Marci Miniſtri ſeruata extitit, in futuris electionibus formam obſeruari debere, necnon irritum, &c. Non obſtantibus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romę apud S. Petrum anno, 1444. nonis Septembris anno decimo quarto. *Ideſt 5. Septembris, Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5. Bulla 255. ex Archiuio Secreto lib. 22. Bullar. fol. 193.

BVLLA CXXV.

Eugenius IV. ſcribit Epiſcopo Ameliẽnſi, vt concedat Fratribus Eccleſiam S. Mariæ Nouæ ſuæ diœceſis, cum cæmeterio, & priuilegijs aliorum Domorum.

1 Deuotorum Nobis, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilecti filij Petri Guidonis Presbiteri S. Leonis Diœceſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati Profeſſoris, petitio continebat, quod olim dilectus filius Antonius Franciſci Prior ſecularis, & collegiatę eccleſię S. Laurentij de Crenestello extra muros Amelien. eccleſiam, ſiue capellam ſine cura S. Marię de Monticulis ſuę diœceſis, quę ipſi eccleſię Sancti Laurentij certo modo ſubiecta exiſtit, & à pluribus annis citra, quandoq; per Fratres dicti Ordinis, nonnunquam vero per alias pauperes perſonas eremiticatus vitam ducentes, teneri conſueuit, tunc perſonis huiuſmodi carentem cum domibus, & horto ſibi adiacentibus, necnon omnibus, & ſingulis elemoſinis, ac oblationibus, quę eidem eccleſię, ſiue capellę S. Marię pro tempore medietate illarum, quę in Aſſumptionis, & perſolutis ex eis annis ſingulis ipſi Petro quatuor floreni auri, omnibus alijs, quę in Natiuitatis B. Marię feſtiuitatibus percipiuntur, quas dictus Antonius ad ſuos vſus, & vtilitatem reſeruauit, duntaxat exceptis, Petro prędicto ſub certis modo, & forma dedit, & conceſſit, ipſeq; Petrus eccleſiam, ſiue capellam S. Marię prędictam dationis, & conceſſionis huiuſmodi vigore aſſecutus, illam ex tunc tenuit, &c. poſſidet de preſenti. Cum autem, &c. dictus Petrus dubitet, dationem, &c. non ſubſiſtere, &c.

2 Et ſi eccleſia S. Marię, ſiue capella prędicta cum Domibus, & horto prędictis dicto Petro per eum, & alios Fratres eiuſdem Ordinis perpetuo tenenda, &c. aſſignaretur, ipſe Petrus in illa cum pluribus Fratribus eiuſdem Ordinis diuinis officijs, &c. vacando reſide-

reſideret, &c. Quare pro parte eiuſdem Petri, aſſerentis, quod ipſa eccleſia, ſiue capella S. Mariç nulli annui fructus, redditus, elemoſinis, & oblationibus huiuſmodi duntaxat exceptis, percipiuntur, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. fraternitati tuç, &c.

3 Mandamus, quatenus ſi vocatis dicto Antonio Priore, & alijs, qui fuerint euocandi, tibi de prçmiſſis legitime conſtiterit, Eccleſiam S. Mariç, ſiue Capellam prçdictam cum domibus, & horto prçdictis, ac calicibus, libris, paramentis, & alijs ornamentis eccleſiaſticis, necnon ſuppellectilibus, & bonis mobilibus ipſi Eccleſiæ S. Mariç, ſeu Capellç hactenus oblatis, quæcumq; quotcumq; & qualiacumque fuerint, eidem Petro, & Fratribus prçdictis dicti Ordinis prçſentibus, & futuris, per aliquos ex eis perpetuo tenendam, regendam, &c. concedas, & appropries, ita quod ex tunc liceat Petro, & Fratribus prçdictis in ipſa Eccleſia S. Mariç, ſiue capella cemeterium habere, & quçcumq; per ipſorum Fratrum vſu, & habitatione neceſſaria fundare, & conſtruere, &c. ſingulas, & elemoſinas, etiam illas, quas ipſe Antonius ſibi reſeruauit, vt prçfertur, integre percipere; necnon in fabricam, & vtilitatem eccleſiæ S. Mariç, ſeu capella huiuſmodi, ac ſuſtentationem tuam conuertere. Diæceſani, &c. minime requiſita.

Nos enim, ſi dationem, conceſſionem, & appropriationem prçdictas feceris Petro, & Fratribus in Domo S. Mariæ ſiue capella huiuſmodi pro tempore commorantibus; quod omnibus priuilegijs, &c. alijs Fratribus dicti Ordinis, &c. alias conceſſis vti & gaudere libere, & licite poſſint, auctoritate Apoſtolica tenore prçſentium de ſpeciali dono gratię indulgemus. Non obſtantibus fęlicis recordationis Clementis Papæ V. prçdeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Sacroſancta*, quibuſcumq; Datum Romç apud S. Petrum anno 1444. pridie idus Nouembris, anno decimo quarto. *Ideſt* 12. *Nouembris*, *Ordinis* 224. *Religionis* 45.

Vadingus tom. 5. *Bulla* 258. *ex lib.* 1. *de Regular. an.* 14. *fol.* 232.

BVLLA CXXVI.

EVgenius IV. ſcribit Abbati Monaſterij S. Ioannis de Panecelaria extra muros Anconitanos, vt reuocet vnionem bonorum Monaſterij S. Mariæ Nouæ vnitorum Monaſterio S. Bartolomęi, de quo ſupra CXVI.

1 Digna exauditione vota, &c. Nuper ſiquidem pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Antonię Miniatis de Senis, & Clarę de Firmo, necnon aliarum Sororum Domus S. Marię Nouę Anconitanenſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia Nobis expoſito, quod venerabilis frater noſter Ioannes Epiſcopus Anconitan. attente conſiderans, quod Religio abſq; loco habili, & idoneo commode ſeruari non poſſet, & prędicta Domus, quę dudum tunc Monaſterium Ordinis S. Benedicti exiſtens Monaſterio S. Bartolomęi etiam Anconitan. dicti Ordinis S. Benedicti auctoritate ordinaria vnita fuerat, prędictis Antonię, Clarę, & Sororibus ſub regulari obſeruantia eiuſdem Tertij Ordinis Altiſſimo famulantibus, pro earum vſu, & habitatione habilis, & idonea foret, ipſam Domum tunc Monaſterium Monialibus penitus carens, & inhabitatum, &c. cum ipſius eccleſia, & infra eius ſepta conſiſtentibus, domibus, poſſeſſionibus, & aliis bonis ad ipſam Domum tunc Monaſterium ſpectantibus eidem Monaſterio S. Bartolomęi remanentibus donauerat, dederat, & aſſignauerat. Ipſęq; Antonia, Clara, & Sorores donationis, dationis, & aſſignationis earumdem vigore prędictam Domum tunc Monaſterium aſſecutę, in illa ex tunc ſub obſeruantia prędicta permanſerant, prout permanebant.
2 Nos donationem, &c. per alias noſtras approbari, & confirmari mandauimus, &c. Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectarum Antonię, Clarę, & Sororum petitio continebat, in ipſa Domo S. Marię Nouę, Virgines, & Continentes inibi regularem profeſſionem emittentes, in dies adeo creſcant, quod non habent, vnde ſibi pro victu, &c. ſuſtentare valcant. Et ſicut eadem petitio ſubiungebat, ſi à prędicto Monaſterio S. Bartolomęi, cui alias S. Mariæ Nouæ prædictum, vt pręfertur, & S. Claræ, & S. Agnetis etiam Anconitan. Monaſteria dicti Ordinis S. Benedicti in ſubuentionem neceſſitatum Monialium eiuſdem Monaſterij S. Bartolomęi, quę tunc in numero copioſo exiſtebant, canonice vnita fuerunt; quodq; nunc pro ſuſtentatione Monialium illius,

quæ

quæ quatuor, vel quinq; duntaxat fore noſcuntur, amplos, & ſuperfluos redditus habent, ſepararentur, ſeu quo ad illa vnio de dicto olim Monaſterio S. Mariæ Nouæ cum poſſeſſionibus, terris, & bonis facta prædicta ad ius, & proprietatem dictæ Domus olim Monaſterij reducerentur, & illi reſtituerentur, ac prædictis Antoniæ, Claræ, & Sororibus per eas, necnon alias Sorores eiuſdem Tertij Ordinis in prædicta Domo olim Monaſterio pro tempore degentes, perpetuo tenenda, & poſſidenda, ac vſufructuanda donarentur, &c. Ipſæ Antonia, Clara, & Sorores ſuſciperent releuamen. Pro parte dictarum Antoniæ, Claræ, & Sororum fuit Nobis humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. diſcretioni tuæ, &c.

3 Mandamus, quatenus vocatis dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſa, & conuentu dicti Monaſterij S. Bartolomęi ſepares, & vnionem de Monaſterio S. Mariæ Nouæ cum poſſeſſionibus, terris, & bonis prædictam reuoces, caſſes, & annulles, &c. ipſaq; terras, poſſeſſiones, & bona ad ius, & proprietatem dictæ Domus olim Monaſterij reducas, ac illi reſtituas; necnon prædictis Antoniæ, Claræ, & Sororibus per eas, ac alias Sorores pro tempore degentes prædicta perpetuo poſſidenda, tenenda, &c. appropries, & aſſignes, ita quod ex tunc liceat eiſdem Antoniæ, Claræ, & Sororibus etiam pro tempore degentibus per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem terrarum, bonorumq; prædictorum propria auctoritate apprehendere, illorumq; fructus, redditus, & prouentus in ſuos, ac dictæ domus olim Monaſterij vſus, & vtilitatem conuertere. Diœceſani, &c. minime requiſita. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1444. decimo quarto Calendas Ianuarij, anno decimo quarto. *Ideſt 19. Decembris, Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5. Bulla 160. ex lib. 1. de Regular. anno 14. fol. 147.

BVLLA CXXVII.

EVgenius IV. Fratres Boſnenſes, & Vngarenſes ſubijcit Vicario Obſeruantiæ, cum facultate recipiendi conuentus, & inſtituendi Confraternitates in ſuis eccleſijs.

1 Expoſcit dilectorum filiorum Vicarij, & Vicariæ Boſnæ Fratrum, &c. Hinc eſt, quos Nos pro Religionis augmento, &c. *Vide Bullam:*

lam: Expoſcit hic ſupra ſub n. CXIX. vſq; ad: Vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus, in quibuſcumq; partibus, ſeu locis, ad quas, vel ad quæ dicta Vicaria extenditur pro tempore commorantibus, &c. *ibidem vſq; ad: Deſuper licentia ſuffultæ,* in Hungariæ partibus inſimul habitantes aliqua loca pro earum vſu, &c. eiſq; quod iam recepta retinere, & alijs ſimiliter prædicti ſexus perſonis, quod duo, tria, & plura, ac tot alia Domos, & loca, quot ipſis Vicarijs expediens videbitur, cum oratorijs, dormitorijs, &c. officinis vbilibet in dicta Vicaria denuo conſtruere, ſeu iam conſtructa, vel ſibi conceſſa recipere.

2 Confraternitates etiam, ſeu Societates pietati idoneas iuxta morem præſertim Italicum vulgariter *Verberatorum*, ſeu, *Flagellatorum* nuncupatas cum opportunis conſtitutionib. ordinare, & ordinatas abſq; quorumuis Prælatorum eccleſiaſticorum, vel alterius dignitatis contradictione, quibus, vt in talibus deſiſtere debeant, Apoſtolica auctoritate harum ſerie prohibemus, ac interdicimus, in ſuis deuotionibus, ac pijs operibus fouere, &c. Necnon, quod Confeſſor, ſeu confeſſores, &c. *vt in eadem vſq; ad:* Cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. 1444. pridie Calendas Februarij, anno decimo quarto. *Ideſt 31. Ianuarij, Ordinis 224. Religionis 45.*

Vadingus tom. 5. Bulla 267. ex Archiuio ſecreto libro 22. fol. 252.

BVLLA CXXVIII.

EVgenius IV. approbat vota ſolemnia emiſſa à Sororibus S. Ioannis Gaudenſis diœceſis Tornacenſis.

1 Annuere ſolet Sedes Apoſtolica pijs votis, &c. Cum itaq; ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia in quadam Domo apud Parochialem Eccleſiam S. Ioannis Gaudenſis Tornacenſis diæceſis inſimul commorantium petitio continebat, licet ipſæ, & quælibet earum à pleriſq; annis citra profeſſionem per Sorores dicti Ordinis emitti ſolitam in Domo prefata in manib. Viſitatoris eiuſdem Ordinis, vel ſuorum ſuperiorum ſolemniter emiſerint, ac etiam tria dicti Ordinis, prout illius ſuadent inſtituta regularia ſubſtantialia vota emittere velle etiam cũ ſolemnitatibus

bus in talibus fieri ſolitis, iurauerint, pro eo tamen, quod in prædictis Sedis prædictæ auctoritas non interuenit, ipſæ Sorores ſe ſuper his inquietari, & moleſtari poſſe dubitent tempore ſuccedente.

2 Nos, &c. omnia, & ſingula, quæ circa profeſſionis emiſſionem, ac iuramenta per ipſas præſtita huiuſmodi alias rite facta ſunt, auctoritate Apoſtolica ratificamus, et approbamus, quod ſingulæ in huiuſmodi pro tempore recipiendæ Sorores ſimilia vota, & profeſſiones inibi emitti ſolitas, emittere libere, & licite poſſint, ipſis dicta auctoritate concedimus per preſentes. Non obſtantibus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1445. ſeptimo Calendas Iunij, anno decimo quinto. *Id eſt 26. Maij, Ordinis 225. Religionis 46.*

Vadingus tom. 5. Bulla 274. ex lib. 1. de Regular. anno 15. fol. 120.

BVLLA CXXIX.

EVgenius IV. Sororibus Parmenſibus de Campana, quæ debebant viuere ſecundum Statuta Sororum Fulgentin. approbat alias conceſſa priuilegia & quæcumq. alia, licet non aſſumpſerint illarum diſciplinam. Iterum ſupra CXIII. Infra CXLI.

1 Deuotum, &c. Dudum ſiquidem pro parte veſtra Nobis expoſito, quod olim quondam Gaſpar de Caſtagneto Ciuis Parmenſis, &c. condens in eius volun ate vltima teſtamentum, inter alia quoddã Hoſpitium *de la Campana* nuncupatum, & alias, in quibus ipſe Gaſpar, dum viueret, habitare conſueuit, et omnes, et ſingulas alias Domos infra limites parochiæ parochialis eccleſiæ S. Proſperi Parmenſis conſiſtentes, et ad eumdem Gaſparem legitime pertinentes cum hortis, curijs, ac omnibus alijs iuribus, & pertinentijs ſuis, Sororibus veſtri Ordinis in Ciuitate Parmenſi commorantibus, et ſub ipſius Ordinis regulari Obſeruantia viuentibus, præſentibus, et futuris pro veſtris, ipſarumq; Sororum vſu, et habitatione legauerat, prout in inſtrumento pub ico ſuperinde confecto dicebatur, plenius contineri.

2 Et vos, quæ legati huiuſmodi vigore prædictarum Domorum poſſeſſionem fueratis aſſecutæ, inſimul ſub Regula eiuſdem Ordinis, iuxta modum, et formam, ac inſtitutiones, et ordinationes dilecta-

lectarum in Chriſto filiarum dicti Ordinis Dominarum de Fulgineo nuncupatarum, in noſtra Fulginatenſi, & Florentinenſi Ciuitatibus inſimul viuentium Altiſſimo famulari feruentius deſideraretis ac pro veſtra Nobis parte humiliter ſupplicato, vt vobis in Domibus prædictis vnam Domum ſub vocabulo S. Mariæ Gratiarum cum Eccleſia, Campana,& pro veſtris cadaueribus duntaxat ſepeliendis cemeterio, hortis, etc. officinijs, pro veſtris vſu,et habitatione perpetuis fundandi, etc.

3 Nos Vobis Domum ipſam cum eccleſia, campana, cemeterio, hortis,hortaljcijs, et officinis prædictis in prædictis vobis relictis, et legatis Domibus, Diæceſani loci,etc.minime requiſita fundandi,conſtruendi,et erigendi licentiam per alias noſtras literas elargiti fuimus.

4 Ac voluimus, quod vos in fundanda, et conſtruenda Domo huiuſmodi pro tempore commorantes Sorores prædictę iuxta modum,et formam inſtitutiones,et ordinationes antedictas,et in illa viuere perpetuo teneremini; quodq; Domibus, et ſingulis immunitatibus, etc.Sororibus de Fulgineu nuncupatis per Nos, vel Sedem Apoſtolicam conceſſis prædictis in omnibus, etc. vti poſſetis pariter, et gaudere, etc.

5 Poſtmodum vero,etc. Vos, quæ earumdem literarum vigore prędictam Domum ingreſſę eccleſiam cum campanili, etc. conſtructis, cum aliquę ex Sororibus de Fulgineo nuncupatis prędictis, quæ vos in obſeruantia eiuſdem Ordinis, ac modo,et forma,inſtitutionibus, et ordinationibus antedictis inſtruerent, et informarent habere nequiuiſſetis, quaſdam ex Sororibus dicti Ordinis in Ciuitate Placentina commorantibus, et ſub obſeruantia huiuſmodi viuentibus, de licentia, et beneplacito dilecti filij Ioannis de Capiſtrano Ordinis F. Minorum profeſſoris, et in partibus citramontanis Fratrum dicti Ordinis de Obſeruantia nuncupatorum tunc Vicarij Generalis recepiſtis.

6 Cum autem,etc. Vos pro eo, quod Sorores in Placentin.commorantes prędictę iuxta quarum modum, inſtitutiones, et ordinationes viuitis in aliquibus à modo, forma, inſtitutionibus, et ordinationibus Sororum de Fulgineo diſcrepare noſcuntur, et licet non minus virtuoſe, quam illę viuant, dubitetis literas prędictas, etc. ſubſiſtere, pro parte veſtra, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, etc.

Digitized by Google

7 Nos igitur, &c. Apoſtolica auctoritate vobis concedimus, quod literæ prædictæ, & inde ſecuta prædicta à Data præſentium valeant, &c. perinde ac ſi in eiſdem literis, quod iuxta modum, & formam, inſtitutiones, & ordinationes Sororum de Fulgineo antedictas viuere perpetuo teneremini, nullatenus oppoſitum fuiſſet.

8 Et inſuper vobis, &c. quod omnibus, & ſingulis priuilegijs, &c. conceſſis quomodolibet, &c. gaudere poſſitis, &c. concedimus per præſentes. Non obſtantibus, etc. Nulli ergo, etc. Datum Romæ apud S. Petrum, anno, etc. 1446. decimo ſeptimo Calendas Octobris anno decimo ſexto. *Ideſt 15. Septembris, Ordinis 226. Religionis 47.*

Vadingus tom. 5. Bulla 289. ex lib. 1. de Regular. an. 16. fol. 167.

BVLLA CXXX.

EVgenius IV. ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica confirmat quaſdam conceſſiones, & indulta Leodienſibus facta per Ioannem Epiſcopum Leodienſem alium ab Erkel de anno 1441. tenoris ſequentis.

1 Gratiæ Sedis Apoſtolicæ plenitudo, ea, quæ pro diuini cultus augmento, & piorum locorum, ac perſonarum ſub religionis habitu Domino famulantium, quiete, & proſpero ſtatu prouide facta ſunt, libenter validat, & confirmat, prout ſecundum Deum viderit expedire.

2 Sane pro parte dilectorum filiorum Fratrum, ac dilectarum in Chriſto filiarum Sororum vniuerſarum Domorum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati in Ciuitate, & diæceſi Leodienſi conſiſtentium, Nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod olim venerabilis frater noſter Epiſcopus Leodienſis Ioannes pro diuini cultus, & religionis augmento eiſdem Fratribus, & Sororibus, vt Miniſtri Domorum prædictarum pro ſe, eorumq; continuis commenſalibus aliquem vita, & moribus commendatum ſecularem, vel regularem presbiterum in eorum confeſſorem, ac ſuperiorem Generalem, necnon alium ipſum ordinem expreſſe profeſſum Presbiterum, qui dum excederent, eorum exceſſus iuxta vniuſcuiuſq; delicti, vel criminis exigentiam puniret, in eorum Viſitatorem, & Correctorem eligere, & habere.

3 Nonnullaq; alia ſalubria huiuſmodi augmentum concernentia

Digitized by Google

conceſſit pariter, & indulſit, prout in literis antedictis dicti Ioannis Epiſcopi deſuper habitis eius ſigillo munitis, quas in Cancellaria Apoſtolica inſpici, & de verbo ad verbum præſentibus inſeriſcimus, plenius continetur,

4 Quare pro parte eorundem Fratrum, & Sororum fuit humiliter ſupplicatum, vt conceſſionibus, & indultis ſupradictis, ac alijs in dictis literis contentis pro eorum ſubſtantia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, & alias ſuper his optime prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſiones, & indulta, ac contenta prædicta, necnon quæcumq; inde ſecuta rata habentes, & grata, illa omnia, & ſingula auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia approbamus, & confirmamus, ac pręſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Tenor vero dictarum literarum ſequitur, & eſt talis.

Ioannes Dei fol. 35. ſtatut. Belgij omittitur. Datum Senis pridie idus Maij 1443.

NICOLAVS PAPA V.

THomas Lucanus Sarzanenſis, Presbiter Cardinalis S. Crucis, creatus ſexto, & coronatus tertio decimo Martij 1447. ſedit annos octo, dies decemnouem Obijt vigeſimo quarto Martij 1455. ſepultus in Baſilica S. Petri. Sexdecim Bullas donauit.

BVLLA CXXXI.

NIcolaus V. ſcribit Priori S. Benedicti de Crema diœceſis Cremonenſis vt confirmet Eccleſiam S. Mariæ de Vairano alias a Venturino Epiſcopo Cremonenſi conceſſam F. Dominico cum ſuis ſocijs, & ſucceſſoribus eorum.

1 Ad ea, per quæ eccleſiarum, & aliorum locorum piorum, necnon pro ſtudio vitæ famulantium Domino perſonarum commodo, & vtilitati conſulitur, ac diuini cultus ſuccedere ſperatur incrementum, ex Apoſtolicæ ſeruitutis officio libenter intendimus, et ijs, quæ propterea poceſſiſſe comperimus, vt illibata perſiſtant, dum

à

Digitized by Google

à Nobis petitur, Apoſtolici diſponimus adijci muniminis firmitatem.

2 Sane pro parte dilectorum filiorum Dominici de Moſcatis, eiuſq; Sociorum Fratrum Tertij Ordinis Regularis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati Nobis nuper exhibita petitio cōtinebat, quod olim venerabilis F. noſter Venturinus Epiſcopus Cremonenſis Dominico, et Socijs præfatis præſentibus, et futuris, vt in Eccleſia S. Mariæ de Vairano Cremonenſis diæceſis, in qua Regularem vitam ducerent, et diuina officia celebrarent perpetuo reſidere, et quoddam ipſi Eccleſiæ modicum territorium tenere, et poſſidere valerent, auctoritate ordinaria conceſſit.

3 Et deinde dilecti filij Thomas de Penatijs Rector dictæ Eccleſiæ, necnon Bonauentura de Finellis clericus, et in eadem Eccleſia perpetuus beneficiatus Eccleſiæ, et territorij huiuſmodi poſſeſſione reſeruatis ſibi quo ad viuerent, alijs terris, et poſſeſſionibus cū eorum fructibus ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus tradiderunt, & aſſignauerunt. Ipſiq; Dominicus, et Socijs vigore conceſsionis, traditionis, et aſsignationis eandem corporalem Eccleſiæ, et territorij præfatorum poſſeſſionem apprehendentes, illa ex tunc tenuerunt, prout tenent nunc in vſus proprios eorundem.

4 Quare pro parte Dominici, et Sociorum prædictorum aſſerentium, ſe ſub regulari obſeruantia dicti Ordinis viuere, et eidem Eccleſiæ in diuinis inſeruire, ac proinde incolis illarum partium plurimum gratos, et acceptos fore, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt conceſſioni, traditioni, et aſſignationi præfatis pro earum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere; nec non eis pro eorum vſu, et habitatione perpetuis Eccleſiam, ac poſſeſſiones, et terras prædictas concedere, et alias eis ſuper his oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos itaque, qui de præmiſsis certam notitiam non habemus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi, et poſtquam tibi de conceſsione, ac vocatis Thoma, et Bonauentura præfatis, necnon alijs, qui fuerint euocandi, de traditione, et aſsignatione prædictis legitime conſtiterit, illa, et quæcumq; inde ſecuta auctoritate Apoſtolica approbes, et confirmes, ſuppleaſq; omnes defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

6 Nos enim ſi approbationem, confirmationem, et ſuppletionem huiuſmodi per te vigore præſentium fieri contigerit, Eccleſiam, quæ ſine cura eſt, et cuius fructus, redditus, et prouentus viginti florenorum de Camera ſecundum communem æſtimationem nō excedunt; necnon poſſeſſiones, & terras prædictas cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis eiſdem Dominico, et Socijs pro ipſorum vſu, et habitatione perpetuo alias iuxta eorum mores, conſuetudines, et priuilegia, tenendas, et habendas auctoritate præfata tenore præſentium concedimus, et donamus.

7 Ita quod cedentibus, vel decedentibus Thoma, & Bonauentura præfatis aut Eccleſiam, poſſeſſiones, et terras huiuſmodi alias quomodolibet dimittentibus, liceat Dominico, et Socijs præſentibus, et futuris præfatis per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem illorum omnium, vel pro rata alterius eorumdem Thomæ, et Bonauenturæ cedentis, vel dimittentis, poſſeſſionem libere apprendere, et perpetuo retinere. Non obſtantibus, etc. Datum Romæ apud S. Petrum anno 1447. pridie nonas Aprilis, anno primo. *Ideſt 4. Aprilis, Ordinis 227. Religionis 48.*

Extracta ex Archiuio Conuentus Cremenſis S. Mariæ Magdalenæ. Præfatus Venturinus Epiſcopus Cremon. anno 1439. eam Eccleſiam Parochialem ſed tunc ſine cura, conceſſerat F. Dominico de Moſcardis, cuius tenutam, & poſſeſſionem ſimul cum F. Zanino de Golmaro, & F. Iacobo della Reſta obtinuit eodem anno die 12. Octobris à D. Ioanne de Minutio tunc eius Vicario Generali, ex rogitu Homoboni de Arigonibus.

Iacobus vero de Alferijs Prior Prioratus Monaſterij S. Benedicti Terræ Cremæ Commiſſarius deputatus hanc Bullam executioni mandauit præſentem per eundem F. Dominicum de Moſcardis die 18. Maij ex rogitu Iacobi de Robatis Notar. Crem.

BVLLA CXXXII.

Nicolaus V. ſcribit Archipresbitero S. Victorini de Aquila, vt Sororibus volentibus tranſire ſub Regula Clariſſarum aſſignet Monaſterium Corporis Chriſti, in quo alias erant Moniales ſub cura Fratrum Prædicatorum. Bulla incipit: Glorię perennis *6. Iulij 1447. apud Vadingum tom. 5. Bulla 9. de Tertiarijs Aquilanis agitur ſupra XIII. XIV. LXV.*

Glo-

Glorię perennis, &c. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Antoniæ de Florentia, Eufroſinæ, Gabrielę, Hieronymæ de Tuderto, ac Franciſcæ de Aſſiſio, Iacobellæ de S. Ioanne Rotundo, necnon Claræ, Iacobæ, Elizabeth, Ludouicæ, Angelæ, Ceciliæ, Agatæ, & Lucię de Aquila Mulierum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati profeſſarum, &c. petitio continebat, quod ipſæ per multos annos in congregatione ſatis honeſtæ vixerunt, ad perfectiorem ſtatum aſpirantes, conſilijs, & prædicationibus dilecti filij Ioannis de Capiſtrano Ordinis F. Minorum profeſſoris inductæ primam Regulam beatę Claræ profiteri, &c. concupiſcunt. Quodq; in Ciuitate Aquilaua, in qua nec etiam à Mantuana, & noſtris Ferrarien. & Piſauren. ciuitatibus citra aliquod Monaſterium dictæ Regulæ, in quo huiuſmodi ſuum pium deſiderium adimplere valeant, non exiſtit, tempore piæ memorię Clementis Papę V. prædeceſſoris noſtri, quondam Ioannes Iacobi alias Galliotti, ac eius heredes ex ipſius Iacobi teſtamentaria diſpoſitione quoddam Monaſterium ſub vocabulo Corporis Chriſti, alias Euchariſtiæ cum eccleſia, campanili, &c. officinis, in loco S. Victorini iuxta rem heredum dicti Iacobi vias publicas, & alios tunc expreſſos confines, in quo virgines Deo dicatę, & alię honeſtę mulieres, &c. conſtruxerunt, necnon ſufficienter dotarũt, illiuſq; & eccleſiæ cuiuſdam tunc expreſſi hoſpitalis per eos conſtructi curam bonæ memorię Paulo tunc electo Aquil. ſubmiſerunt, ipſorum Monaſterij, eccleſię, & hoſpitalis Iurepatronatus ſibi, & ſucceſſoribus reſeruato, ac deinde ad dictorum Patronorum petitionem, & inſtantiam dictus Paulus electus diſpoſuit, & ordinauit, Moniales in illo Monaſterio pro tempore recipiendas habitum ſuſcipere, & ordinem Fratrum Prædicatorum profiteri, ac ſub cura, & regimine Fratrum Ordinis Prędicatorum huiuſmodi viuere, quemadmodum dilectę in Chriſto filiæ Sorores Monaſterij de Nuntiata Aquilan. Ordinis S. Auguſtini ſuſcipiunt, profitentur, & ſubſunt, & quod in prędicto fundando Monaſterio aliqua, niſi per eoſdem patronos pręſentata fuerit, in illius Sororem recipi non deberet; Ac gubernatio, viſitatio, & correctio earundem Sororum fundandi Monaſterium, niſi de voluntate dictorum Patronorum fieri non deberet. Ac dictus Paulus electus, pro ſe, ſuiſq; ſucceſſoribus promiſit eccleſiam Monaſterij S. Euchariſtiæ, & Hoſpi-

Hoſpitale huiuſmodi bene regere,&c. Ac nihil aliud, quam vnam libram cerę annuatim in feſto S. Maximi perſoluenoam, exinde contra dictorum Patronorum, illiuſq; Prioriſſę, et Sororum pro tempore exiſtentium extorquere.

Et ſicut eadẽ petitio ſubiungebat venerabilis frater noſter Antonius Epiſcopus Aquilanus, & dilectus filius Nardus de Roma Viceprocurator dilecti filij Iacobi de Regno Generalis Procuratoris dicti Ordinis Fratrum Prędicatorum in Romana Curia de conſenſu, & voluntate dilectorum filiorum nobilium virorum Petri Lilli militis, & Ioannis Baptiſtę etiam militis, & Gallioſſi de Gallioſſis fratrum Domicellorum Aquilanorum, ad quos Iuſpatronatus huiuſmodi, vt à nonnullis aſſeritur, hereditario iure prouenit, coram dilecto filio noſtro Ioanne S. Mariæ Tranſ-Tyberim Presbitero Cardinale inſimul conuenerunt, omnia, et ſingula, ſiluas, prata, vineas, campos, aliaq; mobilia, et immobilia, bona, redditus, & prouentus ipſius Monaſterij Corporis Chriſti, quodam prato tunc expreſſo ex illis excepto, quod menſę Epiſcopali Aquilan. in recompenſam iuris, & librę cerę antedictę aſſignari voluerunt, & aſſignarunt, cum quinquaginta ducatis auri, quos tunc depoſuerunt prędicto Epiſcopo poſtmodũ, vt aſſeritur, perſoluẽdis prędictę Domui S. Dominici pro illius fundatione, et reparatione applicarentur, ac in dicto Monaſterio Corporis Chriſti prędictus Ordo S. Clarę inſtitueretur; ipſumq; Monaſterium Corporis Chriſti regimini, et gubernationi Vicarij Fratrum dicti Ordinis Minorum de Obſeruantia Prouincię Pennenſis, iuxta morem eiuſdem Ordinis Minorum ſubijceretur, pront in inſtrumento, ſeu inſtrumentis publicis ſuperinde confecto, ſeu confectis dicitur plenius contineri. Quare pro parte dictarum mulierum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, etc. Nos igitur, etc. diſcretioni tuæ, etc.

Mandamus, quatenus ſuper pręmiſſis, etc. diligenter te informes, etc. in prędicto Monaſterio Corporis Chriſti S. Auguſtini ſupprimas, et S. Clarę ordines inſtituas: Ipſumq; Monaſteriũ Corporis Chriſti ab omnibus dominio, ſuperioritate, et ſubiectione Fratrum Prędicatorum eximere, et penitus liberare; illudq; regimini, et gubernationi dicti Vicarij penitus ſubijcere: Necnon mulieribus prędictis per eas, et alias Sorores dicti Ordinis S. Clarę iuxta ritus, mores, et inſtituta Monaſterij Corporis Chriſti Mãtuan. eiuſ-

dem

dem Ordinis S.Claræ perpetuo tenendum, etc. concedere, et aſſignare: Necnon quæcumq; poſſeſſiones,domos,ſiluas,prata,vineas, & bona mobilia, & immobilia, redditus quoq;& prouentus ad prædictum Monaſterium Corporis Chriſti Aquilan. pertinentia Domui prædictæ S. Dominici pro fundatione, & reparatione antedictis concedere, & aſſignare; ipſique Monaſterio Corporis Chriſti Aquilan. Et illis perſonis dicti Ordinis S. Claræ pro tempore exiſtentibus, quod omnibus, & ſingulis priuilegijs, &c.conceſſis, ſeu in poſterum concedendis vti poſſint pariter, & gaudere, indulgere procures.Non obſtantibus contrarijs quibuſcumq;Datum Romæ apud S.Petrum,anno,&c. 1447.Octauo idus Iunij,anno primo. *Id eſt 6.Iunij Ordinis 227. Religionis* 48.

Vadingus tom.5.Bulla 9. Ex lib. de Regular. anno primo fol.64.

BVLLA CXXXIII.

NIcolaus V. *dat licentiam congregandi Capitulum Generale pro Italis,& in eo eligendi vnum ex ſuis in Generalem,qui omnibus præſit Italis, & in ſecunda, cui prior inſeritur,dat executores.*

Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus Fratribus Eugubiñ, & Cremoneñ Epiſcopis, ac dilecto filio Abbati Monaſterij ſancti Pauli extra muros Vrbis Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Hodie ſiquidem noſtræ emanarunt literæ tenoris ſubſequentis.

1 Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam,Paſtoralis officij nobis licet immeritis ex alto commiſſi cura potiſſimè nos excitat, & inducit, vt inter cæteras Deo deuotas, piaſq; perſonas religioſas Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pęnitentia nuncupati ſinceris non indignè complectamur affectibus, & circa eorum ſtatum ſalubriter dirigendum ſic vtilis noſtræ prouiſionis opere intendamus quod ab omnibus ſubleuentur incommodis, ac ſanctæ contemplationi, & deuotis laudibus vacantes proſperis iugiter proficiant incrementis.

2 Sanè pro parte dilectorum filiorum vniuerſorum Fratrum ordinis prelibati in Italiæ partibus commorantium nobis nuper exhibita petitio continebat quod olim ipſi pia largitione fidelium quam plura in diuerſis Ciuitatibus, Terris, Caſtris, Villis,& alijs Italiæ

locis

Digitized by Google

locis, domos, oratoria, atq; loca, pro ipſorum vſu, & habitationē perpetuis conquiſiuerunt; in quibus à mundanis ſemoti occupationibus ſub ſolito heremitico habitu hactenus laudabiliter vixerunt, & de cætero eo ſincerius in illis diuinis laudibus, & orationibus vacare proponunt quo ab externis, moleſtijs, curis, & infeſtationibus magis fuerint expediti.

3 Quare pro parte Fratrum prędictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eos aliquibus ſtatum ipſorum proſperum concernentibus Apoſtolicis adminiculis confouere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur piam Fratrum eorundem intentionem plurimum in Domino commendantes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati fratribus prædictis pręſentibus, & futuris, domos, oratoria, atq; loca prædicta, quæ fratres ipſi pacificè poſſident perpetuò retinendi, & in illis reſidendi, necnon de licentia ordinarij pariter, & conſenſu Cappellas, Oratoria, & Domos de nouo fundandi, & conſtruendi, & Altaria erigendi, aliaq; neceſſaria promiſſis, & alijs diuinis officijs celebrandis, faciendi Cappellas quoq; & altaria huiuſmodi per aliquem Catholicum antiſtitem gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem conſecrari, ac in eiſdem domibus, oratorijs, & locis huiuſmodi miſſas, & officia per eorum Sacerdotes, & alios pro eorum deuotione celebrare volentes celebrari faciendi. Ipſiſque Sacerdotibus confeſſiones dictorum Fratrum in domibus, oratorijs, & locis huiuſmodi degentium audiendi, illiſq; pro cõmiſſis niſi talia fuerint propter quę ſedes Apoſtolica ſit merito cõſulenda debitam abſolutionē impendendi, & ſalutarem pœnitentiam iniungendi, ac eccleſiaſtica Sacramenta quoties expedierit miniſtrandi parochialium Eccleſiarum iuris ſemper ſaluis.

5 Et inſuper pro ipſorum fratrum ſtatus directione, ac diſcutiendis eorum vitæ meritis, corrigendiſq; & emendandis defectibus, & erroribus, ac domorum, & locorum huiuſmodi conſeruatione, & manutentione Capitulum congregandi, & in illo vnum ex ipſis, qui ſufficiens, & idoneus reputetur, ac eis pręſit necnon per exempla, & vitæ merita pręſit in eorum Viſitatorem, & patrem principalem necnon quatuor alios ex eis magis expertos, ac Deum timentes, quorum conſilio, & aſſenſu idem Viſitator occurrentia

negotia

negotia procurari, & promouere debeat, eligendi, & deputandi, necnon tàm locis, & temporibus congruis futura Capitula celebrandi, quam etiam omnia, & ſingula ad conſeruationem, & augmentum perſonarum, & locorum dicti ordinis neceſſaria, & opportuna ſtatuendi, & ordinandi, ac etiam delationi habitus aliquid per quod à ſimplicibus Heremitis, qui nullius ordinis ſunt diſcernantur honeſtè tamen addendi, vel immutandi.

6 Necnon in ſingulis domibus, Oratorijs, Capellis, & alijs eorum locis, & Hoſpitalibus ſingulos miniſtros idoneos deputandi, & eligendi. Ipſiq; ſic electi, & deputati abſq; alterius Apoſtolicæ, vel ordinariç conſeruationis adminiculo in ſpiritualibus, & temporalibus iuxta ipſius ordinis mores, & inſtituta regularia regant prçſint, & gubernent, & reuoluto triennio huiuſmodi viſitationis officium ceſſet.

7 Prçterea Viſitatori prçdicto, & alijs in eodem celebrando Capitulo pro tempore deputatis Viſitatoribus, domos, oratoria, Cappellas, hoſpitalia, ac loca huiuſmodi, eorumque perſonas quoties expedierit in capite, & membris viſitandi, & reformandi, & ſi opus fuerit corrigendi, & puniendi, ac perſonas eaſdem ab ipſarum domorum, oratoriorum, Cappellarum, hoſpitalium, & locorum regiminibus realiter amouendi, illoſque priuandi, & eis habitum auferendi, ac ad huiuſmodi regimina alios idoneos ponendi, & deputandi ipſoſque priuatos, & amotos, ſi dictis Viſitatoribus videbitur ad prima regimina reponendi, Contradictores quoque, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendi, ac etiam ſi opus fuerit brachij ſçcularis auxilium inuocandi, omniaq; alia, & ſingula in prçmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria vel opportuna faciendi, & exequendi plenam, & liberam auctoritate Apoſtolica tenore prçſentium concedimus facultatem.

8 Et etiam poteſtatem vniuerſis etiam fratribus eiuſdem ordinis, qui in ipſis locis pro tempore reſidebunt, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, indulgentijs, libertatibus, & exemptionibus ordini prçfato, ac illius domibus, locis, & perſonis per Sedem Apoſtolicam, vel alias quomodolibet conceſſis vti, & gaudere, liberè, & licitè valeant eadem auctoritate concedendi.

9 Non obſtantibus felicis record. Clementis Papç Quinti prçdeceſ-

ſoris noſtri, & alijs Apoſtolicis Conſtitutionibus necnon prefati ordinis iuramento confirmatione Apoſtolica; vel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus. Cæteriſquè contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire ſi quis autem hoc attentare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo tertio decimo Calendas Auguſti Pontificatus noſtri anno primo.

10 Cupientes igitur vt dicte litere, et earum effectus inuiolabiliter obſeruentur diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios Viſitatori, et Patri principali vniuerſorum Fratrum necnon etiam quatuor fratribus eiuſdem Ordinis qui per generale Capitulum eorundem Fratrum nuper, et ſucceſſiuis temporibus per eos celebrandum ad conſeruationem, & augmentum tàm perſonarũ, quam locorum dicti ordinis vna cum Viſitatore, & Patre principali præfato pro tempore eligentur, et eorum cuilibet efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes non permittatis, eos, nec ipſorum aliquem coniunctim, vel diuiſim contra conceſſionem noſtram, atque literarũ huiuſmodi cõtinentiam, atque formam per locorũ ordinarios, aut quoſcumq; alios quomodolibet impediri, aut aliqualiter moleſtari. Et inſuper etiam vobis, et cuilibet veſtrum huiuſmodi Capitulum in loco congruo vbi vobis magis videbitur expedire tam pro hac prima vice, quam etiam ſucceſſiuis temporibus de triennio in triennium, et etiam quotiens opus fuerit, et neceſſitas exigerit conuocandi, mandandiq; et precipiendi vniuerſis, et ſingulis Fratribus eiuſdem ordinis per Italiam dumtaxat conſtitutis, vt ad Capitulum, et locum huiuſmodi perſonaliter ſe conferre, et conuenire omnino debeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facultatem concedimus; et etiam poteſtatem contradictores quoslibet, et rebelles in premiſſis omnibus, et ſingulis per cenſuram Eccleſiaſticam, et alia iuris remedia opportuna appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus omnibus ſupradictis; ac pie memorie Bonifacij Pape Octaui predeceſſoris

ſoris

ſoris noſtri,illis præſertim quibus cauetur, ne quis extra ſuam Ciuitatem,& diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus,& in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur,ſeu ne Iudices à Sede Apoſtolica deputati extra Ciuitatem,& diœceſim in quibus deputati fuerint contra quoſcumq; procedere ſiue alij,vel alijs vices ſuas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis eorundem trahere præſumant, & de duabus dietis in Concilio generali editis, necnon alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; aut ſi Epiſcopis locorum ordinarijs, & miniſtris prefatis, vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim ab eadem ſede indultum exiſtat, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari aut extra, vel vltra circa loca ad Iudicium euocari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo tertiodecimo Calendas Auguſti Pontificatus noſtri anno primo. *Ideſt 20. Auguſti,Ordinis 227. Religionis 48.*

Ex Bullario noſtro de Sillis fol. 33. Habetur originaliter in Conuentu Romano.

1 *Papa quamplures Domos, Oratoria, & loca in diuerſis partibus Italiæ, in quibus Fratres in habitu Eremitico laudabiliter vixerant, & viuunt confirmat.*

2 *Concedendo eis poteſtatem recipiendi alia cum licentia Epiſcopi conſecranda à quouis antiſtite, in quibus proprij, & extranei Sacerdotes poſſint, miſſas, & diuina officia celebrare.*

3 *Sacerdotes eiuſdem Ordinis miniſtrare poſſunt Sacramenta ſuis Fratribus, & abſoluere à non reſeruatis ſedi.*

4 *Capitulum congregare poſſunt, & in eo vnum ex ſuis Sacerdotem eligere in Viſitatorem, & Patrem Principalem, qui de conſilio, & conſenſu aliorum quatuor deputandorum negotia religionis tractet, ſtatuta faciat, habitum mutet, addendo, vt diſtinguantur à ſimplicibus Eremitis.*

5 *Miniſtros deputet in ſingulis Domibus, & Hoſpitalibus, qui præſint in ſpiritualibus, & temporalibus, ſine alia confirmatione.*

6 *Officium Viſitatoris vltra triennium non duret.*

Digitized by Google

7 *Viſitator pro tempore plenam, & liberam habet poteſtatum Domos, Oratoria loca, & perſonas viſitandi, & reformandi in capite, & in mẽbris puniendo, amouendo ab officijs, habitum auferendo, contradictores, & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocando etiam brachium ſeculare.*

8 *Conceduntur, & communicantur priuilegia conceſſa alias eidem Ordini. Domibus, locis, & perſonis alijs eiuſdem Ordinis.*

9 *Supradicti Prælati Commiſſarij ad ſupradicta coegerunt Fratres ad conuentum S. Rochi de Monte Falco Fulginatenſis diæceſis, & die vigeſima quinta Iulij eiuſdem anni* 1448. *indixerunt Capitulum, vt colligitur ex eorum literis executorialibus ſub datum* 29. *Aprilis Romæ* 1448. *vt videre eſt in illis extenſis in Bullario Reuerendiſſimi de ſillis fol.*32. *ad* 40. *Electus autem fuit P. Bartolomeus de Bonamatis patria Peruſinus vir non minus pietate, quam prudentia, & doctrina inſignis.*

10 *Virtute huius Bullæ Patres in Capitulo congregati volebant ſuos ſubditos ad plura, & arctiora compellere, quam ipſe ſtatus exigat. Redelata ad Summum Pontificum hoc anno* 1449. *reuocauit quicquid erat ſtatutum ſupra Regulam, & Obſeruantiam Ordinis. Vading. refert n.* 58. *à Petro Alua præfato anno* 1449. *num.* 37. *citatur Bulla incip.* Romanus Pontifex 14. *Cal. Octobris, ex Vatic. Vt Fratres iuxta ſtatuta à ſe condita viuant.*

BVLLA CXXXIV.

N*icolaus V. ſcribit Decano S. Petri diæceſis Leodienſis, cuius nomen exprimitur infra CXXXIX. vt Fratres Regulares geſtent paruum Caputium ſupra mantellum cum ſcapulari, quemadmodum faciunt Fratres in Zelandia, & Holandia, prohibendo alijs Fratribus ſecularibus, ne talem habitum portent. Faciant Capitulum Generale, ad quod omnes etiam viuentes extra communitatem accedant, & omnes ſubſint Generali Miniſtro.*

1 Gratioſa benignitas pijs fidelium præſertim ſtudio piæ vitæ vacantium votis annuit, & honeſtis ſupplicum precibus fauorem beneuolum impartitur. Cum itaque ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & vniuerſorum Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati in certis Domibus in Ciuitate, & Diæceſi Leodienſi conſiſtentibus degentium

petitio

petitio continebat, in ciuitate, & diœceſi præfatis ſint quamplures tam eccleſiaſticæ, quam ſeculares perſonæ dictum Ordinem profeſſæ, quarum aliquæ ſingulariter in earum proprijs, quædam vero maioris religionis zelo ſuccenſæ inſimul in certis Domibus in communi, & ſub obſeruantia regulari eiuſdem Ordinis Altiſſimo famulantur; & pro eo, quod omnes, & ſingulæ perſonæ prædictę vnum, & eundem, ac prorſus indifferentem habitum gerant, ſicq; diſtincte cognoſci nequeant.

2 Ac quandoque nonnulla inhoneſta, & ſcandaloſa per perſonas in proprijs domibus, & abſq; obſeruantia degentes prædictas committantur, ita quod earum aliquæ incontinentiæ vitio laborant, aliquæ vero per mundum vagantes tranſeunt, vnde plura ſub obſeruantia degentibus perſonis ſcandala, & inconuenientia ſubſequuntur. Pro parte eorundem Miniſtri, & Fratrum inſimul ſub obſeruantia viuentium Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis, & ſtatui ſuo ſuper his oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur, vt dicti Fratres, qui, vt aſſerunt tria ſubſtantialia vota emittere conſueuerunt, & emittunt in eiſdem Domibus inſimul viuentes ſublatis quibuſuis diſpendijs in humilitatis ſpiritu vota ſua Altiſſimo commodius exſoluere valeant, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta.

5 Mandamus, quatenus ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circunſtantijs vniuerſis auctoritate noſtra diligenter te informes, & ſi per informationem huiuſmodi, ea fore vera repereris, ſuper quæ tuam conſcientiam oneramus, præfatis in eiſdem Domibus in communi, & ſub obſeruantia viuentibus Fratribus præſentibus, & futuris, quod eorum caputia admodum paruæ cucullæ ſuper mantellum cum ſcapulari, quemadmodum Fratres dicti Ordinis in Zelandię, & Holandię partibus, necnon geſtant, & portant, geſtare, & portare libere, & licite poſſint, eadem auctoritate concedas; nec habitum ipſum per alias perſonas in communi, & ſub obſeruantia non viuentes prædictas geſtari permittas.

5 Et nihilominus, quod omnes, & ſinguli Fratres etiam ſub obſeruantia non viuentes præfati ſingulis annis, vel quoties Generalia Capitula per Miniſtrum, & alios Fratres prædicti ordinis in præfata diœceſi Leodienſi, ſeu alibi ſecundum vſum, & conſuetudinem

nem dictæ Regulæ celebrari contigerit ad huiuſmodi Capitula accedere, illiq; intereſſe, iuxta eiuſdem Ordinis Regularia inſtituta, ac priuilegia Apoſtolica deſuper eis conceſſa teneantur, & ſint adſtricti.

6 Quodq; eorum Generalis Miniſter, ſeu deputatus, vel deputati ab eis, aut maiori parte eorum, inobedientes, vel delinquentes Fratres iuxta criminum, & exceſſuum per eos pro tempore commiſſorum exigentiam, ac inſtituta prædicta corrigere, incarcerare, ac punire; & eos, ac eorum Domos, & loca viſitare, corrigere, & reformare; necnon omnia, & ſingula in præmiſſis, ac circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet oportuna facere, & exequi.

7 Quodq; omnes, & ſingnli Fratres ſub obſeruantia non viuentes prædicti vnum, & eundem in colore habitum portare, nec alium habitum aſſumere valeant, ac ſub obedientia, & deuotione vnius Generalis Miniſtri in caritate viuere debeant iuxta priuilegia eis per bonæ memoriæ Ioannem de Erkel Epiſcopum Leodienſem conceſſa, & per felicis recordationis Nicolaum Papa IV. prædeceſſorem noſtrum confirmata ſtatuere, et decernere. Ipſoſq; Fratres ad obſeruandum præmiſſa cogere, et compellere auctoritate noſtra procures.

8 Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus, etc. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1447. quarto decimo Calend. Septembris Pontificatus noſtri anno primo. *Ideſt 19. Auguſti, Ordinis 227. Religionis 48.*

Extracta ex libro Statutorum Congregationis Zepperenſis diæceſis Leodienſis eiuſdem Ordinis fol. 52.

De Caputio F. Zelãdiæ, & Holandiæ fit mentio infra in Bulla CXXXVIII. eiuſdem Nicolai ad eoſdem Leodienſes huic ſimili.

Ioannes de Erkel ex Cronicon Gualteri Belgæ Epiſcopus fuit Leodienſis 77. cognomine Arſcel, patria de Cibel, electus anno 1364. & obijt Calendis Iulij 1378. Papa defunctus 1292. non potuit confirmare priuilegia Tertiarijs conceſſa per Ioannem Epiſcopum electum 1364. forſan nondum natum, quando Nicolaus deceſſit, & hunc errorem emendauit idem Nicolaus V. infra Bulla CXXXVIII.

BVL-

Digitized by Google

BVLLA CXXXV.

Nicolaus V. ſcribit Abbati Monaſterij de Fora extra muros Compoſtellanos, vt confirmet donationem Fratribus S. Spiritus de Milide diæceſis Mindonienſis, ab eis poſſeſſam ſeptuaginta ab hinc annis.

1 Apoſtolicæ, &c. Sane pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & Fratrum Domus S. Spiritus de Milide Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Mindonienſis diæceſis, &c. petitio continebat, quod dudum quondam Petrus Comes de Traſtamare prædictam Domum, quam cum eccleſia campanili, &c. officinis fundari, & conſtrui fecerat, de nonnullis bonis, poſſeſſionibus, & redditibus, & præſertim quodam territorio, ſeu diſtrictu *de Baſadria* nuncupato cum parochiali eccleſia B. Mariæ etiam *de Baſadria* in dicto territorio, ſeu diſtrictu conſiſtente Lucen. diæceſis dotauit, ac eidem Domui territorium, ſeu diſtrictum, & eccleſiam huiuſmodi cum eorum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentibus vniuerſis, conceſſis, & donauit; ipſiq; Fratres, dotationis, conceſſionis, & donationis eorumdem vigore, domum, territorium, ſeu diſtrictum, & eccleſiam huiuſmodi aſſecuti, illa ex tunc à ſeptuaginta annis citra tenuerunt, &c. poſſident pacifice, & quiete, fructus, redditus, & prouentus percipientes ex eiſdem.

2 Quodq; poſtmodum dicti Miniſter, & Fratres donationem, & cõceſſionem prædictas per claræ memoriæ Henricum primo, deinde per cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ioannem Illuſtrem Caſtellæ, & Legionis Reges approbari, & confirmari obtinuerunt, prout in quibuſdam inſtrumentis, &c. plenius dicitur contineri. Cum autem ipſi Miniſter, & Fratres conceſſionem, etc. & ſingula in inſtrumentis, ſeu literis contenta huiuſmodi pro eorum ſubſiſtentia firmiori Apoſtolico munimine roborari deſiderent, pro parte eorumdem Miniſtri, & Fratrum aſſerentium, quod territorij, ſeu diſtrictus, et eccleſię prędictorum fructus, redditus, et prouentus quindecim librarum Turonenſium paruorum ſecũdum communem æſtimationem valorem annuum non excedunt, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, etc. Nos igitur, etc. diſcretioni tuæ, etc.

3 Mandamus quatenus ſi, etc. legitime conſtiterit, illas, etc. et prout eas concernunt, ac rationabiliter proceſſerunt, omnia, et ſingula in inſtrumentis, ſeu literis contenta huiuſmodi auctoritate noſtra

appro-

approbes,et confirmes. Non obſtantibus,&c.Datum Romæ apud S.Petrum anno 1448.decimo quarto Calendas Iulij, anno ſecundo. *Ideſt 18.Iunij Ordinis 228.Religionis 49.*

Vadingus tom.5.Bulla 39.ex lib.1.de Regular.anno 2.fol.237.

BVLLA CXXXVI.

NIcolaus V.ſcribit Epiſcopo Piſtorienſi, vt det Sororibus licentiam conſtruendi Domum, in qua regulariter viuant ſub Miniſtra cum priuilegiorum communicatione.

1 Pijs fidelium,&c.Sane pro parte dilectorum filiorum Communis, & Ciuium Ciuitatis Piſtorienſis Nobis nuper exhibita petitio continebat,quod dilectę in Chriſto filiæ Maria de Florentia,Andrea, Catarina, et Angela de Piſtorio Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati in dicta Ciuitate ſeparatim commorantes ob frugem melioris vitæ in aliqua Domo Ciuitatis eiuſdem ad hoc congrua,et honeſta in Congregatione, et ſub debito obedientiæ gubernaculo,alias iuxta Regularia dicti Ordinis inſtituta viuere, etc.

2 Quare pro parte Communis, et Ciuium prędictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt pro laudabili dictę Domus directione dictis Sororibus, poſtquam in ipſa Congregatione fuerint, vt pręfertur, quod vnum ex eis, quæ cęteris præſit, eaſq;iuxta ipſius Ordinis Regulam dirigat, et gubernet, etc.hac vice,et ſucceſſiue, cum Domus ipſa per eiusdem Miniſtrę ceſſum, vel deceſſum, aut alias quouis modo Miniſtris caruerit, ſibi perpetuis futuris temporibus in Miniſtram, quę per Viſitatorem per eas iuxta huiuſmodi inſtituta ex aliqua approbata Religione eligendum ſuis demeritis exigentibus, de conſilio tamen, et aſſenſu eorumdem Sororum amoueri poſſit, eligere.

3 Quodq; mulieres à ſeculo fugientes in Domo prædicta Domino famulari cupientes Miniſtra pro tempore exiſtens ad habitum, et profeſſionem ipſius Regulæ iuxta huiuſmodi inſtitnta recipere ad habitum, et profeſſionem ipſius Regulę iuxta huiuſmodi inſtituta recipere,et admittere valeat. Ac Viſitator, qui pro tempore fuerit Miniſtram, et Sorores prædictas,cum expedire videbitur,dum tamen dictæ Domus ſepta non ingrediatur pro corrigendis exceſſibus

ceſſibus viſitare, culpabileſq; repertas corrigere valeat, licentiam concedere, &c. dignaremur. Nos igitur, &c. Fraternitati tuæ, &c.
4 Mandamus quatenus de præmiſſis, &c. te informes, &c. eisdem Sororibus pro tempore exiſtentibus aliquam Domum in dicta Ciuitate ad id congruam, &c. recipiendi, &c. Poſtquam illam receperit, &c. dictæ Domus Miniſtram eligendi, & Miniſtræ ſic electæ Domum, & Sorores huiuſmodi regendi, &c. licentiam largiaris. Nos enim ſi conceſſionem, &c. Miniſtræ, & Sororibus pro tempore exiſtentibus, ac Domui prædictis, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, &c. conceſſis vti, & gaudere valeant, &c. indulgemus. Nō obſtantibus felicis recordationis Clementis V. & Ioannis XXII. ac Bonifacij VIII. &c. quibuſcumq; &c. iure, etc. ſaluo. Datum Romę apud S. Petrum, anno, &c. 1448. vndecimo Calendas Septembris, anno ſecundo. *Id eſt 22. Auguſti, Ordinis 228. Religionis 49.*

Vadingus tom. 5. Bulla 42. ex lib. 2. de diuerſis formis an. 2. fol. 216.

BVLLA CXXXVII.

Nicolaus V. ſcribit Epiſcopo Cordulenſi, vt Domum S. Agnetis de Anduyar Giennenſis diæceſis conuertat in monaſterium Clarriſſarum, cum priuilegijs.

1 Inter vniuerſa, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Marinæ Lupi Abbatiſſæ, & nonnullarum aliarum Sororum Monaſterij S. Agnetis de Anduyar Ordinis S. Claræ Giennenſis diæceſis petitio continebat, quod cum olim Marina, & Sorores prædictæ in dicto Monaſterio tunc Domo Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati degentes ob fugam melioris, & arctioris vitæ Domum ipſam in Monaſterium dicti Ordinis S. Claræ erigi, & inſtitui propoſuit, & de facto ſub ipſius Ordinis S. Claræ Regula cum eccleſia, campanili, &c. officinis auctoritate ordinaria erexit, ac de perſona eiuſdem Marinę, tunc dictum Ordinem S. Claræ expreſſe profeſſę, eidem ſic erecto Monaſterio Epiſcopus prouidit, ipſamq; illi in Abbatiſſam præfecit, & ex tunc dicta Marina cum eiſdem Sororibus in prædicto Monaſterio ſub obſeruantia huiuſmodi laudabiliter vixit, prout viuit de præſenti. Quare pro parte earumdem Marinæ, & Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. fraternitati tuæ, &c.

2 Mandamus, quatenus, ſi, & poſtquam, &c. conſtiterit erectionem, & inſtitutionem prædictas auctoritate noſtra approbes, & confirmes, &c. eisdem Abbatiſſę, & Sororibus, quod dictum Monaſterium omnibus, & ſingulis priuilegijs, &c. conceſſis, &c. gaudere poſſint, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno, etc. 1450. idibus Februarij, anno quarto. *Ideſt 13. Februarij, ordinis 230. Religionis 51.*

Vadingus tom. 5. Bulla 48. & vltima huius tomi ex lib. 1. de Regular. &c. anno 4. fol. 62.

BVLLA CXXXVIII.

Nicolaus V. ſcribit Præpoſitis Cameracenſi, & Louanienſi S. Geltrudis, & Officiali Leodienſi, vt exequantur multa priuilegia eis conceſſa.

1 Apoſtolicæ ſedis benignitas, deo deuotas, et aſſiduo pię vitę vacantes ſtudio perſonas: quę mundanis abdicatis illecebris, deuotum, & ſedulum virtutum domino in humilitatis ſpiritu exhibent famulatum, congruo fauore proſequitur, vt ſublatis quibuſuis diſpendiis quietius, ac ſecurius ſua in huiuſmodi ſpiritu vota Altiſſimo reddere valeant. Necnon ea, quę ad earum pium deſiderium conſequendum pręſertim eiuſdem ſedis literarum authori ate perinde facta ſunt, vt illibata permaneant libenter apoſtolico mandat munimine roborari.

2 Dudum ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Miniſtri, & vniuerſorum fratrum tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati in certis domibus in ciuitate, & diæceſi Leodienſi conſiſtentibus degentium nobis expoſito, quod in ciuitate, et diœceſi prędictis erāt quamplures tam eccleſiaſticę, quam ſeculares perſonę dictum ordinem profeſſę: quarum aliquę ſingulariter in earum proprijs, quędam vero maioris religionis zelo ſuccenſę inſimul cum certis domibus in communi ſub obſeruantia regulari eidem altisſimo famulabantur.

3 Et pro eo quod omnes, & ſingulę perſonę prędictę vnum, et eundem, ac prorſus indifferentem habitum gerebant, ſic quod diſtincte cognoſci nequibant. Ac quandoq; nonnulla inhoneſta, et ſcandaloſa per perſonas in proprijs domibus abſq; obſeruantia

degen-

degentes prędictas committebantur. Itaq; earum aliquę inconti-nentię vitio laborabant: aliquę vero per mundum vagantes tranſibant inde plura ſub obſeruantia degentibus perſonis ſcandala, et inconuenientia ſubſequębantur. Ac pro parte eorundem Miniſtri, et fratrum inſimul in eiſdem domibus ſub obſeruantia viuentium nobis humiliter ſupplicato: Vt ei ſtatui ſuo ſub opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

4 Nos dilecto filio Decano eccleſię S. Petri Leodienſis eius proprio nomine non expreſſo alijs noſtris literis dedimus in mandatis, quatenus ſuper pręmiſſis omnibus, et ſingulis, ac eorum circunſtantijs vniuerſis ſe diligenter informaret. Et ſi per informationem huiuſmodi ea fore vera reperiret, ſuper quo illius conſcientiam onerauimus, pręfatis in eiſdem domibus in communi, et ſub obſeruantia viuentibus fratribus pręſentibus, et futuris, quod eorum caputia ad modum paruę cucullę ſupra mantellum cum ſcapulari (quemadmodum fratres dicti ordinis in Zelandrię, et Hollandrię partibus, necnon in diœceſi Maurienſi commorantes geſtabant, et portabant) geſtare, et portare libere, et licite poſſent, concederet. Nec habitum ipſum per alias perſonas in communi, et ſub obſeruantia non viuentes prędictas geſtari permitteret.

5 Et nihilominus, quod omnes, & ſinguli fratres etiam ſub obſeruātia non viuentes prædicti ſingulis annis, vel quoties generalia capitula per Miniſtrum, & fratres dicti ordinis in præfata diæceſi Leodienſi, ſeu alibi ſecundum vſum, & conſuetudinem Regulæ huiuſmodi celebrari contingeret, ad ipſa capitula accedere, illiſq; intereſſe iuxta eiuſdem ordinis regularia inſtituta, ac priuilegia apoſtolica ſuper eis conceſſa, tenerentur, & eſſent aſtricti.

6 Quodq; eorum Generalis Miniſter ſeu deputatus, vel deputandus ab eis, aut à maiori parte eorum inobedientes, vel delinquentes fratres iuxta terminum, & exceſſuum per eos pro tempore commiſſorum exigentiam, & inſtituta prædicta, corrigere, & incarcerare, & punire: ac eos, & eorum domos, ac loca viſitare, corrigere, & reformare: Necnon omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facere, et exequi.

7 Quodq; omnes, & ſinguli fratres ſub obſeruantia non viuentes prædicti vnum, & eundem in colore habitum portare, nec alium habitum aſſumere valerent. Ac ſub obſeruantia, & deuotione

vnus generalis Miniſtri in charitate viuere deberent iuxta priuilegia per bonæ memoriæ Ioannem de Arkel Epiſcopum Leodienſem conceſſa: & à felicis recordationis Nicolao Papa Quarto prædeceſſore noſtro confirmata, ſtatuere, & decernere, ipſoſq; fratres ad obſeruandum præmiſſa cogere, & compellere curaret.

8 Poſtmodum vero ſicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum Miniſtri, & fratrum petitio cõtinebat, quondam Nicolaus Ghepſter Decanus dictæ eccleſiæ Sancti Petri ad ipſarum literarum executionem legitime procedens, quia per informationem per eum deſuper habitam reperit fore vera omnia, & ſingula in prædictis literis contenta iuxta earum tenorem, atq; formam, conceſſit, ſtatuit, & decreuit, prout plenius in dictis literis continetur, & in proceſſibus deſuper habitis dicitur contineri.

9 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, nonnulli, & præſertim ex fratribus dicti ordinis: qui ad ipſius religionis, ſeu modi beneuiuendi augmentum, et animarum ſalutem nullum, ſeu valde modicum reſpectum habent, nec quæ Dei ſunt cogitant, literas, et proceſſus prædictos (pro eo, quod in ipſis literis huiuſmodi verba poſita extiterint, videlicet.

10 Quod ſub obedientia, et deuotione vnius generalis Miniſtri in charitate viuere deberent iuxta priuilegia eis per bonæ memoriæ Ioannem de Arkel Epiſcopum Leodienſem conceſſa, et à felicis recordationis Nicolao Papa Quarto prædeceſſore noſtro confirmata: et reuera præfatus Ioannes de Arkel Epiſcopus per multos annos poſt tempora dicti prædeceſſoris fuerit: ſintq; priuilegia per ipſum Epiſcopum eiuſdem fratribus conceſſa, per præfatum prædeceſſorem confirmari non potuerunt) de ſurreptionis vitio notari nituntur. Ac non in Hollandrię, ſed in Flandriæ partibus fratres eiuſdem ordinis mantellum cum ſcapulari portent: pro parte eorundem Miniſtri, et fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum: Vt ne propterea literę, ac proceſſus prædicti de ſurreptionis, aut nullitatis vitio in poſterum impugnari poſſint, et vt dicti Miniſter, et fratres ſublatis quibuſuis diſpendijs, quietius, et ſecurius in humilitatis ſpiritu altiſſimo famulari valeant, ſuper præmiſſis prouidere: necnon infraſcripta ſtatuta, et ordinationes edere, et facere: ac conceſſiones, et gratias eis concedere, ſeu eiſdem fieri, et concedi mandare de benignitate apoſtolica dignaremur.

11

11 Nos igitur, qui Religionem vigere vbilibet, et augeri intenſis deſiderijs affectamus huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus: quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, ſi vobis ad animarum ſalutem, & alias expedire videbitur, quod infraſcripta fiant, & concedantur: ſuper quo conſcientias veſtras oneramus, quod literæ, & proceſſus prædicti, & quæcunq; inde ſecuta valeant, plenamq; roboris, ac datarum præſentium firmitatem obtineant: necnon per ipſos fratres obſeruari debeant.

12 Ac Decanus præfatæ eccleſiæ ſancti Petri pro tempore exiſtens per ſe, vel alium, ſeu alios fratres huiuſmodi ad illorum obſeruationem cogere, & compellere poſſit, & debeat iuxta ipſarum literarum continentiam, atq; formam in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi in eiſdem literis, quod dicti fratres ſub obedientia viuere deberent iuxta quondam per prædictum Nicolaum prædeceſſorem confirmata, & alia priuilegia, ſtatuta, et conceſſiones per Ioannem Epiſcopum conceſſa, & loca Hollandiæ nomine Flandriæ poſita fuiſſent.

13 Quodq; omnes, & ſinguli fratres prædicti vnum presbyterum dicti ordinis profeſſorem in eorum Generalem Miniſtrum (qui quoties opus fuerit, per ſe, vel alium, ſeu alios ad id per eum deputandum, ſeu deputandos quibuſcunq; dicti ordinis fratribus, & ipſorum familiaribus, ſeu ſeruitoribus eorum confeſſionibus diligenter auditis in omnibus præterquam ſedi prædictæ reſeruatis caſibus debitam abſolutionem impendere, et iniungere pœnitentiam ſalutarem. Ac ipſos fratres, familiares, et ſeruitores à votis minoribus abſoluere.

14 Necnon quoſcunq; dictum ordinem profiteri volentes ad profeſſionem huiuſmodi etiam iuxta quædam indulta, ſiue conceſſiones per felicis recordationis Eugenium Papam quartum prædeceſſorem noſtrum citra tria vota ſubſtantialia recipere poſſit, et valeat) habere, et illi obedire perpetuo teneantur. Et ſi quo tempore appareret vniuerſitati Miniſtrorum dicti ordinis præfatum Generalem Miniſtrum non fore ſufficientem, teneantur fratres prædicti, ad quos electio huiuſmodi ſpectat, alium ſibi in Generalem Miniſtrum in generali capitulo, quod dicti Miniſtri, et fratres ſemel annis ſingulis in conuentu campi Sancti Hieronymi villæ

de

de Zeppe rem præfatę diæceſis abſq; ipſius conuentus onere conuenire, dictumq; capitulum celebrare ſunt aſtricti, eligere debeant.

15 Quodq; in huiuſmodi generali capitulo, cui tam Generalis, quam alij miniſtri, necnon etiam alij fratres in communi, et ſub obſeruantia non viuentes odedire teneantur. Nominentur etiam, et deputentur diffinitores ad inſtar capitulorum generalium, priores, et fratres ordinum regularium. Et quicquid per deputatos huiuſmodi vna cum Generali Miniſtro concorditer diffinitum, ſeu ſtatutum fuerit, publicetur, et diligenter tam à Miniſtris, et fratribus, quam alijs ſubditis primo anno obſeruetur, ſecundo anno examinetur, et tertio anno approbetur, ſi ad approbandum videbitur, et ſi approbare contigerit, inantea plenam habeat in omnibus conuentibus eorum firmitatem. Ita tamen quod diffinitum, ſeu ſtatutum hniuſmodi quenquam ad culpam non obliget, ſed ad pænam, niſi quis illud in contemptum ordinis tranſgredi præſumpſit.

16 Præterea quod omnes clerici ordinati in omnibus conuentibus, et domibus dicti ordinis eis colligatis, vel ſubiectis, aut in poſterum ſubijciendis omnes horas canonicas vniformiter obſeruent ſecundum ordinem Eccleſię Leodienſis, demptis quibuſdam hiſtorijs ſpecialibus, et alijs ordinatis, quas Romana Eccleſia non noſcitur obſeruare, abdicatis quoq; & reſecatis nonnullis alijs, prout diffinitores prædicti religioni, & deuotioni fratrum eorum iudicauerint conuenire. Similiter & alij non ordinandi, vel ſcientes legere loco horarum huiuſmodi in Regula ipſius ordinis expreſſarum horas beatæ Mariæ Virginis iuxta curſum prædictæ Eccleſiæ perſoluere poſſint, ſecundum quod eis viderint expedire. Illiterati vero alij quemadmodum in Regula prædicta continetur.

17 Quodq; Generalis Miniſter huiuſmodi, ſeu deputati, vel deputandi ab eo, aut à maiori parte ipſorum habeant plenariam poteſtatem quæcunq; iuſta, & honeſta, ac religioni prædictæ conuenientia, & vtilia ſtatuendi, & ordinandi etiam inobedientes, & delinquentes fratres iuxta criminum, & exceſſuum per eos pro tempore commiſſorum exigentiam, & inſtituta, & ordinationes à generali capitulo ordinata, atq; ordinanda corrigere, incarcerare, & punire,

punire, ac in abſtinentijs, & ieiunijs, auſteritatibus, cæteriſq; obſeruantijs in prædicta Regula contentis ex legitima cauſa cum expedire viderint, diſpenſare. Et fratres prædictos, & eorum domos, & loca viſitare, corrigere, punire, & reformare: Necnon omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facere, & exequi. Nec alius quiſquam poſſit eis viſitationis officium huiuſmodi exhibere. Non obſtantibus, quod in eorum Regula prædicta continetur: videlicet, quod Viſitatorem habeant ſacerdotem, qui alicuius approbatæ Religionis exiſtat.

18 Quodq; fratres prædicti ad obſeruandum præmiſſa ſub excommunicationis, & alijs penis cogi, & compelli poſſint, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam: etiam inuocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis in perpetuum ſtatuere, decernere, & ordinare.

19 Necnon predictum ordinem de pænitentia nuncupatum cum tribus votis ſubſtantialibus annexis, & alijs ſalutaribus obſeruantijs approbare, & confirmare, & tanquam ordinem approbatum inſtituere: dictoſq; fratres religioſos, & eccleſiaſticos fore, & eſſe.

20 Ac illos eorumq; domos ab omnibus ſecularibus exactionibus, & aſſiſijs, taleis, cęteriſq; ſeruitijs perſonalibus, & realibus, necnon perturbationibus, & moleſtijs ſecularium Principum, Iudicum, Communitatum, Ciuitatum, Vniuerſitatum, oppidorum, caſtrorum, & villarum, cęterorumq; locorum, necnon ſupportationes aliorum onerum leucalium: & tanquam ſuos ſubditos eos aggrauaminum liberos, exemptos, & immunes eſſe, ac omnibus, & ſingulis libertatibus, & immunitatibus, priuilegijs, & indulgentijs alijs religioſis, et eccleſiaſticis perſonis tam à iure, quam ab homine quomodolibet conceſſis, vti, et gaudere poſſe, etiam ſtatuere, et decernere, ipſiſque Miniſtro, et fratribus concedere (abſq; tamen matricis, ac parrochialium eccleſiarum præiudicio) eadem auctoritate noſtra cureris.

21 Non obſtantibus pręmiſſis, ac conſtitutionibus, et ordinationibus apoſtolicis, necnon omnibus illis, quę in præfatis literis non obſtare volumus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicę milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono Calend. Maij Pontificatus noſtri an. quarto. *Ideſt 23. Aprilis, Ordinis 230. Religionis 51. Refertur à Sillis fol.* 40.

22

22 *Hæc Bulla eſt ſatis obſcura, ideo ad aliquam claritatem reducenda eſt in ſequentem formam.*

23 *Miniſter, & Fratres Leodienſes in Congregatione ſub regulari obſeruantia, referunt, quod alij Fratres ſeparatim viuentes in proprijs domibus diuerſa perpetrant ſcandala, in præiudicium eorum, cum propter diuerſitatem habitus diuerſi inter ſe non cognoſcantur, Papa reſpondet, ſe per alias literas (hic CXXXIV) ſuas prouidiſſe per Decanũ S. Petri, ordinando, vt Fratres Regulares in communi viuentes deferrent caputia ad modum paruæ cuculla ſupra mantellum cum ſcapulari, vt faciunt Fratres Zelandiæ, & Holandiæ, & in diæceſi Morinenſi, ſupra LXXVIII. qui habitus alijs prohiberetur viuentibus extra congregationem. Item quod vtriuſq; generis Fratres accederent ad Capitulum. Item quod Miniſter Generalis per ſe, vel alios puniret, carceraret, viſitaret, & reformaret. Item quod habitus Regularium diuerſus eſſet à Fratribus ſecularibus, quo ad formam, non quo ad colorem; omnes ſubiecti eſſent Generali iuxta priuilegia Ioannis Epiſcopi Leodienſis.*

24 *Deinde Fratres Oratores ſubiungunt, Nicolaum Ghepſter Decanum fuiſſe executorem prædictarum literarum Ioannis Epiſcopi confirmatarum à Nicolao IV. quod aiunt eſſe falſum (vt egò falſitatem oſtendi ad calcem dictæ Bullæ CXXXIV. ideo Fratres ſupplicant priuilegia confirmari pro veritate rei, ne amplius vitio falſitatis impugnari poſſint; vt eas Papa confirmauit, & obſeruari mandauit.*

25 *Miniſter Generalis ab omnibus eligitur, qui per ſe, vel alios abſoluit Fratres, famulos, & ſeruitores à non reſeruatis, & à votis minoribus. Recipit nouitios ad habitum, & profeſſionem etiam trium votorum iuxta indulta Eugenius IV. ſupra Bulla C.*

26 *Capitulum Generale deponit Miniſtrum Generalem inſufficientem, & alium eligit ſingulis annis celebrandum, cui omnes etiam Generalis tenetur obedire, cum quo deputantur Definitores Generales.*

27 *Generalis cum ſuis Definitoribus facit ſtatuta primo anno publicanda, & ſeruanda, ſecundo examinanda, an expediant, tertio approbanda, ſi expediunt, & ab omnibus obſeruanda, obligantia tantum ad pænam.*

28 *Diuinum officium clerici recitent ſecundum ordinem Eccleſiæ Leodienſis, reiectis quibuſdam ſpecialibus, quæ S.R.E. non nouit, prout Definitoribus videbitur. Laici literati officium B. M. V. illiterati iuxta Regulam Nicolai IV.*

Digitized by Google

29 *Viſitatio Fratrum, & Domorum ſub Generali per ſe, vel alios incumbit, non obſtante Regula, cui in hoc derogat, cum plenaria poteſtate delinquentes corrigendi, incarcerandi, & contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, & alias pœnas, innocato etiam auxilio brachij ſecularis cogendi.*

30 *Generalis diſpenſare poteſt in abſtinentijs, ieiunijs, auſteritatibus, cæteriſq; obſeruantijs Regulę ex legitima cauſa.*

31 *Executoribus mandat, vt ordinem cum tribus votis ſubſtantialibus approbent, & confirment, & tamquam approbatum declarent, etiam Fratres eſſe perſonas eccleſiaſticas, & religioſas.*

32 *Exemptoſq; eſſe Domos, & Fratres ab omnibus oneribus, & ſeruitijs perſonalibus, & realibus laicorum.*

33 *Communicantur demum eiſdem omnia priuilegia tam à iure quam ab homine conceſſa alijs perſonis eccleſiaſticis, & religioſis abſq; præiudicio matricis, & parochialium.*

BVLLA XXXIX.

Nicolaus V. ſcribit Epiſcopo Laudenſi, & Prępoſito Eccleſię S. Geminiani, quod Fratres retineant Domum S. Marię de Pizichitono, & bona beneficij ſupprimendi per eos aſſignentur Fratribus.

1 Immenſa, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Iacobi de Cartiraga Miniſtri, & aliorum Fratrum Domus Beatæ Mariæ de Poyano, alias de Pizighitono Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia Laudenſis diæceſis petitio continebat, quod olim prædictus Iacobus, & nonnulli alij Fratres dicti Ordinis Eccleſiam Chriſti fidelium ſuffragijs repararunt, & ampliarunt, ac apud illam Domum cum neceſſarijs officinis pro eorum, & aliorum dicti Ordinis Fratrum vſu, & habitatione erexerunt, ac nunc per viginti annos, & vltra in vſum, & habitationem huiuſmodi tenuerunt, & poſſederunt, &c. Deinde nonnulli nobiles de Buſnate nuncupati, aſſerentes ſe veros Patronos eiuſdem Eccleſię, ac ſentientes ipſorum Fratrum laudabilem vitam, & bonæ famæ odorem, eandem eccleſiam cum omnibus eius bonis, terris, dominijs, iuribus, & pertinentijs, ac iuribus, & exactionibus eiſdem nobilibus in dicta eccleſia quomodolibet pertinentibus dictis Fratribus perpetuo dederunt.

Digitized by Google

2 Cum autem Iacobus Miniſter, & Fratres prędicti Domum prædictam cum Eccleſia, & officinis prædictis pro vſu, & habitatione huiuſmodi perpetuo retinere, ac vt eo quietius,& deuotius Altiſſimo famulari queant, quoddam perpetuum beneficium caritatiuum nuncupatum in eadem Eccleſia fundatum, & inſtitutum perpetuo ſupprimi, & extingui, illiuſq; poſſeſſiones, & bona prædictæ Eccleſiæ, pro ipſorum Fratrum commodiori ſuſtentatione, & Eccleſiæ, ac Domus earumdem reparatione, & conſeruatione applicari,& aſſignari deſiderant.Pro parte Iacobi Miniſtri,& Fratrum eorumdem aſſerentium, quod beneficij Sex, Eccleſiæ vero huiuſmodi etiam ſex florenorum auri de camera fructus, redditus, et prouentus ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedunt, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eorum deſiderio huiuſmodi annuentes, ipſos ab excommunicationis ſententijs, etc. abſolui mandare.

3 Necnon receptioni, conſtructioni, erectioni,dationi,conceſſioni, et translationi prædictis, ac omnibus, et ſingulis inde ſecutis, et in dicto inſtrumento contentis pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur, etc. adijcere,etc. dignaremur. Nos igitur, etc.diſcretioni veſtræ,etc.

4 Mandamus, quatenus vos,vel alter veſtrum Iacobum Miniſtrum, ac omnes, et ſingulos Fratres eoſdem, qui excommunicationis huiuſmodi ſententia ligati fuerint, vt præfertur, ſi hoc humiliter petierint, ab eadem ſententia, etc. abſoluatis in forma eccleſiæ conſueta,iniunctis,etc.Ipſis tamen ad tempus,de quo vobis videbitur à ſuorum ordinum executione ſuſpenſis dicta auctoritate diſpenſetis, omnemq;aboleatis infamiæ maculam,etc.

6 Et nihilominus ſi, et poſtquam abſolutionem, diſpenſationem, etc.feceritis, vt prę mittitur, ac vobis de expoſitis, etc. conſtiterit, receptionem, conſtructionem, etc. prædictas, et inde ſecuta, et prout illas concernunt, in inſtrumento contenta huiuſmodi eadē auctoritate approbetis,et confirmetis,etc.Ipſiq;Iacobo Miniſtro, et prædictis, ac vninerſis alijs in prædicta Domo pro tempore moraturis Fratribus, vt Domum ipſam cum Eccleſia, et officinis, ac omnibus iuribus, et pertinentijs ſupradictis pro vſu, et habitatione huiuſmodi perpetuo retinere.

6 Necnon omnibus, et ſingulis priuilegijs, etc. gaudere libere, et

licite

Digitized by Google

licite valeant, auctoritate prædicta concedatis, iure, etc. ſaluo.
7 Et inſuper beneficium prædictum, ſi vacat, vel quamprimum illud per ceſſum, vel deceſſum illud obtinentis, vel alias quouis modo vacare contigerit, penitus, & omnino dicta auctoritate ſupprimatis, & extinguatis, eoq; per vos ſuppreſſo, & extincto illius poſſeſſiones, & bona prædicta cum eorum fructibus, redditibus, & prouentibus, ac alijs iuribus, & pertinentijs ſuis omnibus prædictæ eccleſiæ perpetuo applicetis appropríetis, & aſſignetis; ita quod ex tunc liceat Miniſtro dictæ Domus, & Fratribus in illa degentibus pro tempore per ſe, vel alium, ſeu alios bonorum prædictorum corporalem poſſeſſionem auctoritate propria libere apprehendere, & perpetuo retinere; huiuſmodiq; illorum fructus, redditus, & prouentus in eorum, & dictarum Domus, & Eccleſię vſus, & vtilitatem conuertere. Diæceſani, &c. minime requiſita. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacj Papæ VIII. &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno, &c. 1450. quarto nonas Iunij, anno quarto. *Ideſt 2. Iunij, Ordinis 230. Religionis 51.*

Vadingus tom. 5. Bulla 77. ex lib. 1. de Exhibitis, & Regularibus anno quarto fol. 277. & ex Archiuio eiusdem conuentus.

Antonius de Berneriis patricius Parmenſis Epiſcopus Laudenſis, abſolutis Fratres Iacobum præfatum Miniſtrum, Antonium de Francauilla, Ambroſium de Caſſino, Ioannem de Gorgonzola, Ambroſium de Mediolano, Petrū de Mediolano, Petrum de Como confirmauit in conceſſione ſibi facta de prędicta Eccleſia S. Marię de Poyano, alias de Pizighitono eodem anno 1450. die tertia Octobris, vt patet ex inſtrumento in eodem conuentu extante rogato per Stephanum de Brugatiis D. Antonii filium Laudenſem Notarium.

BVLLA CXL.

Nicolaus V. ſcribit Epiſcopo Cortonenſi, vt det licentiam Sororibus conſtruendi Domum in oppido Caſtilionis Aretino cum electione Miniſtrę, & Confeſſarii.

1 Pia vota fidelium, &c. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Magdalenæ, Clarę, Domitillę, & aliarum Sororum Domus S. Hieronymi Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia, quę Sorores de S. Georgio Florentin. appellantur; necnon Cecchę, Pieræ, &

Digitized by Google

& Claræ de Caſtilione Aretino dicti Ordinis Aretinenſis diœceſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſæ zelo, &c. accenſæ, in terra de Caſtilione prędicto, ſeu eius confinibus, quandã dicti Ordinis Domum cum Eccleſia, &c. officinis, ad vſum, & habitationem ipſarum perpetuo fundare, &c. proponunt, &c. Quare pro parte Magdalenę, &c. Nobis fuit humiliter ſupplicatum, &c. Nos igitur, &c. fraternitati tuę, etc.

2 Mandamus, quatenus de præmiſſis, &c. informes, & ſi, &c. Eis Domum cum Eccleſia, &c. officinis prædictis, pro earum vſu, &c. edificari faciendi; necnon eiſdem Sororibus Domum prædictam intrandi, &c. & admittendi, &c. Diæceſano, &c. minime requiſita, plenam, &c. licentiam largiaris. Iure, &c. ſaluo.

3 Nos enim eiuſdem Domus erigendę Miniſtrę pro tempore exiſtenti, vt confeſſor idoneus, quem duxerit eligendum, ipſius, et cuiuslibet aliarum Sororum confeſſionibus, quoties opportunum fuerit, diligenter auditis, pro commiſſis per eas, niſi talia forent, propter quę Sedes Apoſtolica ſit merito conſulenda, debitam abſolutionem impendere, &c. Euchariſtię, & alia Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare valeat, &c. indulgemus. Volumus autem quod Miniſtra eligendę huiuſmodi Domus per aliam eiuſdem Sti Hieronymi de Florentia Domorum Miniſtram eligi debeat, ac etiam ordinari. Datum Romę apud S. Petrum, anno, etc. 1450. nonis Decembris, anno quarto. *Id eſt 5. Decembris, Ordinis* 230. *Religionis* 51.

Vadingus tom. 5. Bulla 82. Ex lib. 3. de diuerſis formis anno 4. fol. 276.

BVLLA CXLI.

Nicolaus V. ſcribit Abbati S. Baſilii de Cauana Parmenſis diœceſis, vt Sororibus de Campana det licentiam alienandi priorem Domum, & aliam ędificandi in loco aptiori. Supra CXIII. CXXIX.

1 Humilibus, etc. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Sororum in nonnullis Domibus in Ciuitate Parmenſi in contrata S. Proſperi ſub Regula Tertij Ordinis S. Franciſci degentium petitio continebat, quod quondam Gaſpar de Caſtagneto Ciuis Parmenſis condens de bonis à Deo ſibi collatis in eius vltima voluntate teſtamentum Sororibus Tertij

Ordinis

Digitized by Google

Ordinis S. Franciſci quaſdam prędictas domos iuxta ſuos confines ſub huiuſmodi Regula viuentibus, ad hoc vt monaſterium, ſiue oratorium pro earum vſu, et habitatione conſtituerent, et inibi perpetuo habitarent, pie reliquit, et voluit domos prædictas alienari, permutari, aut quauis ratione, vel occaſione in alium vſum transferri non poſſe, ſed perpetuis futuris temporibus pro vſu, et habitatione dictarum Sororum eſſe, et caſu, quo voluntati huiuſmodi contrafactum eſſet, in huiuſmodi euentu domos ipſas Præceptoriæ Domus S. Antonij Parmenſis Ordinis S. Auguſtini legauit, prout in quadam inſtrumento publico deſuper confecto dicitur plenius contineri.

2 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, prædictæ Sorores in eiſdem domibus degentes domos prædictas vigore dicti inſtrumenti acceptauerint, & in eis ſub Regula huiuſmodi, ac paupertate, & obedientia, & caſtitate in congregatione vixerint, ac benedicente Domino in eo adeo multiplicauerint, quod in eiſdē Domibus, quæ horto, clauſtro, & alijs neceſſarijs officinis carent, commode commorari, aut viuere non poſſint, cupiuntq; in alio loco ad hoc congruo, & idoneo vnam Domum ſibi ſub vocabulo Beatæ Mariæ de Gratia pro earum vſu, & habitatione conſtruere, ſeu conſtrui, & ædificari facere, dummodo eis prædictas domos vendendi licentia concedatur; & nonnullæ aliæ in dicta Ciuitate conſiſtentes per quondam Chriſtophorum Valerium Ciuem Parmenſem pro habitatione decem pauperum Chriſti pie relictæ ſibi per Sedem Apoſtolicam concedantur.

3 Quare pro parte dictarum Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis relictas, in quibus quædam perpetua eccleſia, ſiue capella benedicta, non tamen conſecrata exiſtit, & in qua octo ex dictis Sororibus ſepultæ ſunt, vendendi, & alienandi, & pro vſu pauperum dimiſſas domos huiuſmodi ſibi concedere, & aſſignare, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaq; de præmiſſis certam notitiam non habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta.

4 Mandamus, quatenus ſi, & poſtquam vocatis, qui fuerint euocandi tibi, de prēmiſſis poſt diligentem examinationem factam ita eſſe conſtiterit, prędictis Sororibus pauperibus domos prædictas

cum

cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis pro earum vſu, & habitatione loco pauperum prædictorum, de conſenſu tamen hæredum dicti Chriſtophori; ac alias eis relictas domos vendendi, & alienandi ſuper alijs domibus prædictis vnam Domum cum oratorio, & alijs neceſſarijs officinis fundandi, conſtruendi, & ędificandi, ſeu conſtrui, & ædificari faciendi, necnon ad illam omnibus ſuis bonis mobilibus, & eis tam per dictum Gaſparem, quam alias pie erogatis transferendi plenam, & liberam licentiam auctoritate noſtra concedas. Prouiſo, quod ipſa Capella ad profanos vſus minime reducatur.

5 Nos enim ſi conceſſionem huiuſmodi per te vigore pręſentium fieri contigerit, vt pręfertur prędictis Sororibus in ipſa Domo de nouo erigenda pro tempore commoraturis, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus, gratijs, & indultis, quibus aliæ Domus eiuſdem Tertij Ordinis, & Sorores in eis degentes, in genere gaudent, & vtuntur, vti valeant, & gaudere auctoritate noſtra prędicta indulgemus. Non obſtantibus, &c. Datum Romę apud S. Petrum anno incarnationis Dominicę 1451. ſexto idus Iunij, anno quinto. *Ideſt* 8. *Iunii, Ordinis* 231. *Religionis* 52.

Vading. tom. 6. *Bulla* 90. *ex lib.* 1. *de Regul. fol.* 115.

BVLLA CXLII.

Nicolaus V. concedit Palitię de Perleonibus, & aliis Sororibus pręſentibus, & futuris, vt in Domo Tranſtiberim de Vrbe ſimul regulariter habitare poſſint cum facultate recipiendi alias ad habitum, cum priuilegiis aliarum Domorum.

1 Paſtoris ęterni, cuius uices immeriti gerimus in terris, doctrinis inſtruimur, eiuſq; ſalutaribus monitis edocemur, ut uniuerſis uigilantię noſtrę creditis, pręſertim religioſis, et fragilis ſexus fęminei perſonis talia fauorabiliter concedamus, per quę in pręſenti uita diuinis intentę obſequijs puris mentibus Altiſſimo ualeant impendere famulatum, & ad ęternę beatitudinis pręmia peruenire.

2 Sane pro parte ueſtra Nobis exhibita petitio continebat, quod olim nonnullę religioſę mulieres Tertium Ordinem S. Franciſci

de

de Pęnitentia nuncupatum expreſſę profeſſę, ut quietius impendere poſſent Chriſto Ieſu, filio Virginis gratum, & ſedulum famulatum in regione Tranſtiberim de Vrbe quandam Domum reædificarunt, in qua ſimul in communi viuentes caſtitatem, & obedientiam ſeruauerunt.

3 Poſtmodum vero felicis recordationis Eugenius Papa IV. prædeceſſor noſter, & ſucceſſiue Nos, qui eodem prædeceſſore, ſicut Domino placuit, rebus humanis exempto, fuimus diuina fauente clementia ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, prouide attendentes, earumdem, & veſtram in huiuſmodi communione perſeuerantiam; quodq; benedicente Domino, & numero, & virtutibus multiplicaueritis in dies, vobis vt inſimul in cōmuni viuere abſq; remorſu conſcientiæ poſſetis viuæ vocis oraculo ſucceſſiue conceſſimus.

4 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, veſtra huiuſmodi communis habitatio ad animarum veſtrarum ſalutem, & animi quietem cedere dignoſcatur, pro parte veſtra fuit Nobis humiliter ſupplicatum, vobis atq; ſtatui, & quieti veſtris ſuper ijs opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos itaque volentes vos in huiuſmodi propoſito confouere, vobis omnibus, & ſingulis Ordinem ipſum expreſſe profeſſis, & eadē Domo commorantibus, vt vnam ex ipſa Congregatione vitæ laudabilis, & honeſtę, quæ vobis præſit, eligere, & loco illius cum vobis opportunum videbitur, aliam eius loco ſubſtituere, cui parere, & intendere debeatis, & in illius, quæ pro tempore erit manibus caſtitatem, & obedientiam, necnon in communi viuere, & pro indiuiſo profiteri debeatis.

6 Quodq; alias quaſcumq; dictum Ordinem profiteri, & vobiſcum vna cohabitare volentes, recipere, & admittere ad dictam profeſſionem libere valeatis. Necnon quoties vobis fuerit opportunum Fratribus Minoribus ſub Regulari obſeruantia viuentibus vos, & quæ pro tempore erunt dictæ Domus Sorores peccata veſtra confiteri, & ab eis ſingulis quindernis Sacramentum Euchariſtiæ recipere. Necnon diuina officia, & omnia eccleſiaſtica Sacramenta, quoties fuerit opportunum ſimiliter recipere ab eiſdem omni tempore valeatis.

7 Et nihilominus vobis præſentibus, & futuris, vt omnibus, & ſingulis

lis immunitatibus, priuilegijs, gratijs, fauoribus dilectis in Chriſto filiabus Florentinæ, Peruſinę, & Viterbienſis Domorum Sororibus dicti Ordinis in Congregatione viuentibus per Nos, & ſedem Apoſtolicam conceſſis, in omnibus, et per omnia vti, et gaudere ualeatis, eadem auctoritate Apoſtolica concedimus per pręſentes. Non obſtantibus extrauag. felicis recordationis Ioannis Papę XXII. etiam prędeceſſoris noſtri, qua cauetur, ne Sorores dicti Ordinis in congregatione maneant, ac alijs conſtitutionibus, etc. Nulli, etc. Datum Romæ apud S. Petrum an. Incar. 1451. ſexto idus Iunij anno quinto. *Id eſt 8. Iunii, Ordinis 231. Religionis 52.*

Vading. tom. 6. Bulla 91. ex lib. 32. Bullarum fol. 266. Alua ad annum 1458. ſub num. 25. ait has Sorores tranſiſſe ad Clariſſas per Bullam incip. Ijs, quæ pro, *6. idus Octobris, ex Regiſtro Vatic. Pii II.*

BVLLA CXLIII.

N*Icolaus V. Oratorium S. Marię Gratiarum Mutinę alias poſſeſſum per quosdam Eremitas concedit Fratribus cum communicatione priuilegiorum.*

1 Dilectis filijs *Fratribus domus* B. M. de Gratijs Mutin. Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnit. nuncupati ſub Heremitico habitu degentibus, ſal. et apoſt. ben. Et ſuſceptę ſeruitutis officio ad ea libenter intendimus, per quę nobis, et vniuerſis noſtrę uigilantię creditis pręſertim *religioſis perſonis* oportuna quietis, atq; ſalutis commoda proueniant, et ęterna beatitudinis pręmia ſubſequantur.

2 Sane pro parte ueſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias quondam *Thebaldus de Marchia* Heremita ex Chriſtifidelium elemoſinis, et alijs bonis ſibi à Deo collatis *Heremum, ſeu Oratorium* B. Marię Mutin. prope flumen Lacerca nuncupatum conſtruxit, et ædificauit, ac poſtquam ipſe, et cum eo etiam poſt *ipſius obitum* nonnulli alij Heremitę Heremum ipſam per multa tempora inhabitauerant, et ab undecim, uel circa iam annis elapſis, Heremitę, qui tunc inibi degebant uitam Heremiticam relinquentes, Regulam Fratrum Tertij Ordinis B. Fr. de Pęnitentia nuncupati profeſſi ſunt, habitu tamen Heremitico, ſolito more retento,

retento, ſub quo, et ordine antedictis, et poſt Altiſſimo inibi ſeruiuerant.

3 Quare pro parte veſtra fuit Nobis humiliter ſupplicatum, vt ſtatui, & quieti veſtræ paternaliter conſulentes, quod de cætero ſub regulari dicti Ordinis habitu in Heremo, ſeu Oratorio huiuſmodi permanere, necnon vnum ex Fratribus inibi degentibus in Miniſtrum veſtrum, qui iuxta dicti Ordinis inſtituta vos regere, & gubernare valeat eligere, ac etiam in ipſo Oratorio Campanile conſtruere, & ædificare, ac conſtrui, & ædificari facere poſſitis, concedere, ac alias vobis, & ſtatui veſtro ſuper his oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, volentes, ut uos de uirtute in uirtutem prouidere ualeatis in huius laudabili propoſito confouere, uobis, quod in Eremo, ſeu Oratorio huiuſmodi perpetuis futuris temporibus habitu Heremitico ex more retento ſub Regula dicti Ordinis Altiſſimo famulari, vnũq; de veſtris ad hoc idoneum in Miniſtrum iuxta eiuſdem Ordinis inſtituta eligere, ac campanile huius conſtruere, & ædificare libere, et licite ualeatis auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus pariter et indulgemus.

5 Et inſuper uobis, et omnibus, et ſingulis priuilegijs exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratijs, indulgentijs, et literis Apoſtolicis dicto Ordini, ſeu illius domibus, et locis, atq; perſonis per Sedem Apoſtolicam, uel alias quomodolibet conceſſis, et in poſterum concedendis uti, et gaudere ualeatis, et eadem auctoritate ſimiliter indulgemus. Non obſtantibus felic. record. Clem. Papæ V. prędeceſſoris noſtri, et quibuſcumq; alijs apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinibus necnon ſtatutis, et conſuetudinibus dicti Ordinis iuramento confirmatione Apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis, cęteriſq; contrarijs non obſtantibus quibuſcumq; Nulli ergo omnino liceat hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, aut ei temerario auſu contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationẽ Omnipotẽtis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit in conformam. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnat. Dominicę anno 1451. 4. Id. Iunij Pont. noſtri anno V. *Ideſt 10. Iunii, Ordinis 231. Religionis 52. Ex Monumentis eiuſdem Conuentus.*

BVLLA CXLIV.

Nicolaus V. ſcribit Epiſcopo Licienſi, ut concedat Sororibus in eadem Ciuitate conſtructionem Domus pro earum habitatione.

1 Pia uota fidelium, illa preſertim, quę ipſorum animarum ſalutem, ac perſonarum ſtudio piæ uitæ deditarum cum diuini cultus augmento, commodum, et utilitatem reſpicere dignoſcuntur Apoſtolico fauore proſequimur, et eis gratioſum, et beneuolum impartimur aſſenſum. Cum itaq; ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectę in Chriſto filię Andiſę de Pactis uiduę Licienſis petitio continebat, ipſa uidua zelo deuotionis accenſa, ac cupiens terrena in cęleſtia, et tranſitoria in ęterna felici commercio commutare, pro ſua, ſuorumq; progenitorum animarum ſalute de bonis ſibi à Deo collatis ad Dei laudem, et gloriam, ac dicti cultus augmentum, quandam domum ſitam in Ciuitate Licienſi ad eam legitime pertinentem in Domum Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati cum Capella, ſeu Oratorio, et Altari pro miſſis, et alijs diuinis officijs inibi celebrandis ſub uocabulo dicti Sancti pro aliquarum Sororum eiuſdem Ordinis ſub illius obſeruantia degentium uſu, et habitatione perpetuis erigere, inſtituere, fundare, ſeu conſtruere deſideret.

2 Pro parte eiuſdem Andiſæ Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſibi faciendi præmiſſa licentiam concedere, et alias ſuper his opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſuum pium, et laudabile propoſitum in Domino plurimum commendantes, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta.

3 Mandamus, quatenus ſi eſt ita præfatæ Andiſæ domum prædictam in Domum Sororum prædicti Ordinis cum Capella, Oratorio, ſeu Altari, ut præmittitur, erigendi, inſtituendi, fundandi, et conſtruendi, ac ſibi, et alijs Sororibus prædicti Ordinis illam perpetuo inhabitandi, cuiuſcumq; deſuper licentia minime requiſita, et ac iure parochialis eccleſiæ, ac cuiuslibet alterius in omnibus ſemper ſaluo, auctoritate noſtra licentiam largiaris.

Quodq; Domus ipſa, ſi illam, ut præfertur, erigi, inſtitui fundari conſtrui contigerit, ac Sorores in ea pro tempore degentes, omnibus, et ſingulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus,

bus,

Digitized by Google

bus, gratijs, et indultis alijs Domibus, et Sororibus dicti Tertij Ordinis per Nos, vel Sedem Apoſtolicam in genere quomodolibet conceſſis vti poſſint pariter, & gaudere, dicta auctoritate concedas. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno I.D. 1451.3. idus Iulij, anno quinto. *Ideſt 13 Iulii, Ordinis 231. Religionis 52.*

Vading. tom. 6. Bulla 93. ex lib. de Diuerſis fol. 18.

BVLLA CXLV.

Nicolaus V. ſcribit Epiſcopo Florentino, vt concedat facultatem Sororibus S. Vrſulę transeundi ad Ordinem S. Clarę.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Florentino, &c.

1 Vt æternæ, &c. Sane pro parte filiarum Sororum ſub Regula Tertij Ordinis B. Franciſci in Domo S. Vrſulæ Florentina commorantium petitio continebat, quod ipſæ ob melioris vitæ frugem ſub Regula S. Claræ per felicis recordationis Vrbanum Papa IV. prædeceſſorem noſtrum declarata, & confirmata viuere cum magna deuotione feruenter exoptant. Quare pro parte ipſarum Sororum fuit humiliter ſupplicatum, vt Domum ipſam in Monaſterium Monialium dicti Ordinis S. Claræ erigi, & Abbatialem dignitatem, & conuentum inibi inſtitui mandare, aliaſq; eis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictarum Sororum pium, & laudabile propoſitum plurimũ in Domino commendantes, earumq; votis fauorabiliter annuentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta.

2 Mandamus, quatenus ſi eſt ita, Domum prædictam, dummodo in loco ad id apto, & honeſto conſiſtat in Monaſterium monialium Ordinis S. Claræ auctoritate noſtra erigas, ac dignitatem Abbatiſſalem, & conuentum inibi inſtituas; necnon ſtatuas, ordines, & decernas, quod Abbatiſſa, & moniales in ipſo Monaſterio pro tempore degentes ſub obſeruantia Regulæ, & vitæ S. Claræ per prædeceſſorem eundem, vt præfertur, declaratæ, & confirmatæ perpetuo viuere debeant, & teneantur.

3 Nos enim, ſi erectionem, inſtitutionem, ſtatum per te fieri contingat, vt præfertur, Abbatiſſæ, & moniales pro tempore degen-

Digitized by Google

tes in ipſo Monaſterio, quod omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus, & indultis, quibus alia Monaſteria dicti Ordinis S. Claræ in genere vtuntur, & gaudent, ſeu vti, & gaudere poſſunt, & debeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ indulgemus.

4 Ac volumus, & decernimus, quod etiam hac vice vna monialis ipſum Ordinem expreſſe profeſſa in Abbatiſſam dicti Monaſterij inſtituant ſecundum ordinationem dilecti filij noſtri Dominici tituli S. Crucis in Ieruſalem præsbiteri Cardinalis, qui Ordinis Fratrum Minorum Protector exiſtit. Quæ quidem Abbatiſſa poſt clauſuram Monaſterij elapſo termino ſex menſium recipere valeat ad profeſſionem dictas Sorores ſub Regula Tertij Ordinis S. Franciſci. Non obſtantibus, &c. iure tamen parochialis eccleſię, & cuiuslibet alterius in omnibus ſemper ſaluo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno I. D. 1451. tertio nonas Februarij, anno quinto. *Ideſt 3. Febr. Ordinis 231. Religionis 52.*

Vading. tom. 6. Bulla 102. ex lib. 2. de Regul. fol. 19.

BVLLA CXLVI.

N*Icolaus V. confirmat Leodienſibus nonnulla ſtatuta eis præſcripta per Cardinalem Legatum Papæ in partibus Germaniæ.*

1 Ea quæ pro ſalubri ſtatu, præſertim religioſarum perſonarum, ſub humilitatis ſpiritu Altiſſimo famulantium per legatos Sedis Apoſtolicæ prouidè ſtatuta, & ordinata fuere, vt illibata perſiſtant, & inuiolabiliter obſeruentur, illa Apoſtolico munimine roborari, & pro firmiori obſeruatione eorundem ſimilia ſtatuere, & ordinare conuenit.

2 Sanè exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Miniſtri Generalis, & vniuerſorum Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pænitentia nuncupati, in dięceſi Leodienſi commorantium, petitio continebat, quod dudum dilectus filius Nicolaus Titulo Sancti Petri ad Vincula Presbiter Cardinalis in Partibus Germaniæ Apoſtolicę Sedis Legatus prouidè attendens mores, & vitam Fratrum prædictorum, ne à Regula eis per Romanam Eccleſiam data deuiarent, ſed in eadem contenta firmiter obſeruarent, authoritate legationis ſuæ,

3

Digitized by Google

3 Inter alia ſtatuit, & ordinauit, quod omnes, & ſinguli Miniſtri, ac Fratres dicti Ordinis, in domibus Conuentualibus in dicta diæceſi commorantes, ſub habitu de humili, & ſimplici panno griſci coloris, prout in eorum Regula, à felicis recordationis Nicolao Papa IV. Prædeceſſore Noſtro confirmata latius continetur: Necnō Caputia ad modum paruæ cucullæ ſuper mantellum cum ſcapulari, iuxta quaſdam conceſſiones declarationes, & indulta, à nobis præfatis Fratribus in communi uiuentibus conceſſa, vti debeant, & teneantur. Itaq; omnes tales Fratres in communi viuentes, nihil proprij retineant. Nulluſq; recipiatur ad habitum, & obſeruantiam, ac ad ipſius Ordinis profeſſionem, nec receptus promoueatur, niſi de expreſſo conſenſu Generalis, ac Miniſtrorum dicti Ordinis pro tempore exiſtentium, quibus dumtaxat, & non alijs recipiendi Fratres ac promouendi eoſdem, licentia concedatur: Quodq; omnes, & ſinguli Fratres dicti Ordinis profeſſi, iuxta conceſſionem Apoſtolicam, præfato Miniſtro, ac eorum generali Capitulo, iuxta ipſorum Regularia inſtituta, & apoſtolica indulta obedire teneantur, & ſint aſtricti.

4 Quibus etiam neq; licere voluit de ipſa Religione niſi ad arctiorem, & ſtrictiorem Ordinem vbi regularis obſeruantia, & diſciplina obſeruatur, exire. Inter alia eiſdem præcepit, quod perſonæ fæminei ſexus, non admittantur intrare conuentus Fratrum prædictorum, niſi ex cauſa legitima, & de licentia, & conſenſu Generalis Miniſtri. Neq; etiam bona immobilia, ſiue hæreditates Fratrū, & conuentuum prædictorum alienentur, ſine expreſſo conſenſu Ordinarij, & Miniſtri Generalis Ordinis ſupradicti.

5 Statuta quoq; & ordinationes huiuſmodi, ſub ſuſpenſionis à Diuinis, & ingreſſus eccleſiæ ſententijs quas contra facientes incurrere voluit ipſo facto inuiolabiliter obſeruari. Abſolutionem à ſententijs huiuſmodi Generali Miniſtro eorundem reſeruando; prout hæc, & alia in ſtatutis, & ordinationibus dicti Cardinalis, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſerti forent, pręſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur.

6 Quare pro parte Miniſtri Generalis, & Fratrū prędictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ſtatutis, & ordinationibus, præfatis, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirma-

firmationis adijcere, de Benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſupplicationibus inclinati, ac de ſtatutis, & ordinationibus dicti Cardinalis plenius informati ea omnia, & ſingula præmiſſa habentes grata, illa authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, tenore præſentium, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint, in eiſdem.

7 Et nihilominus vt ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi, per dictum Cardinalem, vt prefertur, edita, firmius obſeruentur ſimilia ſtatuta, & ordinationes, in omni forma prout ſuperius continentur, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus. Illaq; omnia, & ſingula, ſub ſententijs, cenſuris, & pænis prędictis, quas contrafacientes etiam incurrere volumus ipſo facto, inuiolabiliter obſeruari volumus, & mandamus. Abſolutionem ab eiſdem ſententijs, cenſuris, & pænis, quotiens opus fuerit, Generali Miniſtro Ordinis dicti reſeruando.

8 Decernentes etiam irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Præterea, cupientes vt ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta, inuiolabiliter obſeruentur, & executioni demandentur.

9 Dilectis filijs Abbati Sanctæ Gertrudis Louanienſis, Leodienſis diæceſis, & decano Eccleſiæ Sancti Pauli Leodienſis, ac officiali Leodienſi, per Apoſtolica ſcripta mandamus: quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi, executioni debitè demandent: ac in eis contenta, vbi & quando expedire viderint, authoritate noſtra, ſolemniter publicent, ac faciant illa per Fratres, & alios prædictos inuiolabiliter obſeruari, non permittendo Miniſtrum, & fratres prædictos per Ordinarium loci, delegatos Iudices, ſeu alios quoſcumq; contra tenores eorundem quomodolibet moleſtari. Contradictores authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio Brachij Secularis. Non obſtante ſi ordinarijs, delegatis, iudicibus, ſeu quibuſuis alijs, communiter vel diuiſim, à Sede Apoſtolica, indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. 10

10 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis,communitionis,ſtatuti,ordinationis, voluntatis,mandati,& conſtitutionis,infringere: vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum: Anno Incarnationis Dominicæ 1459. 18. Calendas Maij. Pontificatus Noſtri anno ſeptimo, &c. *Ideſt* 14. *Aprilis*, *Ordinis* 233. *Religionis* 54.

Reſcripta ex Statutis eiuſdem Congregationis Zeperenſis fol. 55.

CALISTVS PAPA III.

Alfonſus Borgia, Hiſpanus Valentinus, Patre Ioanne Presbiter Cardinalis SS. Duodecim Apoſtolorum, creatus octo, & coronatus vigeſimo ſeptimo Aprilis 1455. *Sedit annos tres, menſes quatuor. Obijt ſexto Auguſti* 1458. *Tres dedit.*

BVLLA CXLVII.

Caliſtus III. ſcribit Decano Eccleſiæ S. Simeonis Treuirenſis vt confirmet translationem Monaſterij Sororum Penitentium ad Ordinem S. Claræ.

1 His,quæ pro parte Religionis, &c. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ,& Sororum Monaſterij S.Mariç Magdalenç Ordinis S. Clarç Treuirenſis nuper Nobis exhibita petitio continebat, quod cum alias Monaſterium ipſum eſſet Domus pro vſu, & habitatione Sororum de Pænitentia nuncupatarum, ac eius ſtructurç, & çdificia ad ruinam deuenirent, in eoq; diuinum ceſſaret officium,ac dilecta in Chriſto filia Hilla Matthię de Palatiolo, quç ibidem ſola Soror remanſerat, regimini,& adminiſtrationi dicti Monaſterij in manibus venerabilis fratris noſtri Iacobi Archiepiſcopi Treuirenſis extra Romanam Curiam ſponte, libere ceſſiſſet, prçfatus Archiepiſcopus ceſſionem huiuſmodi admittens, & habens ad hoc à felicis recordationis Nicolao V. prçdeceſſore noſtro per ſuas literas facultatem, ipſarum literarum, & facultatum vigore, prçdictum Ordinem Sororum de Pçnitentia nun-

nuncupatarum in eadem Domo pęnitus, & omnino ſuppreſſit, ac extinxit, & in ea Ordinem S. Clarę prędictum erexit, & inſtituit; necnon Domum ipſam cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis eidem Ordini S. Clarę vniuit, annexit, & incorporauit; ac dilectã in Chriſto filiam Elizabeth de Lindenfelę Abbatiſſam, & ſeptem Sorores dicti Ordinis S. Clarę, vt ibidem obſeruantia regularis ipſius Ordinis S. Clarę perpetuo vigeret, & obſeruaretur ordinauit, tranſtulit, & deputauit.

2 Et deinde poſtquam dicta Eliſabeth Abbatiſſa vna cum ſeptem Sororibus ſuis pręfatę Domus S. Marię Magdalenę, iuriumq; & pertinentiarum prędictorum corporalem poſſeſſionem apprehenderat, prelibatus Iacobus Archiepiſcopus Abbatiſſam, & Sorores ipſas ſub perpetua clauſura incluſit, ac eas, & earum ſequaces, quo ad regimẽ tam in ſpiritualibus, quam temporalibus ſub obedientia Fratrum Minorum de Obſeruantia S. Franciſci in perpetuum fore decreuit, priuilegiauit, liberauit, & exemit in omnibus, & per omnia, prout Domus Sororum in Guadẽthall, & in Aſbaih, Ciuitate, & Diæceſi Baſilienſi priuilegiatæ ſunt, & exemptæ, atq; reguntur.

3 Ac etiam certa bona immobilia, & redditus quocumq; nomine appellentur, quæ ad Domum Fratrum Minorum in Confluentia Treuirenſis diæceſis ante reformationem ipſius Domus dudum elaborata ſaltem extra eius clauſuras ſpectabant, eo quod Fratres eiusdem Domus abſiſtentibus ſibi votis per eos præſtitis, Regula quoq; S. Franciſci, & declarationibus Apoſtolicis, bona huiuſmodi, & redditus minime leuare, & retinere poterant, præfatis Abbatiſſæ, & Sororibus S. Claræ, ac earum ſequacibus pro ſubleuamine extremæ paupertatis ipſius Monaſterij in perpetuum aſſignauit, & donauit, prout in literis, ſeu ordinamentis autenticis deſuper confectis, quorum tenores ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur.

4 Quare pro parte Elizabeth Abbatiſſæ, & Sororum prædictarum aſſerentium, quod fructus, redditus, & prouentus ipſius Monaſterij vnius Marcæ argenti puræ ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedunt, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuppreſſioni, extinctioni, &c. ac alijs per ipſum Archiepiſco-

piſco-

Digitized by Google

piſcopum circa præmiſſa factis, & ordinatis pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur præfati Archiepiſcopi pium, & laudabile opus, in hac parte plurimum in Domino commendantes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta.

5 Mandamus, quatenus ſi, & poſtquam tibi de ſuppreſſione, extinctione, donatione, &c. & alijs per Archiepiſcopum factis, & ordinatis huiuſmodi legitime conſtiterit, illa, ac omnia alia, & ſingula in dictis literis, ſeu ordinamentis contenta, & inde ſecuta quæcumq; auctoritate noſtra approbes, & confirmes, ſuppleaſq; defectus tam iuris, quam facti, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, decernens, & mandans, illa omnia, & ſingula ſub pęna excommunicationis, quam contrauenientes, ſeu contrafacientes ipſo facto incurrant, perpetuis futuris temporibus obſeruanda fore, & obſeruari debere. Non obſtantibus, &c. Nos enim irritum ex nunc decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quouis quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter cõtigerit attentari. Datum Romę apud S. Petrum anno I.D. 1456. XVII. Cal. Iulij anno ſecundo. *Ideſt 15. Iunij, Ordinis 236. Religionis 57.*

Vading. tom. 6. Bulla 15. ex Monum. MS. Prouinc. Colon.

BVLLA CXLVIII.

CAliſtus III. ſcribit Epiſcopo Lucano, vt det licentiam Sororibus ædificandi Domum in Oppido Bargæ Lucanæ diœceſis, cum priuilegijs aliarum Domorum.

Venerabili Fratri Epiſcopo Lucano, &c.

1 Pijs votis fidelium, &c. Sane pro parte dilectarum in Christo filiarum nonnullarum mulierum continentium religioſarum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupatarum tuæ diœceſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſe zelo deuotionis accenſæ, & vt in orationibus, ac ſuaui contemplationis iugo poſſint quietius cum animorum ſinceritate earum vota Altiſſimo perſoluere, pro earum, & deinde ſuperuenientium perpetuis vſu, & habitatione cupiunt vnum Monaſterium cum Eccleſia,

campana,clauſtro,refectorio,dormitorio,hortis,hortalitijs,& alijs officinis neceſſarijs in terra Bargæ de Garfagnana dictę tuę diæceſis in loco ad id conuenienti, & idoneo, Chriſti fidelium ſuffragijs interuenientibus de nouo fundare,conſtituere,erigere,& ędificare, ſeu fundari, conſtrui, erigi, & ædificari facere, dummodo ſuper hoc licentia à Sede Apoſtolica concedatur.

2 Quare pro parte dictarum mulierum fuit Nobis humiliter ſupplicatum, vt huiuſmodi Monaſterium fundandi, conſtruendi, & erigendi, ac illud pro earum vſu, & habitatione recipiendi,ac in illo morandi licentiam eis concedere, & alias ſibi in pręmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ipſius cultus, & quarumcumq; religionum augmentum intenſis deſiderijs affectamus, dictarum mulierum religioſarum pium,et laudabile propoſitum in Domino commendantes,earum in hac parte ſupplicationibus inclinati fraternitati tuę per Apoſtolica ſcripta:

3 Mandamus, quatenus ſi eſt ita, dictis religioſis mulieribus in eadem Terra in loco ad id conuenienti, et idoneo,vt præfertur, dictum Monaſterium cum Eccleſia,campanili,clauſtro,dormitorio, refectorio, hortis, hortalitijs, et alijs neceſſarijs officinis habentibus pro illarum, et deſuper pro perpetuis vſibus, et habitatione, vt pręmittitur ad inſtar aliorum dicti Ordinis partium illarum Monaſteriorum de nouo fundandi, erigendi, conſtruendi, et fundari,conſtrui,et ædificari faciendi, ipſiſq;mulieribus dictum Monaſterium pro huiuſmodi vſu, et habitatione recipiendi, et inibi habitandi, et Altiſſimo perpetuo famulandi, ac iuxta regularia dicti Ordinis inſtituta viuendi plenam, et liberam licentiam auctoritate noſtra largiaris. Iure parochiali,et cuiuslibet alterius in omnibus ſemper ſaluo.

4 Nos enim mulieribus religioſis in dicto Monaſterio pro tempore diuino obſequio mancipatis,vt in omnibus,et ſingulis priuilegijs, indultis, indulgentijs, etc. alijs dicti Ordinis Monaſterijs per Sedem Apoſtolicam, generaliter, ſi quæ ſint quomodolibet conceſſis,et quibus vtuntur,et gaudent, vti,et gaudere poſſint,concedimus per præſentes. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij VIII. etc. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Domini 1456. Calendas Februarij, anno ſecundo

Digitized by Google

do. *Idest decimo octauo Ianuarij Ordinis 236. Religionis 57. Vading. tom. 6. Bulla 18. lib. 18. fol. 67.*

BVLLA CXLIX.

CAliſtus III. inſtituit F. Thomam Ornayn virum doctum Generalem Domorum in Hibernia, cum facultate alium eligendi poſt eius mortem.

1 Diſpenſatione diuina vniuerſalis Eccleſiæ, &c. Sane pro parte veſtra Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet in Hiberniæ partibus nonnullę religioſæ, in quibus vtriuſq; ſexus perſonę veſtri Tertij Ordinis S. Franciſci ſub regularibus habitu, & obſeruantia dicti Ordinis degunt, fore noſcantur, & in eiſdem Domibus viri religioſi in ſacerdotio conſtituti, ac in iure canonico eruditi, qui viſitationem veſtram commodius propter propinquitatem, quam alius quiſquam alterius Ordinis profeſſor exercere deberent, reperiantur; Vos tamen pro eo, quod Viſitatorem habeatis Sacerdotem alicuius Ordinis approbati, per alios Mendicantium Ordinum Fratres, à vobis ad hoc electos hactenus viſitari conſueueritis. Cumq; ſicut eadem petitio ſubiūgebat, propter locorum diſtantiam, viarum diſcrimina vobis nequaquam commodum ſit, quod per Fratres aliorum Ordinum viſitari debeatis, preſertim cum in Ordine veſtro de Pęnitentia antedicto Fratres ad hoc ſufficientes, & idonei, qui huiuſmodi viſitationis officium poſſint commode exercere, reperiantur, vt præfertur, & propterea vos pręmiſſis debita meditatione attentius, Viſitatorem de veſtro Ordine habere ſummopere appetatis, ſi ad id noſtra vobis licentia, & auctoritas ſuffragetur.

2 Pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vos more pij patris opportunis fauoribus proſequentes, veſtriſq; ſtatui, & quieti ſalubriter conſulentes dilectum filium Thomam Ornayn Presbiterum veſtri dicti Ordinis profeſſorem, ac etiam in eodem iure canonico expertum, & inter omnes Fratres Domus Beatæ Mariæ de Cillauana Brenaynd Tuamenſis diæceſis, quę prima inter omnes Domos veſtri Ordinis prędicti in Hibernia conſiſtentes, & famoſa exiſtit, & in qua profeſſionem per Fratres dicti Ordinis emitti ſolitam, emiſit regularem, antiquiorem comprobatæ

doctrinæ, & ad exercendum huiuſmodi viſitationis officium pertinent, ſufficientem, hac prima vice in Viſitatorem Domorum Fratrum, & Sororum dicti veſtri Ordinis in Hibernia conſiſtentium præſentium, & futurorum, cum plena poteſtate quęcumq; ad viſitationis officium pertinent, peragendi, conſtituere, & deputare, ſibiq; curam, regimen, adminiſtrationem, & gubernationem dictę Domus Beatę Marię, de cuius loco oriundus exiſtit, in ſpiritualibus, & temporalibus committere.

3 Necnon uobis Fratibus antedictis quod eodem Thoma reb. ab humanis exempto, deinceps perpetuis futuris temporibus, quoties opportunum fuerit, in vnum conuenire, ac Viſitatorem Preſbiterum ipſius ueſtri, uel alterius Ordinis cum poteſtate ſimili eligere, & habere poſſitis; quodq; de cętero nullus locus eidem ueſtro Ordini in perpetuum elemoſina erogatus, ſine ordinarij loci; necnon Viſitatoris, ac ueſtri conſenſu in communi Congregatione ueſtra pręſentando in alium Ordinem quouis modo transferre ualeat, concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur, qui perſonis ſub habitu religionis ſtudio pię uitę uacantibus ita debemus eſſe propitij, quod in diuinis beneplacitis exequendis nuſquam poſſint occaſione qualibet impediri, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati eundem Thomam omnium, & ſingularum Domorum veſtri Ordinis antedicti, & vtriuſq; ſexus in eis degentium perſonarum præſentium, & quæ pro tempore, cum poteſtate inquirendi, corrigendi, puniendi, & ſi opus fuerit, excommunicandi, ac etiam abſoluendi, dummodo ad id dilecti filij Generalis Miniſtri Ordinis S. Franciſci accedat aſſenſus, ac alia, quæ ad huiuſmodi officium pertinere noſcuntur, faciendi, & exequendi auctoritate Apoſtolica tenore præſentium adminiſtrationem, & gubernationem dictæ Domus Beatæ Mariæ, quo ad vixerit in ſpiritualibus, & temporalibus committentes.

5 Et nihilominus vobis, & ſucceſſoribus veſtris eiuſdem Ordinis Fratribus, quod poſtquam idem Thomas debitum naturæ perſoluerit, quoties opportunum fuerit, in vnum conuenire, ac idoneum, & honeſtum Preſbiterum veſtri, vel alterius Ordinis, quem ad hoc duxeritis eligendũ in veſtrum Viſitatorem, qui ſimilem habeat poteſtatem, deputare, & habere poſſitis. Quodq; ſine veſtro, & loci Ordinarij conſenſu loca vobis pia fidelium largitione conceſſa

Digitized by Google

ceſſa in alium Ordinem quouis modo transferri nequeant, vobis eadem auctoritate concedimus, & pariter indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ac Regula prædicta, & quibuſuis alijs ſtatutis, conſuetudinibus dicti Ordinis etiam confirmatione Apoſtolica roboratis, cæteriſq; cõtrarijs quibuſcumq; Nulli ergo, &c. Si quis, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno I.D. 1456. nono Calendas Aprilis anno ſecundo. *Ideſt 24. Martij, Ordinis 236. Religionis 57.*

Vading. tom. 6. Bulla 20. ex Regular. col. Bullar. fol. 10.

PIVS PAPA II.

ÆNeas Siluius Picolomineus Senenſis, Presbiter S. Sabinæ creatus decimo nono Auguſti, coronatus tertio Septembris 1458. Sedit annos quinque, menſes vndecim, dies viginti ſeptem. Obijt Ancona decimo ſexto Auguſti 1464. translatus vigeſimo quarto eiusdem in Baſilicam S. Petri. Quatuor obtulit.

BVLLA CL.

PIus II. ſcribit Epiſcopo Cumano, & Abbatibus S. Abundij, & S. Carpophori extra Muros Cumanos, vt confirment donationem loci S. Donati de Brunate factam per Iacobum Epiſcopum Biblien. tunc Abbatem S. Iuliani extra muros Cumanos Ordinis S. Benedicti Fratribus Ambroſio de Gorla, & Andreæ della Mairola.

1 Martinus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Cumanus, & Comes, Commiſſariuſq; & Delegatus Apoſtolicus ſuper literis infraſcriptis vna cum Reueren. Dominis Sancti Abundij, & Sancti Carpofori extra muros Cuman. Monaſteriorum Abbatibus, cum clauſula quatenus vos vel duo aut vnus veſtrum, & cetera, ſpecialiter deputatur, Vniuerſis, & ſingulis tam clericis quam laycis cuiuſuis ſtatus gradus, aut condi ionis exiſtant præſentes inſpecturis ſalutem in Domino. Vniuerſitati veſtræ notum facimus, & manifeſtum quod ad noſtri præſentiam accedentes Religioſi Viri.

2 Frater Ambroſius de Gorla, & frater Andreas de Mayrola Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati coram Nobis certas litteras ſeu bullas apoſtolicas per Sanctiſſimum in Chriſto Patrẽ, &

& Dominum Noſtrum Dominum Pium digna Dei prouidentia Papam Secundum, eiſdem conceſſas ſuper loco, ſeu heremitorio Sancti Donati Montis de Brunate extra muros Cuman. præſentarunt cum bulla plumbea, & in filo canapis more ſolito Romanæ Curiæ bullatas non vitiatas non cancelatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas huiuſmodi tenoris videlicet.

3 Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Cuman. ac dilectis filijs Sancti Abondij, & Sancti Carpofori extra muros Cuman. Monaſteriorum Abbatibus ſalutem, & apoſtolicam ben. Benignitas Sedis Apoſtolicæ plurimum circumſpecta nota fidelium quorumlibet, præſertim heremiticam vitam & voluntariam paupertatem ſectantium per quæ æternæ ſalutis commodum procuratur libenter exaudit & vt optatum ſortiantur effectum etiam per confirmationis apoſtolicæ vias ſuæ vigilantiæ curas fauorabiliter interponit.

4 Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Ambroſij de Gorla, & Andreæ de la Mairola Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pænitentia nuncupati petitio continebat, quod olim Venerabilis Frater noſter Iacobus Epiſcopus Biblien. tunc Abbas Monaſterij Sancti Iuliani extra muros Cuman. Ordinis Sancti Benedicti locum ſiue heremitorium S. Donati in monte de Brunate extra eoſdem muros ad Monaſterium ipſum quod dictus Epiſcopus adhuc ex conceſſione apoſtolica in commendam obtinet legitimè pertinens præfatis Ambroſio, & Andreæ pro ipſorum, & aliorum Fratrum dicti Ordinis qui heremiticam vitam ducunt vſu, & habitatione vſque ad vigintiquinque annos ex tunc proxime venturos ſub certis modo, & forma ac annuo cenſu ſibi & dicto Monaſterio perſoluendo conceſſit, & aſſignauit prout in quodam publico Inſtrumento deſuper confecto dicitur plenius contineri.

5 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat præfati Ambroſius, & Andreas locum ſiue heremitorium prædictum quod valdè anguſtum, & ad inhabitandum ſatis incommodum, & ineptum erat amplificare, & reparare inceperint, & in dies magis reaptare intendant pro parte Ambroſij, & Andreæ prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum vt conceſſioni huiuſmodi robore Apoſtolicæ confirmationis adijcere ipſiſq; & alijs qui inibi commorari volue-

voluerint quod locum ſiue heremitorium prædictum ſub eodem cenſu annuo dicto Monaſterio, & illius Abbati pro tempore exiſtenti perſoluendo perpetuò retinere ac in eo vnum miniſtrum iuxtà morem reliquarum domorum dicti Ordinis eligere liberè, & licite valeant concedere aliaſq; ipſis ſuper hoc oportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur.

6 Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos vel duo aut vnus veſtrum vocatis dicto Epiſcopo, & alijs qui fuerint euocandi de præmiſſis omnibus, & ſingulis ac eorum circumſtantijs vniuerſis auctoritate noſtra, vos diligenter informetis & ſi per informationem huiuſmodi ita eſſe repericritis conceſſionem ac aſſignationem de loco ſiue heremitorio per Epiſcopum tunc Abbatem factam huiuſmodi, & quecumq, inde ſecuta auctoritate prædicta approbetis, & confirmetis necnon ipſis Ambroſio, & Andreæ ac Fratribus dicti loci ſiue heremitorij qui erunt pro tempore locum heremitorium prædictū.

7 Ita tamen quod pro eo antiquum cenſum qui per illius heremitas retroactis temporibus ſolui conſueuit Abbati dicti Monaſterj qui pro tempore fuerint annuatim perſoluere teneantur perpetuo retinendum, & inhabitandum dicta auctoritate concedatis.

8 Et nihilominus ſi confirmationem approbationem, & conceſſionem huiuſmodi feceritis eiſdem Ambroſio, & Andreæ, & fratribus pro tempore exiſtentibus vt locum ſiue heremitorium prædictum ampliare & reparare, necnon in eo vnum Miniſtrum qui illud ac eius Fratres pro tempore exiſtentes regat dirigat, & gubernet ſecundum regularia inſtituta dicti Ordinis eligere ac ipſe pro tempore electus Miniſter omnia, & ſingula quæ reliquorum dicti Ordinis locorū ſiue heremitoriorum Miniſtri iuxta inſtituta predicta gerere facere, & exercere conſueuerunt facere gerere, & exercere.

9 Ipſiq; Fratres qui in dicto loco ſiue heremitorio pro tempore reſidebunt elemoſinas ibiq; in Ciuitate, & Diæc. Cuman. petere ac omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, libertatibus exēptionibus, & gratijs quibus reliqui dicti Ordinis Fratres in alijs locis, ſiue heremitorijs potiuntur, & gaudent potiri, & gaudere libere, & licite valeant dicta auctoritate indulgeatis ac licentiam largimini.

10

10 Non obſtantibus quod nonnulli Fratres dicti Ordinis de Ciuitate Cuman. in ipſorum proprijs domibus reſidentes qui vt plurimi laici ſunt quendam alium Miniſtrum in eadem Ciuitate eligere conſueuerunt ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis necnon ſtatutis & conſuetudinibus dicti Ordinis iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis afirmatione alia roboratis ceteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud Sanctum Petrũ anno Incarnat. MCCCC. quinquageſimo octau. id. Decemb. Põtificatus noſtri Anno primo. Sig. in plica P. de Bonitate.

11 Noſq; literas prædictas ea, qua decuit reuerentia recepimus, & admiſimus, noſq; paratos obtulimus mandata apoſtolica pręfata exequi reuerenter vt debemus & tenemur. Et hoc in præſentia Reuerendiſſimi in Chriſto Patris Domini Iacobi de Manſuetis eadem gratia Epiſcopi Biblien. ac præfati Monaſterij Sancti Iuliani extra muros Cuman. Comendatarij in præfatis apoſtolicis literis nominati, ac Don Primi de Cardano eiuſdem Monaſterij Monaci profeſſi, in quibus vt dicunt & proteſtantur de præſenti conſiſtit totum Capitulum præfati Monaſterij, & qui ibidem coram nobis contra præfatas apoſtolicas literas, & contenta in eis nonnullas fecerunt exceptiones & contradictiones, quas nos ſic ſuadente iuſtitia tamquam friuolas, & fruſtatorias, non duximus admittentes, ſed eas reiecimus. Et alterius requiſiti pro parte ſupraſcriptorum Fratris Andreæ, & Fratris Ambroſij vt ſupra ad ulteriorem contentorum in præfatis literis apoſtolicis executionem dictis exceptionibus non attentis procedere uolentes, & mãdata apoſtolica exequi reuerenter citationem decreuimus fieri debere contra præfatum Dominum Epiſcopum Comendatarium ut ſupra ac Monacos, & Capitulum præfati Monaſterij Sancti Iuliali quæ eis præſentata fuit, & eſt huius tenoris uidelicet.

12 MCCCCL nono die Lunæ xxviij. menſis Maij Reuerendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Dominus Martinus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Cuman. & Comes, Commiſſariuſq; & Executor Apoſtolicus in hac parte ſpecialirer deputatus una cum certis alijs noſtris in hac parte collegis, & cum clauſula quatenus uos uel duo, aut unus ueſtrum per litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Pij diuina prouidentia Papæ Secundi, conceſſas Religioſis Fratribus Ambroſio de Gorla

&

& Andreæ de la Mayrola Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pænitentia nuncupatis, Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Dominicæ Incarnationis MCCCC. quinquageſimo octauo Id. Decembris Pontificatus præfati Domini Noſtri Papæ anno primo ſignatum in plica P. de Bonitate. Ad petitionem, & inſtantiam prædictorum Fratrum Ambroſij, & Andreæ vt ſupra, mandat pręcipiendo per quemlibet Seruitorem Cumanũ vel alium nuntium cum iuramento hoc pręceptum habentem, Reueren. Patri Domino Iacobo de Manſuetis eadem gratia Epiſcopo Biblien. ac Comendatario, & Monacis ac Capitulo Monaſterij Sancti Iuliani extra muros Cum. monendo eos, & quemlibet eorum primo ſecundo tertio & perhemptorie, quatenus hodie hora decima nona, & perhemptorie ſint & compareant coram præfato Domino Epiſcopo Commiſſario & Executore apoſtolico vt ſupra ad uidendũ & audiendum illam declarationem, & ordinationem quam præfatus Dominus Epiſcopus Commiſſarius, & Executor Apoſtolicus ut ſupra facere uult, & intendit iuſta commiſſionem ſibi factã per prælibatum Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Papam uigore dictarum litterarum apoſtolicarum ut ſupra, & ad opponentes, & contradicentes quicquid uoluerint, & de iure potuerint, quare præfatus D. Martinus Epiſcopus et Executor ut ſupra, ad executionem contentorum in pręfatis litteris apoſtolicis procedere nõ debeat, et ad omnia alia faciendum ac fieri, et ordinari uidendum et audiendum quę in prędictis neceſſaria erũt, & opportuna alioquin, etc. Iohannes Celuyſius de Rippa pręfati Domini Domini Epiſcopi Cuman. & eius Epiſcopalis Eccleſię Cuman. Notarius & Scriba uidelicet.

13 Poſtea uero die ſupraſcripto hora 13. Reg. Iohãnes de Mediolan. publicus Seruitor Cumarum ſe hodie paulo ante feciſſe hoc præceptum in pręfato Monaſterio Sancti Iuliani & uni Monaco cuius nomẽ ignorat ibi referto, copiam dimiſerit, idem Iohannes Aluyſius de Rippa utdelicet, et quia in termino dictæ citationis nullus contradictor comparuit.

14 Ideo prędicti Fratres Ambroſius, et Andreas ſuperius nominati, contumaciam pręfatorum Domini Epiſcopi Comendatarij ac Monacorum, & Conuentus pręfati Monaſterij Sancti Iuliani accuſarunt, A nobiſq; cum inſtantia poſtularunt, quatenus ad exe-

cutionem prefatarum litterarum apoſtolicarum, et contentorũ in eis procedere uellemus.

15 Noſq; ſumptis informationibus à fide dignis perſonis, ex quibus nobis clare conſtat rerum fore et eſſe prout in Bullis apoſtolicis continetur præſentium tenore ad ulteriora ſuper contentis in litteris ſeu Bullis ipſis procedere uolentes, inueſtituram, ſen conceſſionem, et aſſignationem de loco ſeu heremitorio prædicto Sancti Donati alias ſupraſcriptis fratribus factam per prefatum Dominum Iacobum de Manſuetis tunc Abbatem ac Monacos, et Capitulum ſupraſcripti Monaſterij Sancti Iuliani, et quecumq; in eo contenta, et inde ſecuta auctoritate apoſtolica predicta et qua fungimur in hac parte approbamus et confirmamus, necnon ipſis Fratribus Ambroſio, et Andreæ ac omnibus et ſingulis alijs Fratribus dicti loci ſeu heremitorij qui pro tempore erunt predictũ heremitorium, ita tamen quod pro eo antiquum cenſum de quo in prædicta inueſtitura et qui per illius heremitas Domino Abbati prefati Monaſterii Sancti Iuliani retroactis temporibus ſolui conſueuit prefato Monaſterio ſingulo anno perſoluere teneantur perpetuo retinendum, et inhabitandum dicta apoſtolica auctoritate concedimus.

16 Atq; etiam eiſdem Fratribus Ambroſio, et Andree, et aliis Fratribus per tempora exiſtentes, quod locum ſeu heremitorium predictum ampliare et reparare, ac in eo unum Miniſtrum, qui illud ac eius Fratres qui de preſenti ſunt et erunt per tempora regat dirigat, et gubernet, ſecundum regularia inſtituta dicti Ordinis eligere, et qui Miniſter ſic pro tempore electus ut ſupra, omnia et ſingula que aliorum locorum ſeu heremitoriorum dicti Ordinis Miniſtri iuxta inſtituta predicta facere conſueuerunt facere gerere et exercere poſſit.

17 Quodq; etiam ipſi Fratres et pro tempore exiſtentes, in predicto loco ſeu heremitorio Sancti Donati elemoſinas ubiq; in Ciuitate et Diec. noſtram Cuman. petere et requirere ac recipere omnibuſq; aliis priuilegiis gratiis immunitatibus libertatibus et exẽptionibus, quibus reliqui dicti Ordinis Fratres in aliis dicti Ordinis locis, ſeu heremitoriis potiuntur, et gaudent potiri, et gaudere libere et licite ualeant dicta apoſtolica auctoritate indulgemus et licentiam concedimus, et impartimur, cum omnibus non ob-

ſtan-

Digitized by Google

ſtantiis quas prefatus Dominus Noſter Papa in prefatis litteris ſuis ſupraſcripti tenoris voluit non obſtare ac in omnibus, & per omnia facimus gerimus, & concedimus, prout in dictis litteris apoſtolicis continetur & fit mentio.

18 Mandantes Iohanni Aluyſio de Rippa Notario, & Scribę noſtro quatenus de prædictis omnibus, & ſingulis Inſtrumentum conficiat opportunum, Datum, & actum Cumis in noſtro Epiſcopali Palatio anno Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti currente millesimo quadringenteſimo quinquageſimo nono Indict. ſeptima ſecundum vſum, & conſuetudinem Ciuitatis, & Diæc. Cum die lunæ vigeſimo octauo menſis Maij, præſentibus ibi pro teſtibus Domino Petro Antonio de Caſtanedo Canonico Eccleſię Sancti Vincentij de Grabedona, Domino Iohanne de Baliachis Cauſidico Cum. fi. q. alterius Domini Iohannis, & Eutitio de Brochis fi. q. D. Petroſij omnibus notis, &c.

Ego Petrus Antonius Bellius publicus Apoſtolica imperialiq; auctoritatibus Comi Notarius, Curiaq; Epiſcopalis Comen. Cancellarius fi q. Frãciſci ſupraſcriptum approbationis, & confirmationis Inſtrumentum ab eius originali exiſtẽ. in Archiuio Epiſcopali Comi in Volumine inſcripto. Scripturæ bonorum eccleſiaſticorum pro maiori parte à Reuerendiſſimo Lazaro Caraſino Epiſcopo emptæ & in vnum redactę, cum indice. Volumen Primum. ſub num 78. de licentia prædicti Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi DD. Epiſcopi Comen fideliter exſcripti, concordani, & pro fide appoſito mei ſoliti tabellionatus ſigno ſubſcripſi hac die Martis 10. menſis Octobris 1656. Indictione 10.

BVLLA CLI.

PIus II. dat Sororibus S. Marię de Bertonera prope Oppidum del Belforado, & Domus S. Eliſabeth Burgenſis tranſeundi ad Clariſſas.

1 Deuotionis veſtræ ſinceritas, &c. Cum itaq; ſicut exhibita Nobis nuper pro parte veſtra petitio contnebiat, licet iam dudum, poſtquam S. Mariæ de Bertonera prope Oppidum de Belforado, quę quondam ſub vocabulo S. Claræ fundata, & S. Elizabeth de Biruieſca Domus Burgenſis diæceſis de licentia bonæ memoriæ Alfonſi Epiſcopi Burgenſis vobis conceſſæ, & de Biruieſca Domus per dilectum filium nobilem virum Petrum de Velaſco Comitem

de Faro ſumptibus proprijs cum certis neceſſarijs officinis conſtructa, & ędificata fuerint, in eiſdem Domibus ſub perpetua clauſura, ac viſitatione, & correctione dilecti filij Lupi de Sablnis Cuſtodis Cuſtodiæ S. Mariæ de Minoribus Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia viſitationis dictarum Domorum veſtrarum auctoritate ordinaria de præſenti viuendo, veſtrum Deo gratum in humilitatis ſpiritu famulatum exhibere ſtudueritis, tamen ob melioris, & arctioris vitę frugem deſideratis ad Ordinem S. Clarę transferri, in eoq; ſub illius habitu, & regularibus inſtitutis perpetuo degere.

2 Quare pro parte veſtra, quæ, vt aſſeritis, iuxta quoddam priuilegium dudum per felicis recordationis Nicolaum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum Tertio Ordini prædicto cōceſſum, ad arctiorem vitam tranſire valetis, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper hoc ſpecialiter concedere, ac alias in pręmiſſis vobis ac ſtatui veſtro opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur attendentes, quod ea, quæ circa pium propoſitū augmentum Apoſtolico debent pręſidio confoueri, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis quod ad Ordinem S. Claræ huiuſmodi tranſire, & in eo ſub illius habitu, & regularibus inſtitutis perpetuo degere, & remouere, dummodo ad id Epiſcopi Burgenſis exiſtentis conſenſus accedat, libere, & licite poſſitis, alterius licentia deſuper nullatenus requiſita, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium licentiam elargimur.

4 Et inſuper, ſi vos ad ipſum Ordinem transferri contigerit, vt præfertur, vobis, quod vos, et Domus veſtræ, ſeu Monaſterium per vos pro tempore obtentum, et obtinendum omnibus, & ſingulis immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, priuilegiis, quibus aliæ Moniales, et Monaſteria dicti Ordinis S. Claræ, & præſertim Monaſterium de Oterdefillas Palentinæ diæceſis potiuntur, et gaudent vti, et gaudere pariformiter abſq; ulla differentia.

5 Quodq; vos dilectæ in Chriſto filię Miniſtra, et Sorores Domus de Biruieſca, ſi aliquæ ex Sororibus dictę Domus de Biruieſca ad Ordinem S. Clarę huiuſmodi tranſire voluerint, illis in dicta Domo, ac ſub habitu, & inſtitutis Tertij Ordinis huiuſmodi remanentibus, vel illis etiam ad Ordinem S. Claræ huiuſmodi tranſeuntibus,

bus,

Digitized by Google

bus, cum in dicto Monaſterio S. Eliſabethæ, propter loci ſitum, et fluminis inundationem, commode, vt aſſeritis, manere non poſſitis, vos aliud Monaſterium extra muros Oppidi Biruieſca in loco commodo, et honeſto cum eccleſia, humili campana, et campanili, hortis, et hortalitijs, et alijs neceſſarijs officinis ſub vocabulo S. Claræ, accedente prędicti Epiſcopi ſimili aſſenſu de nouo fundare, et ædificare, ſeu fundari, et ædificari facere poſſitis concedimus per pręſentes.

6 Volumus inſuper, et eadem auctoritate decernimus, quod vos omnes, et ſingulę præſentes, et futurę, etiam poſtquam ad Ordinē S. Claræ huiuſmodi tranſieritis, et Monaſterium veſtrum, etiam de nouo erigendum viſitationi, et correctioni tam dicti Lupi Cuſtodis, quam Cuſtodum Cuſtodię dictę Domus S. Marię de Minoribus, qui fuerint pro tempore ſubeſſe, prout hactenus fuiſtis, et tam Lupus, quam Cuſtos pro tempore huiuſmodi vos duntaxat viſitare, et corrigere; ac in occurrentibus ſalubriter conſulere poſſit, et debeat, prout hactenus fecit. Non obſtantibus, etc. Datum Sęnis anno 1460. 17. Iulij. *Ordinis* 240. *Religionis* 61.

Vading. tom. 6 Bulla 12. *ex lib*, 39. *Bullar. fol.* 84.

BVLLA CLII.

PIus II. *diſponit ſuper habitu Fratrum Feſulanorum, ex cuius Bulla colligitur, eos habuiſſe originem à Tertiarijs S. Franciſci.*

1 Super gregem Dominicum, &c. Dudum ſiquidem, videlicet ſub datum XIII. Cal. Aprilis Pontificatus noſtri anno 2. dilectis filijs Iacobo de Alexandria tunc Priori Generali, & vniuerſis Fratrib. Societatis S. Hieronimi Ordinis eiuſdem Sancti, & eorum ſucceſſoribus eiuſdem Societatis præſentibus, & futuris, tunc ab eorum primęua inſtitutione talem habitum, qualem Fratres T. O. S. Franciſci de Pænitentia nuncupati, & nonnulli Eremitæ gerunt deferentibus, & ab ipſis Eremitis, & Fratribus T. O. huiuſmodi in habitu differentiam habere cupientibus, differentem habitum ad cautellam duntaxat ab eiſdem Eremitarum, & Fratribus T. O. eiuſdem tamen coloris recipiendi, & receptum perpetuo geſtandi per alias noſtras conceſſimus ſtatuentes, & eadem auctoritate decernentes, quod omnes, et ſinguli Fratres dictæ Societatis in

huiuſ-

Digitized by Google

huiuſmodi receptione, et geſtatione habitus ſe conformarent; quodq; poſtquam differentem habitum recepiſſent, ſi eorum aliquis ad aliquem ex ordinibus approbatis tranſire vellet, ab eorũ congregatione recedere, & ſuſceptum differentem habitum huiuſmodi infra triduum à die receſſus eiuſdem, ſub excommunicationis pæna omnino dimittere teneretur; per hoc autem Congregationem ipſam nullatenus approbando prout in prędictis literis plenius continetur.

2 Cum autem ſicut eadem exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nonnullorum Fratrum dictæ Societatis in primo habitu rema ere volentium, petitio continebat, quod plures ex Fratrib. dictę Congregationis, quorum aliqui in habitu Eremitico huiuſmodi per quadraginta annos, et vltra perſeuerarunt, confidentes, quod non in venuſtate habitus, ſed in amplitudine caritatis aquiritur Regnum Dei, ſua prima vocatione contenti, cupiant ſub eodem, quo hactenus vixerunt, habitu perpetuo remanere, & ſua Altiſſimo, prout hactenus fecerunt, in humilitatis ſpiritu vota perſoluere, pro parte vniuerſorum Fratrum Ordinis, et Societatis, in primo habitu remanentium huiuſmodi, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis ne priuati proprijs Domibus in opprobrium religionis errare cogantur, duas dictę Societatis veſtrę S. Hieronimi Paduani, et S. Petri Vicentini Domos pro eorum duntaxat primi habitus remanentium Fratrum vſu, et habitatione perpetuo concedere, ipſoſq; ab alijs Fratribus dictæ Societatis habitum mutantibus huiuſmodi ſegregare, ac alias ipſis, et eorum ſtatui oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur attendentes, quod diuerſa plerumq; diuerſis reſpectibus poſſunt in vnum bene agendi propoſitum conuenire, quodq; nemo ab eius primæua Spiritus Sancti vocatione debet ad aliam cum animi rancore transferri, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, S. Hieronymi Paduani, et S. Petri Vincentini Domos prædictas cum omnibus earum bonis, iurib. et pertinentijs eiſdem Fratribus in primo habitu remanere volentib. pro ipſorum vſu, et habitatione perpetuis auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium ex nunc deputamus, concedimus, et aſſignamus; eadem auctoritate pariter ſtatuentes, et decernentes, quod Fratres remanentes huiuſmodi ab omni ſuperioritate, et obedientia, ac Societate Fratrum

trum mutantium habitum Prelatorum ſint penitus exempti, et ſeparati: Necnon etiam, quod quilibet tam ex remanentibus, quam ex habitu mutantibus Fratribus huiuſmodi ſex menſes duntaxat à datis præſentium computandos, vel habitum ipſum mutare, vel qui iam mutauerint, ad priſtinum redire teneantur: Quodq; ſi contingat ex duabus partib. Fratrum mutantium, & remanentium huiuſmodi alteram deficere, ita quod nullus Frater dictæ deficientis partis inueniatur, Domus, & loca partis deficiẽtis ad alios Fratres partis ſuperſtitis eo ipſo deuoluantur, & applicentur; necnon Fratres remanentes huiuſmodi deinceps perpetuis temporibus F. S. Hieronymi Societatis F. Caroli de Monte Granello, qui Societatem ipſam inchoauit ſub Regula S. Auguſtini degentes nuncupentur.

4 Volumus autem, quod Fratres remanentes ſolis, locorum diæceſanis in quibus Domus prædictæ ſunt, vel pro tempore fuerint, ſubſint, & ſubeſſe cenſeantur, quodq; alias omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, & gratijs eidem Societati conceſſis, prout hactenus vſi fuere, perpetuo vti, & gaudere, & elemoſinas in quibuſcumq; locis, ſeu terris quærere, ſeu mandare libere, & licite poſſint, & valeant. Non obſtantibus, &c. Datum Sænis, anno 1460. duodecimo Calendas Septembris anno ſecundo. *Ideſt* 21. *Auguſti, Ordinis* 240. *Religionis* 61.

Extracta ex tom.6. Vading. ſuper annum 1460. *num.*53. *ex lib.*1. *de Regular. & exhibit. anno ſecundo fol.*138.

BVLLA CLIII.

Pius II. ſcribit Archiepiſcopo Toloſano, vt Fratres, & Sorores manentes in Regnis Caſtellæ reducantur ſub obedientia Minorum de Obſeruantia.

1 Pia Deo, & eccleſiæ deſideria, &c. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Therafiæ de Gueuara, & aliarum perſonarum in Regno Caſtellæ ſub Regula Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupatarum Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod quamuis ab exordio dicti Ordinis S. Franciſcus inſtituerit, vt religioſæ perſonæ vtriuſq; ſexus ſub eadem Regula Tertij Ordinis pro tempore degentes, eſſent ſub cura Ordinis Fratrum Minorum,

norum, fuerintq; poſtmodum nonnulli Reges, & Reginæ, aliæq; nobiliſſimæ vtriuſq, ſexus perſonę ſub Regula dicti Tertij Ordinis viuentes, qui in Dei eccleſia honoris, & honeſtatis fructus vberrimos attulerunt, verum tamen, quia nonnulli Fratres dicti Tertij Ordinis quaſdam à Sede Apoſtolica literas, per quas perſonæ ſub Regula Tertij Ordinis huiuſmodi degentes ab obedientia Prælatorum dicti Ordinis Fratrum Minorum, ſub qua erant, eximuntur, ac eis totalis iurisdictio ſuperioritatis, & prælatorũ ſuper religioſas perſonas vtriuſq; ſexus dicti Tertij Ordinis conceditur, obtinuiſſe dicuntur, magna exinde incommoda, diſſolutiones, homicidia, & quaſi totalis einſdem Tertij Ordinis deſolatio, maxime in Regno antedicto (proh dolor) ſubſecuta ſunt.

2 Quare pro parte tam Teraſię, quæ, vt aſſerit, dilecti filij nobilis viri Eneci de Gueuara magni Seneſcalli Regni Siciliæ citra Farum Soror exiſſit, quam aliarum perſonarum prędictarum, fuit Nobis humiliter ſupplicatum, vt eas Cuſtodibus Guardianis dicti Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum, infra quarum loca perſonæ Tertij Ordinis huiuſmodi ad præſens commorantur, & pro tempore commorabuntur, ſubijcere, & ad priſtinum, ac illius ſtatum, in quo erant, antequam literæ huiuſmodi emanarent, reducere, aliaſq; ſtatui earum in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui pacem, & quietem ſingularum religioſarum perſonarum, vt deuotius Altiſſimo vota ſua exoluere poſſint, procuramus, ac diſſenſionibus, & ſcandalis, ne illa eueniãt, quantum cum Domino poſſumus obuiamus, de præmiſſis certam notitiam non habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta.

3 Mandamus, quatenus vocatis, quorum intereſt, de præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circunſtantijs vniuerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem huiuſmodi, ita eſſe repereris, eadem auctoritate noſtra decernas, quod ſingulæ perſonę dicti Tertij Ordinis vtriuſq; ſexus in prędicto Regno nũc, & pro tempore commorantes, ſalua auctoritate diæceſanorum, ſub receptione, cura, viſitatione, correctione, prælatura omnimoda Cuſtodum Guardianorum locorum de Obſeruantia huiuſmodi, in quibus dictæ perſonæ religioſæ Tertij Ordinis morantur, &

pro

pro tempore morabuntur, in omnibus, & per omnia, ac ſi dictæ literæ ab eadem ſede nullatenus emanaſſent, permaneant. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum in Abbatia S. Saluatoris Cluſinenſis diæceſis anno I.D. 1462. tertio Idus Iulij, anno quarto. *Ideſt 13. Iulij, Ordinis 242. Religionis 63.*

Vading. tom. 6. Bulla 20. ex lib. 40. fol. 155.

PAVLVS PAPA II.

PEtrus Barbus Venetus, Presbiter Cardinalis tit. S. Marci, creatus vltimo Auguſti, coronatus nono Septembris anno 1464. ſedit annos ſex, menſes decem, dies viginti; obijt vigeſimo octauo Iulij 1471. ſepultus in Baſilica S. Petri. Quatuor ſequentes reliquit.

BVLLA CLIV.

PAulus II. concedit multa priuilegia Sororibus Morinenſibus, præcipuè abſtergendi maculam inhabilitatis, & infamiæ.

1 Deuotionis, & ſinceritatis augmentum, &c. Dudum ſiquidem felicis recordationis Nicolaus Papa V. predeceſſor noſter vobis Sororibus, & dilectis pauperibus, & infirmis Hoſpitalis S. Audomari Morinenſis diæceſis, & ſeruientibus in eodem tunc præſentibus, & futuris, quod ſecularis, vel religioſus ſacerdos, quem pro tempore duceretis eligendum, omnium peccatorum veſtrorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi eſſetis plenam in mortis articulo remiſſionem vobis in ſinceritate fidei, vnitate S. R. E. ac donatione, & obedientia ſua, & ſucceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus auctoritate Apoſtolica concedere valeret indulſit.

2 Et vt vos Sorores eo honeſtius, & abſq; alicuius infamię nota viuere ſtuderetis, quo crimina, & exceſſus noſceretis non remanere impunita, Viſitatori, & Magiſtræ dicti Hoſpitalis pro tempore exiſtentibus, quoties opus foret, illas ex Sororibus dicti Hoſpitalis, quæ pro tempore delinquerent, iuxta exceſſuum terminum, ac delictorum per eas pro tempore commiſſorum qualitatem, & quantitatem, ac veſtri Ordinis inſtituta, & canonicas ſanctiones,

corrigendi,incarcerandi,& a pręfato Hoſpitali amouendi,ac alias puniendi,aliaq;circa hęc neceſſaria faciendi, & exequendi. Contradictoreſq; & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendi;necnon proceſſus deſuper habitos grauandi, & reaggrauandi, ac auxilium bracchij ſecularis inuocandi; et illas, quæ de commiſſis per eas dolentes, ſe emendare vellent,ab huiuſmodi exceſſibus, criminibus,et delictis abſoluendi, & à carceribus liberandi, ac in priſtinum ſtatum quo ad honorem, et famam, et quęcumq; alia, in quo antequam crimina, exceſſus, et delicta huiuſmodi perpetrarent, exiſtebant, in integrum reſtituendi, et reponendi;necnon omnem inhabilitatis,et infamię maculam, ſiue notam abolendi, plenam, et liberam conceſſit facultatem.

3 Et inſuper, vt Sorores ipſæ pro tempore exiſtentes feruentius eo in humilitatis ſpiritu Altiſſimo deſeruirent, et pauperum ſeruitijs inſiſterent, quo maioribus per Sedem Apoſtolicam fauoribus,& gratijs forent coniunctę.

4 Magiſtræ pro tempore exiſtenti, vt in veſtri Miniſtri, alijs vero Sororibus pręſentibus, et futuris Hoſpitalis eiuſdem, vt in prędictæ Magiſtræ manibus *tria vota ſubſtantialia* religionis, ad inſtar aliarum Tertij Ordinis Sororum, ſeu religioſarum in manibus ſuorum ſuperiorum vouentium, anno probationis elapſo,quoties opus foret, libere, & licite vouere, ac huiuſmodi vota emittere: Necnon fugientes à ſeculo ad habitum probationis admittere; ac vt in huiuſmodi Hoſpitali in communi perpetuo viuere poſſetis; ipſaq; Magiſtra dicta vota recipere, & ad veſtrum conſortium admittere poſſet, de licentia tamen Viſitatorum prædicta.

5 Et quod Viſitator præfatus, alioquin Sacerdos idoneus ſecularis aut regularis de licentia tamen dicti Viſitatoris, quem vos Sorores tunc præſentes, & futuræ duceretis eligendum,confeſſionibus veſtris diligenter auditis,quoties opus foret,niſi talia eſſent,propter quæ Sedes Apoſtolica, merito eſſet conſulenda, abſoluere, ac pænitentiam ſalutarem iniungere poſſet. Necnon, vt vos Sacramentum Euchariſtiæ, quoties opus foret, etiam à religioſis,& de Ordinibus Mendicantium recipere poſſetis; iure tamen parochialis eccleſiæ in omnibus ſemper ſaluo, per quaſdam ſuas gratioſe conceſſit.

6

Digitized by Google

6 Poſtmodum vero per bonæ memoriæ Pium Papam II. prædeceſſorem noſtrum accepto, quod propter obſequia, quæ infirmis tã de contagioſo morbo peſtis, quam alijs ægrotantibus impendebatis numerus Sororum in partibus illis augmentatus fuerat, & augmentabatur in dies, ipſe Pius prædeceſſor per alias quaſdam ſuas literas indultum, & facultatem, ac literas prædictas cum omnibus,& ſingulis in eis cõtentis clauſulis ad Hoſpitalia infraſcripta de conſenſu Ordinariorum erecta videlicet. S. Nicolai Vnſeborch, quæ in parochia de Brugelletes,& B. Mariæ de Sluſis,nec non de Dungnoria de Surbuch, & de Bolonia S. Ioannis in S. Andomari,& S.Ioannis in Dixmunda Cameracenſis,& Tornacenſis, & eiuſdem Morinenſis diæceſum extendit, & ampliauit,vobiſque Sororibus, & pro tempore in locis, Hoſpitalibus, ſiue Domibus veſtris prædictis commorantibus Vicarium Prouincialem Franciæ Ordinis Minorum de Obſeruantia nuncupatorum in ſuperiorem deputauit, voſq;illi ſubiecit.

7 Qui quidem Vicarius ſecundum formam dicti indulti confeſſionibus veſtris diligenter auditis abſoluere, ac vobis,& toti familiæ veſtrę Viſitatorem aſſignare poſſet, & debeat, ipſeq; Viſitator in prædictis veſtris locis omnimodam haberet facultatem iuxta formam literarum Apoſtolicarum prædictarum.

8 Vobiſq; vt capitularem congregationem facere, & in ea negotia ad vtilitatem, & profectum veſtræ Societatis ſpectantia tractare, & ordinare poſſetis licentiam concedere; ipſeq; Vicarius omnia, & ſingula,quæ in tali congregatione per Viſitatorem,& Miniſtrũ, ſeu tempore, quo alias forte aliquis ipſorum legitime impeditus eſſet per alterum eorum cum conſilio Magiſtrarum, & Sororum aliarum capitulariter congregatarum, ſeu maioris partis earumdem pro communi bono ordinata forent, dicta auctoritate confirmare poſſet.

9 Et inſuper pro amouendis veſtrarum conſcientiarum ſcrupulis, vobis, & pro tempore exiſtentibus de veſtra ſocietate, ſeu congregatione ſororibus, quod tunicam, & ſcapularium, cordam de canape, & extra loca veſtra mantellum griſeum de humili panno, prout Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati,de licentia Sedis Apoſtolicæ tunc deferebant,voſq;eatenus deferebatis, deferre libere, & licite poſſetis.

10 Et quod illæ, quæ ex vobis legere ſcirent, quotieſcumq; pauperum ſeruitijs occupatæ forent, ad lecturam aliorum Pſalmorum iuxta formam Regulæ, aut veſtræ obſeruantiæ, nequaquam obligatę eſſent, ſed per ordinationem, & diſcretionem Viſitatoris cum oratione Dominica videlicet *Pater noſter*, in eadem Regula contenta, ſicut & Sorores aliæ Pſalterij ignarę, quo ad hoc ſatisfacere poſſent.

11 Liceat vobis, ſalua conſcientia, de conſenſu tamen Vicarij, vel Viſitatoris, ſeu Miniſtri vltra numerum vobis pręfixum ad huiuſmodi congregationem tot Sorores quot vobis videretur.

12 Necnon, quod quandocumq; vobis aliquid offerretur, uel pie donaretur, ſeu in teſtamentis, vel alijs vltimis uoluntatibus à decedentibus legaretur, pro infirmorum, ac pauperum Chriſti, veſtrũq; ac Domus ueſtrę ſuſtentatione, & opportunitatibus recipere, & retinere, ac in uſus ueſtros, ac pauperum eorumdem conuertere libere, & licite poſſetis, induſit, prout in ſingulis literis prędictis plenius continetur.

13 Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte ueſtra petitio continebat, poſt prædictarum, & præſertim priorum literarum emanationem quatuor alia Hoſpitalia videlicet de Hazebrunch, & de Maioriuilla ſupra Liſam, & de Vienna, & de Baſſeia earumdem Morinenſium, & Cameracenſium, & Attrebatenſium diæceſum uobis, & Congregationi ueſtrę aggregata fuerint, & propter pia, quę in huiuſmodi exercentur hoſpitalibus opera, laudabilemq; Sororum earumdem uitam, & ſperetis aliam etiam in poſterum aggregari; pro parte ueſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut conceſſiones, & omnia, & ſingula in prędictis literis contenta uobis conceſſa ad quatuor Hoſpitalia prędicta eidem ueſtrę Societati, ſeu Congregationi aggregata, & à uobis recepta, necnon ad duo alia in terminis Prouincię Francię, diſtinguendo Prouinciam ſecundum morem Fratrum Minorum, eidem Congregationi impoſterum aggreganda, & per uos recipienda, eorumq; Sorores, & infirmos, ac eis inſeruientes, & perſonas extendere, ac alias ſuper his opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

14 Nos igitur cupientes, ut eo firmius in ueſtro propoſito pio perſiſtatis, quo uos, & aliæ prędictę uobis aggregandę in ueſtris iuſſis poſtu-

Digitized by Google

poſtulationibus à Sede Apoſtolica gratioſius fueritis exauditæ, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſiones, & omnia, & ſingula in prędictis literis contenta, uobis conceſſa, ad prædicta quatuor, hactenus uobis, et ueſtræ Congregationi aggregata, & à uobis recepta; nec non ad duo alia impoſterum de Ordinariorũ locorum, & eorum quorum intereſt aſſenſu in terminis dictæ Prouinciæ conſiſtentia eidem Congregationi aggreganda, & per uos recipienda Hoſpitalia, eorumq; Sorores, infirmos, ſeruientes, & perſonas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium extendimus; & ut illorum Sorores infirmis ſeruientes, & perſonæ prædicti preſentes, & futuri præmiſſis conceſſionibus, libertatibus, & indultis uti, & potiri, ac gaudere, & ſecundum ea uiuere poſſint, & debeant in omnibus, & per omnia; quemadmodum uos hactenus uti, potiri, & gaudere conſueuiſtis, ac potuiſtis, & debuiſtis, abſq; tamen parochialium eccleſiarum, & cuiuslibet alterius præiudicio, eorumq; iure in omnibus ſemper ſaluo, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Nulli ergo, &c. Si quis, &c. Datum Romæ apud S. Marcum anno I. D. 1465. pridie idus Septembris, anno ſecundo. *Ideſt 12. Septembris, Ordinis 245. Religionis 66.*

Vading. tom. 6. Bulla 2. Ex lib. 1. de Benef. diuerſ. fol. 232.

BVLLA CLV.

Paulus II. priuilegia ab Eugenio IV. & Nicolao V. conceſſa Fratribus Regnorum Caſtellæ, & Legionis, ac Leodienſibus extendit, & communicat Lombardis præſentibus, & futuris.

1 Excitat arcanum noſtræ mentis ſingularis affectio: qua religioſas perſonas ordinis cuiuſcunq; deuotum, & ſedulum Altiſſimum famulatum exhibentes amplectimur; Vt gratias, priuilegia, & indulta aliquibus perſonis alicuius ordinis conceſſa, ad alias quoque eiuſdem ordinis perſonas extendamus. Dudum ſiquidem fęlicis recordationis Eugenius Quartus, & Nicolaus Quintus Summi Pontifices prædeceſſores noſtri volentes, quod Tertius Ordo Sancti Franciſci de Pęnitentia nuncupatus in Regnis Caſtellæ, & Legionis, ac Diæceſis Leodienſis felicioribus augerentur auſpicijs, & fratres ipſius Ordinis tanto ſalubrius poſſent reddere vota ſua,

quanto

quanto potioribus eſſent gratijs, & indulgentijs à Sede Apoſtolica communiti, per ſuas literas nonnulla priuilegia, facultates, indulta, & gratias eiſdem fratribus conceſſerunt: prout in eiſdem literis plenius continetur.

2 Nuper vero pro parte dilectorum filiorum Viſitatoris, & Miniſtri principalis fratrum dicti Ordinis in diuerſis locis Longobardiæ maxime in Sancta Maria de Pichitono, & de Vairano, ac de Piazano, necnon Sancti Saluatoris de Caſalbutano Laudēſis, & Cremonenſis diæceſis, ac Sancti Donati extra muros Comanos commorantium, ac ſub obſeruantia, & in communi viuentium, ac fratrum eorundem nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt priuilegia, facultates, indulta, & gratias fratribus Regnorum Caſtellæ, & Legionis, ac Leodienſis diæceſis prefatis ſic conceſſa ad ipſos fratres in dictis locis Lombardię ad pręſens commorantes, & quos inibi in futurum commorari contigerit: Necnon ad alios Fratres aliorum locorum dicti Ordinis, qui de nouo congregationem ipſorum Fratrum prædictorum ingreſſi fuerint, extendere, & etiam eis concedere: ac alias ſuper his opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur priuilegiorum, facultatum, indultorum, & gratiarum huiuſmodi tenores pręſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnia, et ſingula priuilegia, facultates, indulta, et gratias Fratribus Regnorũ, et Diœceſis huiuſmodi cõceſſa prædicta ad eoſdem Fratres in dictis locis Lombardiæ commorantes præſentes, et futuros; Ac alios Fratres eiuſdem Ordinis in congregationem ipſorum Fratrum Lombardię in poſterum ingredientes authoritate Apoſtolica extendimus, et etiam concedimus per pręſentes ſine tamen pręiudicio Fratrum regnorum, et diœceſis prędictorum.

4 Et inſuper quod ipſi Fratres dictę congregationis omnibus gratijs, indulgentijs, libertatibus, exemptionibus, et priuilegijs Fratribus dicti Ordinis quomodocunq; conceſſis in omnibus, et per omnia vti, et gaudere poſſint, aut gaudeant, et vtantur tenore pręſentium etiam indulgemus.

5 Non obſtantibus fœlicis recordationis Ioannis Vigeſimiſecundi, et dicti Nicolai Quinti Summorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum illis præſertim, quibus cauetur expreſſe, ne fratres,

tres,

tres, vel ſorores dicti Ordinis congregationem faciant, et alijs conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ extenſionis, conceſſionis, et indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, ſeptimo Calend. Iunij, Pontificatus noſtri anno tertio. *Ideſt 26. Maij, Ordinis 247. Religionis 60.*

Ex Bullario de Sillis fol. 44. ex P. Elzeario Dombarienſi noſtræ Congregationis Gallicanæ fol. 21.

BVLLA CLVI.

Paulus II. ſcribit Ludouico de Muzolis, & Bartolomæo de Beldo Canonicis Bonon. vt Eccleſiam Parochialem S. Mariæ de Caritate alias conceſſam Fratribus, confirment auctoritate Apoſtolica.

1. His quę pro eccleſiarum piorumq; locorum hac perſonarum eccleſiaſticarum, & prçſertim ſub Regulari habitu vacantium ſtudio prouitę vtilitatibus prouide facta ſunt, vt illibata perſiſtant libenter adijcimus Apoſtolici muniminis firmitatem. Exibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Ioannis Pauli de Verona Miniſtri Congregationis Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati in Ciuitate noſtra Bononienſi petitio continebat, quod dudum Parochialis Eccleſia S. Mariæ de Caritate Bononienſi per liberam reſignationem Fratris Zenobij Mattei de Florentia illius Rectoris de illa quam obtinebat in manibus dilecti filij Alexandri de Longaris Vicarij dilecti noſtri filij Philippi Tituli S. Laurentij in Lucina Præsbiteri Cardinalis, qui ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Eccleſiæ Bononienſi peęeſſe dignoſcitur in ſpiritualibus Generalis ſponte factam per eundem Alexandrum Vicarium extra eandem Curiam auctoritate ordinaria admiſſam vacante idem Alexander Vicarius habens ad hoc vt aſſerebat ſpecialem per eiuſdem Cardinalis literas facultatem illius vigore eandem eccleſiam ſic vacantem, quę ruinæ euidenti ſubiacebat, cuiuſq; fructus, redditus, & prouentus ſex florenorum auri

auri de Camera ſecundum communem ęſtimationem valorem annuum, vt ipſe Ioannes aſſetit non excedunt, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, eidem Ioanni pro ſe, & Miniſtris ſucceſſoribus ſuis ac Fratribus dictæ Congregationis præſentibus, & futuris ad tenendam, regendam, & gubernandam eadem auctoritate ordinaria conceſſit prout in litteris dicti Vicarij autenticis deſuper confectis dicitur plenius contineri.

2 Quare pro parte dicti Ioannis Miniſtri, qui vt aſſerit dictam Eccleſiam S. Mariæ, & eius domos, ſeu edificia circumſtantia reparari, & paramentis ac libris fulciri procurauit, & fecit, ac reparare, procurare, & fulcire toto poſſe ſuo magis intendit, & alium locum in dicta Ciuitate non habet, nobis fuit humiliter ſupplicatum vt conceſſioni huiuſmodi pro eius ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur de præmiſſis certam notitiam non habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta.

3 Mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum ſi, & poſtquam de præmiſſis vobis conſtiterit conceſſionem prædictam, & quæcunq; inde ſecuta, dumodo ad id dicti Cardinalis accedat aſſenſus auctoritate noſtra approbare, & confirmare curetis ſuplentes omnes defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

4 Ita tamen etiam quod cura prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ per idoneum Sacerdotem Secularem exerceatur, & nihilominus ſi confirmationem, & approbationem huiuſmodi per vos fieri contingerit vt præfertur Miniſtro, & Fratribus dictæ Congregationis tã præſentibus, quam futuris in dicta Eccleſia comorantibus, quod omnibus, & ſingulis priuilegijs indulgentijs, exemptionibus, & gratijs quomodocumq; conceſſis, quibus alij Fratres dicti Ordinis in alijs eorum Domibus, & Eccleſijs gaudent, gaudere poſſint, & debeant, eadem auctoritate concedatis.

5 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicę 1467. quinto decimo Calendas Iunij Pontificatus Noſtri anno Tertio. *Ordinis 247. Religionis vero 68.*

Ex-

Extracta ex libro Bullarum, & Inſtrumentorum eiuſdem conuentus Bononiæ. Supradicta Bulla recognita fuit & executioni demandata fauore Religionis per ſupradictos Commiſſarios die vltimo mẽſis Iunij eiuſdem anni 1467. vt apparet in Cancellaria Epiſcopali Bononiæ, & ex libro Inſtrumentorum eiuſdem Conuentus, per rogitum Georgij q. Antonij de Rogerijs publici Notarij. Conceſſio de qua in Bulla habetur infra in proprio Inſtrumento ſub num. 17.

BVLLA CLVII.

Paulus II. ſcribit Paganino Epiſcopo Dulcinenſi, vt Domum de Burno, quam renuntiauerunt Tertiarij, tradat F. Amadeo Hiſpano.

1 Sacræ religionis, &c. Cum itaque ſicut accepimus dilectus filius Petrus de Burno Tertijs Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati profeſſor, cui, & dilecto filio Ioanni Bernardo eius tunc Socio eiuſdem Tertij Ordinis profeſſori, dudum vnam Domum in loco de Burno Vallislamonicę Brixienſis diæceſis pro eorum vſu, & habitatione fundandi, conſtruendi, & ædificandi licentiam per alias noſtras literas conceſſimus quandam Domum, quam ipſe Petrus vigore dictę noſtræ licentiæ ſuper montem dicti loci fundauit, & ædificauit, ſponte, & libere dimittere, illiq; cedere proponat, & ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filij Amadei Cuſtodis Domus S. Mariæ de Brixianore extra muros Caſtrileonis Cremonenſis diæceſis petitio continebat, ſi Domus ipſa de Burno ſibi, & eiuſdem Ordinis Minorum profeſſoribus perpetuo concederetur, ipſi in ea Altiſſimo perpetuo deuotum redderent famulatum, idq; ad ſalutem populi partium illarum ſuccederet.

2 Quare pro parte eorumdem Petri, & Amadei Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt Domum de Burno prædictam cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis dicto Amadeo pro vſu, & habitatione ſua, & ſociorum ſuorum Fratrum dicti Ordinis Minorum auctoritate Apoſtolica concedere, & aſſignare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui cultum diuinum, & religionis augmentum noſtris potiſſime temporibus intenſis deſiderijs affectamus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac votis ipſius Petri in hac parte fauorabiliter annuentes fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta.

3 Mandamus, quatenus ſi, & poſtquam dictus Petrus per ſe, vel per procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum eamdem Domum de Burno in ſuis manibus ſponte, & libere dimiſerit, illiq; ceſſerit, vt præfertur, Domum de Burno prędictam cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſupradictis præfato Amadeo pro vſu, & habitatione ſua, & ſociorum ſuorum recipiendi, & apud eam Eccleſiam cum cæmeterio, campanili, campana, clauſtro, dormitorio, refectorio, hortis, hortalitijs, et alijs neceſſarijs officinis, conſtruendi, & ædificandi, ſeu conſtrui, & ædificari faciendi, alicuius alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, licentiam auctoritate noſtra concedere, abſq; præiudicio parochialis eccleſię, infra cuius iuriſdictionem, & limites dicta Domus cōſtruetur.

4 Et inſuper Fratribus pro tempore in eadem Domo de Burno cōmoraturis, vt omnibus, et ſingulis libertatibus, priuilegijs, indulgentijs, exemptionibus, & gratijs prædictæ Domui S. Mariæ de Brixianore, & perſonis Fratrum Minorum per Sedem prędictam, vel alias in genere conceſſis vti, & gaudere libere, et licite valeāt, indulgeas auctoritate antedicta. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. et alijs conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romę apud S. Petrum anno I.D. 1469. Calendis Auguſti anno quinto. *Ordinis 249. Religionis 70.*

Vading. tom. 6. Bulla 10. ex Vatic. lib. 1. de diuerſis formis, &c. fol. 27. Idem Pontifex anno 1464. dederat licentiam Tertiarijs eam Domum ſibi & ſuis conſtruendi ex eodem Vadingo ad dictum annum num. 58. Bulla ex lib. 3. de Regular. anno primo fol. 70. ex Reg. Vatic.

SIXTVS PAPA IV.

M*agiſter Franciſcus de Ruuere Sauonenſis Ordinis Minorum Preſbiter Cardinalis S. Petri ad Vincula, creatus die nono, & coronatus vigeſimo quinto Auguſti 1471. Sedit annos tredecim, & quatuor dies. Obijt duodecimo Auguſti ſepultus in Baſilica S. Petri anno 1484. Duodecim Bullas dedit.*

Digitized by Google

BVLLA CLVIII.

Sixtus IV. confirmat priuilegia cum facultate Generali Italo facta viſitandi, & corrigendi etiam Fratres Eremitas, & quod Sacerdotes poſſint audire confeſſiones ſecularium.

1 Sedes Apoſtolica æqua in omnibus ſemper diſtributrix ea, quæ pro diuini cultus augmento, et piorum locorum, ac perſonarum præſertim ſub religioſo habitu in eis degentium vtilitate prouide facta ſunt, libenter, cum ab ea petitur Apoſtolici roboris firmitate communiri: Necnon quicquid à perſonis religioſis, et diuino aſcriptis cultui contrarium eorum ordini, et honeſtati præſumitur ad Dei gloriam, et religionis augmentum ſalubriter corrigi opportune mandat, et benigno fauore ea, quæ ſunt pro animarum ſalute libenter concedit.

2 Dudum ſiquidem felicis recordationis Paulus Papa Secundus prędeceſſor noſter omnia, et ſingula priuilegia, facultates, indulta, et gratias: quæ, et quas piæ memoriæ Eugenius Quartus, et Nicolaus Quintus Summi Pontifices etiam prædeceſſores noſtri dilectis filijs fratribus Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pænitentia nuncupati in Regnis Caſtellæ, et Legionis, ac diœceſis Leodienſis commorantibus conceſſerant, ac dilectos filios Fratres cōgregationis Lombardiæ eiuſdem Ordinis in diuerſis locis ipſius Lombardię ſub obſeruantia, et in communi, ac ſub habitu heremitico viuentes maxime in Sancta Maria de Pichitono: et de Vairano, ac de Piazano: necnon Sancti Saluatoris de Caſalbutano Laudenſis, et Cremonenſis dięceſis: ac Sancti Donati extra muros Comanos commorantes, et quos inibi in futurum commorari contigerit: Necnon ad alios Fratres aliorum locorum dicti Ordinis eandem congregationem ipſorum Fratrum Lombardiæ in poſterum ingredientes per ſuas literas extendit: et illa etiam eis cōceſſit, ſine tamen præiudicio Fratrum Regnorum, et diæceſis Leodienſis prędictorum.

3 Et inſuper quod ipſi Fratres dictæ Congregationis omnibus gratijs, Indulgentijs, libertatibus, exemptionibus, et priuilegijs Fratribus dicti Ordinis quomodocunq; conceſſis in omnibus, et per omnia vti, et gaudere poſſent, ac vterentur, et gauderent, indulſit, prout in literis dicti Pauli prędeceſſoris, quas cum alijs Eugenij,

Digitized by Google

et Nicolaij prędeceſſorum pręfatorum literis ſuper his in Camera Apoſtolica exhiberi, & diligenter inſpici fecimus, plenius continetur.

4 Et deinde exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Viſitatoris, & Miniſtri Generalis, ac Fratrum dictę congregationis Lombardię petitio continebat. Quod multi gerentes habitum heremiticum, ſimilem, vel quaſi ſimilem habitui ipſorum Fratrum dictæ congregationis male viuentes, & per mundum vagantes in propria libertate plurima ſcandala faciunt in pręiudicium maximũ, & infamiam ipſorum Fratrum dictę congregationis; cum illius eſſe credantur: & ſcandalum plurimorum. Quodq; ad ipſos Fratres dictę congregationis in locis eorum huiuſmodi vndique Chriſti fideles ex deuotione confluunt pro confeſſione, & pænitentia ſalutari.

5 Quare pro parte ipſorum Viſitatoris, & Miniſtri principalis, ac Fratrum dictę congregationis nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt priuilegia, facultates, indulta, & gratias prędictas: necnon omnes, & ſingulas prędictorum, & aliorum locorum, quę hactenus pacifice poſſederunt, prout poſſident de pręſenti receptiones hactenus per eos factas approbare, & confirmare.

6 Ac ipſi Viſitatori, ſeu Miniſtro principali omnia loca Fratrum dicti Ordinis habitum heremiticum gerentium etiam non dictę cõgregationis vbicumq; ſint in Italia viſitandi, ac reformandi, ac etiam omnes perſonas eorum tam in capite, quam in membris in ſpiritualibus, & temporalibus corrigendi, ac delinquentes puniendi, & ſi expedierit, exinde amouendi:

7 Necnon omnes portantes dictum habitum heremiticum vagantes caſtigandi, habitu prędicto ſpoliandi, & alias etiam corrrigendi, & puniendi licentiam: Necnon ipſis Fratribus dictę congregationis in Sacerdotio conſtitutis quod omnes, & ſingulas vtriuſq; ſexus perſonas ad eos pro confeſſione, & pænitentia confluentes audire, & abſoluere, ac pęnitentiam ſalutarem iniungere libere, & licitę valeant, facultatem concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

8 Nos igitur ad commoda, profectum, & ſalutem Fratrum dicti Ordinis operoſa meditatione intendentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati priuilegia, facultates, indulta, & gratias Fratribus ante-

Digitized by Google

antedictis(vt præmittitur)conceſſa,ac omnes,& ſingulas locorum receptiones per eos factas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus.

9 Ac Viſitatori, ſeu Miniſtro principali prædicto omnia loca Fratrum dicti Ordinis habitum heremiticum gerentium, etiam ſi non dictæ congregationis fuerint, vbicumq;ſint in Italia, viſitandi, & reformandi,ac etiam omnes perſonas eorum tam in capite, quam in membris in ſpiritualibus, & temporalibus corrigendi, & delinquentes puniendi, & ſi expediens fuerit, exinde amouendi.

10 Necnon omnes portantes dictum habitum heremiticum vagantes caſtigandi,& habitu prædicto ſpoliandi,ac alias etiam(vt præfertur) corrigendi,& puniendi licentiam.

11 Necnon ipſis Fratribus dictæ congregationis in Sacerdotio conſtitutis,quod omnes,& ſingulas vtriuſq;ſexus perſonas ad eos pro confeſſione,et pænitentia accedentes audire,et abſoluere(exceptis caſibus epiſcopalibus)et pęnitentiam ſalutarem iniungere poſſint,facultatem dicta auctoritate elargimur(iure tamen parochialis Eccleſiæ cuiuslibet in omnibus ſemper ſaluo.

12 Non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis cæteriſq;contrarijs quibuſcumq;Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis ,et elargitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri,et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo,tertio Calend. Decembris, Pontificatus noſtri anno primo. *Ideſt 29. Nouemb.Ordinis 259. Religionis 72.*

Ex Bull.de Sillis fol. 45. & Congregat. Gallicanæ fol. 22. Pauli II. Bulla eſt ſupra CLV.

BVLLA CLIX.

Sixtus IV. ſcribit F. Zaneto de Vtino Generali,& Prouincialibus Ordinis Minorum per vniuerſum orbem, quorum regimini ſubijcit Fratres, & Sorores Tertij Ordinis ſeculares.

1 Romani Pontificis prouidentia circunſpecta, perſonas, ſub religio-

gionis habitu,diuinis vacantes beneplacitis, ſtudio piæ vitæ,diuino fauore proſequitur, et quæ pro ipſarum perſonarum augmento,prouidè facta ſunt, vt illibata perſiſtant, Apoſtolico conſueuit munimine roborare.Dudum ſiquidem, per felicis recordationis, Innocentium Papam Quartum, prædeceſſorem noſtrum:accepto, quod miniſtri, et Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pænitentia in Italia, et Regno Siciliæ conſtituti, cupiebant ad illa deuotionis augmenta procedere, per quæ felicitatis ęternę præmium eis poſſet felicius prouenire.

2 Idem prędeceſſor,eorum Miniſtrorum, et Fratrum ſupplicationibus inclinatus, vniuerſis Miniſtris prouincialibus, veſtri Ordinis Fratrum Minorum, per Italiam, et Regnum præfatum conſtitutis, ſuis literis mandauit, vt opportunis temporibus, per vos,aut dicti eorum Ordinis Fratres,ad hoc idoneos, Miniſtros,et Fratres dicti Ordinis Tertij, in Italia,et Regno prædicto conſiſtentes,pro tempore viſitarent: et eos Regularibus diſciplinis inſtruerent, corrigerentque, et reformarent ibidem, tam in capite,quam in membris quæ correctionis, et reformationis officio, cognoſcerent indigere, prout in eiſdem literis plenius continetur.

3 Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper, pro parte veſtra, petitio continebat;vos cupiatis,prædictas,et quaſcunque alias Apoſtolicę Sedis literas, vobis aliquam ſuperioritatem, poteſtatem, et auctoritatem, in eoſdem Miniſtros, et Fratres Tertij Ordinis de Pęnitentia nuncupatos, quomodolibet concedentes, et in illis contenta, pro eorum ſubſiſtentia, firmiori noſtrę approbationis munimine roborari:et ad Miniſtros, et Fratres dicti Ordinis,extra Italiam conſiſtentes, extendi pro parte veſtra,nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prędictas literas Innocentij prędeceſſoris prędicti, necnō omnia, et ſingula alia priuilegia, vobis in dictos Miniſtros, ac Fratres dicti Ordinis Tertij, poteſtatem, et authoritatem aliquam quomodolibet concedentes, approbare, roburque perpetuę firmitatis obtinere debere,decernere,ac alias vobis,et eorundem Fratrum Tertij Ordinis, proſperiori, ac feliciori regimini oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: prędictas, atq; quaſcunq;literas alias huiuſmodi, per quas vobis aliqua ſuperioritas, præeminentia, et authoritas in eiuſdem Tertij Ordinis Fratres,

tres, et Sorores tribuitur, authoritate Apoſtolica, præſentium tenore, approbamus, & robur perpetuæ firmitatis, obtinere debere decernimus: & ad vos Miniſtros, Generalem, & Prouinciales, ac Vicarios Fratrum dicti Ordinis veſtri, & de obſeruantia nuncupatorum, necnon Miniſtros Fratres dicti Tertij Ordinis, etiam extra Italiam, & Regnum Siciliæ huiuſmodi, per vniuerſum orbem conſiſtentes, eadem authoritate extendimus, necnon vobis, & ſucceſſoribus veſtris, pro tempore exiſtentibus, Generali, ac Prouincialibus Miniſtri, & Vicarijs prænominatis, de Obſeruantia dicti Ordinis Fratrum Minorum, ac eoſdem Miniſtros, Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, vbilibet infra prouincias, vobis, & eiſdem ſucceſſoribus veſtris, Generali, & Prouincialibus Miniſtris, & Vicarijs, commiſſas, conſiſtentes charitatiuè, in capite, & in membris viſitandi, & iuxta regularia inſtituta dicti Ordinis inſtituendi, reformatione, & correctione indigentia, etiam per ablationem mantelli, & habitus Tertij Ordinis, ſi id qualitas exceſſus exegerit corrigendi, & reformandi.

5 Volenteſq; ad ipſum Tertium Ordinem, & illius viuendi modum aggregari, recipiendi, & habitum, ſiue mantellum, iuxtà morem dicti Ordinis, eis exhibendi, ac ipſis Miniſtris, Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis, Viſitatorem, ſiue Confeſſorem dicti Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium, vel de Obſeruantia nuncupatorum, prout eis plus placuerit, ad id, moribus, vitæ ſanctimonia, & ætate idoneum, qui etiam illis Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare habeant, pro tempore, in veſtris prouincialibus capitulis, vel congregationibus dictorum Fratrum, de Obſeruantia nuncupatorum, vel extra, prout oportunum videbitur, aſſignandi, eadem authoritate licentiam concedimus, & etiam facultatem.

6 Diſtrictius inhibentes locorum ordinarijs, & alijs quibuſcunq; perſonis cuiuſuis ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, et quacunq; authoritate fungantur, nè prætextu quarumuis literarum, & facultatum eiſdem forſan conceſſarum, & pro tempore concedendarum, de præmiſſis, quæ ad vos ſpectant, ſe quomodolibet impedire præſumant; ac decernentes, ex nunc, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, per quoſcunque, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

7 Non obſtantibus quibuſcunq; alijs, forſan circa præmiſſa, eis per

ſedem

ſedem Apoſtolicam, conceſſis facultatibus, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ante dictorum ordinum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, conſuetudinib. priuilegijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumq; tenorum exiſtant, per quæ pręſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, veſtræ facultatis, explicatio huiuſmodi impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcumque tenoribus, de verbo ad verbum, præſentibus habenda eſſet mentio ſpecialis, quibus omnibus, quoad pręmiſſa illa hic pro expreſſis habitis, etiam ſi in eis, illa videlicet, quibus per huiuſmodi generales clauſulas; non intelligeretur derogatum, vel aliæ clauſulæ derogatoriæ continerentur, quoad præmiſſa, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumq;

8 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę approbationis, confirmationis, ſuppletionis, ordinationis, conſtitutionis, conceſſionis, & decreti infringere, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1471. decimo octauo Calend. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno primo. *Ideſt 15. Decembris, Ordinis 250. Religionis 72.*

Ex Speculo Minor. tract. 2. fol. 17. De Sillis fol. 47. Rodriq. Bulla 4. fol. 138. citata Bulla Innocentij IV. eſt ſupra ſub num. VI.

BVLLA CLX.

Sixtus IV. ſcribit Decanis S. Pauli, & S. Crucis Leodienſium, & officiali Cameracenſi, vt vnionem Fratrum Antuerpienſium ſuctam cum Leodienſibus, confirment, cum communicatione priuilegiorum.

1 Vt quælibet Sacra Religio dilatetur, & Florido candore, decentique apud Deum, & homines refulgeat, operarias manus libenter apponimus, & his, quæ propterea proceſſiſſe comperimus, vt firma perpetuo, & illibata perſiſtant cum à Nobis petitur, Apoſtolici muniminis adijcimus firmitatem.

2 Sane pro dilectorum filiorum Generalis, & aliorum Miniſtrorum vniuerſorum, ac Fratrum quorumlibet locorum Domorum Tertij Ordinis Beati Franciſci de Pænitentia nuncupati in diæceſi Leodienſi conſtitutorum Nobis nuper exhibita petitio continebat,

bat,quod ipſi tam ordinaria,quam Apoſtolica conceſſione, & auctoritate pro obſeruantia regulari,& ſalubri ſtatu Fratrum eorundem,multis ab annis retroactis habuerunt,& habent vnum Generalem Miniſtrum tamquam Patrem eorum, & ſuperiorem, qui annis ſingulis conuocatis omnibus Miniſtris,& Fratribus Domorum, & locorum dicti Ordinis in ipſa Leodienſi diæceſi conſtitutis ad Capitulum Generale in certo loco ad hoc per eos anno quolibet deputato,in eodem Capitulo Fratribus ipſis ſalutaria, & eorum ſaluti animarum incumbentia, vna ſimul ſtatuant, & ordinant per ſingulos Fratres Domorum prædictarum perpetuo obſeruanda.

3 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebāt dilecti filij Daniel Beuerinch Miniſter,& alij Fratres Domus Antuerpienſis Ordinis, & Regulæ prædictorum Cameracenſis diæceſis Begardi vulgariter nuncupati ob ſpem ſanioris, & frugem melioris vitæ conſequendæ, & ſalubriorem dicti Ordinis obſeruantiam, ſuarumq; animarum ſalutem,ſe in moribus, & vita, diſciplina, ac obſeruantia regulari Fratrum prædictorum in dicta Leodienſi diæceſi conſtitutorum eiſdem conformare volentes, ſeipſos, ac Domum Antuerpienſem præfatam Generali Miniſtro Fratrum Tertij Ordinis Beati Franciſci ſupradicto in diæceſi Leodienſi conſtituto, qui omnium Fratrum,& Domorum in præfata diæceſi Leod.conſtitutorum curam gerit, exercet, & habet iuxta regularia inſtituta, & indulta prædicti Ordinis, vt ſubiectos ſponte ſubmiſerunt,ac promiſerunt ipſi, & omnes eorum ſucceſſores dicto Generali Miniſtro in diæceſi Leodienſi conſtituto & deputato,ac in futurum inibi deputando, ſuiſq; ſucceſſoribus parere, & in omnibus obedire. Statutaq; & ordinationes Generalis Capituli dictorum Fratrum edita, & edenda firmiter obſeruare. Et ad Capitulum Generale Fratrum huiuſmodi annis ſingulis, prout Fratres,& eorum ſucceſſores faciunt,mittere,& accedere, illiſq;intereſſe teneantur,& ſint adſtricti, iuxta eorum regularia inſtituta, & Apoſtolica indulta, nonnullaq;alia tunc expreſſa inuiolabiliter obſeruare;ne his quouis quæſito colore, aut præſidio ſpirituali,vel temporali, directe, vel indirecte quoquo modo contrauenire, ſed potius in aſſumpta eorum firmitate,ſinceraq;integra fide, & zelo religionis continuo perſeuerare ; prout in quodam inſtrumento publico deſuper confecto plenius continetur.

4 Pro parte tam Generalis,& aliorum Miniſtrornm,ac Fratrum diœceſis Leodienſis,quam Danielis Miniſtri, & Fratrum Domus Antuerpienſis prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum vt ſubmiſſioni, ſeu vnionis prædictis pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaſq; in præmiſſis eis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ipſorum Danielis Miniſtri,& Fratrum Domus Antuerpienſis laudabile propoſitum in Domino plurimum commendantes, ac de premiſſis certam notitiam non habentes,huiuſmodi inclinati ſupplicationibus, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta.

5 Mandamus quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, vocatis,qui fuerint euocandi ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis inquiratis auctoritate noſtra diligentius veritatem, vt præmittitur factas,dicta auctoritate noſtra approbetis, & confirmetis; ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

6 Et nihilominus ſi confirmationem, & approbationem huiuſmodi per vos vigore præſentium fieri contigerit, vt præfertur. Vt Miniſter pro tempore exiſtens,ac Domus Antuerpienſis,& Fratres alij huiuſmodi omnibus, & ſingulis gratijs, priuilegijs, libertatibus, exemptionibus, ac fauoribus, quibus præfati Generalis, cæteriq; Miniſtri,& Fratres diæceſis Leodienſis conſtituti in genere potiuntur,& gaudent,ac vti,& potiri, gaudere atq; frui poſſint, eadem Apoſtolica auctoritate tenore preſentium indulgemus. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S.Petrum,anno Incarnationis Dominicæ 1472.pridie nonas Octobris, Pontificatus noſtri,anno ſecundo. *Ideſt 6. Octobris, Ordinis 252.Religionis 73.*

Ex libro Satutorum Congregationis Sepperenſis in diæceſi Leodienſi fol. 59.

BVLLA CLXI.

Sixtus IV. inhibet laicis, ne moleſtent Fratres & Sorores ſuper exemptiones tam fori, quam perſonæ, & rerum, quibus gaudent ſicut aliæ perſonæ eccleſiaſticę,& moleſtantes denuntientur excommunicati.

1 Sacroſancta Romana Eccleſia,ſub regulari habitu Domino famulantes, ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere conſueuit, ne indebitis agitentur moleſtijs, tanquam pia mater opportunis fauoribus confouere. Sane pro parte dilectorum filiorum vniuerſorum

Digitized by Google

ſorum fratrum, & dilectarum in Chriſto filiarum, vniuerſarum ſororum Tertij Ordinis Beati Franciſci de Pęnitentia nuncupati, per Italiam conſiſtentium, nobis nuper, exhibita petitio continebat, quod licet plures Summi Pontifices prędeceſſores noſtri, diuerſa, & plura, pro immunitatibus eorum conceſſerint priuilegia, & plures ſolemniſſimi vtriuſq; iuris Doctores teneant, quod ipſi fratres, & ſorores debeant gaudere libertate, & immunitate eccleſiaſtica, vt perſonę religioſę: nihilominus communitates ciuitatū, poteſtates, alijq; officiales ſeculares locorum Italiæ, non ceſſant in dies noua eis, tam in rebus, quam in perſonis inducere grauamina, libertati Eccleſiasticæ contraria.

2 Quare pro parte eorumdem fratrum, & ſororum, nobis fuit ſupplicatum humiliter, vt eiſdem communitatibus, poteſtatibus, & officialibus, ne huiuſmodi grauamina inferant, inhibere, aliaſq; eis ſuper hoc opportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, communitatibus, poteſtatibus, & officialibus prędictis, ſub excommunicationis latæ ſententię pœna, eo ipſo per poteſtates, & officiales ipſos, ac ſingulares perſonas earumdem communitatum, ſi contra fecerint, incurrenda, ne eiſdem fratribus, & ſororibus, grauamina aliqua libertati Eccleſię contraria, inducere, aut ipſos fratres, & ſorores quominus gaudeant priuilegijs, & immunitatibus tam fori, quam perſonę, & rerum, ſicut alię perſonę Eccleſiaſticæ, quomodolibet impedire pręſumant, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium inhibemus.

4 Et nihilominus vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs, ac quibuſcumq; perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Patriarchalium, Metropoiltanarum, et aliarum Cathedralium Eccleſiarum, Canonicis pro tempore exiſtentibus, in ciuitatibus, & locis prędictis, & cuilibet eorum, qui deſuper fuerint requiſiti ab aliquo fratrum, ſeu ſororum prędictorum, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa, vbi, & quando eis expedire videbitur, ſolemniter publicantes, non permittant eoſdem fratres, & ſorores, contra inhibitionis noſtrę huiuſmodi tenorem, per quoſcumq; quauis auctoritate, indebitè moleſtari, & eos, quos propterea huiuſmodi

Digitized by Google

excommunicationis ſententiam, eis conſtiterit incurriſſe, excommunicatos nunient, faciantq; ab alijs nuntiari, ac ab omnibus arctius euitari, donec ab huiuſmodi indebitis moleſtijs per eos dictis fratribus, & ſororibus, illatis, cum effectu deſtiterint, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

5 Non obſtantibus conſtitutionibus, ordinationibus, necnon municipalibus ſtatutis, iuramento, conſuetudiue, conſtitutione, ſeu cõfirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate vallatis, contrarijs quibuſcumq; ſeu aliquibus communiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpeodi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, ac expreſſam, & de verbo ad verbum, de indulto hniuſmodi mentionem.

6 Cæterum, quia difficile foret pręſentes literas, ad ſingula loca, in quibus fratres, & ſorores prædictis illis indigerent, deferre: volumus, & præfata auctoritate decernimus, quod earum tranſumpto, manu notarij publici, ac curiæ cauſarum Camerę Apoſtolicæ, aut alicuius Epiſcopalis, vel Archiepiſcopalis ſigillo munito, ea prorſus in iudicio, vel extra, vbicumq; exhibitum, vel oſtenſum fuerit, fides adhibeatur, ac ſi ipſę originales literę forent exhibitæ, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrę inhibitionis, mandati, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dom. 1473. Cal. Decemb. Pont. noſtri anno tertio. *Ideſt 20. Nouemb. Ordinis 253. Religionis* 74.

Extracta de Sillis fol. 49. Confect. Bulla 8.

BVLLA CLXII.

Sixtus IV. concedit multa priuilegia Prædicatoribus, & Minoribus, & ea omnia communicat Tertiarijs. Eſt autem Bulla Aurea.

1 Sacri Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordines, inſtar duorum primorum fluminum à cęleſtium voluptatum, & amænitatum

tum à Paradiſo egredientium ſacroſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ terram, ne mundanarum cupiditatum, & vitiorum calore areſcat, preclaræ doctrinæ, virtuoſorum operum, ac multiplicium meritorum imbribus irrigantes, magis illam in dies fructuoſam efficiunt. Hi ſunt duo Seraphim, qui in ſublime contemplationis, & Seraphici amoris alis eleuati, à terreniſq; rebus abſtracti, aſſiduo diuinarum laudum clamore, & immenſorum beneficiorum humano generi, à ſummo opifice Deo exhibitorum declaratione, feruentiſſimis prædicationibus populos inſtituendos, & ad cæleſte iter dirigendos inſiſtentes, multiplicata talenta eis credita, Domino Deo mundæ ſegetis animarum ſcilicet Redemptoris Noſtri Ieſu Chriſti precioſi ſanguinis effuſione redemptorum, copioſos in horrea Sanctæ Eccleſiæ manipulos referunt. Hi ſunt duæ tubę, per quas Dominus præcipit ad pabulum Sacri Euangelij vniuerſum populum aſſiduis prædicationibus aduocari, vt in omnem terram exiret ſonus eorum, & redderent ſibi populum acceptabilem, & bonorum operum ſectatorem. Ad prædictorum igitur Prędicatorum, & Minorum Fratrum Ordines, quos pro eorum ampliſſimis meritis, & vberrimis fructibus, quos in Dei Eccleſia continue afferunt præ ceteris, paterna charitate diligimus, noſtræ cõſiderationis intuitum dirigentes, illa eis libenter concedimus, quę in eis optatæ quietis fructum inducant, & ſtatum eorum faciant pacificum, & tranquillum.

2 Dudum ſiquidem, vt Ordinum eorumdem profeſſorum ſtatui, & quieti conſuleremus, motu proprio nonnullas litteras diuerſorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum dictis Ordinibus conceſſas, & in illis contenta approbauimus, & quo ad aliqua declarauimus, ampliauimus, & extendimus, ac nonnulla de nouo eis conceſſimus, prout in diuerſis noſtris literis deſuper confectis plenius continetur.

3 Cum autem ſicut poſtmodum accepimus, per huiuſmodi ampliationes, declarationes, extenſiones, & conceſſiones, adhuc totali eorumdem Ordinum, & illorum profeſſorum quieti, plenè, vt expedit non conſulatur, aſſeraturq; à nonnullis per eaſdem literas, omnes gratias ſpirituales, & temporales dictis Ordinibus, & eorum domibus, & Fratribus à prædeceſſorib. noſtris conceſſas, approbatas fore.

4

4 Nos attenta meditatione penſantes, quantum vtilitatis ad exaltationem fidei, & Euangelicæ veritatis Ordinum prædictorum profeſſores hactenus attulerunt, & afferre valeant, adiuuante Domino in futurum, ac propterea volentes (vt tenemur) eorum tranquillitati vberius prouidere. Motu ſimili, non ad ipſorum Fratrũ, & Sororum, aut alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa noſtra ſcientia, quaſcumque litteras, & gratias ſpirituales, & temporales, conceſſiones, & Indulgentias, ac peccatorum remiſſiones, in genere, vel in ſpecie Fratribus, & Sororibus Prædicatorum, & Minorum Ordinum, ac domorum eorumdem, necnon viſitantibus illorum Eccleſias, capellas, & oratoria conceſſas, quarum tenorem, ac ſi verbo ad verbum præſentibus infererentur haberi volumus pro expreſſo, præſentium tenore approbamus, & robur firmitatis perpetuæ obtinere decreuimus, proq; potiori cautela. Apoſtolica auctoritate de nouo iuxta litterarum deſuper conceſſarum continẽtiam, & tenorem concedimus, & largimur.

5 Et vt Eccleſię domus, & oratoria prædictorum Minorum Ordinum prædictorum per vniuerſum orbem conſtructæ, ædificatę, & quę conſtrui, & ædificari contigerit in futurum, congrua deuotione, & veneratione à Chriſti fidelibus viſitentur, ac quę imperfectę ſunt perficiantur, & ad complementum deducantur, & completæ conſeruentur, & manuteneantur, necnon paramentis, & alijs ad Diuinum cultum inibi neceſſarijs debitè ornentur, ipſiq; Chriſti fideles ad dictas Eccleſias eo libentius confluant, & ad præmiſſa manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cęleſtis gratię conſpexerint ſe refectos. De Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius, auctoritate confiſi, Vniuerſis, et ſingulis Chriſtifidelibus, vtriuſq; ſexus, verè pænitentibus, et confeſſis, qui Eccleſias, et Oratoria domorum Fratrum prędictorum in ſingulis Sancti Dominici, et Frãciſci, centum annos, et totidem quadragenas, et in Sanctorum Petri Martyris, Thomę de Aquino, Vincentij, et Sanctæ Catherinæ de Senis, ac Sanctorum Antonij de Padua, et Ludouici Epiſcopi, Bernardini, et Sanctæ Clarę, et Beatæ Eliſabeth, feſtiuitatum diebus, à primis veſperis, et per totam diem ipſarum feſtiuitatum quinquaginta annos, et totidem quadragenas qui deuotè viſitauerint

uerint annuatim, et manus ad præmiſſa, aut eorum aliqua porrexerint adiutrices de iniunctis eis pęnitentijs, miſericorditer in domino relaxamus, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

6 Et vt prędictorum Prædicatorum, et Minorum Ordinum Fratres, tanto feruentius Diuinis beneplacitis inſiſtant, quanto maioribus ſe viderint ſpiritualib. gratijs fore munitos, omnib. et ſingulis Prędicatorum, et Minorum Ordinum profeſſorib. qui nunc ſunt, et pro tempore perpetuo erunt, vt confeſſor idoneus eorundem Ordinum quem quilibet pro ſe, de ſui ſuperioris licentia duxerit eligendum, eorundem confeſſione diligenter audita, pro commiſſis per eos exceſſibus, et peccatis, ſemel in vita, in foro confeſſionalis per nos edita, in mortis verò articulo plenariam abſolutionem peccatorum huiuſmodi remiſſionem impendere valeant, etiam ſi ante factam eorundem Ordinum profeſſionem eos decedere cōtingeret, ſimilibus motu, ſcientia, et auctoritate indulgemus.

7 Facultatem vero à prædeceſſoribus noſtris conceſſam Magiſtro Generali, et Prioribus Prouincialibus, et Conuentualibus, ac eorum Vicarijs Prædicatorum, ac Generali, et Prouincialibus Miniſtris, et eorum Vicarijs, necnon cuſtodib. Minorum ordinum prędictorum, ſuper abſolutione Fratrum eorundem Ordinum ſuorum, & diſpenſatione cum eiſdem, in quibuſcumq; caſib. (præterquam illis, pro quibus eſſent ad Sedem Apoſtolicam mittendi) et per nos approbatam, cum declaratione caſuum pro quibus mittendi ſunt perſtringentes volumus quod Magiſter, et Miniſter Generales præfati, et eorum Vicarij, et illi, quib. ipſi Magiſter, et Miniſter generales pro tempore id duxerint committendum, dūtaxat, et non alij facultate prędicta de cętero vti poſſint, illam omnibus alijs penitus adimentes.

8 Et ne propter Monaſteria Monialium, ſeu Sororum ſub cura, et inſtitutis Ordinis prædicti Fratrum Prędicatorum, et Sanctę Clarę, ſeu Sancti Damiani, Ordinum ſub eiuſdem Fratrum Minorum Ordinis cura degentia, Sancti Dominici, Franciſci de Pœnitentia nuncupatorum Ordinum vtriuſque ſexus perſonas, contingat eorumdem Fratrum quietem turbari, motu, ſcientia, et auctoritate prędictis, ſtatuimus, quod huiuſmodi Monaſteria, et loca, eorumque Abbatiſſę, et Prioriſſę, Procuratores, Syndici, Oblati, et vtriuſque

uſque Tertij Ordinis prędicti de Pęnitentia nuncupatę perſonę prædictæ, eiſdem priuilegijs, Immunitatibus, Gratijs, Fauoribus, Conceſſionib. Facultatibus, & indultis ſpiritualib. & temporalib. prædictis Fratrum Prædicatorum, & Minorum Ordinib. ac illorum profeſſoribus, domib. & locis, ac Procuratoribus, Syndicis, Oblatis, & Commiſſis, ſeu alias quomodolibet per prædeceſſores noſtros, aut nos hactenus conceſſis, et in poſterum concedendis, quauis auctoritate, quatenus earum ſexui, et ſtatui non contradicant, liberè, et licitè vti poſſint, & debeant, in omnibus, & per omnia, prorſus, et ſine vlla differentia, ac ſi eiſdem Monaſterijs, locis, & perſonis, Abbatiſſis, Syndicis, Procuratorib. Oblatis, et Commiſſis, Sororum, et Monialium earumdem, ac perſonis vtriuſque ſexus de Pęnitentia huiuſmodi, nominatim conceſſæ forent, & concederentur expreſſe.

9 Præterea, quia vt intelleximus, exortis nonnunquam Controuerſijs inter locorum Ordinarios, eorumque Vicarios, ſeu Officiales, Curatos, et Fratres prędictorum Ordinum, varijs occaſionibus, locorum Ordinarij, eorumq. Vicarij, ſeu Officiales, et curati prædicti, ne Chriſti fideles Fratribus ipſis pias eleemoſinas erogare præſumant, et etiam ſub cenſuris inhibere, ac erogantes excommunicatos fore, prædicare, ſeu prędicari facere, ſeu pronuntiare præſumant. Locorum ordinarijs, eorumq; Vicarijs, ſeu Officialibus, & Curatis, prædictis; ac etiam alijs quibuſcumque dicta auctoritate mandamus, vt ab huiuſmodi perſuaſionibus, inhibitionibus, & mandatis de cętero prorſus omninò abſtineant, decernentes inhibitiones ipſas, & mandata nullius exiſtere firmitatis, & illis contrauenientes, cenſuris huiuſmodi minimè ligati, ac eoſdē perſuadentes, & inhibentes, mandatoq; noſtro huiuſmodi obtemperare non curantes (niſi pœnituerint, & perſuaſiones, ac inhibitiones, & prædicta reuocauerint infra triduum, poſtquam deſuper requiſiti fuerint) eo ipſo ordinarios interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis à regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, alios verò inferiores ab eis excommunicationis ſententiam incurrere.

10 Cum autem nonnulli ad Ordines prædictos Prędicatorum, et Minorum ſpecialiter gerentes deuotionis affectum, eorum cadauera cum habitu Fratrum Prædicatorum, vel Min. ſeu Fratrum, vel

Digitized by Google

vel Sororum de Pœnitentia vtriuſq; Ord. Prædictorum, ſepeliri mandent, & per ſæpè antequam moriantur, & habitum huiuſmodi eis poſtulant exhiberi, decernimus habitum huiuſmodi per priorem Domus Ord. Prædic. aut Guardianum Domus Ord. Min. loci in quo talis decedere continget, vel per ſuperiorem Prælatum ipſorum Ordinum Domorum, ſeu Prioratus, & Guardiani, vel cui illi duxerint committendum dumtaxat, & non per alium quauis auctoritate, vel prælatione fungentem, exhiberi debere, qui prædictum habitum recipientibus declarare teneantur, apud eorum Ordinum Eccleſias debere ſepeliri in eorum habitu, quorum habitum ſuſcipiant, & illorum ſic indutorum cadauera diſcoperta, nullo pallio, vel tegumento ſuperimpoſito, cum habitu huiuſmodi ad ſepulturam deferri poſſe, ordinariorum etiam ſub cenſuris prohibitione locorum qualibet in contrarium edita non obſtante, quas quo ad hoc modificamus.

11 Et ne ex habilitatibus ad vnum, vel plura beneficia Eccleſiaſtica in titulum, vel commendam obtinenda, cum facultate interim donec illa aſſequantur pro capellanis aliorum in beneficijs Eccleſiaſticis deſeruire, & quod etiam poſtquam beneficia huiuſmodi aſſequuti fuerint, in domibus dicti Ordinis reſidere, cameras habere, in illas, ac in Generalibus, atque Prouincialibus Capitulis Fratrum eorumdem Prędic. & Min. Ordinum, vocem actiuam, & paſſiuam habere, ac priuilegijs, fauoribus, & gratijs, & indultis conceſſis ipſorum Ord. profeſſoribus gaudere poſſint, præfatis Ordinibus, & illorum profeſſoribus grauamen inferatur, eiſdem motu, & auctoritate decernimus, huiuſmodi conceſſas, & quas concedi contigerit habitationis litteras, intelligi, & interpretari debere, vt Fratres ipſi quibus litteræ huiuſmodi conceſſæ ſunt, & concedentur in poſterum, quandocumque per Sedem prædictam poſtquam aliquod beneficium adepti fuerint pacificè, aut pro capellanis in aliquib. Eccleſijs cœperint deſeruire, conceſſionibus prædictis (prout vocem actiuam, & paſſiuam, reſidentiam in domibus dictorum Ordinum, ac retentionem dictarum domorum, camerarum, & alia quæ ordinem ac retentionem dictarum domorum, camerarum, & alia quæ Ord. præfatorum ſunt, concernunt) de dictorum Prælatorum conſenſu dumtaxat gaudere poſſint, & non alias, nec alio modo. Idem ſtatuentes de promotis ad Cathedrales etiam

titulares appellatas Eccleſias, & alias Eccleſiaſticas dignitates.
12 Cæterum, vt dictorum Ord. profeſſores, qui Inquiſitores hæreticæ prauitatis pro tempore in diuerſis mundi partibus deputantur, tanto diligentius eorum officia ſtudeant exercere, ac ab illicitis, & eis prohibitis abſtinere, quanto cognouerint poſſe eorum errores facilius corrigi, & puniri, quod Magiſter Prædic. & Miniſter Min. Ord. prædictorum Generales præfati, nunc, & pro tempore exiſtentes, geſta pro tempore per ipſos Inquiſitores ſuorum Ord. reſpectiue examinare, & quærelas contra illos propoſitas audire, ac ſuper illis quantum eis iuſtum, & æquum videbitur ſtatuere, & ordinare. Et ſi in aliquo eos deliquiſſe inuenerint, illos iuxta exceſſus exigentiam, etiam per eorum ab officio comotionem, ac alias corrigere, & punire, dictoſq; Inquiſitores ſecundum quod æquum, & iuſtum, aut neceſſarium videbitur (non tamẽ in vna eademq; diæceſi multiplicare) liberè & licitè valeant. Et Prędicatorum in Minorum, & è contra Minorum Ord. prædictorum Inquiſitores in Prędicatorum Ordinum huiuſmodi profeſſores quoſcũque, officio inquiſitionis huiuſmodi fungi, illudque exercere nullatenus poſſint abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, de præſentibus litteris ſpecificam, & expreſſam faciente mentionem.
13 Poſtremò, quia Prædicatorum, et Minorum Fratrum prædictorũ Ord. profeſſores, pro fidei Catholicę dilatatione, incremento, & defenſione, continuè indefeſsè laborant, et eorum exemplari vita, prędicationib. verbi Dei, audientiam Confeſſionum, ſana doctrina, aſſidua Sacrarum literarum inſtructione, & deuota Diuinorum officiorum celebratione, hæreticorum extirpatione, alijſq; innumeris pijs operationib. præ cęteris Ordinum Mendicantium profeſſoribus, fructus in Eccleſia Dei ſalutares copioſius attulerunt hactenus, et continuè afferre non ceſſant, atque illaturos in futurum Deo propitio ſpe firma tenemus, & propterea conuenit, vt ipſi prę cęteris ampliores fauores, & gratiarum prærogatiuas à Sede recipiant, & reportent, aliorumq; Ordinum Mendicantium in indultis, & priuilegijs apud Sedem prętatam gaudeant, ne illis inferiores eſſe videantur, omnes, & ſingulas gratias, conceſſiones, indulgentias, & peccatorum remiſſiones, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, & indulta ſpiritualia, et temporalia, qualiacumq; ſint Eremitarum S. Auguſtini, et Carmelitarum, ac Ser-

uorum

uorum B.Mariæ Fratrum Ordinibus, & illorum Eccleſijs, Oratorijs, et domibus, Prioribus, Fratribus, & Sororibus, Conuerſis, & Oblatis, ac vtriuſque ſexus perſonis de pęnitentia nuncupatis, à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificib.prædictis,et à nobis, aut alijs auctoritatem habentibus, quæ omnia, ac ſi nominatim exprimerentur haberi hic volumus pro ſufficienter expreſſis, coniunctim,vel diuiſim,in genere vel in communi conceſſa,eiſdem,et eorum cuilibet, Prędic. et Min. Fratrum Ordinib. Domibus, Eccleſijs,Oratorijs,Generali Magiſtro,Miniſtro,Priorib.et Miniſtris Prouincialibus Conuentualib. Priorib. Guardianis, Sororibus, Oblatis Conuerſis, et vtriuſque ſexus Tertij Ordinis, ſeu de Pęnitentia nuncupatis, et alijs eorundem Ordinum perſonis, de nouo concedimus, et in eis locum habere volumus, ac ſi eiſdem nominatim directę,et expreſsè conceſſa fuiſſent.

14 Mandantes etiam motu,et ſcientia,et auctoritate prædictis, vt dũ Priuilegiorum, Indulgentiarum, Pręrogatiuarum Conceſſionum Exemptionum,Immunitatum,Facultatum,et Indultorum,dictorũ Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, Carmelitarum, et Seruorum Sanctę Marię originales litterę ſeu tranſumpta authentica,et illis, pro,et in fauorem Eccleſiarum, domorum,et Fratrum prędictorum Prędic.et Min.Ordinum,adducerentur,vel exhiberentur, eadem fides indubia adhibeatur, tam in iudicio,quam extra iudicium, et alijs locis, quibus opus fuerit,ac ſi pro,et in fauorem dictorum Ordinum Eccleſiarum,Domorum,et Fratrum Prædicatorum, et Minorum à Sede Apoſtolica emanaſſent, ac eis, et cuilibet ipſorum fuiſſent immediatè conceſſæ.

15 Inhibentes diſtrius ipſi locorum Ordinarijs,ſub interdicti ingreſſus Eccleſię, et ſuſpenſionis a regimine, et adminiſtratione ſuarũ Eccleſiarum, ac parochialium Eccleſiarum Rectoribus, et alijs quibuſcunque, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, et priuationis earumdem Eccleſiarum Parochialium, et omnium aliorũ beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ obtinent, necnõ in habilitationis ad illa,et alia in poſterum obtinenda,pænis,eo ipſo qui cõtrafecerint incurrendis,ne perſonis quibuslibet Eccleſiaſticis,vel ſæcularibus in genere, vel in ſpecie, directè, vel indirectè aliquid inhibeant, præcipiant, ordinent, vel ſtatuant, quominus Ordines prædicti, illorum domus, et profeſſores, prædictis gratijs eis conceſſis liberè vti poſſint.

16 Non obſtantibus quibuſcũq; Apoſtolicis ſuſpenſionibus,reuocationibus,& reſtrictionibus,ac Prouincialibus,& Synodalibus Cõcilijs,editis generalibus,vel ſpecialibus Conſtitutionibus,necnon Pariſienſis , & aliorum locorum Generalium ſtudiorum Vniuerſitatibus,& Curiæ vicegerentia Auinionenſis,& quibuſuis Ordinarijs Prælatis,ac perſonis conceſſis, & concedendis litteris priuilegijs , ac per illos deputatis in eis conſeruatoribus priuilegiorum huiuſmodi facultatibus,& iuriſdictione, cum quibuſuis Clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs , ac fortioribus , & inſolitis, quibus,omnibus illa etiamſi de eis eorumq;totis tenoribus,& datis,non per huſmodi generales clauſulas etiam ſpecialem mentionem importantes, ſed ſpecifica, & indiuidua , ac de verbo ad verbum , ſeu quæuis alia mentio habenda eſſet , pręſentibus pro expreſſis habentes , illius alias in ſuo robore permanſuris : quo ad pręmiſſa ſpecifice,&nominatim derogamus,& ea nemini in pręiudicium præmiſſorum ſuffragari poſſe,aut debere,ac irritum,& inane quicquid ſecus contigerit attentari , decernimus ; necnon omnibus illis quæ in dictis litteris noſtris præfatis Ordinibus conceſſis volumus non obſtare,ceteriſq;contrarijs quibuſcumque. Verum quia difficile foret præſentes literas ad ſingulas prouincias originaliter deſtinare , volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod tranſumptis earum , manu Notarij publici , & Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditoris,vel protectoris qui eſt,& qui pro tempore erit , aut alicuius Archiepiſcopalis , vel Epiſcopalis ſeu cuiuſcumque in dignitate conſtituti ſigillo munitis , ea prorſus in iudicio , & extra , vbiſcumque exhibita , vel oſtenſa fuerint, fides adhibeatur indubia , ac ſi ipſę originales litterę forent exhibite, vel oſtenſę. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginã noſtrę Approbacionis, Conſtitutionis, Conceſſionis, Largitionis, Indulti, perſtrictionis, voluntatis , ademptionis , ſtatuti, mandati, decreti,inhibitionis, & Derogationis infringere,&c. Datum Romę apud Sanctum Petrum , Anno Incarnationis Dominicę 1479. Cal. Auguſti,Pont.noſtri Octauo.*Ordinis* 259.*Religionis* 80.

Extracta ex Bullario Romano Bulla 19. *Rodriq.Bulla* 20.*Confect.Bulla* 3.

BVLLA CLXIII.

Sixtus IV. Franciſco de Crema, & Socijs eius Eccleſiam S. Mariæ de Vairano extra Cremam dubitantibus ſuper ea moleſtari, quia curata erat, mortuis Clericis Thoma, & Bonauentura in ea beneficiatis, concedit, quibuſcunq; non obſtantibus.

1 Pijs ſupplicum votis illis præſertim, per quæ Eccleſiarum, & aliorum locorum piorum, & perſonarum inibi ſub regulari obſeruantia ſtudio piæ vitæ vacantium commodo, & vtilitati conſulitur, libenter annuimus, eaq; fauoribus proſequimur opportunis.

2 Dudum ſiquidem felicis recordationis Nicolao Papa V. prædeceſſori noſtro pro parte q. Dominici de Moſcardis, eiuſq; ſociorũ Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati expoſito, quod olim bonæ memoriæ Venturinus Epiſcopus Cremonenſis Dominico, & ſocijs prædictis tunc præſentibus, & futuris dicta in Eccleſia S. Mariæ de Vairano diæceſis Cremonenſis, in qua regularem vitam ducerent, & diuina officia celebrarent perpetuo reſidere, & quoddam ipſi Eccleſiæ contiguum territorium tenere, & poſſidere valerent auctoritate ordinaria conceſſerat. Et deinde q. Thomas de Pinaccijs Rector dictæ Eccleſiæ; necnon Bonauentura de Finellis clericus in eadem perpetui beneficiati, Eccleſiæ & territorij huiuſmodi poſſeſſionem, reſeruatis ſibi quo ad vixerint alijs terris, & poſſeſſionibus cum eorum fructibus ad dictam Eccleſiam ſpectantibus tradiderant, & aſſignauerant. Ipſiq; Dominicus, & ſocijs vigore eorum ceſſionis, traditionis, & aſſignationis earundem corporalem Eccleſiæ, & territorij prædictorum poſſeſſionem apprehendentes, illa ex tunc tenuerunt prout tenebant in vſus proprios eorundem. Ac pro parte Dominici, & ſociorum prædictorum eidem prædeceſſori humiliter ſupplicato, vt conceſſioni, traditioni, & aſſignationi prædictis pro eorũ ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaſq; eis in premiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaretur idem predeceſſor, de premiſſis certam notitiam non habens Priori Prioratus S. Benedicti de Crema Cremonenſis diœceſis, eius proprio nomine non expreſſo ſuis litteris dedit in mandatis, vt ſi, & poſtquam ſibi de conceſſione, & donatione Thomæ, & Bonauenturę præfati, necnon alijs, qui forent euocandi de

traditione, & aſſignatione prædictis legitime conſtaret, illas, & quęcunq; inde ſecuta, auctoritate Apoſtolica approbaret, & confirmaret. Idemq; Nicolaus prędeceſſor ſi approbationem, confirmationem, ac ſuppletionem huiuſmodi per eundem Priorem fieri tunc contingeret, Eccleſiam prędictam, cuius fructus, redditus, et prouentus viginti florenorum auri de camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, vt aſſerebant, non excedebant. Necnon poſſeſſionem, & terras prędictas cum omnibus iuribus, et pertinentijs ſuis eiſdem Dominico, et ſocijs pro ipſorum vſu, et habitatione perpetuis, alias iuxta eorum mores, conſuetudines, et priuilegia ſeruandas, et habendas auctoritate Apoſtolica conceſſit, et donauit. Ita quod cedentibus, vel decedentibus Thoma, et Bonauentura prefatis, Eccleſiam poſſeſſiones, et terras huiuſmodi alias quomodolibet dimittentibus, liceret Dominico, et ſocijs eius, per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem illorum omnium, vel pro rata alterius eorumdem Thomæ, et Bonauenturę cedentis, vel decedentis poſſeſſionem libere apprehendere, et perpetuo retinere, prout in eiſdem litteris, in quibus quod dicta Eccleſia erat ſine cura expreſſum extitit, plenius continetur.

Ad quarum quidem literarum executionem dictus Prior rite procedens ſeruata forma illorum, ceſſionem, traditionem, et aſſignationem approbauit, et confirmauit; necnon omnes, et ſingulos defectus, ſi qui interuenerant in eiſdem suppleuit.

Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Franciſci de Crema, eiuſq; Sociorum, et Fratrum dicti Ordinis petitio continebat, quod licet Thomas, et Bonauentura prefatis decedentibus Dominicus, et ſocij, ac ſucceſſiue ipſi Frãciſcus, et ſocij eorum corporalem Eccleſię poſſeſsionem, et terrarum prędictarum, literarum huiuſmodi vigore apprehenderint, illaſq; tenuerint prout tenent de pręſenti pacifice, et quiete. Tamen pro eo, quod à nonnullis aſſeritur, prefatam Eccleſiam curatam, et parochialem fore, præfatus Franciſcus, et eius ſocij dubitant ſuper huiuſmodi poſſesſione inquietari, et moleſtari poſſe tempore procedente. Quare pro parte Franciſci, et ſociorum eius prędictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis in pręmisſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos itaq; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Eccleſiam prędictam

ctam etiamſi Parochialis, et curata exiſtat, necnon poſſesſiones, et terras prędictas, ſiue adhuc per obitum ipſorum Thomę, et Bonauenturæ, vel eorum, aut quatenus ad eorum reſignationes de illis extra Romanam Curiam etiam coram Notario publico, et teſtibus factas, aut conſtitutionem piæ memorię Ioannis Papę XXII. etiam prędeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Execrabili*, vel aſſecutione alterius beneficij eccleſiaſtici niſi pręfata auctoritate ordinaria collati vacent, etiamſi, tanto tempore vacauerit, quod eorum collatio, iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilij, ad Sedem Apoſtolicam legitime deuoluta, ipſaq; Eccleſia diſpoſitioni Apoſtolicę ſpecialiter reſeruata exiſtat; et ſuper eam per aliquos lis, cuius ſtatum pręſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore Datę pręſentium non ſit in eis alicui ſpecialiter ius quęſitum cum omnibus iuribus, et pertinentijs ſuis.

Franciſco, et ſocijs eius præſentibus, et futuris pro eorum vſu, et habitatione perpetuis alias iuxta eorum mores, conſuetudines, et priuilegia tenendas, et habendas præfata auctoritate Apoſtolica concedimus, et donamus. Ita quod liceat Franciſco, et ſocijs eius poſſesſionem huiuſmodi continuare, et etiam perpetuo retinere.

Non obſtantibus recolendę memoriæ Bonifacij Papæ VIII. ſimiliter prædeceſsoris noſtri, et alijs Apoſtolicis conſtitutionibus, necnon dicti Ordinis, &c. Nulli ergo omnino hominum, &c. Si quis autem, &c. Datum Romę apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę 1474. tertio decimo Calendas Octobris, Pontificatus noſtri anno quarto. *Ordinis* 254. *Religionis* 75.

Hanc copiam ex originali extraxit alias Franciſcus de Bennenutis Notarius Cremonenſis, conſeruatam in conuentu S. Mariæ Magdalenę Cremę. Bulla prędicata Nicolai V. habetur ſupra ſub num. CXXXI. Tenuta huius Eccleſiæ, & conuentus habetur in Inſtr. 86.

Vading. tom. 6. *Bulla* 15. *ex lib.* 105. *fol.* 50. *Bulla præcitata caret.*

BVLLA CLXIV.

Sixtus IV. admonitus quod nonnulli reſiſtunt obedientia Generalis, & Prouincialium præcipit omnibus obedientiam eiſdem præſtandam.

1 Pridem per alias noſtras ad perpetuam rei memoriam ſub Bulla plumbea æditas literas dilectis filijs Viſitatori Miniſtro, et Prouin-

uincialibus Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci in habitu heremitico Altiſſimo famulantib. conceſſimus facultatem, vt omnes, nes,& ſingulos dicti Ordinis Fratres viſitare, reformare, & corrigere poſsent, prout in ipſis literis latius continetur.

2 Nuper autem non abſq; animi moleſtia ex querela Miniſtrorum Viſitatorum prædictorum percepimus, nonnullos dicti Ordinis Fratres ſalutaris obedientiæ iugo abiecto, & per deuia ambulantes, viſitationem, correctionem, & reformationem huiuſmodi ſubter fugiunt, curamq; animarum, licet inhabiles ſint,& licentiam nō habeant gerere prę́ſumunt in graue ſuorum conſcientiarum onus, & malum exemplum, ac ſcandalum plurimorum.

3 Quocirca huiuſmodi inobedientiæ abuſioni obuiam ire auctoritate Domini cupientes, attendenteſq; quod vbi obedientia non viget, ibi contemptus exercetur,& regularis diſſoluitur diſciplina, deuotionem veſtram intendentes ſingulos veſtrum hortamur in Domini caritate attente monemus, quatenus eiſdem Viſitatori, ac Prouincialibus quoties opus fuerit, ſubiectionem, & obedientiam præſtetis. Datum Romæ apud S. Petrum die 21. April. 1476. *Ordinis 256. Religionis 77.*

Ex Archiuio Conuentus Piratelli.

BVLLA CLXV.

SIxtus IV. ſubijcit Sorores in Belgio regimini Fratrum Minorum de Obſeruantia in Prouincia Franciæ.

1 Ex Apoſtolicæ ſeruitutis officio,&c. Dudum ſiquidem per felicis recordationis Innocentium Papam IV. prędeceſſorem noſtrum accepto, quod tunc Miniſtri, & Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati in Italia, & Regno Siciliæ conſtituti cupiebant ad illa deuotionis augmenta procedere, per quæ fælicitatis æternæ præmium eis poſſet facilius prouenire, idem prædeceſſor eorumdem Miniſtrorum,& Fratrum ſupplicationibus inclinatus, vniuerſis Miniſtris Prouincialibus Ordinis Fratrum Minorum per Italiam, & Regnum præfata conſtitutis ſuis litteris dedit in mandatis, vt opportunis temporibus per eos, aut dicti Ordinis Minorum Fratres ad hoc idoneos Miniſtros,& Fratres dicti Tertij Ordinis in Italia, & Regno prędictis conſiſtentes, pro tempore viſitarent,

Digitized by Google

ſitarent,& eos in regularibus diſciplinis inſtruerent,corrigerentq; & reformarent ea ibidem tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, & reformationis officio cognoſcerent indigere.

2 Noſq;poſtmodum prædictas, & quaſcumq; alias literas,per quas dilectis filijs Zaneto de Vtino Generali, ac vniuerſis Prouincialibus Miniſtris dicti Ordinis Minorum aliqua ſuperioritas,præeminentia,& auctoritas in eiuſdem Tertij Ordinis Fratres, & Sorores tribuebantur, per alias noſtras litteras approbauimus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuimus, & ad eoſdem Miniſtros Generalem, Prouinciales, ac Vicarios Fratrum dicti Ordinis Minorum de Obſeruantia nuncupatorum; necnon Miniſtros,& Fratres dicti Tertij Ordinis etiam extra Italiam, & Regnũ Siciliæ huiuſmodi per vniuerſum orbem conſiſtentes eadem auctoritate extendimus; necnon Generali, & Prouincialibus Miniſtris, ac Vicarijs *prædictis*, & eorum ſucceſſoribus pro tempore exiſtentibus,eoſdem Miniſtros,Fratres,& Sorores Tertij Ordinis, videlicet,infra Prouincias eis, & eiſdem ſucceſſoribus commiſſas, conſiſtentes, caritatiue in capite, & in membris viſitandi, & iuxta regularia inſtituta dicti Tertij Ordinis inſtruendi reformatione,& correctione indigentia,etiam per ablationem Mantelli,& habitus dicti Tertij Ordinis, ſi id grauitas exigeret, corrigendi, & reformandi;volentes quoq;ad ipſum Tertium Ordinem, & illius viuẽdi modum aggregari recipiendi, & habitum,ſiue mantellum iuxta morem dicti Tertij Ordinis eis exhibendi eadem auctoritate, licentiam conceſſimus, & etiam facultatem; diſtrictius inhibentes locorum ordinarijs, & alijs quibuſcumq; perſonis cuiuſuis ſtatus, gradus,vel conditionis exiſterent,& quacumq;auctoritate fungerentur,ne prætextu quarumuis litterarum,& facultatum eis forſan conceſſarum, & pro tempore concedendarum de præmiſſis, quæ ad ipſos Generalem, & Prouinciales Miniſtros, ac Vicarios ſpectant, ſe quomodolibet impedire præſumerent;ac decreuimus ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis occaſione, vel cauſa latis contigerit attentari, prout in eiſdem literis plenius continetur.

3 Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Miniſtrarum, & Sororum Bruxellen. & Aluſten. ac aliarum Domorum Cameracen.& Morinen.ac Tornacen.diæ-

ceſis dicti Tertij Ordinis petitio continebat, Miniſtra, & Sorores Domus Bruxellenſis huiuſmodi per viginti ſex annos ſub cura, & regimine Vicarij etiam Fratrum dicti Ordinis Minorum Prouinciæ Franciæ de Obſeruantia nuncupatorum, ſecundum morem eiuſdem Ordinis Minorum extiterint, ac Domus Aluſtenenſis Miniſtræ, & Sorores huiuſmodi priuilegijs, gratijs, & immunitatib. à pluribus Romanis Pontificibus etiam prędeceſſoribus noſtris conceſſis tamquam de dicta Prouincia Franciæ communiter vti conſueuerint; & ab aliquibus reuocetur in dubium, an Miniſtræ, & Sorores ipſarum Bruxellen. & Aluſten. Domorum, quę in limitibus Prouinciæ Colonię ſecundum dictum morem, vt aliqui aſſerunt, conſiſtunt ſub cura, & regimine Vicarij, & Fratrum Prouincię Franciæ huiuſmodi viuendo, ſicut ante literas prædictas noſtras vixerant, priuilegijs, gratiis, & immunitatibus prædictis gaudeant, & Miniſtræ dictarum Domorum Sorores ad earum modu recipere, & eis habitum dicti Tertii Ordinis exhibere poſſint, ſine earum Regulæ, quæ id per Miniſtros ipſius Tertii Ordinis fieri præcipit, & dictarum literarum noſtrarum tranſgreſſione.

4 Pro parte Miniſtrarum, & Sororum Domorum prędictarum, quę ipſæ Sorores, & Miniſtra aſſerunt, vigintiquinq; numera ſunt, & quarum Sorores tria ſubſtantialia vota auctoritate Apoſtolica emittunt, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis ſuper eis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque huiuſmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica prędicta tenore preſentium.

5 Statuimus, & ordinamus, quod Bruxellenſis, & Aluſtenenſis Domus prædictæ ſub cura, & regimine Vicarii Prouinciæ Franciæ huiuſmodi permanere; necnon priuilegiis, gratiis, & immunitatibus prædictis gaudere debeant. Et eadem auctoritate decernimus, & declaramus, quod Miniſtræ Domorum prædictarum Sorores de dicti Vicarii Prouinciæ, ſeu Viſitatorum ab eo deputatorum pro tempore conſenſu ad earum modum viuendi recipere, & eis habitum dicti Tertij Ordinis exhibere poſſint, abſq; Regulę, & literarum noſtrarum prædictarum tranſgreſſione: Necnon dicto Vicario Prouinciæ Franciæ, vt ipſarum Miniſtrarum, & Sororum curam, & regimen non dimittat. Mandamus, ac Miniſtro Tertij Ordinis huiuſmodi, ne ſe de Sororib. Domorum prædictarum

Digitized by Google

rum intromittat inhibemus ſub cenſura eccleſiaſtica auctoritate prædicta. Non obſtantibus, &c. Nulli ergo, &c. Si quis, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno I.D. 1477. XVII. Cal. Nouemb. anno ſeptimo. *Ideſt 16. Octobris, Ordinis 257. Religionis 78.*

Vading. tom. 7. Bulla 28. ex Reg. Vatic. lib. 21. fol. 125.

Bulla citata hic Innocentij IV. eſt VI. ſupra.

BVLLA CLXVI.

Sixtus IV. ad inſtantiam Antonellæ Pelegonę relictę q. Leonelli Falconerij concedit facultatem Sororibus conſtruendi Domum in Vrbe Tranenſi.

1 Benignè petitiones alias exaudire curamus, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod tu diu mente reuoluens humana labentia, & tranſitoria fore, & nihil eſſe perpetuo duraturum, niſi quod in gazofilatio Ieſu Chriſti reconditur, expedireq; plurimum homini in hac vita migrari contigerit, de ſua villicatione præmium conſequi valeat ſempiternum, idq; fieri poſſe cenſens, ſi homo de bonis ſibi à Deo collatis indigentibus elargitur, aut pijs locis, & religioſis, qui diuinorum celebratione diebus, ac noctibus orationibus, & ieiuniis pro ſalute fidelium Deum præcantur, eroget.

2 Ac cupiens adimplere voluntatem cuiuſdam filii tui prędefuncti, necnon pro tuę, mariti, ac aliorum attinentium tuarum animarum ſalute pie voluiſti, & ordinaſti, quod apud Capellam S. Ioannis Tranenſis conſtitueretur vnum Hoſpitale pro infirmis, languidis, & alijs miſerabilibus perſonis inibi recipiendis, quod Hoſpitale Leonelli Falconerij nuncuparetur, & illi licet nondum conſtructo, ac tunc Vicario bonæ memoriæ Ioannis Archiepiſcopi Tranenſis in ſpiritualibus Generali pro illorum recipienti ea donatione, quæ dicitur inter viuos certa bona mobilia, quorum fructus, redditus, & prouentus ſeptuaginta florenorum auri de camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedunt, ac iuſpatronatus, quod habebas in capella prædicta, in qua diuina celebrarentur officia, de conſenſu dilectorum filiorũ Petri de Lambertinis vtriuſq; iuris Doctoris, & Trimizari de Boſimiro militis civium Tranenſium Munualdorum tibi ad hoc da-

torum,& interueniēte decreto dicti Vicarij libere donaſti,ac proprio iuramento promiſiſti contra donationem huiuſmodi nullatenus venire, & illa inuiolabiliter obſeruare, prout in quodam inſtrumento deſuper confecto dicitur plenius continetur.

3 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, tu dubites, ne tempore procedente contingat in Hoſpitali huiuſmodi, ſi conſtruatur, hoſpitalitatem non ſeruari, prout in alijs multis hoſpitalibus viſum eſt fieri,& quotidie fit, & bona prædicta in alios,quam miſerabilium perſonarum vſus conuerti; ac propterea cupias, quod loco Hoſpitalis prædicti conſtruatur vna Domus Sororum Tertij Ordinis Beati Franciſci de Pænitentia nuncupati, quæ ſub cura, & directione profeſſorum Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum regatur, & gubernetur. Pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt te ab obſeruatione præmiſſorum, præſtitiq; deſuper iuramenti prædicti abſoluere, & liberare, ac tibi, quod bona prędicta in pium opus conſtructionis Domus dictarum Sororum conuertantur ordinare, & illi prædicta bona donare valeas, perinde ac ſi illa præfato conſtruendo Hoſpitali non donaſſes, & alio præmiſſa in fauorem Hoſpitalis huiuſmodi non ordinaſſes, concedere, aliaſq;ſuper his opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos donationis, & deſuper confecti inſtrumenti tenorem pręſentibus pro expreſſo habeutes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,te à iuramento prædicto,illiuſq;obſeruatione auctoritate Apoſtolica præſentium tenore abſoluimus, & liberamus; ac tibi, vt de prædictis bonis donatis,vt pręfertur, Domum prędictam conſtrui facere, ſeu vt conſtruatur, aut etiam conſtructa amplietur ordinare, & illi bona prædicta largiri, & donare libere, & licite valeas, perinde ac ſi dicta bona præfato conſtruendo Hoſpitali non donaſſes, & alia pręmiſſa in illius fauorem non feciſſes,licentiam cōcedimus,& etiam facultatem, & ordinationem quamcumq;quam per te de bonis ad commodum conſtruendę Domus prędictę, & illius Sororum fieri continget obſeruari decernimus per pręſentes. Non obſtantibus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romę apud S. Petrum anno I.D.1477. nonis Ian.anno ſeptimo. *Ideſt 5. Ianuarij, Ordinis 257. Religionis 78.*

Vading tom.7.Bulla 31.ex lib. 14. fol.225.

BVL-

BVLLA CLXVII.

Sixtus IV. ſcribit Canonico Anconitano de Malagrisijs vt concedat Sororibus Tertij Ordinis Viterbienſibus Prioratum SS. Simonis, & Iudæ.

1 Regimini vniuerſalis eccleſiæ præſidentes, &c. Dudum ſiquidem felicis recordationis Eugenio Papæ IV. prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum filiorum Communitatis Ciuitatis Viterbij expoſito, quod Prioratus ſine cura SS. Simonis, & Iudæ Viterbienſis Ordinis S. Baſilij propter guerras, & turbines, alioſq; ſiniſtros euentus ibidem tunc vigentes à decem annis tunc proxime diuerſis fructibus extiterat deſtitutus, ipſiuſq; Prioratus eccleſiæ, & Domus ruere cernebantur, & quod ſi dictus Prioratus dicto Ordine ibi ſuppreſſo dilectis filijs Societati pauperum Apoſtolorum pauperis vitæ nuncupatorum, applicaretur, & aſſignaretur, ex tūc dilecti filij Baptiſta Vannis de Firmo vnus ex pauperibus prædictis cum Communitatis, aliorum Chriſti fidelium pijs ſuffragijs reparationi eccleſiæ, & Domus huiuſmodi intendere volebat, cum non modica conſolatione incolarum ciuitatis prædictæ.

2 Idem Eugenius prædeceſſor noſter Communitatis prædictorum in ea parte ſupplicationibus inclinatus bonæ memoriæ Franciſco Epiſcopo Corneratenſi in Patrimonio Beati Petri in Tuſcia pro ipſo Eugenio prædeceſſore, & Romana eccleſia tunc Gubernatori ſuis dedit literis in mandatis, vt vocatis, qui forent euocandi ſuper premiſſis, & eorum circunſtantijs ſe diligenter informaret, & ſi per informationem eandem ita eſſe reperiret, ſuper quo conſcientiam ſuam onerauit, Prioratum prædictum, Ordine prefato, & dependentia à quocumq; Monaſterio, ſeu alio regulari forſan loco dependeret, inibi ſuppreſſis, eiſdem pauperibus per eos perpetuo tenendum aſſignaret, prout in eiſdem literis plenius continetur.

3 Et deinde nuper exhibita Nobis pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Calidoniæ Miniſtræ, et Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci de Penitentia nuncupati in quadam Domo dictæ Ciuitatis commorantium, et in communi honeſtè viuentium petitio continebat, quod dictus Epiſcopus ad dictarum literarum executionē earum forma ſeruata procedens Prioratum ipſum, ſuppreſſis inibi Ordine,

Ordine, et dependentia prædictis eiſdem pauperibus pro eorum Domo, et habitatione conceſſit, ipſiq;pauperes poſtquam Domũ ipſam SS.Simonis, et Iudæ aliquandiu poſſederant, pro derelicta habuerint, et eius ſtructuræ, et ædificia miſerabili ruinę ſubiacent de præſenti; et quod ſi Domus ipſa cum Eccleſia prędicta eiſdem Miniſtrę, et Sororibus pro earum Domo,et habitatione concederetur,Miniſtra, et Sorores pręfatę Domum ipſam ex pijs Chriſtifidelium elemoſinis, et alias iuxta earum facultates repararent, et inibi pie, et honeſte viuerent.

4 Quare pro parte Miniſtrę, et Sororum prędictarum Nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt præfatam Domum Sanctorum Simonis, et Iudę eiſdem Miniſtrę,et Sororibus pro earum habitatione concedere, et alias ſuper his opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui perſonarum, et locorum regularium quorumlibet iugem profectum intenſis deſiderijs affectamus, de premiſſis certam notitiam non habentes huiuſmodi Miniſtrę,et Sororum,ac pro eis Nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantium Communitatis prędictorum ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta.

5 Mandamus,quatenus de premiſſis omnibus, et ſingulis,ac earum circunſtantijs vniuerſis auctoritate noſtra diligenter te informes, et ſi per informationem eandem ita eſſe repereris,ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, Domum Sanctorum Simonis, et Iudę huiuſmodi cuius fructus, redditus, et prouentus duorum florenorum auri de camera ſecundum communem ęſtimationem valorem annum, vt aſſeritur non excedunt, ſiue per deſtitutionem huiuſmodi, ſiue alias quouis modo, aut ex alterius cuiuſcumq;perſona vacet, etiam tanto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilij ad Sedem Apoſtolicam legitime deuoluta; ipſaque Domus diſpoſitioni Apoſtolicę ſpecialiter reſeruata ſit,et ſuper ea inter aliquos ſui, cuius ſtatum pręſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa. Dummodo tempore datę pręſentium non ſit in ea alicui ius quęſitum, cum omnibus iuribus, et pertinentijs ſuis Miniſtrę,et Sororibus prædictis per eas, iuxta earum ritus,mores, et cõſuetudines,tenendam, regendam, et gubernandam auctoritate noſtra concedas; inducens per te, vel alium, ſeu alios Miniſtram, et Sorores prędictas,

vel

vel procuratorem earum, nomine earum in corporalem poſſeſſionem Domus SS. Simonis, et Iudę iuriumq; et pertinentiarum prędictorum, et defendens inductas, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens eiſdem Miniſtrę, et Sororibus de ipſius Domus fructibus, redditibus, et prouentib. iuribus, et obuentionibus vniuerſis integrè reſponderi. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantib. præfati Eugenij prędeceſſoris literis prędictis, et alijs, etc. Datum Romę apud S. Petrum anno I.D. 1478. Cal. Ianuarij anno octauo. *Id eſt 17. Decembris, Ordinis 258. Religionis 79.*

Vading. tom. 7. Bulla 34. ex lib. 133 fol. 221.

BVLLA CLXVIII.

Sixtus IV. ſtatuit votum emiſſum, & emittendum eſſe ſolemne, & inducere omnes illos defectus, quos producit ſolemne proceſſionis votum in alijs religionibus.

1 Ad Chriſti Vicarij præſidentis in ſpecula Apoſtolicę dignitatis prouiſa circumſpectione pertinere dignoſci ur quarumlibet perſonarum Altiſſimo, ſub regulari habitu, mundanis oblectationibus abiectis ſedulo famulantium, qualitatis attendere, ſicque feruenter inuigilare profectibus, vt ab eis omnibus dubietatis materia, quę ſalutem animarum, obnubilare videtur, auferatur, & contemplationis ſuauitate quieſcere valeant, ac tranquillum reddere Domino famulatum.

2 Sanè iam dudum accepimus, quod quidam Fratres, & Sorores Tertij Ordinis Beati Franciſci, ex ſpeciali conceſſione noſtra, & prædeceſſorum noſtrorum, collegialiter viuentes, poſt annum probationis, in manibus ſui Miniſtri, vel Miniſtræ, ab eorum collegio canonice electi, vel electæ, vouent, & promittunt obedientiam, paupertatem, et caſtitatem perpetuam ſolemniter, coram toto ſuo collegio, dubitaturq; à pleriſq; an tale votum ſit ſolemne, & obliget, ſicut tale.

3 Nos igitur, qui ordini prædicto, et in illo, Altiſſimo famulantibus perſonis, vt vota ſua firmiori ſtatu Chriſto cui vouerunt quietius perſoluere valeant, & animarum periculis, quantum poſſumus prouidere, intenſis deſiderijs, affectamus, auctoritate Apoſtolica, tenore

tenore præſentium, decernimus, et ſtatuimus, votum pręfatum, ſic (vt præmittitur) emiſſum, vel quod emittetur in futurum, de cætero habeat vim, & valetudinem voti ſolemnis, ac omnem inducat effectum, quem inducit votum ſolemne, factum cuicumq; de religionibus à Sede Apoſtolica probatis: diſtrictè præcipiendo mandantes, omnibus, & ſingulis cuiuſcumq; gradus, dignitatis, ordinis, aut conditionis fuerint, ſub quorum cura, aut iuriſdictione Fratres, vel ſorores prædicti degunt, vel morantur, aut degere, aut morari contigerit in futurum: ne de cętero, Fratres, vel Sorores prænominatos, præfatum votum, modo prædicto emittentes, matrimonium contrahere de cętero, ſeu ante contractum conſummare, aut religionem ipſam dimittere, aut ad ſecularem vitam redire permittant.

4 Quodque, ſi ipſi Fratres, vel Sorores contrarium fecerint, matrimonium huiuſmodi nullum fuiſſe, & eſſe, eadem auctoritate decernant: ac ipſos Fratres, vel Sorores id facientes, excommunicationis ſententiam innodatos fore tandiu denuntient, donec ad cor reuertentes, habitum dictæ religionis reaſſumant, & votum, ac profeſſionem ſuam, iuxta ſtatuta, & conſuetudines dicti Ordinis, prędicto modo collegialiter viuentes, obſeruent: meruerintq; ab huiuſmodi excommunicationis ſententia à ſuis ſuperioribus abſolutionem obtinere.

5 Non obſtantibus conſtitutionibus fęlicis recordationis Bonifacij Papę VIII. prędeceſſoris noſtri, & alijs quibuſcunq; Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrę ordinationis, inhibitionis, & conſtitutionis, infringere, vel ei auſu temerario contraire, &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę 1480. Cal. Decemb. Pontificatus noſtri anno decimo. *Ordinis* 250. *Religionis* 81.

Vading. ad annum hunc ſub num. 40. *tom.* 7. *ex Speculo Min. tract.* 2 *fol.* 39. *de Sillis fol.* 50. *Rodr. Bullæ* 25. *fol.* 160. *ex Bullar. Congreg. Gallicanæ fol.* 26.

BVLLA CLXIX.

Sixtus IV. ſcribit Abbatibus Monaſteriorum S. Martini ad Gemellos intra, & S. Ioannis extra muros Ambianenſes, & S. Friſſiani Ambanienſis

Digitized by Google

mienſis diaceſis, vt Sorores admittantur ad regendum Hoſpitale Ambianenſe.

1 Et ſi locorum piorum quorumlibet, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Ioannæ de VVernich Magiſtræ, & tredecim Sororum Tertij Ordinis Beati Franciſci de Pænitentia nuncupati in Hoſpitali pauperum S. Nicolai de Coqueres nuncupati infra metas parochialis Eccleſiæ S. Firmini Ambianenſis petitio continebat, quod olim quondam Ægidius Rauyn Ciuis Ambianenſis, & Celaya eius vxor de animarum ſuarum ſalute recogitantes, &c. dictum Hoſpitale pro quadraginta pauperibus inibi recipiendis, ſi tot ad illud declinarent, quibus certæ tunc expreſſæ elemoſinæ iuxta ipſius loci facultates erogarentur, & alia ibidem caritatis opera exercerentur, de licentia, & conſenſu tunc Epiſcopi Ambianenſis conſtrui, & ædificari fecerunt, qui quidem Epiſcopus inter alia ordinauit, vt in dicto Hoſpitali vna Capella conſtrueretur, prout conſtructa fuit, pro miſſis, & alijs diuinis officijs iuxta ordinationem ipſius Epiſcopi inibi celebrandis, prout in literis autenticis ipſius Epiſcopi deſuper confectis, plenius continetur.

2 Et deinde cum ſuperioribus annis in Regno Franciæ, & Comitatu Arteſij diræ guerræ vigerent, prout adhuc vigent, & ipſa Ioanna Magiſtra, & Sorores Hoſpitalariæ nuncupatæ ſub cura Vicarij Prouincialis Fratrum Prouinciæ Franciæ Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum, ad Ciuitatem prædictam refugij cauſa ſe contuliſſent, & à dilectis filijs Maiore, & Scabinis dictæ ciuitatis humiliter petijſſent, vt eis aliquem pium locum, in quo ſe receptare, & Altiſſimo in humilitatis ſpiritu deſeruire, ac caritatis opera exercere poſſent diuinæ pietatis intuitu aſſignarent; præfati Maior, & Scabini conſiderantes, quod Magiſtra, & Sorores prædictæ in dicto Hoſpitali commode habitare, & Altiſſimo famulari, & caritatis opera huiuſmodi iuxta earum pium propoſitum, ac loci exigentiam exercere poſſent, Hoſpitale prædictum, quantum in eis fuit eiſdem conceſſerunt, & aſſignarunt; ipſæq; Magiſtra, & Sorores tenuerunt, & poſſederunt, prout tenēt, & poſſident de præſenti, laudabiliter, & deuote ibidem viuendo, ac opera caritatis diligenter exercentes.

3 Quare pro parte Magiſtræ, & Sororum Nobis fuit humiliter ſup-

 plicatum,

plicatum, vt conceſſioni, aſſignationi prædictis, pro earum ſubſiſtentia firmiori, &c. dignaremur.

4 Nos igitur, qui huiuſmodi Hoſpitalium, ac perſonarum inibi degentium iugem profectum, quantum cum Domino poſſumus, procuramus, & de præmiſſis certam ſcientiam non habentes, eorumdem Maioris, & Scabinorũ Nobis ſuper hoc pro dictis Magiſtra, & Sororibus humiliter ſupplicantium, &c.

5 Mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, ſi, & poſtquã vocatis Rectore dictæ Eccleſiæ, & alijs, qui fuerint euocandi, de præmiſſis vobis legitime conſtiterit, ſine præiudicio cuiuſcumq; dicti Hoſpitalis conceſſionem, & aſſignationem prædictas eiſdem Magiſtræ, & Sororibus, vt præfertur factas per Maiorem, & Scabinos prædictos auctoritate noſtra approbetis, & confirmetis, ſuppleatiſq; omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

6 Et vt ſine præiudicio cuiuſcumq; presbiter idoneus ſecularis, vel regularis ipſis nunc, & pro tempore exiſtentibus Magiſtræ, & Sororib. præfatis ad hoc per Vicarium prædictum pro tempore exiſtentem deputatus earum confeſſiones diligenter audire, & in ſingulis non reſeruatis caſibus de abſolutionis beneficio prouidere, & penitentiam ſalutarem iniungere.

7 Ac in dicta Capella Miſſas, & alia diuina officia alta, vel ſubmiſſa voce, prout expedierit, celebrare; & in diebus Dominicis aquam, vt moris eſt, benedicere. Ipſæq; Magiſtra, & Sorores Campanam inibi exiſtentem, dum opus fuerit, pulſari. Et Euchariſtiæ Sacramentum in loco congruo, & honeſto in dicta Capella reponi, & cum ea, qua decet reuerentia cuſtodiri facere; & illud, & Sacramentum Extremæ Vnctionis ab eodem Capellano, qui illa eis miniſtrare poſſit, recipere; necnon in dicto Hoſpitali menſam cum reliquijs, & Santuarijs approbatis, ac truncum ligneum, vel lapideum, prout expediens fuerit, pro oblationibus fidelium ad reparationem, & ſubuentionem prædictas oblatarum reponendis, & conſeruandis teneri. Cæmeterium quoq; apud Hoſpitale ipſum habere, & benedici facere, quodq; prędictæ.

8 Et pro tempore exiſtentes dicti Hoſpitalis Magiſtra, & Sorores omnibus, & ſingulis exemptionibus, priuilegijs, libertatibus, & indulgentijs alijs Domibus, Magiſtris, Sororibus Ordinis eiuſdem

con-

Digitized by Google

conceſſis, & in poſterum concedendis vti, & gaudere libere, & licite valeant auctoritate noſtra concedatis pariter, & indulgeatis; iure parochialis eccleſię, & cuiuslibet alterius in omnibus ſemper ſaluo, data propterea ei debita recompenſa veſtro arbitrio moderanda. Non obſtantibus Viennenſis Concilij, & alijs, etc. Datum Romæ apud S. Petrum anno I.D. 1483. Nonis Septembris, anno decimo tertio. *Ideſt quinto Septembris. Ordinis 263. Religionis 84. Vading. tom. 7. Bulla 42. ex lib. 199 fol. 97.*

INNOCENTIVS PAPA VIII.

IOannes Baptiſta Cibò Genuenſis, Presbiter Cardinalis S. Laurentij in Lucina creatus vigeſimo nono Auguſti, & duodecimo Septembris coronatus fuit anno 1484. obijt vigeſimo quinto Iulij 1492. ſepultus in Baſilica S. Petri. Decem exhibuit.

BVLLA LXX.

INnocentius VIII. ſcribit Decano Cartaginenſi, & Scholaſtico Conchenſi, vt Hoſpitale S. Brigidę conuertant in Domum Sororum.

1 Rationi congruit, etc. Dudum ſiquidem felicis recordationis Sixto Papę IV. prædeceſſori noſtro pro parte dilecti filij Franciſci Moraton. laici terræ Murcię Cartaginēſis diœceſis expoſito, quod olim quondam Tereſia vidua relicta quondam Gulielmi Roqueline laici militis dictę Terrę ſuum in eius vltima voluntate condens teſtamentum, inter alia voluerat, quod in quadam domo dictę Terrę ad eam pertinente ſub inuocatione S. Brigidę inſtituta decens hoſpitalitas pauperum ad eam confluentium ſeruaretur, eſſetq; domus ipſa de iurepatronatus laicorum, prout in dicto teſtamento plenius continebatur.

2 Et in eadem expoſitione ſubiuncto, quod bona dictæ Domus pro magna parte diſſipata, & deteriorata erant, et hoſpitalitas in ea commode teneri nequibat, Dictuſq; Franciſcus eiuſdem Domus patronus conſiderans tantam, et admodum paruam hoſpitalitatē ibidem teneri, ac cupiens indemnitati dictæ Domus prouideri, eamq; pijs vſibus applicari, nonnullas Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati in dicta Domo habitare permiſerat,

miſerat, prout illam nunc inhabitabant, etc. Ac pro parte eiuſdem Franciſci dicto prædeceſſori humiliter ſupplicato, vt Domum ipſam perpetuis vſibus Sororum dicti Ordinis, quæ tunc inibi habitabant, et aliarum, quę per ipſas, et dictum Franciſcum eligerentur, etc. dignarentur.

3 Idem Sixtus prædeceſſor de præmiſſis certam notitiam non habens, huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus ſub data videlicet XII. Calendas Maij Pontificatus ſui anno vndecimo voluit, et conceſſit certis iudicibus dari in mandatis, ut ipſi, uel alter eorum, etc.

4 Mandamus, quatenus uos, uel alter ueſtrum, ſi, & poſtquam de præmiſſis eidem prædeceſſori expoſitis, & aſſertis uobis legitime conſtiterit, Domum præfatam perpetuis uſibus Sororum dicti Ordinis, quæ à dicta die duodecimo Calendas Maij inibi habitabant, & nunc inhabitant, & aliarum, quæ per ipſas eligentur, & introducentur, & quæ pro tempore erunt, & aſſumentur auctoritate noſtra applicetis, & in hoc piam uolũtatem dictæ teſtatricis, abſq; tamen præiudicio iuriſpatronatus huiuſmodi commutetis in uoluntatem, & conceſſionem Sixti prædeceſſoris antedicti. Non obſtantibus omnibus ſupradictis. Datum Romæ apud S. Petrum anno I.D. 1484. pridie idus Septembris, anno primo. *Ideſt 12. Septembris, Ordinis 263. Religionis 85.*

Vading. tom. 7. Bulla 2. ex lib. 1. eius Regeſti fol. 122.

BVLLA CLXXI.

INnocentius VIII. ſcribit Archidiacono de Stumez, & Scholaſtico, ac Officiali Toletano, vt concedatur facultas Sororibus Domus de Alcaraz transferendi Conuentum in locum meliorem.

1 Sedis Apoſtolicæ gratioſa benignitas, &c. Sane pro parte dilectarum filiarum Sororum Domus Terræ de Alcaraz Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati Toletanæ diæceſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſæ, quæ in dicta Domo alias dictę Terrę, & Archiepiſcopi Toletani iuxta modum uiuendi dicti Ordinis in communi uiuentes..... duntaxat exiſtant, quarum ſeptem per Sorores dicti Ordinis emitti ſolitam regularem profeſſionem, prout reliquę non nouitię, ſed & profeſſionem huiuſ-

huiuſmodi nondum emiſerant, cupiunt Domum ipſam in eadem, vel alio loco magis commodo, & honeſto conſtrui, ampliari, & reformari, &c.

2 Quare pro parte dictarum Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum vt eis vnam Domum Sororum huiuſmodi conſtrui facere, ac in ea ſub obedientia, cura, directione, viſitatione præfatis vitam ducere, & à confeſſore dicti Ordinis Fratrum Minorum, &c. Nos igitur, qui religionis propagationem, & omnium animarum ſalutem intenſis deſideramus affectibus, &c.

3 Mandamus, quatenus vos, vel duo, vel vnus veſtrum prædictis Sororib. vt in prædicto, vel alio loco decenti, & honeſto intra, vel extra dictæ Terræ muros ipſis Sororibus grato, & accepto vnam Domum Sororum dicti Ordinis cum Oratorio, &c. Ac ſub obedientia vnius earum Matris, ſeu Magiſtræ pro tempore per alias Sorores eligendæ, & aſſumendæ de communi, &c. Et ſi voluerint in manibus Vicarij, ſeu Miniſtrę obedientiæ, paupertatis, caſtitatis perpetua vota emittere.

4 Necnon omnibus, et ſingulis priuilegijs, gratijs, fauoribus, et indultis ſpiritualibus, & temporalibus dicti Ordinis profeſſoribus vtriuſq; ſexus, & domibus earum per Sedem Apoſtolicam, vel alias in genere conceſſis, et quibus aliæ Domus dicti Ordinis, et in illis degentes Sorores, et Fratres pro tempore potiuntur, et gaudent, ac vti, potiri, et gaudere poſſunt quomodolibet in futurum vti, potiri, et gaudere libere, et licite valeant, de conſenſu quorum intereſt, et ſine præiudicio cuiuſcumq; auctoritate noſtra concedatis. Non obſtantibus Viennenſis Concilij, et alijs, etc. Datum Romæ apud S. Petrum anno I. D. 1486. V. idus Iunij, anno ſecundo. *Id eſt 9. Iunij, Ordinis 265. Religionis 87.*

Vading. tom. 7. Bulla 7. ex lib. 27. fol. 248.

BVLLA CLXXII.

I*Nnocentius VIII. declarat Sorores, non comprehendi in conſtitutione Ioannis XXII. contra Beguinas.*

1 Dudum per fœl. rec. Ioannem Papam XXII. prædeceſſorem noſtrum, accepto, quod nonnulli fraticelli, ſeu fratres de paupere vita, ſeu Bizocho, vel alijs nominibus nuncupati, habitum verę

Reli-

Religionis aſſumentes, conuentiones, et conuentula facere, et ſuperiores ſibi eligere, plurimos ad eorum ſtatum recipere, loca de nouo conſtruere, et in illis, in communi habitare, publicè mendicare, quaſi ſi eorum ſecta foret vna de religionibus approbatis, temeritate damnabili prǫſumpſerint, et prǫſumebant inceſſanter.

2 Quorum primi tunc regulam, quam B. Franciſcus inſtituerat, profiteri, et ad literam obſeruare, et à Generalis, et Prouincialium Miniſtrorum Ordinis Fratrum Minorum, ſuperioritate, per Celeſtinum Papam V. prǫdeceſſorem noſtrum, exemptos eſſe, nonnulli verò ſe de Tertio Ordine B. Franciſci de Pœnitentia nuncupati, fore ſe aſſerebant, et ſub velamine huiuſmodi eorum ſtatum, ritũ, et ſectam palliare ſatagebant, idem Ioannes prǫdeceſſor, in conſtitutione ſua incipienti, Sancta Romana et Vniuerſalis Eccleſia, ſectam, ritum, & ſtatum eorumdem improbans, et ſub excommunicationis pœna, eo ipſo incurrenda, eis, et omnibus alijs perſonis inhibuit, ne ſectam, ritum, ſiue ſtatum huiuſmodi ſectarentur vlterius, vel ipſum de nouo aſſumere, quoquomodo prǫſumerent, prout in eadem conſtitutione plenius continetur.

3 Et nonnulli timoratǫ conſcientiǫ, vt aſſeritur, dubitant, an ſorores verǫ de Tertio Ordine prǫdictǫ exiſtentes, iuxta illius regularia inſtituta, in communi domo, ſub vnius ſuperioris earum matris ſuǫ obedientia, cura, et directione prǫlatorum veſtri Ordinis, aut aliorum proborum religioſorum, vitam ducentes in conſtitutione prǫdicta includantur, paci conſcientiarum ſic dubitantium conſulere, et ſcrupulum de illis remouere cupientes, ſorores prǫdictas, vbilibet per vniuerſum mundum conſiſtentes, etiamſi in communi viuentes, ad plura alia, quam Ordo ipſe exigat, ſe propria voluntate aſtringant, et tria vota eſſentialia emittant, in conſtitutione prǫdicta non includi, auctoritate Apoſtolica, prǫſentium tenore declaramus, vt eis, et velum nigrum aſſumere, et ſub perpetua clauſura manere, liberè, et licitè valeant, quoties eis placuerit, et vobis, aut alijs earum ſuperioribus videbitur earum ſtatui expedire, eadem auctoritate concedimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romǫ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, anno Domini 1487. die 22. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno tertio. *Ordinis 267. Religionis* 88.

Apud de Sillis fol. 51.

BVLLA CLXXIII.

INnocentius VIII. ſcribit Archiepiſcopo Compoſtellano, Priori ſecularis Collegiatæ Eccleſiæ D. Mariæ de Valleſoleto Palẽtinæ diœceſis, & officiali Palentino, vt concedatur Sororibus facultas emittendi tria vota ſubſtantialia in earum Domo Valiſoletana.

1 Sedis Apoſtolicę gratioſa benignitas, etc. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Ioannę de Hermoſille Matris, et Sororis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati in quadam domo, quam dicta Ioanna de ſuis, et aliarum deuotarum perſonarum ad id pie oblatis bonis, iamdudum ędificari fecit in Valleſoleto Palentinę diœceſis commorantium.

2 Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ſi domus prefata ad inſtar aliarum Domorum Sororum dicti Ordinis in communi viuentium, et tria ſubſtantialia Religionis vota emittentium, pro earum, et aliarum dicti Ordinis Sororum, quæ illam inhabitare voluerint perpetuis vſu, et habitatione reformaretur, et Curę Vicarij Prouincialis Fratrum Prouincię de Santoyo Ordinis Fratrum Minorum, de Obſeruantia nuncupatorum ſecundum morem dicti Ordinis pro tempore exiſtentis, committeretur, et vt ipſe, ac eiuſdem Domus pro tempore Mater, et Sorores tria religionis ſubſtantialia vota in eiuſdem Vicarij manibus emittere, &c. Nos igitur, &c.

3 Mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum prædictis Ioannæ, & Sororibus, vt Domum prædictam ad inſtar aliarum Domorum Sororum dicti Ordinis S. Franciſci in communi viuentium, & tria ſubſtantialia vota emittentium cum eccleſia, campanili humili, campana, cæmeterio, dormitorio, refectorio, clauſtro, hortis, hortalitijs, & alijs neceſſarijs officinis pro earum, & aliarum dicti Ordinis Sororum, quæ illam inhabitare voluerint, perpetuis vſibus, & habitatione reformandi; & in ea ſub obedientia vnius earum Matris, ſeu Magiſtrę pro tempore per alias Sorores eligẽdę, & aſſumendæ in communi, ſub dicti Ordinis de Pęnitentia laudabili viuendi modo, cura, directione, viſitatione, & correctione dicti Vicarij vitam laudabilem, & Deo gratiam cum odore bonæ famę ducere.

4 Et à confeſſore dicti Ordinis Fratrum Minorum profeſſore per

præ-

præfatum Vicarium in Capitulo Prouinciali Fratrum dictę Prouincię, ſeu extra pro tempore deputando Pęnitentię, et Eucharistię, et Extremę Vnctionis Sacramenta recipere. Et ſi voluerint in manibus dicti Vicarij, vel alterius, cui idem Vicarius id duxerit committendum, obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis perpetua vota emittere.

5 Et diuinum officium alta voce, & ſubmiſſa, iuxta dicti Vicarij diſcretionem, ſeu ordinationem legere, & cantare.

6 Ac per quoſcumq; Sacerdotes ibidem celebrare volẽtes Miſſam, ſeu permittere celebrari; & ab eis de licentia præfati Vicarij Euchariſtiæ Sacramentum, dum opus fuerit, & earum deuotio eis ſuaſerit, recipere.

7 Et in cæmeterio prædicto tam Matris, & Sororum, quam aliarum etiam perſonarum, quæ in habitu prædicti Tertij Ordinis ſepeliri ordinauerint, ibidem ſepelire.

8 Necnon omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, fauoribus, indultis ſpiritualib. & temporalibus dicti Ordinis profeſſoribus vtriuſq; ſexus, & domib. eorum per Sedem Apoſtolicam conceſſis, & quibus aliæ Domus dicti Ordinis, & in illis degentes Sorores, & Fratres pro tempore potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, et gaudere quomodolibet in futurum libere, et licite valeant; iure parochialis eccleſiæ, et cuiuslibet alterius ſemper ſaluo, et ſine præiudicio cuiuſcumq; auctoritate noſtra concedatis. Non obſtantibus, etc. Datum Romæ apud S. Petrum, anno I. D. 1487. IV. idus Octobris anno quarto. *Ideſt 12. Octobris, Ordinis 267. Religionis* 88.

Vading. tom. 7. *Bulla* 14. *ex lib.* 39 *fol.* 78.

BVLLA CLXXIV.

INnocentius VIII. multa concedit fauorabilia Sororibus de Cella Oppidi Dulendij ſub cura Obſeruantium cum priuilegijs.

1 Apoſtolicæ Nobis, licet in ſufficientibus meritis, etc. Dudum felicis recordationis Sixto Papæ IV. prædeceſſori noſtro pro parte dilectarum In Christo filiarum vniuerſarum Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci in Prouincia Franciæ conſiſtentium de Cella nuncupatarum, expoſito, quod ipſæ, quæ ad cuſtodiam infirmorum erant deputatæ, et in S. Audomari, et S. Pauli Hiſdinij Morinenſis

Ab-

Digitized by Google

Abbatiſ-Villæ, et Monſteroli Ambianenſis diæceſis Oppidis Domo habebant, & inibi moram trahebant, ipſumq; Ordinem expreſſe profeſſæ erant, triaq; religionis vota de licentia Sedis Apoſtolicæ emittebant, infirmis quoq; quacumq; infirmitate, ſeu egritudine, & quantumcumq; contagioſa infectis ſeruiebant, & propterea clero pariter, & populo in maximo fauore erant habitæ, ſummopereq; deſiderabant, vt ex tunc de cætero ſub cura, & regimine Vicarij Prouincialis Fratrum Ordinis Minorum de Obſeruantia nuncupatorum in dicta Prouincia degentium ad inſtar Sororum dicti Tertij Ordin. in Morin. Tornacen. Cameracen. & Attrebat. diæceſibus conſtitutarum degerent, & Altiſſimo famularentur.

2 Et quod licet pallium nigrum ſupra habitum griſeum, dum foras exeunt, deferre conſueuiſſent, tamen pro eo, quod in ſtatutis, & conſuetudinibus, aut inſtitutis regularibus dicti Tertij Ordinis caueri dicebatur, quod illum profeſſi, & profeſſæ non prorſus albo, vel nigro communiter veſtiantur, dubitabant huiuſmodi pallium abſq; ſcrupulo conſcientiæ deportare poſſe, & cum illud tanto tempore detuliſſent, quod ipſi ſine multa admiratione cleri, & populi nouitatis nota, & plurimorum ſcandalo dimittere non poterant.

3 Idem Sixtus prædeceſſor dictarum Sororum in ea parte ſupplicationibus inclinatus per quaſdam ſuas literas auctoritate Apoſtolica perpetuo ſtatuit, & ordinauit, quod prædictę de Cella nuncupatæ, ac vniuerſę aliæ Sorores dicti Tertij Ordinis in præfata Prouincia, & in prædictis Oppidis, & Domibus, alijſq; locis in eadem Prouincia forſan ædificandis pro tempore degentes, ex tunc de cætero ſub cura, & regimine Vicarij Prouincialis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum in dicta Prouincia degentium ad inſtar Sororum dicti Ordinis in diœceſibus prędictis conſtitutarum degere, & Altiſſimo famulari deberent.

4 Hac omnibus, & ſingulis gratijs, priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, & indultis potiri; necnon prædictum pallium nigrum abſq; ſcrupulo conſcientiæ portare libere, & licite valerent.

5 Et cura, vt aſſerebant, frequentius, quantum vires ſupportabant, infirmorum ſeruitijs occuparentur, quod licet aut aliquæ ex eis legere ſcirent Pſalterium, tamen omnes generaliter loco Hora-

Digitized by Google

rum Canonicarum certis orationibus Dominicis ad quas Regula dicti Tertij Ordinis eundem Ordinem profeſſas illiteratas obligat, eſſent adſtrictæ, conſuetę vero per easdem preces in earum diſcretione, & arbitrio relinquerentur. Ac quod prȩlatus Vicarius Prouincialis loco Miniſtri eiſdem Sororibus de Cella nuncupatis valeret ſufficere.

6 Et nihilominus nonnullas Sorores in Oppido de Leſſinis dictæ Cameracenſis diȩceſis moram habentes, & dictum Tertium Ordinem profeſſas, ac de licentia Ordinarij tria huiuſmodi vota emittentes, quȩ ſub regimine dicti Vicarij degebant; ac gratijs, priuilegijs, immunitatibus omnibus, & ſingulis gaudere poſſint, aliarum Sororum de Cella nuncupatarum prȩdictarum numero, & conſortio de earum conſenſu fauorabiliter aggregarit prout in eiſdem literis deſuper confectis plenius continetur.

7 Et deinde ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Maioris, & Scabinorum, & Oppidanorum Oppidi Dulendij Ambianenſis diȩceſis petitio continebat, ipſi Maior, Scabini, & Oppidani propter pia caritatis obſequia, quæ Sorores prȩdictȩ de Cella vniuerſis infirmis etiam expreſſe, & alijs morbis contagioſis infectis in locis, in quibus degunt, & exhibent ad illas, & earum cordinem gerentes ſpecialem deuotionis affectum, nonnullas Sorores dicti Ordinis, quȩ de alijs earum Domibus prȩdictis ſe ad oppidum prȩdictum Dulendii de licentia ſuorum ſuperiorum in quadam Domo dicti dudum ad vſum Beghinalium Sororum applicata de conſenſu eorum, ad quos dicta Domus pertinet, introduci curarunt, cupiuntq; illas in eadem manuteneri.

8 Quare pro parte tam Maioris, Scabinorum, & Oppidanorum prȩfatorum, quam introductarum in dicta Domo dicti Oppidi Dulendii, & vniuerſarum aliarum Sororum prȩdictarum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt dictam Domum perpetuis vſibus Sororum prȩdictarum applicare, & quod introductæ, & quæ pro tempore Oppidi Dulēdii huiuſmodi inhabitabunt Sorores perpetuis futuris temporibus ſub cura, directione, & obedientia dicti Vicarii degant concedere, & indulgere, ac alias in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

9 Nos igitur, qui ſingulorum votis, propter quæ indigētibus de opportunæ ſubuentionis auxilio prouideatur, quantum cum Domino

nõ poſſumus,libenter annuimus,ac ea fauoribus proſequimur opportunis,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Domum prædictã Oppidi Dulendii vſibus Sororum prædictarum de Cella nuncupatarum auctoritate Apoſtolica, ac tenore præſentium perpetuo applicamus; & quod introductæ, ac quæ pro tempore Domum ipſam inhabitabant Sorores huiuſmodi futuris temporibus ſub cura,directione,& obedientia dicti Vicarii degant;ac omnibus,& ſingulis priuilegiis,gratijs, immunitatibus, & fauoribus à præfato prædeceſſore dictis Sororibus de Cella nuncupatis conceſſis, vti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant, eadem auctoritate tenore præſentium concedimus per præſentes.

10 Diſtrictius inhibentes quibuſcumq; eccleſiaſticis, & religioſis exemptis, & non exemptis, etiam Mendicantibus, & ſecularibus perſonis ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ per Epiſcopos, & ſuperiores eorum, ac excommunicationis latæ ſententię pęnis per inferiores incurrendis,ne Sorores prędictas, quo minus Domo prędicta potiri poſſint, ac ſub cura, & directione huiuſmodi degant, gratijsq; priuilegiis, immunitatibus, fauoribus prędictis gaudere valeant,quomodolibet impediant,ac directe,vel indirecte,tacite, vel occulte inquietent, vel moleſtent. Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ac dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus, cęteriſq; contrarijs quibuſcumq; Nulli ergo, &c. Si quis, &c. Datum Romę apud S.Petrum, anno I.D. 1488. V.idus Ianuarij anno quinto. *Ideſt 9. Ianuarij, Ordinis 268. Religionis 89.*

Vading.tom.7. Bulla 18. ex lib.67.fol.260.

BVLLA CLXXV.

INnocentius VIII. ſcribit Vicario Generali Imolæ, vt concedat licentiam Fratribus conſtruendi Domum in loco Piratelli prope Imolam.

1 Ex iniuncto Nobis,&c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Ancianorum, & Communitatis Ciuitatis Imolenſis petitio continebat, quod ipſi zelo deuotionis accenſi ad laudem diuini nominis, & ob ſingularem, quem ad Tertium Ordinem S. Franciſci Fratrum in habitu Eeremitico Domino famulan-

Digitized by Google

mulantium, ipſosq; Fratres gerunt deuotionis affectum, cupiunt vnam Domum cum ſuis neceſſarijs officinis pro vſu, & habitatione nonnullorum Fratrum dicti Ordinis ſub regulari obſeruantia degentium in diœceſi Imolenſi, conſtrui, & ędificari; quodq; in eadem diœceſi eſt quidam locus *Paradellum* nuncupatus infra limites parochię eccleſię Imolenſis, quę etiam ſpecialem parochiam habere dignoſcitur, ſitus, & à ciuitate prędicta per duo milliaria diſtans pro conſtruenda Domo aptus, & idoneus, vbi eſt quędam columna lapidea, in qua Imago Glorioſiſſimę Dei genitricis Virginis Marię depicta eſt, & in ipſo loco Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad eius genitricis prędictę, vt pie creditur, interceſſionem, diuerſa miracula frequenter oſtendit, propter quod ad locum ipſum cauſa deuotionis, & ipſius Imaginis viſitandę innumerabilis fere populi multitudo confluit, pias oblationes, & elemoſinas larga manu ibidem erogando, vt ex illi aliqui locus inibi ad honorem ipſius Glorioſiſſimę Virginis conſtruatur, in quo aliqui religioſi ſub regulari obſeruantia habitare valeant, qui ibidem diuina officia celebrent, ac oblationum, & elemoſinarum huiuſmodi, nec non ipſius loci curam, & adminiſtrationem gerant.

2 Quare pro parte tam dilectę in Chriſto filiæ nobilis mulieris Catarinæ viduæ quondam Hieronymi de Riario olim Domini Imolę relictę, ac matris, et tutricis dilecti filij nobilis viri Octauiani Imolę moderni Domini, quam Ancianorum, et Communitatis prędictorum, necnon dilecti filij Bernardi de Crema Viſitatoris Generalis per totam Italiam Fratrum dicti Ordinis Congregationis Lombardię nuncupatorum, in habitu Eremitico huiuſmodi degentium, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eiſdem Bernardo Viſitatori, et Fratribus in dicto loco vnam Domum pro vſu, et habitatione perpetuis vnius Miniſtri, et nonnullorum aliorum Fratrum Ordinis, et Obſeruantiæ prædictorum, quæ Domus, et Fratres in ea pro tempore degentium præfatę Congregationi ſubſint, dictaq; Domus illius membrum exiſtat, cum Eccleſia, humili campanili, campana, cemeterio, clauſtro, refectorio, dormitorio, hortis, hortalitijs, et alijs neceſſarijs officinis, abſq; tamen alicuius præiudicio conſtruendi, ædificandi; ipſiſq; Fratribus Domũ huiuſmodi recipiendi, & perpetuo inhabitandi, ac illam iuxta ipſius Congregationis ritus, mores, et obſeruantias regendi, et guber-

ber-

bernandi licentiam concedere, ac alias in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui religionis dilatationem noſtris potiſſime temporibus intenſis deſiderijs exoptamus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta.

3 Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, eiſdem Bernardo Viſitatori, & Fratribus prope dictam Imaginem vnam Domum pro vſu, & habitatione perpetuis Fratrum prædictorum, quorum vnus Miniſter ſit, cum Eccleſia, humili campanili, campana, cæmeterio, clauſtro, refectorio, dormitorio, hortis, hortalitijs, & alijs neceſſarijs officinis, abſq; tamen alicuius preiudicio, conſtruendi, & ædificandi ſeu conſtrui, & ædificari faciendi; illamq; dictæ Congregationi ſubijciendi, vniendi, annectendi, & incorporandi; necnon eiſdem Fratribus Domum ipſam recipiendi, & perpetuo inhabitandi, illamq; iuxta ritus, mores, & obſeruantias dictę Congregationis regendi, & gubernandi; necnon oblationes, & elemoſinas prædictas, ac fructus, redditus, & prouentus, ſi quos in poſterum eis largitione fidelium, vel alias quomodolibet concedi, vel donari contigerit percipiendi, & habendi, ac in ſuos, & dictæ Congregationis vſus, & vtilitatem conuertendi, cuiuſcumq; licentia ſuper hoc minime requiſita licentiam auctoritate noſtra concedas.

4 Nos enim eidem Domui, & Fratribus in ea pro tempore commorantibus, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exēptionibus, libertatibus, & indulgentijs alijs dicti Ordinis Domibus, & Fratribus in genere per Sedem Apoſtolicam conceſſis, & concedendis vti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium indulgemus. Iure tamen parochialis eccleſiæ, & cuiuslibet alterius in omnibus ſemper ſaluo. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. & alijs cōſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romę apud S. Petrum, anno I.D. 1489. VI. Februarij, P.N. anno ſexto. *Id eſt 8. Februarij, Ordinis 269. Religionis 90.*

Vading. tom. 7. Bulla 27. ex lib. 105. fol. 247. & ex Monum. eiuſdem conuentus.

B V L-

BVLLA CLXXVI.

INnocentius VIII. ſcribit Abbatibus monaſteriorum de Laude Ciſterti-enſi, & Phanlepino, & Præpoſito B. Petri Inſulenſis Tornacenſis diæceſum, vt Domus Inſulenſis Sororum transferatur ad Clariſſas.

1 Sedis Apoſtolicæ gratioſa benignitas, &c. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Matris, & Sororum Domus Oppidi Inſulenſis Tertij Ordinis Beati Franciſci de Pęnitentia nuncupati Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſę, quę in dicta Domo in communi viuendo, & tria ſubſtantialia vota religionis, ac ſtatuta dicti Ordinis obſeruando ſub cura dilectorum filiorum Vicariorum Generalis, & Prouincials Fratrum Prouincię Franciæ, &c. cupiant in ordinem S. Claræ ſecundum primæuam ipſius Ordinis inſtitutionem ad inſtar Monialium Monaſterij de *Aue Maria* Pariſienſis ſub perpetua clauſura, &c. Nos igitur, &c.

2 Mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, ſi eſt ita, Domum prędictam in Monaſterium dicti Ordinis S. Claræ cum eccleſia, &c. iure tamen parochialis eccleſię, & cuiuslibet alterius in omnibus ſemper ſaluo, auctoritate noſtra erigatis, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno I. D. 1490. XII. Calend. Maij, anno ſexto. *Ideſt* 20 *Aprilis, Ordinis* 270. *Religionis* 91.

Vading. tom. 7. *Bulla* 29. *ex lib.* 100 *fol.* 181.

BVLLA CLXXVII.

INnocentius VIII. ſcribit Abbati Monaſterij B. M. Midaelburgēſis Traiectenſis diæceſis, & Præpoſito Eccleſiæ S. Saluatoris Traiectenſis, & officiali Traiectenſi, vt confirment erectionem Domus Sororum Ziriſcæ.

1 His, quę pro religionis propagatione, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Ægidij Matris, & Sororum Domus in Nazareth Oppidi Zirixeæ Tertii Ordinis S. F. nuncupati Traiectenſis dięceſis, ac dilecti filii Balduini de Cloringni Fratris dicti Ordinis petitio continebat, quod olim quondam Liuinus de Cats, & Petrus quondam Laurentii Spir Vngels, ac Rolandus Gerardi Coeps, & Petrus Manne laici dictę dięceſis executores teſtamenti quondam Popponij Haymeſus laici

laici tunc incolę dicti oppidi, ipſius Popponis voluntatem,& ordinationem executioni demandare volentes in dicto oppido verſus portam Auſtralem ripę de bonis dicto Popponi à Deo collatis vnam capellam ad honorem Sanctiſſimę Trinitatis, in qua ſingulis diebus perpetuo vna miſſa celebrari deberet, ac iuxta dictam capellam vnum Hoſpitale, pro ſeptem, vel decem pauperibus, &c.

2 Dilecta in Chriſto filia Dorothea dicti Popponis nata,necnon dilecti filii Petrus, Laurentius, & Ioannes quondam Petri Sprigauels, & dictę Dorotheę nati deſiderarent, quod Hoſpitale cum Capella in Domum dictarum Sororum erigeretur. Venerabilis frater noſter Dauid Epiſcopus Traiectenſis Hoſpitale prædictum cum eius capella in Domo dictarum Sororum ſub inuocatione Nazaret ordinaria auctoritate erexit, & inſtituit, &c. Mariam in Matrem dictæ Domui, & Balduinum prædictos in confeſſorem Matris, & Sororum prædictarum deputauit, prout in quibuſdam literis dicti Epiſcopi plenius contineri dicitur.

3 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat à nonnullis dubitetur de viribus erectionis, inſtitutionis, conceſſionis,& deputationis prædictarum.Pro parte tam Marię, et Sororum,quam Balduini prędictorumNobis fuit humiliter ſupplicatum,vt erectioni,etc. Nos igitur, etc.

4 Mandamus, quatenus vos, vel duo,aut vnus veſtrum de pręmiſſis omnib. et ſingulis auctoritate noſtra vos diligenter informetis, et ſi per informationem eandem reperiretis, erectionem, etc.omnia et ſingula in dictis literis,et inde ſecuta quęcumq;auctoritate noſtra approbare,et confirmare ſine alicuius pręiudicio curetis,ſuppleatiſq; omnes, et ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

5 Et nihilominus pro potiori cautela nomen,et titulum Hoſpitalis, et hoſpitalitatem huiuſmodi dicta auctoritate noſtra pęnitus ſupprimatis ,et extinguatis; illudq,cum domibus eius,ac capella huiuſmodi in Domum Sororum dicti Ordinis de nouo erigatis, et inſtituatis, illamq; eiſdem Sororibus pro earum vſu, etc. Confeſſorem idoneum eiuſdem Ordinis, et ſi talem habere non poſſint presbiterum ſecularem Miniſtro Domus Oppidi Middelburgenſis Ordinis Fratrum Minorum dictę diœceſis pręſentandum,et admit-

mittendum, etc. Quodq; ipſa Domus in Nazareth ſub cura dicti Miniſtri, prout aliæ Domus dicti Tertij Ordinis in partibus illis ſubſunt, perpetuo ſubſint, ſtatuatis, & ordinetis, &c. Datum Romę apud S. Petrum anno I. D. 1490. V. Calend. Auguſti, anno ſexto. *Ideſt 28. Iulij, Ordinis 270. Religionis 91.*

Vading. tom. 7. Bulla 32. ex lib. 100. fol. 277.

BVLLA CLXXVIII.

I*Nnocentius VIII. ſcribit Epiſcopo Abulenſi, vt Sororibus concedat facultatem ædificandi Domum in Oppido Xerez prope Ciuitatem Pacenſem.*

1 Pia Deo, & Eccleſiæ deſideria, &c. Exhibita Nobis nuper pro parte dilectarum in Christo filiarum Catarinę Pinel, Beatricis Vaſquez, Leonorę di Silua, Meritię de Varijs, Antonię Vaſquez, Meritię Aluarez, Beatricis Gonzalez, & Marię Sancij mulierum in Oppido Xerez prope ciuitatem Pacenſem commorantium petitio continebat, quod ipſę zelo deuotionis accentę terrena deſpicientes, & volentes ſub regulari iugo Altiſſimo famulari, ſub habitu, & Regula Tertij Ordinis, etc. vnam Domum ſub vocabulo Beatæ Mariæ de Gratia, etc.

2 Mandamus, quatenus ſi eſt ita, præfatis mulieribus in dicto Oppido in prædicta Domo, quam habitant, vel alio loco condecenti vnam Domum Tertii Ordinis huiuſmodi cum prædicto vocabulo, cum eccleſia, etc. Quarum vna ſit Mater, ſeu Prælata, ſub obedientia, et Viſitatione Vicarii Prouincialis Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia Prouinciæ Compoſtellanæ, etc. Vt omnibus, et ſingulis priuilegijs, etc. Datum Romæ apud S. Petrum, anno I. D. 1491. III. Calend. Iunii, anno ſeptimo. *Ideſt 30. Maij, Ordinis 271. Religionis 92.*

Vading. tom. 7. Bulla 38. ex lib. 122. fol 216.

BVLLA CLXXIX.

I*Nnocentius VIII ſcribit Epiſcopis Argentinæ, Baſileæ, & Conſtantiæ, vt controuerſias inter Fratres, & Sorores in Germania ſuper ſuperioritatem decidant.*

1 Ex-

Digitized by Google

1 Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum vniuerſorum Miniſtrorum, ſiue Miniſtrarum, & Sororum Domorum in Germaniæ partib. conſiſtentium Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati petitio continebat, quod licet iuxta ſtatuta, & conſuetudinem dicti Ordinis, Viſitatores perſonarum, & Domorum illius non eiuſdem Tertij, ſed alterius Ordinum eſſe debeant.

2 Et felicis recordationis Sixtus Papa IV. prædeceſſor noſter, quaſdam piæ memoriæ Innocentij Papæ IV. etiam prædeceſſoris noſtri literas, per quas perſonas prædicti Tertij Ordinis in Italia degentes per Miniſtros Prouinciales pro tempore exiſtentes, & alios Fratres idoneos Ordinis Fratrum Minorum, & in Italia conſtitutorum viſitari voluit, ad Generalem, ac etiam Prouinciales Miniſtros, ac Vicarios; necnon omnes, & ſingulas perſonas, & Domos Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum, & Tertij Ordinis prædictorum vbilibet etiam extra Italiam conſiſtentes, extenderis, eaſq; quo ad illos obſeruari mandauerit.

3 Tamen dilectus filius Henricus Bueſuſs de Depholt Frater dicti Tertij Ordinis falſo prætendens prætextu quarumdam literarum Apoſtolicarum per eum à Nobis ex certa noſtra ſcientia, vt dicebat, ſuper hoc ſubreptitiæ, & obreptitiæ impetratarum, ſe in eiſdē partibus dicti Tertij Ordinis vſq; ad illius futuram Generalis Miniſtri in dictis partibus electionem, legitimum Vicarium eiuſdem Tertij Ordinis perſonarum vtriuſq; ſexus Viſitatorem, & correctorem inter alia eſſe, ac omnes, & ſingulos præfati Ordinis profeſſores tribus ſubſtantialibus religionis votis adſtrictos, ac in presbiteratus ordine in eiſdem partibus conſtitutos, & in communi viuentes ad vnum conuenientem locum pro præfati Generalis Miniſtri dicti Tertij Ordinis celebranda electione huiuſmodi die ad eligendum præfixa conuocare, & eoſdem ſic conuocatos, & conuenientes vnum ex eis in eiuſdem Tertij Ordinis Generalem Miniſtrum in prædictis partibus illa prima vice, & ſucceſſiue toties, quoties opus fuerit, perpetuis futuris temporibus eligere, ipſumq; ſic pro tempore electum in omnes dicti Tertij Ordinis profeſſores vtriuſq; ſexus in partib. ipſis poteſtatem, & ſuperioritatem ordinariam talem, qualem habent Generales Magiſtri, Miniſtri, & Priores Ordinum Mendicantium, in eorum ordinibus, & profeſ-

ſoribus illorum habere; ac omnibus, & ſingulis priuilegijs,gratijs libertatibus,immunitatibus, quibus Generales Magiſtri,Miniſtri, & Priores præfati vtuntur, potiuntur, & gaudent abſq;ordinariorum præiudicio,vti, potiri, & gaudere poſſe; Vicariatus,& Viſitationis ac correctionis huiuſmodi officium in Argentin. Baſilien. ac Conſtantienſi diœceſibus inter alia exercere,& præmiſſa ad effectum deducere, ac nonnulla alia minus licita, & debita facere nixus fuit hactenus, & nititur minus iuſte in Miniſtrorum, Fratrũ, Matrum,& Sororum eorundem Tertij Ordinis prędictorum præiudicium non modicum,ac ſcandalum plurimorum,& grauamen.

Quare pro parte Miniſtrorum, Fratrum, Matrum, & Sororum eorundem Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſubreptionis, & obreptionis dictarum literarum illarum, omniumq; ſingulorum per eundem Henricum, & quoſcumq; alios in Tertij Ordinis, & illius ſingularum perſonarum prædictorum præiudicium circa præmiſſa geſtorum, inualiditatis, & nullitatis, & quas ipſi Miniſtri, Fratres,Matres, & Sorores contra præfatum Henricum, & alios dicti Ordinis Fratres, & Clericos, ac laicos in hac parte adherentes ſuper his circa omnia,& ſingula præmiſſa facienda perpetui ſilentij impoſitione, & alias ſuper ſuperioritate, facultatibus, & alijs præmiſſis in illos, & illorum occaſione mouere intendunt, cauſas aliquibus probis viris in partibus illis committere, & alias in præmiſſis eis, & dicto Tertio Ordini opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta.

Mandamus quatenus vos,vel duo, aut vnus veſtrum, vocatis eodem Henrico,& alijs,qui fuerint euocandi,auditiſq;hinc inde propoſitis,quod iuſtum fuerit, appellatione remota,decernatis;quod decreueritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruari faciatis, Teſtes, &c. Non obſtantibus recolendæ memoriæ Bonifacii VIII. & aliis conſtitutionibus, cæteriſq; contrariis quibuſcumq; Datum Romæ apud S.Petrum anno I.D. 1492.Nonis Aprilis,anno octauo.*Ideſt 5.Aprilis.Ordinis 271.Religionis 93.*

Vadingus tom.7. Bulla 47.ex lib. 150.fol. 169.Bulla citata Sixti IV. eſt ſub.num.CLIX. alia vero Innocentij IV. ſub num.XL.

A L E-

ALEXANDER PAPA VI.

R*odericus Borgius Lenzolius Hiſpanus Valentinus Ioſredi filius Epiſcopus Cardinalis Portuenſis & S. Rufinæ, Collegij Decanus, & S.R.E. Viceeancellarius creatus vndecimo, & trigeſimo primo Auguſti coronatus anno* 1492. *Vixit annos vndecim, & dies octo. Obijt decimo octauo Auguſti* 1503. *in ſacrario Baſilicæ Vaticanæ ſepultus. Septem edidit ſequentes.*

BVLLA CLXXX.

A*Lexander VI. ſubijcit Sorores Bruxellenſes Regimini Vicarij Obſeruantum Prouinciæ Coloniæ.*

1 Rationi congruit, &c. Dudum ſiquidem felicis recordationis Innocentio Papæ VIII. prædeceſſori noſtro pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Domus Beatæ Mariæ in Bethlem nuncupatæ Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia Oppidi Bruxellenſis Cameracenſis diœceſis ſub tribus ſubſtantialibus votis Altiſſimo famulantium expoſito, quod olim tunc Vicarius Generalis Vltramontanus Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum prouide attendens, quod aliquæ ex dictis Sororibus ſecundum morem dicti Ordinis Fratrum Minorum ſub Vicarij Prouincialis Ordinis, & Obſeruantię, aliæ vero ſub Miniſtri Tertij Ordinis prædictorum cura, & viſitatione viuebant, & à Fratribus Ordinum prædictorum viſitabantur. Aliæ vero ſub eodem Miniſtro Tertij Ordinis viuere volebant.

2 Et propterea inter Fratres, & Sorores Domorum dicti Tertij Ordinis eiuſdem Oppidi diuerſæ contentiones oriebantur. Omnes Sorores dicti Tertij Ordinis eiuſdem Oppidi ab omni iuriſdictione, & ſuperioritate Vicarij Prouincialis, & Miniſtrorum ac Miniſtrarum dicti Tertij Ordinis Prouinciæ Francię iuxta morem dicti Ordinis abſoluerat, & penitus liberauerat, eaſq; iuxta tenorem quarundam literarum piæ memorię Sixti IV. etiam prædeceſſoris noſtri, quæ *Romani Pontificis Prouidentia,* incipiebant, viſitationi, correctioni, & directioni Vicarij Prouincialis dicti Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia Prouinciæ Coloniæ, iuxta dictũ morem, vt quiete Altiſſimo famulari poſſent, ſubmiſerat, prout in

Digitized by Google

quibuſdam literis autenticis ipſius Vicarij Generalis deſuper confectis dicebatur plenius contineri.

3 Ac in eadem expoſitione ſubiuncto, quod cum dictus Vicarius Generalis de triennio in triennium mutaretur, & ab eius officio abſolueretur, dubitabant, ſi contingeret per alios futuros Vicarios Generales aliquid contra abſolutionem, liberationem, & ſubmiſſionem prædictas innouari, quod altercationes, & contentiones antequam ſuſcitarentur; ac pro parte ipſarum Sororum eidem Innocentio humiliter ſupplicatum, vt abſolutioni, liberationi, & ſubmiſſioni prędictis pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicę confirmationis adijcere, &c.

4 Idem Innocentius ipſas Sorores, earumq; ſingulas à quibuſcumq; excommunicationis, &c. ſub data XVI. Calend. Auguſti, Pontificatus ſui anno ſexto omnia, & ſingula, etc. approbauit, etc.

5 Ne autem de abſolutione, approbatione, cõfirmatione, et ſuppletione huiuſmodi, pro eo quod ſuper illis ipſius Innocentij literæ eius ſuperueniente obitu, confectę non fuerunt, valeat quomodolibet heſitari, dictęq; Sorores illarum fruſtrentur effectu, volumus, et præfata auctoritate decernimus, quod abſolutio, etc. perinde à dicta die XVI. Cal. Auguſti ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Innocentij prædeceſſoris literę ſub eiuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur; quodq; præſentes literæ ad probandum plene abſolutionem, etc. vbiq; ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo, etc. Si quis, etc. Datum Romæ apud S. Petrum anno I. D. 1492. VII. Calend. Septembris, anno primo. *Id eſt 26. Auguſti. Ordinis 272. Religionis 93.*

Ex Vadingo tom. 7. Bulla 2. ex lib. 31. Vatic. fol. 36. Bulla Sixti IV. hic citata eſt ſub num. CLIX. Alias non vidi.

BVLLA CLXXVI.

Alexander VI ſcribit Epiſcopo Caietano, ut Monaſterium S. Quirici Monialium S. Benedicti conuertatur in Domum Sororum Tertij Ordinis.

1 Ex ſuperne prouidentia, etc. Cum itaque ſicut accepimus Monaſterium Monialium S. Quirici Ordinis S. Benedicti Abbatiſſæ regimine

Digitized by Google

gimine deſtitutum exiſtat, et vt exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Communitatis Ciuitatis Caietę petitio continebat, ſi in Monaſterio prædicto curæ Epiſcopi Caietani pro tempore exiſtentis ſubiecto, in quo nulla Monialis per quatuor annos remanſit, & quod ex nunc inhabitatum, & Monialibus dicti Ordinis pro derelicto habitum fuit, nomen, & titulus Monaſterij, ac ordo prædictus ſupprimeretur, & extingueretur, & inibi vna Domus Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci, quæ inibi ſub cura Fratrum Minorum, &c. Nos igitur, &c. Sub nomine S. Montani martyris, &c.

2 Mandamus quatenus de præmiſſis omnibus, & ſingulis auctoritate noſtra te diligenter informes, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno I.D. 1492. VII. Calend. Martij, anno primo. *Ideſt* 23. *Februarij Ordinis* 272. *Religionis* 93.

*Ex Vadingo tom.*7. *Bulla* 4. *ex libro Vatic.* 18. *fol.* 258.

BVLLA CLXXXII.

Alexander VI. Eccleſiam per Canonicos Cathedralis Forolíuienſis donatam Fratribus eiuſdem Ciuitatis confirmat, de qua donatione, Bulla & alijs vide infra Inſtrument. 7. *ad* 12.

BVLLA CLXXXIII.

Alexander VI. ſcribit Priori S. Andreæ de Sauiliano, & Præcentori B.M. de Saluçijs Taurin. diœceſis, & Bartolomeo de Ogerijs Canonico Taurin. vt Domum Sororum transferant in Monaſterium Clariſſarum.

1 Vt inter æternæ beatitudinis amatrices, &c. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Sororum Domus Sauiliani Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati diœceſis Taurinenſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſæ, quæ in communi, & ſub cura Fratrum dicti Ordinis degunt, ac plures, & ſufficientes redditus pro vitæ earum ſuſtentatione, ac eccleſiam, & dormitorium, & edificia pro earum habitatione ſufficientia habent, cupiunt ob melioris vitæ frugem, ſe, & earum Domum, ſecundum obſeruantiam, & inſtituta regularia Ordinis S. Claræ reformari,

formari, & in dicta Domo ſub perpetua clauſura degere, ac Altiſſimo famulari. Quare pro parte earundem Sororum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt illas, & Domum prædictam ſecundum obſeruantiam, & inſtituta prędicta reformari, ac ad perpetuam clauſuram reduci mandare, aliaſq;in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

2 Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alias Sorores, & Domum prefatas ſecundum obſeruantiam, & inſtitura prædicta, auctoritate noſtra reformare, alia ſq; ſub perpetua clauſura reducere curetis.

3 Et nihilominus, ſi reformationem huiuſmodi per vos vigore pręſentium fieri contigerit, vt prefertur, aliquibus ſuperioribus Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum per eaſdē Sorores eligendis duas, aut tres, vel quatuor moniales ex monaſterijs dicti Ordinis S. Claræ in illius obſeruantia, inſtitutis & cæremonijs viuentes, quas ad id beneuolas inuenerint ad dictam Domum de ſuorum ſuperiorum licentia, ſe transferendi, licentiam dicta auctoritate largiamini.

4 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicę 1498.7. Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno ſexto. *Ideſt ſeptimo Aprilis Ordinis 278. Religionis 99. Vading. tom. 7. Bulla 45. ex lib. 169 fol. 207. Eam reſcripſi, ad probandum, noſtrum ordinem illic habuiſſe alias conuentum, quo nunc caremus, ex ſeruitute enim ſpirituali, quam Sororibus exhibebant tunc, arguitur exiſtentia Domus Fratrum.*

BVLLA CLXXXIV.

A*lex. VI. concedit Superioribus Minorum de Obſeruantia, quod poſſint aſſignare Tertiarijs Confeſſores ſeculares, vel alterius Religionis.*

1 Exponi nobis feciſtis, quod licet auctoritate Apoſtolica vobis fuerit conceſſum, quod Fratres, & Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati confeſſorem habere debeant per Generalem, & Prouinciales pro tempore Vicarios, & Custodes Ordi-

Ordinis Fratrum Minorum de Obſernantia nuncupatorum reſpectiue deputandum:qui ſit de Ordine Fratrum Minorum Conuentualium, vel de Obſeruantia cum facultate etiam dandi Sacramenta Eccleſiaſtica dictis Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis.

2 Tamen propter locorum diſtantiam ſæpè euenit,quòd commode prędictum confeſſorem iuxta conceſſionem Apoſtolicam deputare non poteſtis: & propterea aliquod inconueniens in animarum ſuarum periculum contingere poſſet. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt in pręmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos ſupplicationibus huiuſmodi inclinati: diſcretioni veſtræ, & cuilibet veſtrum decreto perpetuis futuris temporibus in locis in quibus Fratres Conuentuales, vel de Obſeruantia pręd ícti commode haberi non poſſunt: Fratribus, & Sororibus pręfati Tertii Ordinis vbicumq; vltra montes commorantibus de conſilio aliquorum Fratrum confeſſores presbyteros ſeculares, vel aliorum Ordinum regulares, honeſtos deputare valeatis:quibus eorum,& earum peccata confiteri, & ab eis quæcumq; eccleſiaſtica Sacramenta recipere poſſint: illoſq;in eorum monaſteriis, & domibus iuxta mores dicti Tertii Ordinis ſecum habere.

4 Ita tamen quod confeſſores ipſi dictarum Sororum: clauſtra ſeu interiores officinas abſq; alterius perſonę bonę vitę, & famæ ſocietate nullo modo debeant ingredi: locorum ordinariorum ſeu cuiuſuis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita libere, & licite valeatis licentiam concedimus pariter, & facultatem.

5 Non obſtantibus pręmiſſis, ac Apoſtolicis necnon in prouincialibus,& ſynodalibus conciliis, & veſtri Ordinis Minorum capitulis editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus,& ordinationibus ſtatutis quoq; & conſuetudinibus dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis cęteriſq; contrariis quibuſcumq; Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die ſextadecima Maii,milleſimo quingenteſimo Pontificatus noſtri anno octauo. *Ordinis* 289. *Religionis* 101.

Antonius de Sillis fol. 52. *Monum. fol.* 123. *Firmam. fol.* 40.

B V L-

BVLLA CLXXXV.

Alexander VI. ſcribit Epiſcopis Calaguritano, & Calmenenſi, & Abbati ſeculari collegiatæ eccleſiæ Beatæ Mariæ de Cenarruca Calaguritanæ diœceſis, vt Domum Fratrum Tertij Ordinis de Aranzazu concedant Obſeruantibus.

1 Sacræ religionis, &c. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Petri de Oñate Miniſtri, & Fratrum Minorũ Calaguritanę diæceſis petitio continebat, quod alias venerabilis Frater noſter modernus Archiepiſcopus Toletanus, qui reformator omnium monaſteriorum, & domorum, &c. aliorum locorum ordinum quorumcumq; partium illarum Apoſtolica auctoritate deputatus, & habens ad hoc, vt aſſerebat, à Sede Apoſtolica per illius literas facultatem illius vigore in Eremitorio Beatę Marię de Aranzazu huiuſmodi, quod alias nonnulli Fratres Beatę Marię de Mercede Redemptionis captiuorum propria auctoritate receperant, & poſtea dimiſerũt dictum Ordinem Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum inſtituit, ac dictum Petrum in Miniſtrum ſeu ſuperiorem eiuſdem Domus cum facultate recipiendi Fratres eiuſdem Ordinis ſub habitu Tertii Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati deputauit; & poſtea voluerat, quod Domus, Miniſter, & Fratres prędicti Fratres de Pænitentia nuncuparentur, Miniſtro, & Fratribus prędictis habitum Fratrum de Pęnitentia nuncupatorum huiuſmodi mutandi, & habitum per Fratres dicti Ordinis Minorum ſuſcipiendi, ac in dicto Eremitorio vnam Domum pro vſu, & habitatione perpetuis Fratrum dicti Ordinis Minorum de Obſeruantia nuncupatorum, cum Eccleſia, campanili, campana humili, cęmeterio, dormitorio, refectorio, clauſtro, hortis, hortalitijs, ac alijs officinis neceſſariis conſtruendi, et ædificandi, ſeu iam inceptam perficiendi, licentiam, et facultatem conceſſit, cuius licentię vigore Petrus Miniſter, et alii Fratres prędicti habitum Ordinis Fratrum Minorum ſuſceperunt, ac inibi vnam Domum pro vſu, et habitatione prędictis conſtrui fecerunt, ſeu inceperunt. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat ab aliquibus de virib. prędictorum hæſitetur, pro parte, etc.

2 Mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, ſi eſt ita inſtitutionem prędictam auctoritate noſtra approbetis, confirmetis,

tis, etc. Datum Romę apud S. Petrum anno, etc. 1501. 17. Calend. Septembris, Pontificatus noſtri anno nono. *Ideſt 16. Octobris, Ordinis 281. Religionis vero 1021.*

Vading. tom. 8. Bulla 77. ex Reg. Vatic. lib. 244. fol. 218.

BVLLA CLXXXVI.

Alexander VI. Indulgentiam decem annorum, & tot quadragenarum concedit viſitantibus Altare Conceptionis in Eccleſia S. Mariæ Piratelli in feſtis Annunciationis, Conceptionis, & Natiuitatis eiuſdem Beatæ Mariæ ſemper Virginis.

1 Virgo venuſtiſſima, et omnium virtutum floribus, et aromatibus inſignita Virgo Dei Genitrix Glorioſa, de cuius pulchritudine Sol, et Luna mirātur eiuſque precibus iuuatur populus Chriſtianus florem precioſum immarceſſibilem, et eternum Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum humani generis Redemptorem ineffabili Spiritus Sancti cooperatione produxit, pro cuius reuerentia Virginea loca ipſius vocabulo inſignita ſunt, à Chriſtifidelibus merito veneranda, vt ipſi etiam exercentes opera pietatis, eius pijs adiuti ſuffragijs, ęternę retributionis prœmia conſequi mereantur.

2 Cupientes igitur, vt altare ſub inuocatione Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis ſitum in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Pradello Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci in habitu Heremitico regularis obſeruantiæ Congregationis Lombardiæ, de Penitentia nuncupatorum, Imolen Diœceſis ad quod vt accepimus, dilectus filius nobilis vir Cæſar Borgia de Francia Dux Romandiolæ, ac Valentiæ, & in Ciuitate noſtra Imolen. pro nobis, ac S.R.E. Vicarius, in temporalibus qui illud fundauit, & donauit ſingularem gerit deuotionis affectum congruis frequentetur honoribus, & Chriſti fideles, eo libentius deuotionis cauſa confluant ad illud quo ex hoc ibidem dono cęleſtis gratiæ conſpexerunt vberius ſe refectos de Omnipotentis Dei gratia, ac Beatorum Petri, ac Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi.

3 Omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in Annunciationis Conceptionis, & Natiuitatis eiuſdem Beatę Virginis Mariæ feſtiuitatem diebus, à pri-

 mis

mis veſperis, vſque ad ſecundas veſperas incluſiue deuote viſitauerint, & inibi pias elemoſinas erogauerint decem annos, & totidemq; quadragenas pro qualibet feſtiuitatum, & dierum huiuſmodi de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus preſentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem quod ſi alias viſitantibus dictum Altare aut alias inibi pias elemoſinas erogantibus, ſeu alias aliqua alia indulgentia in perpetuum vel ad tempus nondum elapſum duratura per nos cōceſſa fuerit preſentes litterę nullius ſint roboris vel momenti. Datum Romæ apud S.Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimoquadringenteſimo primo octauo Idus Nouembris Pontificatus noſtri anno decimo.

Extracta ex Archiuio eiuſdem conuentus Piratelli.

IVLIVS PAPA II.

IVſtinianus de Ruuere de Sauona Raphaelis filius, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Maior Pænitentiarius creatus Calendis Nouembris, coronatus vigeſimo ſexto eiuſdem anno 1503 Sedit annos nouem, menſes tres, dies viginti vnum. Obyt vigeſimo primo Februarij 1513. ſepultus in eccleſia S. Petri ad Vincula.

BVLLA CLXXXVII.

IVlius II. ſcribit ad inſtantiam Communitatis Foripompilij Epiſcopo Britonorenſi, vt Fratribus concedat licentiam conſtruendi eccleſiam, & conuentum extra ciuitatem eandem cum communicatione priuilegiorum aliarum Domorum etiam concedendorum.

1 Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Antiani, & Communitas Ciuitatis noſtræ Foripompilij, vt ipſi zelo deuotionis accenſi ad laudem diuini nominis, & ob ſingularem, quam ad Tertium Ordinem Fratrum S.Franciſci in habitu Eremitico famulantium, ipſoſq; Fratres gerunt deuotionis affectum, ſummopere cupiunt vnam Domum cum ſuis neceſſarijs officinis, pro vſu, & habitatione nonnullorum Fratrum dicti Ordinis ſub regulari obſeruantia degentium in diſtrictu, ſeu territorio Ciuitatis Foripompilij conſtrui,

ſtrui, & ædificari, & ibidem exiſtat locus Eccleſiæ S. Mariæ de S. Ioanne, ſeu Sanctus Ioannes nuncupatus in forma Cellicolæ, & ab eadem Ciuitate Foripompilii per CCL. millia paſſuum, ſeu quartam partem vnius milliarij pro conſtruenda dicta Domo aptus, & idoneus, & in eadem Cellula imago Glorioſiſſimæ Deigenitricis Virginis Mariæ depicta exiſtat,& ob multa miracula,quę ibidem frequenter oſtenduntur, ad ipſius locum deuotionis cauſa,ac imaginem ipſam viſitandi innumerabilis fere populi multitudo confluunt,pias oblationes,& elemoſinas larga manu ibidem erogantes,vt ex illis aliquis locus inibi ad honorem eiuſdem Beatę Mariæ Virginis conſtruatur, in quo aliqui religioſi ſub regulari obſeruantia inhabitare, & ibi diuina officia celebrare; & oblationum, elemoſinarumq; & loci huiuſmodi curam, & adminiſtrationem gerere volentes.

2 Quare pro parte dictorum Antianorum,&Communitatis aſſerentium, quod dictus locus per dictos Fratres teneri, & obtineri poſſit,quantum ad Epiſcopum Britonorenſem, & Foripompilienſem attinet,conſenſum præſtitiſſe;ac dilecti filij Leonardi de Vicentia Viſitatoris, & Miniſtri Generalis Fratrum dicti Ordinis in habitu Eremitico degentium Congregationis Lombardiæ nuncupatę per totam Italiam Nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt Leonardo, & Fratribus prędictis vnam Domum cum Eccleſia, campanili, humili campana,clauſtro,refectorio, hortis,hortalitijs,ac neceſſarijs officinis,pro vſu,& habitatione perpetuis Fratrum dicti Ordinis in dicto loco conſtrui, & ædificari faciendi; ipſiſq;Leonardo, & Fratribus Domum ipſam pro dicta Congregatione tamquam illius membro recipiendi,& habitandi,ac illam iuxta ipſius Congregationis ritus, mores, & obſeruantias regendi, & gubernandi, necnon oblationes, & elemoſinas prædictas, & fructus, redditus, & prouentus,ſi quos eis in poſterum largitione fidelium, vel alias quomodolibet concedi, vel donari contigerit,percipiendi, & habendi, & in ſuos, ac dictę Congregationis vſus, & vtilitatem conuertendi,cuiuſcumq;licentia ſuper hoc minime requiſita auctoritate noſtra concedas.

3 Nos enim ſi vigore pręſentium Domum huiuſmodi conſtrui, & ædificari contingat, Domui prędictæ, & illius Priori, et Fratribus inibi pro tempore degentibus, vt omnibus, & ſingulis indulgen-

tijs, priuilegijs, gratijs, immunitatibus, & exemptionibus, alijs Domibus, & Fratribus Ordinis, & Congregationis prędictorum qualitercumq; conceſſis, & quibus aliæ Domus, & Fratres Ordinis, et Congregationis eorundem vtuntur, potiuntur, et gaudent, ac vti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, et gaudere libere, et licite valeant, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium de ſpeciali dono gratię concedimus, et indulgemus. Iure tamen Parochialis Eccleſię, et cuiuslibet alterius in omnibus ſemper ſaluo.

4 Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papę prædeceſſoris noſtri prohibentis, ne prædicti, aut aliorum Mendicantium ordinum profeſſores noua loca ad habitandum recipere pręſumant, ſine Sedis Apoſtolicę licentia ſpeciali faciente de prohibitione huiuſmodi mentionem, et alijs ordinibus, et conſtitutionibus Apoſtolicis, et ordinis prędicti iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus, cęterisq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romę apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die vndecima Iulij 1506. Pontificatus noſtri anno tertio. *Ordinis 285. Religionis 107.*

Extracta ex ſuo originali in Archiuio eiuſdem Conuentus Foropompilij. Michael Buriſanus Canonicus, & Vicarius Generalis Briton dedit poſſeſſum Danieli Prouinciali Prouinciæ Romandiolæ die decima Decembris eiuſdem anni, vt apparet ex inſtrumento Notarij Hieronymi de Raſijs Foripompilij.

BVLLA CLXXXVIII.

IVlius II. decernit, vt Conuentuales retineant Domos ſuas, & Fratres ac Sorores Tertij Ordinis quorum curam actu habent; & ſimiliter de Obſeruantia ſuas Domos, & Fratres, ac Sorores prædictas, & quod omnes Minores reducantur in Conuentuales, & Obſeruantes.

1 Cum multę, et graues ad nos, et Apoſtolicam Sedem per Fratres Ordinis Minorum Conuentuales, ac de Obſeruantia nuncupatos aſſidue deferrentur querelę, multęq; lites inter eos ſuſcitatę fuiſſent occaſione Domorum, ſiue locorum ſuorum, ac Monaſteriorum Ordinis S. Clarę, & Pœnitentum Tertij Ordinis Beati Franciſci vtriuſq; ſexus, ac Fratrum hinc inde ablatorum reſpectiue, et re-

receptorum contra conſtitutiones felicis recordationis Eugenij IV. Pauli II. & Sixti IV. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum; ordoq; ipſe in plura quaſi capita & nomina eſſet diuiſus emergentibus in dies nouis Congregationibus, & vocabulis, quæ confuſionem quandam videbantur afferre.

2 Nos, qui ordinem antedictum, è quo ſanctæ memoriæ Sixtus IV. prædeceſſor noſter præfatus, & noſter ſecundum carnem patruus diuina prouidentia ad apicem Summi Apoſtolatus peruenit, & cuius Nos dum Cardinalatus officio fungeremur, fuimus Protectores, in viſceribus gerimus caritatis, cupientes litibus, diſcordijſq; huiuſmodi finem imponi, & ea decerni, ac ordinari, per quæ viri religioſi in eodem Ordine Altiſſimo famulantes cum animi, & mentis tranquillitate, ſemotis litibus, & contentionibus viuere poſſint, Capitulum generaliſſimum omnium Congregationum præfati Ordinis Romæ induximus, quod in feſtiuitate Pentecoſtes proxime præterita à tanto numero Fratrum, quantus nonquã alibi dicitur conueniſſe, ſumma concordia Deo fauente eſt celebratum.

3 Vt igitur lites huiuſmodi ceſſent, & vnuſquiſq; ſciat, quid retinere, quid ſequi, aut facere debeat, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, non ad alicuius petitionis inſtantiam, præſentium tenore decernimus, &c.

4 Declaramus, quod Fratres Minores clauſtrales, ſiue Conuentuales nuncupati omnes Domos, Conuentus, & loca habitationum ſuarum; omnia item monialium monaſteria Ordinis S. Claræ, & omnes Congregationes Tertij Ordinis Pænitentum Regularium Beati Franciſci, quæ tenent, & poſſident, regunt, & gubernant, vel in quibus celebrant, & eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrant de præſenti tenere, poſſidere, & gubernare, vt præfertur, perpetuo debeant in futuro.

5 Et quod Fratres de Obſeruantia, ſiue de familia nuncupati retinere libere, & licite poſſint, ac retineant, & poſſideant, ac gubernent omnes Domos, Conuentus, & loca eorum habitationis, & monialium Monaſteria, ac Domos Congregationum Pænitentum vtriuſq; ſexus Tertij Ordinis Beati Franciſci, quæ nunc tenent, & poſſident, & in quibus diuina celebrant, indulto Sedis Apoſtolicæ, vel auctoritate, ſiue conſenſu Generalis, & Prouincialium Miniſtro-

ſtrorum, aut voluntate ipſorum Fratrum Conuentualium, vel aliarum quaruncunq; Congregationum, qui prius dictas Domos, vel Monaſteria poſſidebant, etiamſi illa de obedientia Conuentualium, ſiue Clauſtralium fuiſſent.

6 Ita tamen, quod deinceps nullas Domos, nulla loca, & Monaſteria monialium, nullas etiam Congregationes Pænitentum Tertij Ordinis Beati Franciſci dictorum Clauſtralium, ſiue Conuentualium, nec de eorum obedientia, & per eos regi ſolitarum quouis quæſito colore recipere poſſint.

7 Et nihilominus omnes, & ſingulas lites, & cauſas ſuper huiuſmodi Domibus, ſiue locis, Monaſterijſq; monialium, & Congregationis Pænitentum, vbicunq; conſiſtentium, & coram quibuſcumq; iudicib. ac in quacunq; inſtantia pendentes ad Nos aduocantes, pænitus extinguimus, & perpetuum ſilentium imponimus dictas cauſas proſequentibus, ac ſua quomodolibet intereſſe putantibus.

8 Decernimus inſuper, quod Fratres de Obſeruantia, ſiue familia nuncupati ad Clauſtrales, ſiue Conuentuales, & de eorum obedientia tranſire volentes, non poſſint, neq; debeant recipi, niſi petita, & obtenta licentia Vicarij, ſub quo fuerint, quam licentiam etiam in ſcriptis oſtendere teneantur. Fratres vero Clauſtrales, ſeu Conuentuales, vel de eorum obedientia ab Obſeruantibus, ſiue de familia non recipiantur, nec recipi debeant, niſi ſaltem petita ſuorum ſuperiorum licentia etiam non obtenta.

9 Et inſuper, vt tot Congregationum, & denominationum tollatur varietas, omneſq; Fratres Ordinis Minorum ad eam integritatem, & vnitatem, in qua fuerunt tempore Eugenij, Pauli, & Sixti prędeceſſorum noſtrorum præfatorum, quorum conſtitutiones ſtatuta dictorum Fratrum tangentes, tenore præſentium confirmamus, & inuiolabiliter obſeruari, perinde ac ſi illis nonquam derogatum fuiſſet, ab omnibus, ad quos ſpectat, volumus, & decernimus, reducantur, omnibus, ad quos ſpectat, volumus, & decernimus, reducantur, omnibus, & ſingulis Fratribus Congregationum de Clareno, Fratris Amadei, de Collectaneis, & de Caputio, ſiue ſanto Euangelio, & quoruncunq; aliorum, quocunq; nomine nuncupentur, qui ſub Regula, & habitu reliquorum Fratrum dicti Ordinis incedunt, diſtricte percipiendo mandamus, vt infra terminum vnius anni à data præſentium computandi, Clauſtralibus, ſiue

Con-

Digitized by Google

Conuentualibus, aut Obſeruantibus, ſiue de familia Ordinis antedicti, in ea reformatione, in qua nunc ſunt, adhærere, & vnire ſe debeant, locaq; eorum Conuentualibus, vel de Obſeruantibus Fratribus vnita eſſe cenſeantur, quibus maior, & ſanior pars Fratrum illa incolentium vna cum ſuo Guardiano ſe vnire capitulariter elegerint, & ſe vniuerint. Ita tamen, quod qui Conuentualibus, vel Clauſtralibus vnientur reformatam viuendi rationem per omnia retineant ſicut prius, & eorum Domus, & loca per reformatos regantur iuxta declarationem felicis recordationis Sixti IV. prædeceſſoris noſtri de Amadeis editam.

11 Quæ omnia, & ſingula ab omnibus, ad quos ſpectat, ſeu ſpectare poterit, quomodolibet in futurum, ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ, & maledictionis æternæ inuiolabiliter obſeruari volumus, & mandamus. Non obſtantibus, &c. Datum Romę apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die ſexta decima Iunij 1506. Pontificatus noſtri anno tertio. *Ordinis* 286. *Religionis* 107.

Vading. tom. 8. ad præfatum annum 1506. *num. VIII.*

BVLLA CLXXXIX.

IVlius II. Fratres, & Sorores ſubijcit per vniuerſum orbem Fratribus Conuentualibus & Obſeruantibus, exceptis Italis infra B. 191.

1 Exponi nobis feciſtis, quod & ſi felicis recordationis Innocentius Papa Quartus prædeceſſor noſter vniuerſis Miniſtris Prouincialibus Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium per Italiam, & Regnum Siciliæ conſtitutis ſuis literis mandauerit, vt per ſe aut dicti Ordinis Fratres idoneos miniſtri, & Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci in Italia, & Regno prædicto pro tempore cōſiſteñ. perpetuo viſitarentur, & eos regularibus diſciplinis inſtruerent, ac tàm in capite quàm in membris corrigerent, & reformarent ea quę correctionis, & reformationis officio cognoſcerentur indigere.

2 Et recolendæ memoriæ Sixtus Papa Quartus, & prædeceſſor noſter eaſdem ſuperioritatem, præeminentiam & auctoritatem in Fratres, & Sorores dicti Tertij Ordinis per dictas litteras Innocentij eiſdem Miniſtris Prouincialibus Italiæ, & Regni prædicti conceſſas, & attributas approbaſſet, & illas robur perpetuæ firmitatis

tatis obtinere decreuiſſet, & eaſdem litteras ad Miniſtros Generales, & Prouinciales ac Vicarios Fratrum dicti Ordinis Conuentuales, & de Obſeruantia nuncupatos, ac Miniſtros, & Fratres dicti Tertij Ordinis etiam extra Italiam, & Regnum Siciliæ per vniuerſum orbem conſiſteñ. eadem auctoritate extendiſſet ac tunc & pro tempore Generali, & Prouincialibus Miniſtris, & Vicarijs Conuentualium, & de Obſeruantia prædictis dicti Ordinis Fratrum Minorum eoſdem Miniſtros, Fratres, & Sorores Tertij Ordinis vbilibet infra prouincias eis eorumq; ſucceſſoribus Generali, & Prouincialibus miniſtris, & vicarijs prædictis commiſſis conſiſteñ. in capite, & in membris charitatiue viſitañ. & iuxta regularia inſtituta dicti Ordinis inſtrueñ. reformatioñ. & correctioñ. indigentia etiam per ablatioñ. mantelli & habitus dicti Tertij Ordinis ſi id qualitas exceſſus exegerit corrigendi, & reformandi, ac volentes ad ipſum Tertium Ordinem & illius viuendi modum aggregari recipiendi, & habitum ſiue mantellum iuxta dicti Ordinis morem eis exhibendi ipſis miniſtris fratribus, & ſororibus Tertij Ordinis Viſitatoris, Confeſſorem dicti ordinis fratrum Minorum Conuentualium ſeu de Obſeruantia nũcupatorum prout eis plus placuit ad id moribus, vita, ſanctimonia, & ætate idoneum qui illis, & omnia Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtret pro tempore in ſuis Prouincialibus Capitulis vel Congregationibus dictorum fratrum Conuentualium vel de obſeruantia nuncupatorum vel extra prout opportunum videbitur conſignandi licentiam conceſſiſſet, & facultatem.

3 Diſtrictius inhibendo locorum ordinarijs, & alijs quibuſcumq; perſonis cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſteñ. ac quacumq; auctoritate fungeñ. ne prætextu quarumcumq; litterarum, & facultatum eis conceſſarum, & pro tempore forſan concedendarum de præmiſſis ad vos ſpectañ. ſe quomodolibet intromittere præſumant, decernens irritum, & inane ſi ſecus fieret prout hæc & alia in Innocentii, & Sixti prædeceſſorum prædictorum litteris plenius continetur.

4 Et nihilominus nonnulli dilecti filij miniſtri, fratres, ſorores dicti Tertij Ordinis prouinciæ veſtræ Sancti Iacobi contra litteras prædictas venieñ. ab obediẽtia, ſuperioritate correctioñ. & coarctioñ. veſtris ſe ſubtrahunt, neq; vobis conuentualibus aut vobis de obſeruan-

ſeruantia nuncupatis fratribus ac veſtræ obedieñ. correctioñ. & coarctioni aut alias iuxta dictarum litterarum Sixti formam, & tenorem ſubeſſe nolunt ſed ex ſeipſis ſuperiorem inter ſe non ſine magno dicti ordinis ſcandalo habere præſumunt. Super quibus vt aſſeritur vltra ſcandala prædicta magnæ,& immortales lites inter vos, & prædictos Tertij Ordinis fratres exoriri formidantur prout in dicta prouincia Sancti Iacobi inter eos, & vos deſuper exortæ ſunt.

5 Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum vt Innocentij,& Sixti prædeceſſorum litteras prædictas auctoritate Apoſtolica confirmare, & approbare ac vobis in præmiſſis de opportuno remedio prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

6 Nos igitur qui religioſorum quietem, & tranquillitatem vt altiſſimi ſeruitio promptiores ſe exhibeant intimis deſideramus affectibus omnes, & ſingulas cauſas ſuper præmiſſis tam inter ipſos miniſtros fratres, & ſorores dicti Tertij ordinis prædictæ prouinciæ Sancti Iacobi quam quoſcumq; alios eiuſdem Tertij ordinis, miniſtros, fratres, & ſorores vniuerſi orbis, & vos coram quibuſcumq; iudicibus quacumq; auctoritate fungeñ.& in quibuſuis inſtañ. pendeñ. quorum nomina, & cognomina ac ipſarum ſtatus præſentibus pro ſufficienter, expreſſis habemus ad nos & ſedem prædictam aduocañ.& lites penitus extingueñ. dictas Innocentii, & Sixti & quaſcumq; alias Romanorum pontificum prædeceſſorum noſtrorum litteras, & prout illa concernunt omnia & ſingula in eiſdem litteris contenta perpetuò confirmamus ac illis robur perpetuæ firmitatis adijcimus ſupplemuſq; omnes & ſingulos earum iuris, & facti defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

7 Necnon omnes,& ſingulos miniſtros, fratres,& ſorores dicti tertij ordinis vbiq; locorum per vniuerſum orbem conſiſteñ. ac iuxta dictarum litterarum Sixti Quarti formam, & tenorem ſubditos ſub correctioñ. Coarctioñ. ſuperioritate,& obedientia veſtris perpetuo ſubijcimus,& vos in eos ſuperioritatis, iuriſdictioñ. viſitatioñ. correctioñ.& coarctioñ. exercitare poſſe, & debere iuxta formam dictarum litterarum Sixti decernimus, & declaramus,& pro potiori cautela vobis in miniſtros fratres, & ſorores dicti tertij ordinis ſuperioritatem iuriſdictioñ. viſitatioñ. correctioñ.& coarctioñ. perpetuis, futuris temporibus damus.

8 Et vniuerſis,et ſingulis miniſtris, fratribus,et ſororibus dicti tertij ordinis prædictis, per vniuerſum orbem conſtitutis ſub excommunicationis latæ ſententiæ ac priuation. mantelli ſiue habitus, & domorum quas obtinent pœna eo ipſo niſi paruerint ea effectu incurren. mandamus quatenus infra ſex menſes à die generalis intimationis in qualibet dicti ordinis vniuerſi orbis prouincia computan. obedientiam veſtram miniſtrorum generalium,& prouincialium, conuentualium, vel de obſeruantia nuncupatorum eligant, et obedien. ſe ſubiaceant.

9 Quo circa venerabilibus fratribus Burgen. & Hilopotanien. Epiſcopis ac dilecto filio Priori monaſterij Sãcti Vincentij Salaman. & eorum cuilibet mandamus quatenus per ſe vel alium ſeu alios faciant,vos cõfirmatione, approbatione, et defectuũ ſupplетion. prædictis, pacifice vti, frui, et gaudere ac ad miniſtros, fratres, et ſorores dicti tertij ordinis, vt vobis obedientiam, et reuerentiam præſtare cogant contradictores ſub pœnis, et cenſuris eccleſiaſticis, et alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuocato etiam ad omnia præmiſſa ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis.

10 Non obſtan. pręmiſſis ac conſtitution. et ordination. Apoſtolicis ſtatutis,quoq; et conſuetudinibus dicti ordinis iuramento,et confirmatione Apoſtolica roboratis, noſtris, et pię memoriæ Bonifacij Papæ VIII. de vna, et duabus dietis ac quibuſuis litteris Apoſtolicis per nos aut ſedem prædictam quomodolibet conceſſiſſet concedendum,et ſi de eis omnibus, et ſingulis ſpecialis,et expreſſa ac de verbo ad verbum non autem per generales clauſulas mẽtio præſentibus habenda foret. Quibus ſpecialiter, et expreſsè ſufficienter derogamus cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ die decima quinta Octobris. Milleſimo quingenteſimo ſeptimo,Pontificatus noſtri anno quarto. *Ordinis 286. Religionis* 108.

Ex Bullario de Sillis fol. 53. Monum. 222. Firmam. 61. Bulla Innocentij hic citata eſt VI. Sixti vero IV. habetur CLIX.

B V L-

BVLLA CXC.

Iulius II. confirmat priuilegia Eug. IV. Nic. V. & Sixti IV. & inſuper ad Tertium Ordinem extendit priuilegia omnia Fratrum Minorum, etiam regularis obſeruantiæ. Et quod Capitula generalia celebrentur ad morem Fratrum Minorum, prohibetq; Tertiarijs tranſitum ad alias religiones.

1 Decet Romanum Pontificem ea, quæ per prædeceſſores ſuos religioſorum ordinũ quorumlibet incremento, ac perſonarum ſub ſuaui religionis iugo, ac regulari obſeruantia Altiſſimo famulantium conceſſa ſunt, approbare, et confirmare, ſuarumq; literarum præſidio communire, vt eo firmius maneant, quò maiori fuerint munimine roborata, et alia de nouo concedere, prout cognoſcit in Domino ſalubriter expedire.

2 Sanè pro parte dilectorum filiorum moderni Viſitatoris Generalis, et fratrum domorum tertij ordinis ſancti Franciſci ſub habitu heremitico de Pœnitentia nuncupati per totam Italiam nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod alias felicis recordationis Eugenius Quartus, Nicolaus Quintus, Paulus Secundus, et Sixtus Quartus Romani Pontifices prędeceſſores noſtri diuerſa priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias, et indulta fratribus dicti tertij ordinis ſub habitu heremitico, et regulari obſeruantia viuentibus conceſſerunt, prout in diuerſis literis deſuper confectis dicitur plenius contineri.

3 Quare pro parte Viſitatoris, et fratrum prædictorum aſſerentium priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias, et indulta huiuſmodi eſſe in vſu, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt illis robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos itaq; huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnes, et ſingulas domorum receptiones per eos iuxta dicta priuilegia factas, ſeu alias tam ordinaria, quàm Apoſtolica auctoritate eis conceſſas: Necnon exemptiones, libertates, immunitates, indulgentias (non tamen plenarias) et peccatorum remiſſiones, aliaſq; conceſſiones, priuilegia, et indulta illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum pręſentibus insererentur pro expreſſis habentes, quatenus ſint in vſu (vt prefertur) auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium

tium approbamus, et confirmamus reſpectiue, et perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus.

5 Et nihilominus pro potiori cautela illa de nouo, ac omnia, et ſingula priuilegia, indulta ſpiritualia, et temporalia, exemptiones, libertates, immunitates, et peccatorum remiſſiones, aliaſq; gratias, et conceſſiones Ordinis Fratrum Minorum etiam regularis obſeruantiæ, et illius domibus, et fratribus in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſa, eidem Ordini de Penitentia nuncupato, illiuſq; domibus, et Fratribus præſentibus, et futuris eadem auctoritate concedimus, et ad Ordinem de Pœnitentia, illiuſq; domos, et Fratres prędictos extendimus, et eis ſuffragari debere in omnibus, et per omnia perinde, ac ſi ſpecialiter conceſſa fuiſſent, decernimus.

6 Ac quod in Capitulis generalibus dicti ordinis procedatur ad electionem Viſitatoris generalis ſecundum morem, et ordinationes regulares dicti Ordinis Fratrum Minorum.

7 Quodq; Fratres dicti Tertij Ordinis ad alium Ordinem etiam mēdicantium ſub excommunicationis latę ſententię pœna tranſire non poſſint, niſi prius petita licentia à Viſitatore generali, ſeu eius Vicario Prouinciali pro tempore exiſtente auctoritate, et tenore pręmiſſis ſtatuimus, et ordinamus.

8 Non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſuis literis Apoſtolicis etiam noſtris, illis pręſertim, quibus inter alia caueri dicitur expreſſe. Quod Fratres dicti Tertij Ordinis huiuſmodi, ſed ſe conformare alijs dicti Ordinis de obſeruantia nuncupati. Quibus etiam ſi ad illorum derogationem de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas id importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, illorum tenores pro ſufficienter expreſſis, et inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permāſuris hac uice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cęteriſq; contrarijs quibuſcunque.

9 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, decreti, conceſſionis, extenſionis, ſtatuti, ordinationis, et derogationis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit indignationem

nem

nem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octauo, ſexto Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſexto. *Id eſt 8. Ianuarij Ordinis 283. Religionis 109.*

Ex Bullario de Sillis fol. 56.

BVLLA CXCI.

IVlius II. ſcribit Archiepiſcopo Florentino, & Epiſcopis Cremonenſi, & Imolenſi, vt defendant Fratres Tertij Ordinis à moleſtijs, & ſubiectione Fratrum Minorum.

1 Romani Pontificis prouida circunſpectio nonnunquam geſta per eam, ne ſub ignorantia facti moleſtationibus affligantur indebitis, & ſcandalorum fomentum parturiant, dilucidat, prout negotiorum, & perſonarum qualitate inſpecta conſpicit ſalubriter expedire.

2 Dudum ſiquidem certos conſeruatores dilectis filijs fratribus ordinis Minorum ſancti Franciſci nuncupatorum: qui eoſdem fratres Minores à manifeſtis iniurijs defenderent, & contra ſubtrahentes ſe ab eorum obedientia cogerent, & compellerent ad eis parendum, & obediendum conſtituimus, & deputauimus, prout in noſtris inde confectis literis: quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, plenius continetur.

3 Cum autem nunquam fuerit, nec ſit noſtræ intentionis, quod dicti conſeruatores de domibus dilectorum filiorum fratrum Tertij Ordinis eiuſdem ſancti Franciſci de Pœnitentia nuncupati regularis obſeruantiæ ſub habitu heremitico congregationis Lombardiæ degentium, quæ per diuerſa priuilegia apoſtolica etiam per nos conceſſa, & approbata ab alijs, quam à Viſitatore generali dictæ congregationis viſitari, aut earundem domorum fratres coram alijs, quam dicto viſitatore ad iudicium trahi non poſſint, ſic intromitterent, ne ad inſtantiam ſupradictorum fratrum ordinis minorum nuncupatorum contradictos fratres Tertij ordinis ſancti Franciſci de pœnitentia nuncupati regularis obſeruantiæ congregationis huiuſmodi procedere poſſent.

Digitized by Google

4 Volenteſq; pro debito officij nobis diuinitus iniuncti eiſdem fratribus Tertij Ordinis ſancti Franciſci de pœnitentia nuncupati ſuper his ſalubriter prouidere auctoritate apoſtolica tenore præſentium eiſdem conſeruatoribus,& iudicibus nunc,& pro tempore à dictis fratribus ordinis minorum à nobis, vel à ſede apoſtolica contra eoſdem fratres tertij ordinis huiuſmodi pro tempore impetratis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna,quam ſi contrafecerint eo ipſo incurrant, diſtricte præcipiendo mandamus, ne aliqui prædictorum, aut quorumcunq; aliorum forſan in poſterum ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs concedendorum de domibus dicti tertij ordinis, & illarum fratribus intromittere, aut illos ad inſtantiam dictorum fratrum ordinis minorum directe, vel indirecte moleſtare preſumant,ſed onus viſitandi domos,& fratres tertij ordinis huiuſmodi:&de illis,eorũq; rebus, & negotijs cognoſcendi Viſitatori dictæ congregationis tertij ordinis huiuſmodi, & deputatis ab eo relinquant.

5 Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Florentino,& Cremonenſi, ac Imolenſi Epiſcopis per præſentes mandamus. Quatenus ipſi, vel duo,aut vnus eorum per ſe, vel alium,aut alios eiſdem fratribus tertij ordinis in præmiſſis omnibus ad omnem Viſitatoris congregationis tertij ordinis,&illius fratrum prædictorum requiſitionem efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant eos per dictos conſeruatores à dictis fratribus minorum pro tempore deputatos, ſeu aliquem ex eis contra priuilegia ipſis fratribus tertii ordinis (vt præfertur) conceſſa,quomodolibet moleſtari contradictores auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſecularis.

6 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac dictorum ordinum iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non priuilegiis, & indultis illis ſub quibuſcumq; tenoribus conceſſis: quibus hac vice ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq;contrariis quibuſcunq;Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die octauo Februarii milleſimo quingenteſimo octauo, Pontificatus noſtri,anno ſexto. *Ordinis* 284. *Religionis* 109. *Ex Bullario de Sillis fol.* 57.

BVL-

BVLLA CXCII.

IVlius II. mandat Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, qui obedientiam Fratrum Minorum elegerunt, in eadem manere, & qui electam dimiſerunt, ad eam infra decem dierum ſpacium reuerti, qui autem nondum elegerunt, intra idem ſpacium eligere debere, in Prouincia S. Iacobi.

1 Exponi nobis feciſtis quod felicis recordationis Innocentius quartus prædeceſſor noſter vniuerſis miniſtris Prouincialibus Ordinis Fratrum Minorum per Italiam, & Regnum Siciliæ conſiſten. ſuis literis mandauit, vt per ſe, aut dicti Ordinis Fratres ad hoc idoneos miniſtros, & Fratres Tertii Ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia nuncupatos in Italia, & Regno prędicto conſiſten. pro tempore viſitarent, & eos regularibus diſciplinis inſtruerent, ac tam in capite, quam in membris corrigerent, & reformarent quodq; recolendæ memorię Sixtus Papa etiam quartus ſimiliter prędeceſſor, & ſecundum carnem patruus noſter literas Innocentii prędeceſſoris huiuſmodi approbando eaſdem ad Miniſtros, & Vicarios generales, & Prouinciales dicti Ordinis Conuentuales, & de obſeruantia reſpectiue ad Miniſtroſq; & Fratres dicti Tertii Ordinis extra Italiam, & Regnum prędictum per vniuerſum orbem conſiſtentes auctoritate Apoſtolica extendit in prædicti Miniſtri, & Vicarij Ordinis Minorum prędictos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis regularibus diſciplinis inſtruerent charitatiue viſitarent, & tam in capite, quam in membris corrigerent, & etiam per ablationem mantelli, vel habitus ſi dignum ſibi videretur caſtigarent, & prędictum Tertium Ordinem recipere volen. habitū, ſiue mantellum iuxta morem dicti Tertij Ordinis exhiberent, & alia ad conſeruationem dicti Tertij Ordinis facerent, inhibendo locorum ordinarijs, & alijs quibuſcunq; perſonis ne prętextu quarumcunq; literarum apoſtolicarum de præmiſſis ſe intromittere pręſumendo decernendo irritum, & inane quicquid ſecus fieret. Sed quoniam aliqui de prędicto Tertio Ordine maxime in veſtra præfata Prouincia Sancti Iacobi prędictis literis non obtemperabant.

2 Nos quieti, & tranquillitati prędicti Tertij Ordinis conſulen. vt ſuperioritatem, & pręeminentiam prędictis Miniſtris, & Vicarijs, per prædictos prędeceſſores conceſſam ſalubrius exercere valerent

rent prędictas literas confirmamus, ac potiori pro cautela de nouo conceſſimus, & vt præfati Tertij Ordinis Fratres, & Sorores infra ſex menſium ſpacium à die intimation̄. obedientiam Fratrum Conuentualium ſiue de obſeruantia iuxta prędeceſſorum prędictorum literas eligerent, ac certis ibidem deputatis iudicibus, vt prædictas noſtras literas certo modo, & forma executioni demandarent commiſimus, & mandauimus aduocationem, & extinguen̄. omnes cauſas, & lites inter vos, & pręfatos Tertij Ordinis Fratres, & Sorores penden̄. prout hac, & alia tam in prędeceſſorum noſtrorum, quam in noſtris literis plenius continetur.

3 Verum quia poſtmodum ad ſupplication̄. Viſitatoris, Miniſtrorum, & Fratrum, ac Abbatiſſarum, ſeu Matruum, & Monialium Monaſteriorum, ſeu domorum prædicti Tertij Ordinis veſtrę præfatæ Prouinciæ Sancti Iacobi in Compoſtella ortas, Nicolai quarti, & Eugenij etiam quarti, aliorumq; prædeceſſorum noſtrorum Apoſtolicas literas, ac indulta priuilegia, et gratias tam modum viuendi, & temporalitatem, quam etiam ſpiritualitatem concernendo, eidem Tertio Ordini illiuſq; Fratribus, Abbatiſſis, & Sororibus conceſſa, ac omnia, & ſingula ſtatuta, & ordinatum prædictorum Pontificum auctoritate edita, et facta regulari obſeruantiæ non derogantia, et inde ſecuta quæcunq; approbauimus, et confirmauimus, ac potiori pro cautela de nouo conceſſimus, et regulam Tertij Ordinis prædicti, prout Sanctus Franciſcus inſtituit, et prædicti prædeceſſores declararunt ab omnibus in dicto Tertio Ordine pro tempore profitentibus abſq; alia comparatione cum alijs duabus regulis dicti Sancti ſub excommunicationis latæ ſententiæ, et aliis pœnis obſeruare debere ſimiliter iuſſimus, et mandauimus cum certis derogation. et corroborationibus prout in literis ad ſupplicationem prædictorum Viſitatoris Fratrum, et Sororum Tertij Ordinis habitis etiam plenius continetur: prædicti Viſitatorum Fratres, et Sorores Tertij Ordinis præfati, vel aliqui eorum in prædicta veſtra Prouincia veſtram obedientiam præfatam eligere noluerunt, neq; à vobis reſpectiue viſitari, corrigi, et reformari iuxta prędeceſſorum noſtrorum, et prædictas noſtras literas permiſerunt, neq; de præſenti permittunt prætenden. prætextu confirmationis noſtræ prædictæ eis factæ, et in eadem confirmatione contentarum derogationum, vel aliarum literarum

teraru m

terarum eis forte conceſſarum ab obedientia viſitatione, correctione prædictis eſſe liberatos, ex quo ſi permitteretur non ſolum in prædicta prouincia viſitation. & correction. huiuſmodi fructus iuxta intentionem prædeceſſorum præfatorum, & noſtram ceſſaret, ſed etiã vt ſimiliter in alijs prouincijs quod viſitationis, & correctionis iugum ſubterfugeretur per ſimilem, & per alias vias pręberetur occaſio. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis paterna cura iuxta prædicti Tertij Ordinis conſeruationem prouidere dignaremur.

4 Nos igitur qui dum Cardinalatus fungebamur honore prædicti veſtri Ordinis Protector fuimus, & inde de omnibus tribus Sancti Franciſci Ordinibus multa tractauimus, vidimus, & intelleximus, quiq; illa quæ per prædictos prædeceſſores noſtros, & maxime per præfatum Sixtum quartum qui non ſolum dum ad Cardinalatus honorem aſſumptus fuit veſtri prædicti Ordinis Generalis Miniſtri fungebatur officio, ſed etiam ab ineunte eius ætate in prædicto Ordine fuit nutritus. Vnde oportunitatum, pacis, quietis, & augmenti trium præfatorum ordinum in diuerſis ſtatibus, & temporibus veriſimiliter eſt certam ſcientiam habuiſſe circa prædictas viſitationem, & correctionem ordinata fuerunt ſalubria vtilia, & neceſſaria, & nullatenus alterando prædicto Ordini, ac alijs duobus eſſe putantes, tenore præſentium declaramus noſtræ intention. fuiſſe, & eſſe per prædictas noſtras, & alias quaſcunq; ad ſupplicationem prædictorum Viſitatoris, Miniſtrorum, Fratrũ, & Sororum, vel cuiuslibet eorum, aut alterius cuiuſcunq; perſonæ in ſui fauorem habitas litteras modum viuendi, ſeu regulam prædictorum Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis tam circa ſpiritualitatem, quam circa temporalitatẽ, ac eorum conſtitutiones, & ſtatuta quæ auctoritate Apoſtolica vigore litterarum prædictarum Nicolai, Eugenij, & aliorum Summorum Pontificum facta fuerũt, & per præfatum Sixtum rerum huiuſmodi expertiſſimum, & per nos non fuerunt immutata dumtaxat fuiſſe per nos confirmata, & de nouo conceſſa.

5 Et ideo locorum ordinarijs prout prædictus Sixtus prædeceſſor inhibuit maxime venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchæ Alexandrin. & Archiepiſcopo Compoſtellan. ac Epiſcopo Salaman. auctoritate, & tenore pręfatis inhibentes, ac lites inter vos, & prædictos

Digitized by Google

dictos Tertij Ordinis Fratres, & Sorores ſuper viſitation.& reformatione præfatis prout in prędictis noſtris literis ad nos aduocauimus,& extinximus,nunc ſimiliter aduocan.& extinguen.auctoritate, & tenore pręſentium prædictorum Innocentij quarti, & Sixti etiam quarti, & noſtras literas,ſuperioritatem,viſitationem, & reformationem, & correctionem præfatas concernen. confirmamus,& approbamus,ac omnia in eis,& eorum ſingulis contenta potiori cautela nunc de nouo concedimus.

6 Mandan.quod omnes dicti Tertij Ordinis Fratres, & Sorores qui virtute prædictarum Sixti quarti prefati, & noſtrarum literarum, vel quarumlibet earum, aut alio quouis modo in veſtra prędicta Prouincia obedientiam cuiuslibet veſtrum elegerunt in eiſdem iuxta earumdem literarum tenorem reſpectiuè perpetuę remaneant. Illi vero qui obedientiam alterius veſtrum ſemel electam dimiſerunt ad eamdem intra ſpacium decem dierum à die intimationis præſentium reuertantur in ea ſimiliter iuxta dictarum literarum tenorem præmanſuri,Fratres autem, & Sorores qui obedientiam cuiuslibet veſtrum iuxta formam dictarum Sixti,& noſtrarum literarum, ſeu alio quouis modo huc uſq; non elegerint infra prædictorum decem dierum ſpacium alterius veſtrum obedientiam eligere, & in eiſdem iuxta prædictarum Sixti, & noſtrarum literarum tenorem ſub pœnis in eiſdem contentis ſimili modo perpetue remanere reſpectiue teneantur.

7 Quo circa venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Sipoñ. & Epiſcopo Leſineñ. ac dilecto filio priori Sancti Vincentij Ordinis Sancti Benedicti Salamañ. Ciuitatis, per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios in pręmiſſis efficaci defenſion. præſidio aſſiſten. faciant omnia, & ſingula pręmiſſa firmiter obſeruari. Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas,& alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus conſtitutionibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. quibus cauetur ne quis extra ciuitatem, diœceſim,niſi in certis caſibus expreſſis,& in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad iudicium euocetur, ſed omnia iudices apoſtolici extra ciuitatem, & diœceſim in qua videlicet deputati fuerint contra quoſcumq;procedere,aut alij,vel alijs vices ſuas committ-

mittere præſumant, & de duabus dietis in concilio generali, nec non omnibus, & alijs conſtitutionibus, & ordination. alijſq; literis apoſtolicis præfatis Fratribus, & Sororibus dicti Tertij Ordinis, vel cuilibet eorum, aut alijs quibuſuis perſonis in eorum fauorem, tam ſuper dicta confirmatione, quam alias conceſſis, ac etiam illis quas prædeceſſoris noſtri, & nos in omnibus in veſtrum fauorem conceſſis literis volumus non obſtare cæteriſq; contrariis quibuſcunq; Quę omnia, & inde ſecuta quæcunq; ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur quatenus prædictorum Innocentii, & Sixti, ac noſtris in veſtrum fauorem conceſſis literis ſunt contraria caſſamus, reuocamus, annullamus, ac nullius eſſe momenti iubemus. Decernen. irritum, & inane quicquid ſecus à quoquam ſcienter, vel ignoranter factum fuerit. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 7. Ianuarii M.D.IX. Pontificatus noſtri anno ſexto. *Ordinis* 289. *Religionis* 110.

Ex Bullario de Sillis fol. 59.

BVLLA CXCIII.

IVlius II. ſcribit Priori S. Andreæ Venetiarum, & Præpoſito SS. Simonis, & Iudæ Paduæ, vt concedant licentiam Fratribus ædificandi conuentum in Terra Nouentæ, cum communicatione priuilegiorum aliarum Domorum etiam concedendorum.

1 Pia erga Deum deſideria, ex quibus cum ſalute animarum propagatur religio, benigno fauore proſequimur, & vt ad optatum perducantur effectum libenter præſentes noſtræ ſolicitudinis interponimus. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Miniſter Principalis, & Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Regularis Obſeruantię ſub habitu Eremitico Congregationis Lombardiæ degentes, quod Petrus Venturi Laicus Venetus zelo deuotionis, quam ad Ordinem, & Fratres prędictos gerebat, ductus in vltimo ſuo teſtamento, quod condidit quandã domum ſitam in villa Nouentę territorij, & diœceſis Paduanæ cũ ciſura, & ſinellis valoris Marchetorum communiter annuatim non excedentibus, & ad huiuſmodi ciſuram pertinentibus, eidem Ordini, vt ibidem vnum monaſterium eiuſdem Ordinis conſtrueretur cum ordine miſſas, & alia diuina officia inibi, & certis die-

bus anni per ipſius Petri, ac vxoris, & parentum ſuorum animarum ſalute celebrandi, & etiam congruis temporibus prædicandi, & ſepulturam in medio Eccleſię ipſius Monaſterij cum armis eiuſdem teſtatoris ędificandi, ita quod locus prędictus quoquomodo permutari non poſſit reliquit, prout in quodam inſtrumento publico deſuper confecto plenius dicitur contineri.

2 Quare dicti Miniſter, & Fratres, qui vt aſſerunt Monaſterium huiuſmodi ibidem ędificare intendunt, Nobis humiliter ſupplicare fecerant, vt eis dictum Monaſterium inibi ędificari licentiam concedere, ac alias ſuper his opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur, qui diuinum cultum, & religionem vbique vigere, & augeri, ac pias teſtantium voluntates executioni debitę demandari intenſis deſideramus affectibus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtrę per præſentes committimus, ac

4 Mandamus quatenus vos, vel alter veſtrum, ſi eſt ita, Miniſtro Principali, & Fratribus prędictis in dicto loco vnum Monaſterium, ſeu vnam Domum cum Eccleſia, campanili, campanis, cęmeterio, dormitorio, hortis, hortalitijs, & alijs officinis pro perpetuis vſibus, & habitatione Fratrum huiuſmodi, ſine iuris alieni præiudicio conſtruendi, & ędificandi, ſeu conſtrui, & ędificari faciendi, ac Domum ipſam, & illius Eccleſiam cum ſuis pertinentijs tamquam membrum dictę Congregationis recipiendi, & inhabitandi, ac illa, iuxta ipſius Congregationis ritus, obſeruantias, & mores regendi, & gubernandi licentiam elargiri auctoritate noſtra curetis.

5 Nos enim eidem Domui, poſtquam conſtructa fuerit, vt pręfertur, ac Fratribus in ea pro tempore degentibus, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, indulgentijs, gratijs, & indultis alijs domibus, & Fratribus Ordinis, & Congregationis prędictorum qualitercunq; conceſſis, & quibus alię Domus Ordinis, & Congregationis prędictorum Fratres in genere vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium de ſpeciali gratia indulgemus.

6 Iure tamen Parochialis Eccleſię dicti loci, quod ad oblationes, et primitias, quę à laicis Eccleſijs ſolent exhiberi, in quibus Fratres

prę-

prędicti Parochialis Eccleſias occaſione huiuſmodi indulti defraudare non valeant duntaxat ſemper ſaluo.

7 Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri prohibentis, ne quiuis Ordinis Mendicantium Fratres loca ad inhabitandum de nouo recipere præſumant, abſq; Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali faciente plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de huiuſmodi prohibitione mentionem, & quibuſuis alijs conſtitutionibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 26. Februarij 1509. Pontificatus noſtri anno ſexto. *Ordinis* 289. *Religionis* 110.

Extracta ex curia Epiſcopali Paduana, tunc Cancellario Franciſco Calderio ciue Paduano, & Notario vtraque auctoritate.

BVLLA CXCIV.

LEo X. Eccleſiam S. Mariæ de Canculis ruralem de Corono diæceſis Britonorenſis vacantem vnit Eccleſiæ S. Mariæ conuentus extra Forumpompilium.

1 Paſtoralis officij debitum, quo vniuerſis eccleſijs, & domibus, ac aliis piis locis orbis præſidemus mentem meam excitat, vt in earundem eccleſiarum, domorum, & locorum preſertim Religioſorum quorum libet ſtatuum, ſalubriter dirigendo curis intendamus aſſiduis, & ad ea, per quæ in eccleſijs, domibus, & locis prædictis diuinum cultum augeri, & perſonarum in eis diuinis laudibus inſiſtentium comoditatibus, ac eccleſiarum, domorum, & locorum huiuſmodi inſtaurationi valeat ſalubriter prouideri, noſtri miniſterij partes ſolertius impartimur.

2 Dudum ſiquidem omnia beneficia eccleſiaſtica apud Sedem Apoſtolicam tunc vacantia, & inantea vacatura colationi, & diſpoſitioni noſtræ reſeruauimus, decernentes ex tunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper ijs à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari.

3 Cum itaque poſtmodum eccleſia Ruralis Sanctæ Mariæ de Canculis, alias de Corono Britinorien. diæceſis per liberam reſignationem dilecti filii Georgii Magiſtri Petri Penſe nuper ipſius eccleſiæ Rectoris de illa, quam tunc obtinebat per dilectum filium

Ale-

Alexandrum Marri dictum Cæleuatenſem Procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum in manibus noſtris ſponte factam,& per vos admiſſam apud ſedem eamdem vacauerit,& vacet ad præſens, nullusq; de illa preter nos hac vice diſponere potuerit, ſiue poſſit reſeruatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis.

4 Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, & Miniſtri conuentus, domus Sanctæ Mariæ de Populo Fratrum Tertii Ordinis S.Franciſci de pęnitentia nuncupati ſub habitu heremitico Congregationis Lombardiæ extra muros Foripompilienſes dictę nomine exhibita petitio continebat, ſi dicta eccleſia menſæ conuentuali domus dictæ, quæ nuper cum eccleſia erecta, & fundata exiſtit, & cuius Fratres ex ſolis piis elemoſinis viuunt perpetuo vniretur anecteretur, & incorporaretur proficto Miniſtri, & Conuentus dictæ domus comoditatibus, & dictæ eccleſiæ diruptæ inſtaurationi plurimum conſuleretur, quare pro parte Miniſtri, & Conuentus prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eccleſiam prædictam menſę Conuentuali dictæ domus perpetuo vnire, anectere, & incorporare, ac alias eius in pręmiſſis oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod petentes beneficia eccleſiaſtica aliis vniri tenerentur exprimere verum animum valorem ſecundum communem extimationem, etiam beneficii, cui aliud vniri pateretur, alioquin vnio non valeret, & ſemper in vnionibus comiſſio fieret ad partes vocatas, quorum intereſt miniſtrum, ac ſingulos fratres ex Conuentu huiuſmodi, à quibuſuis excommunicationis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, eccleſiam prædictam, quę ſine cura eſt, & cuius fructus, reditus, & prouentus octo ducatorum auri de camera ſecundum extimationem prędictam valorem animam vt miniſter, & conuentus prædicti aſſerunt non excedunt, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuſcumq; perſona ſeu per ſimilem reſignationem dicti Georgij, vel cuiuſuis alterius de illa in Romana curia, vel extra eam etiam eorum notario publico, & teſtibus ſpontè factam vacet, etiam ſi tanto tempore vacauerit, quod eius colatio iuxta ſtatuta Lateranen. Concilij ad Sedem prędictam legitime deuoluta ipſarum eccleſia diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias genera-

neraliter reſeruata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos dies, cuius ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo pendeat indeciſa, dummodo eius diſpoſitio hac vice ad nos pertineat, omnibus eorum iuribus, & pertinentiis ſuis eidem menſe auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus.

6 Itaque liceat Miniſtro, & conuentui pręfatis per ſe, vel per alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem eccleſię iuriumq; & pertinentiarum pręfatarum propria auctoritate liberè aprehendere, & perpetuo retinere, illiuſq; fructus, reditus, & prouentus in ſuos, & menſę huiuſmodi vſus, & vtilitatem, ac eccleſiæ prędictorum inſtaurationem conuertere dięceſani loci, & cuiuſuis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita.

7 Non obſtantibus voluntate noſtra prædicta, ac felicis recordationis Bonifacii Papę Octaui prædeceſſoris noſtri, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumq; aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis, de huiuſmodi, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictę ſedis, vel legatorum eius literas impetrauerit, etiam ſi per eas ad inibitionem, reſeruationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem ac inde ſecuta quęcumq; ad dictam eccleſiam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum pręiudicimus generari, et quibuslibet alijs priuilegiis, indulgentiis, et litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumq; tenore exiſtant, perquę præſentibus nō expreſſa, vel totaliter non inſerta effectum, earum impediri valeat, quomodolibet, vel diferi, et de quibus quorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit mentio ſpecialis in noſtris litteris.

8 Pręuiſoq; quod propter vniones annexiones, et incorporationes prędictas dicta eccleſia debitis non fraudetur obſequiis, ſed eius congrue ſuportentur onera conſueta nos, cumq; prout eſt.

9 Irritum decernimus, et innane, ſi ſecus ſuper ijs à quoquā quauis auctoritate ſcienter, uel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, nulli ergo omnino hominum, etc. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis

tionis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo quartodecimo octa-uo Idus Martii,Pontificatus noſtri anno ſecundo.*Ordinis* 294. *Religionis* 115.

Extracta ex Archiuio eiuſdem Conuentus S. Mariæ extra Forumpompilium.

LEO PAPA X.

IOannes ex Laurentio de Mediceis Florentinus,creatus vndecimo Martij, vltimo Aprilis coronatus fuit anno 1513. *Sedit annos octo, menſes octo,& dies viginti. Obijt primo Decembris* 1521. *depoſitus in Vaticano ſepultus fuit in Eccleſia ad Mineruam.*

BVLLA CXCX.

LEo X. concedit Indulgentiam Plenariam perpetuam contritis, & confeſſis viſitantibus Eccleſiam Sanctorum Coſmæ, & Damiani in eorum feſto, & aliquo die infra octauam eorundem. Infra CCXXXVII.

1 Si populus Iſraeliticus, qui ſub vmbra legis frequenter accedens oraturus ad locum, quem Dominus elegerat vota ſua, et donaria plurima offerebat, tanto magis populus Chriſtianus, cui apparuit benignitas Saluatoris Domini Noſtri Ieſu Chriſti tenetur Eccleſias pręſertim, quę denominationis Diaconorum Cardinalium exiſtunt congruis honoribus frequentare, & offerre munera eiuſmodi cum animi puritate, quanto certiora ſunt experimenta figuris, immo debita reputamus, ut Eccleſias pręſertim, quibus S. R. E. Cardinales pręſunt, gratioſis remiſſionum proſequantur impendiis, et indulgentiarum remiſſionibus decoremus.

2 Sane ſicut accepimus, Eccleſia Sanctorum Coſmę, et Damiani de Vrbe, quę dilecti filii Innocentii Diaconi Cardinalis ſecundum carnem nepotis noſtri ſui Cardinalatus denominatio exiſtit in ſuis ſtructuris, et ędificiis reparatione, et inſtauratione plurimum indigere noſcatur; ſintq; Chriſti fidelium ſuffragia ad hoc plurimum oportuna, indemnitati dictę Eccleſiæ, ad quam ſingularem deuotionis gerimus affectum, et ut ea congruis frequentetur honoribus, et paterno affectu conſulentes; et ut Chriſtifideles in eam eo libentius confluant, et ad reparationem, et inſtaurationem ma-

nus

Digitized by Google

nus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc dono cæleſtis gratiæ ibi vberius conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi omnibus, & ſingulis vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, qui annuatim in feſto eorumdem Sanctorum Coſmæ, & Damiani, & aliquo ex octo diebus feſtiuis huiuſmodi ſequentibus dictam Eccleſiam deuote viſitauerint, & ad reparationem, ac reſtaurationem prædictas manus porrexerint adiutrices plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum remiſſionem, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Præſentibus, quas ſub quibuſcunq; ſuſpenſionibus ſimilium Indulgentiæ hactenus emanatis, & in poſterum emanandis comprehendi nolumus, perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 15·4. Sexto idus Septembris Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Ideſt 8. Septembris, Ordinis 294. Religionis 115.

Extracta ex originali conſeruato in Archiuio conuentus Romani eorundem Sanctorum Coſmæ, & Damiani.

BVLLA CXCVI.

LEo X. *confirmat priuilegia Fratribus conceſſa per Gregorium IX. & Sixtum IV. mandatq; Archidiaconis Pontentino, Tricaricenſi, & Montis Peluſij, vt defendant à moleſtijs Fratres Prouinciæ Baſilicatæ*

1 Exponi Nobis feciſtis, quod licet dudum felicis recordationis Gregorius IX. & Sixtus IV. prædeceſſores noſtri pia conſideratione omnes Fratres, & Sorores Tertię Regulę Beati Franciſci de Pœnitentia nuncupati præcipuis fauoribus proſequentes, vt congruentibus libertatibus, & immunitatibus eccleſiaſticis, quibus aliæ perſonæ religioſæ gaudent, & potiuntur, gaudere, & potiri debere, & poſſe, indulſiſſent; ac omnibus, & ſingulis Communitatibus, Poteſtatibus, Rectoribus, & alijs quibuſcumq; officialibus, etiam ſub excommunicationis pæna eo ipſo ab his, qui contra facerent, incurrenda, ne ipſos, aut quempiam illorum quominus huiuſmodi exemptionibus tam fori, quam perſonæ potiantur nullatenus moleſtare, aut inquietare præſumerent diſtrictius inhibuerunt.

2 Vniuerſis inſuper, & ſingulis in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis perſonis, quando, & quoties in, & ſuper his, à quoquam ipſorum requiſiti fuerint, in præmiſſis libertatibus eoſdem conſeruare, & manutenere pro viribus deberent, ſtatuerunt, & mandauerunt, prout in literis dictorum prædeceſſorum noſtrorum plenius continetur.

3 Quidam tamen Domini, Magiſtratus, Rectores, & Officiales in Prouincia Baſilicatæ conſiſtentes, eccleſiaſticas cenſuras paruipendentes in animarum ſuarum periculum grauamen veſtrum, & Chriſtifidelium pernicioſum exemplum, ac ſcandalum plurimorum vos nimium comprimentes, contra huiuſmodi priuilegia, officia publica recipere, exequi, & perſonalia onera ſuſtinere, aliaſq; vos multipliciter perturbare, & inquietare contendunt; & propterea ad Nos recurrentes humiliter ſupplicaſtis, quatenus paterno affectu vos proſequendo, & huiuſmodi prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhęrentes, in præmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur, qui circa perſonas quaslibet ſub habitu, & profeſſione à mundo quoquo modo ſemotis, diuinis vacantes beneplacitis, ſolicitudinis noſtrę partes, per quas ſincera eorum deuotio incrementis continuis laudabilius in Domino proficiſcatur, libenter impendimus, ac vt ea, quæ pro ipſorum quiete eis à Sede Apoſtolica clementer indulta fuit illibata perſiſtant, veſtris in hac partę ſupplicationibus inclinati, huiuſmodi prædeceſſorum noſtrorum literas, ac in eis contenta quæcumq; priuilegia, gratias, & indulta, quatenus ſint in vſu, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere volumus.

5 Ac dilectis filijs Potentino, & Tricaricenſi, & Montis Peluſij Eccleſiarum Archidiaconis committimus, & mandamus, vt vnus, vel duo, aut vnus eorum vobis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittant, vos à prædictis vel quibuſcunq; alijs contra huiuſmodi prædeceſſorum noſtrorum tunc vobis indulta, & nunc per Nos eadem auctoritate duntaxat confirmata, quoquo modo indebite moleſtari; moleſtatores, & pręſumptores huiuſmodi, nec non quoslibet contradictores, & rebelles cuiuſcumq; dignitatis, ſtatus, vel conditionis exiſterent, quandocumq; & quotieſcumq;

eis

Digitized by Google

eis expedire videbitur, per cenſuram eccleſiaſticam, & alia iuris remedia compeſcendo. Conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cęteriſq; alijs in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die ſexta Ianuarij 1514. Pontificatus noſtri anno primo. *Ordinis* 294. *Religionis* 115.

Vading. tom. 8. Bulla 3. ex breui originali.

BVLLA CXCVII.

L*Eo X. ad expoſitionem incolarum, & habitatorum Terræ Noti mandat Epiſcopo Syracuſano, vel eius Vicario, vt informatione recepta ſuper expoſitis Corradi, quam pro Sancto venerantur, & veritate comperta deputet diem, quo ab illis venerandus ſit Beatus Corradus, ſicut venerantur alij Beati.*

1 Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij vniuerſi incolæ, & habitatores terræ Neti Siracuſan. Dięceſis quod iam centum ſexaginta annis, & vltra elapſis Bon. mem. Conradus Placentinus de Nobili genere procreatus ad dictam terram accedens, in quodam eremitorio in certa ſilua propè dictam terram conſiſtente, vſq; ad vltimum vitæ ſuę eremitariam, & laudabilem vitam duxit, ac eius interceſſione, tam antè quam poſt eius obitum, plura, & diuerſa miracula Dominus Noſter Ieſus Chriſtus inibi operatus eſt, ac operatur de præſenti, prout in diuerſis inſtrumentis ſeu ſcripturis publicis deſuper de tuo, ſeu tunc Epiſcopi Syracuſani mandato confectis plenius dicitur contineri.

Propterea incolę, & habitatores prædicti ob multa miracula perpetrata ab eo tempore citra eundem Conradum pro Beato venerati ſunt, & venerantur de præſenti, ac eiuſdem Conradi obitus, vel certum alium diem vt feſtum obſeruant, ac impoſſibile quodammodo foret eos à veneratione, & obſeruatione huiuſmodi reuocare.

Cum autem nulli liceat quenquam pro Beato abſq; auctoritate Sedis Apoſtolicæ venerari, & propterea dubitant excommunicationis, & alias ſenteutias, cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas incurriſſe, ſupplicari fecerunt nobis humiliter dicti incolæ, & habitatores, vt ſuper his opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

2 Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, vt de præmiſſis nobis expoſitis te diligenter informes, & ſi, ſeruatis ſeruandis, præmiſſa uera fore repereris, eoſdem incolas ac habitatores, ac eorum ſingulos ab huiuſmodi exceſſibus abſoluas in forma eccleſię conſueta, eiſque necnon alijs quibuſuis Chriſtifidelibus, ut eundem Cõradum prout alios Beatos nondum Canonizatos uenerari, illiuſq; feſtum die per te deputanda celebrare, ac omnia, & ſingula alia in præmiſſis, & circa illa neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facere libere, & licite poſſint, et ualeant, licentiam, & facultatem perpetuo concedas, non obſtantibus apoſtolicis, ac in prouincialibus, et ſinodalibus concilijs editis ſpecialibus, uel generalibus conſtitutionibus, et ordinationibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romę apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 12. Iulij 1515. Pontificatus noſtri anno tertio. *Ordinis 295. Religionis 116.*

Extracta ex tomo 4. Vading. ad annum 1351. num. 30. vbi ſubiungit literas Epiſcopi Syracuſani nomine Guillielmi Raymundi, & Iacobi Humani Epiſcopi Scutanenſis, & Abbatis S. Spiritus prope Calathanizettam, eiuſdem Epiſcopi Vicarij Generalis, qui diem decimumnonum Februarij ſui obitus deputauit pro veneratione Beati Corradi in Ciuitate Ingenioſa Netina, ſub die 28. Auguſti 1515. quod primo celebratum fuit ſequenti anno cum proceſſione publica Reliquiarum eius Beati per eandem ciuitatem Alia Bulla Pauli III. habetur infra CCXXII.

BVLLA CXCVIII.

L*Eo X. Zepperenſibus confirmat nonnulla ſtatuta per eoſdem facta, & priuilegia, ſi ſint in vſu approbat, & extendit ad Fratres Cameracenſis diœceſis, datis conſeruatoribus.*

1 Romanus Pontifex in ſuprema Eccleſiæ militantis ſpecula conſtitutus circa ſtatum Eccleſiaſticarum perſonarum, prǽſertim Sacrę religionis dedicatarum continuo ſolicitus ad ea, per quæ perſonarum earundem proſpero ſtatui, et ſalubri directioni conſulitur operoſis ſtudijs intendit, ac his, quę propterea proinde ſtatuta, et ordinata dicuntur ut illibata perſiſtant, libenter cum ab eo petitur Apoſtolici muniminis prǽſidium propenſius impertitur.

2 Sane

2 Sanè pro parte dilectorum filiorum Franciſci Geſter VVych Generalis, ac diuerſorum Miniſtrorum ſingularum Domorum, & Conuentuum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati Congregationis de Zepperen. nuncupatæ diæceſis Leodienſis, & Cameracenſis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias ipſi in certo tunc per eos celebrato Capitulo capitulariter congregati circa proſperum ſtatum, & ſalubrem directionem Domorum, & Conuentuum, ac perſonarum Ordinis, & Congregationis prædictarum intenti inter alia ſalubria ſtatuta, & ordinationes per eas in dicto Capitulo condita, & edita ſtatuerunt, & ordinarunt, vt bona Domorum, & Conuentuum prædictorum vtilius regerentur, & gubernarentur, nec per Miniſtros illarum alienarentur.

3 Quod omnes Miniſtri Domorum, & Conuentuum Ordinis, & Congregationis huiuſmodi, & eorum ſinguli conuocatis in eorũ Domibus, & Conuentibus illorum Fratribus, & habitis eis deſuper conſilio, & deliberatione maturis, ac obtento eorum, aut maiuris, & ſanioris partis illorum conſenſu, & aſſenſu, eorum Domos, & Conuentus, ac omnia, & ſingula illorum mobilia, & immobilia etiam hereditaria ad Domos, & Conuentus ipſorum tunc, & pro tempore expectantia, ac poſſeſſa, & in futurum aquirenda, & poſſidenda diſpoſitioni, & deliberationi præfati Capituli Generalis, iuxta tenorem, & formam priuilegiorum à Sede Apoſtolica eidẽ congregationi conceſſorum in Domo de Zepperenſi eiuſdem Ordiuis dictæ Leodienſis diæceſis ſingulis annis quarta Dominica poſt feſtum Reſurrectionis Domini celebrari ſoliti irreuocabiliter ex tunc in antea coram Notario publico, & teſtibus ad hoc vocatis, & rogatis ſub ſigillis eorum Domorum, & Conuentuum Miniſtris, & Fratribus in dicto Capitulo tunc exiſtentibus conſignari deberent ad effectum, vt ſingularum Domorum, & Conuentuum Ordinis, & Congregationis huiuſmodi fundationes firmæ perſiſterent, & inuiolabiliter obſeruarentur, ita quod Miniſtris dictarum Domorum, & Conuentuum abſq; Capituli Generalis huiuſmodi auctoritate, & licentia ad alium ordinem ſiue ſtatum bona earundem Domorum, & Conuentuum alienare non liceret.

4 Quodq; ne Fratres dicti Ordiuis abſq; licentia ſui ſuperioris ad ſacros ordines ſe promoueri facere, aut ad alium ordinem ſe trãſferre

ferre poſſent;& officium diuinum ſecundum ritum, & morem Romanæ Eccleſiæ, aut ciuitatis, & diæceſis Leodienſis dicere tenerentur.

Et inſuper, quod in qualibet Domo, ſeu Conuentu dictæ Congregationis vltra quinque ſacerdotes, qui ad menſam in materna, & vulgari lingua illius patriæ indoctis Fratribus legere tenerentur, eſſe non poſſent, prout in inſtrumentis publicis deſuper confectis plenius dicitur contineri.

5 Quare pro parte Franciſci Generalis, & Miniſtrorum prædictorũ Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prædictis, & quibuſcumq; alijs dictorum Ordinis, & Congregationis ſtatutis, & ordinationibus, necnon priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Ordini, & Congregationi per Nos, & Sedem Apoſtolicam conceſſis pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere; ac priuilegia ipſa ad Superiores,& Fratres Domorum in ciuitate, & dicta diæceſi Cameracenſi conſiſtentium extendere, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

6 Nos igitur, qui dictum Ordinem nedum conſeruari, ſed in melius dirigi noſtris potiſſime temporibus ſinceris deſideramus affectibus Franciſcum Generalem, ac Miniſtros præfatos, & eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis,&c.& abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati.

7 Prædicta, ac prout illa concernunt, omnia, & ſingula in prędictis inſtrumentis contenta, necnon omnia,& ſingula omnia alia Ordinis,& Congregationis huiuſmodi ſtatuta, & ordinationes, ac illis per Nos, & ſedem prædictam conceſſa priuilegia, indulta,& literas Apoſtolicas, quatenus ſint in vſu, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium approbamus, confirmamus, et innouamus; ſupplentes omnes, et ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

8 Et nihilominus huiuſmodi priuilegia eiſdem Ordini; et Congregationi, ac illorum ſuperioribus, et Fratribus vbicunq; exiſtentibus in genere conceſſa ad Superiores, et Fratres Domorum eorundem Ordinis,et Congregationis,ciuitatis,et diæceſis Cameracenſis prædictarum, auctoritate, et tenore prædictis extendimus, et ampliamus.

9

9 Quocirca dilectis filijs Præpoſito Monaſterij per Præpoſitum ſoliti gubernari S. Iacobi Frigida monte Bruxellenſis, et Decano Eccleſiæ Beatæ Mariæ Arſchot Cameracenſis, et Leodienſis diæceſum per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vnus, vel alter eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, ac in eis contenta quæcunq; vbi, et quando opus fuerit; ac quoties pro parte præfatorum, ac pro tempore exiſtentium Generalis, et Miniſtrorum Ordinis, et Gongregationis Leodienſis, et Cameracenſis diœceſum prædictorum, ſeu alicuius eorum deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicantes; eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra, ſtatuta, ordinationes, priuilegia, indulta, et literas huiuſmodi firmiter obſeruari; Ipſoſq; Generalem, et Miniſtros illis pacifice gaudere, non permittentes, eos deſuper quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, et rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, et alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo; ac ab obedientia ipſorum Generalis, et Miniſtrorum recedentes, quoties receſſerint ad eandem obedientiam reſtituendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

10 Non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, ac Ordinis, et Congregationis prędictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus contrarijs quibuſcunq;

11 Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, et expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

12 Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, innouationis, ſuppletionis, extenſionis, et ampliationis infringere, et ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius nouerit ſe incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini 1516. decimo Iulij Pontificatus noſtri anno quarto. *Ordinis 296. Religionis 117.*

Extracta ex ſtatutis eiusdem Congregationis Zepperenſis fol. 70. irrepſit error, nam data ſic terminat: Milleſimo quingenteſimo ſexto, decimo Iulij, Pontificatus noſtri decimo quarto. *Nam*

Nam conſtat, Leonem X. electum fuiſſe anno 1513. defunctum 1521. ac proinde ſediſſe ſolum octo annos, ideo eadem data à nobis emendata fuit. Patet etiam anno 1506. vixiſſe Iulium II. & anno decimo quarto accidiſſe quartum ſeu quintum annum Clementis VII. numerando ab anno 1513. creationis Leonis decimi.

BVLLA CXCIX.

LEo X. in Concilio Lateranenſi moderatus fuit priuilegia Regularium, & in ſpecie Tertiarios vtriuſq; ſexus in proprijs Domibus ſecularib. degentes, exceptis mulieribus expreſſo voto Caſtitatis, ſub iecit Parochis quoad omnia Sacramenta, exceptis Sacramentis Pænitentiæ, & Eucharistiæ extra diem Paſchatis; volu itq; eos eſſe ſubiectos oneribus, quæ alijs laicis incumbunt, & conueniri coram iudice laico. Collegialiter vero, ſeu cum clauſtralibus habitantes, mandat gaudere priuilegijs eius Tertiæ Regulæ, cuius habitum portant.

1 Dum intra mentis arcana reuoluimus, et diligenti conſideratione penſamus operoſa ſolicitudinis ſtudia, continuoſq; labores pro diuini nominis gloria, exaltatione catolicæ fidei, Eccleſiæ vnitate conſeruanda, et inſtitutione, ac ſalute fidelium animarum per Coepiſcopos, eorumq; ſuperiores in diuerſis partibus ad regimen ſuarum eccleſiarum à Sede Apoſtolica conſtitutos.

2 Necnon Fratres diuerſorum Ordinum preſertim Mendicantium indefeſſe, et indeſinenter impenſos, tanta ex eorum in vinea Domini fructuoſis operibus, et oportune, ac laudabiliter geſtis, cordi noſtro prouenit ſatisfactio, vt ijs, quæ ad pacem, et quietem inter eos conſeruandam conducere cognoſcimus, omni ſtudio intendamus.

3 Nouimus enim Epiſcopos ipſos in partem ſolicitudinis noſtræ aſſumptos fuiſſe quorum honor, et ſublimitas (teſtante Ambro.) nullis poteſt comparationibus adæquari. Religioſos etiam in agro Dominico pro Chriſtianę Religionis difenſione, et ampliatione cũplura feciſſe, ac vberes fructus protuliſſe, et in dies ſingulos proferre, ita vt eorumdem Epiſcoporum, ac Religioſorum bonis operibus, Orthodoxam Fidem incrementa ſumpſiſſe, et per orbem terrarum vndique dilatatam fuiſſe, fidelium nullus ignoret. Et ſicut ipſi ſæpe numero vigilantiſſima, et ſolerti cura ſchiſmata in

Dei

Digitized by Google

Dei Eccleſia extinguere, et Eccleſiæ vnitatem reddere, et vt eidem Eccleſiæ pacis tranquillitas daretur, innumeros labores ſubire non dubitauerunt, ita quoque par eſt, eos inter ſe noſtris prouiſionib. pacis vinculo, ac fraterna charitate, & vnitate coniungi, vt eorum concordi doctrina, & inuictis operib. vberiores in Eccleſia Dei fructus proueniant.

4 Sanè cupientes, vt iura ſpiritualia, quæ ad Dei laudem, & Chriſti fidelium animarum ſalutem pertinent, & quorum exercitium præfatis Epiſcopis, & eorum ſuperiorib. in ſuis diœceſib. cum ipſi in partem ſolicitudinis vt præfertur, aſſumpti, ac diœceſes diſtinctæ, & cuilibet eorumdem Epiſcoporum aſſignatæ fuerunt) commiſſum extitit, per ipſos Epiſcopos exerceantur, & ius illa libere exercendi, quantum fieri poteſt, eis illæſum præſeruetur, & ſi aliqua dictis Fratribus Mendicantib. in eorumdem Epiſcoporum læſionem per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam conceſſa fuerint, conceſſiones huiuſmodi eiſdem Religioſis factas in ſubſequentibus duximus moderandas, vt ipſi Fratres potius ab eiſdem Epiſcopis omni cum charitate fouerentur, quam aliquo modo moleſtarentur, & inquietarentur. Vna enim eſt Regularium, ſæcularium, prælatorum, & ſubditorum, exemptorum, & non exemptorum vniuerſalis Eccleſia, extra quã nullus omninò ſaluatur. Eorumq; omnium vnus Dominus, vna fides, & propterea decet eos, qui eiuſdem ſint corporis, vnius etiam eſſe voluntatis, & ſicut Fratres nexu inuicem charitatis aſtricti ſunt, ſic non conuenit alterum in alterius iniuriam, ſeu iacturam proſilire, dicente Saluatore: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.

5 Ad conſeruandam igitur inter Epiſcopos, & eorum ſuperiores, ac prælatos, & Fratres huiuſmodi mutuam charitatem, & beneuolentiam, diuini quoque cultus augmentum, pacemq; & tranquillitatem vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus, quod ita demum fieri poſſe cognoſcimus ſi vnicuique, quantum fieri poteſt, ſua iuriſdictio conſeruetur, Sacro approbante Concilio, ſtatuimus, & ordinamus, quod Epiſcopi, & eorum ſuperiores, & alij prælati præfati, parochiales Eccleſias ad eoſdem Fratres ratione locorum ſuorum legitimè ſpectantes, quod ea, quæ ad parochianorum curam, & Sacramentorum conſeruationem, adminiſtrationemq; pertinent, ſi-

ne tamen viſitatorum inſolito grauamiue, vel impenſa viſitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes (ſi Religioſi fuerint) iuxta ipſius ordinis Regularia inſtituta, intra ſepta Regularis loci, ſeculares vero presbyteros, & Fratres huiuſmodi beneficia obtinentes, liberè tamquam ſuæ iuriſdictioni ſubiectos punire.

6 Ac tam prælati, quam presbiteri ſeculates, qui vinculo excommunicationis ligati non fuerint, Miſſas in Eccleſijs domorum eorumdem deuotionis cauſa celebrare volentes, celebrare poſſint. Ipſiq. Fratres tales celebrare volentes liben ter recipere debent. Et ab eiſdem prælatis ad proceſſiones ſollemnes pro tempore faciendas requiſiti (dummodo eorum loca ſuburbana vltra vnum milliare à Ciuitatib. reſpectiuè non ſunt remota) accedere.

7 Necnon ſuperiores eorumdem Fratrum, Fratres, quos ad audiendas confeſſ. ſubditorum eorumdem prælatorum pro tempore elegerint, eiſdem prælatis perſonaliter exhibere, ac præſentare (ſi eos ſibi exhibere, & præſentare poterint.) alioquin eorum Vicarijs dummodo ad prælatos vltra duas diætas accedere non cogantur omninò teneantur. Poſſintq. illi per eoſdem Epiſcopos, & prælatos ſuper ſufficienti litteratura, & aliqua (ſaltem huiuſmodi Sacramenti peritia dumtaxat) examinari talibuſq; præſentatis, & admiſſis, vel etiam indebitè recuſatis, confitentes, conſtitutioni, quæ incipit: Omnis vtriuſque ſexus (quo ad confeſſionem dumtaxat) ſatisfeciſſe cenſeantur.

8 Ipſiq. fratres etiam forenſium confeſſiones audire valeant. Laicos autem, & Clericos ſeculares à ſententijs ab homine latis, nullatenus abſoluere poſſint. Euchariſtiæ vero, & Extremæ vnctionis, aliaq; Eccleſiaſtica Sacramenta illis, quorum etiam infirmorum, ac decedentium confeſſiones audierint, dicentibus proprium Sacerdotem illa ſibi dare denegaſſe, dare nequeant, niſi denegatio ſine legitima cauſa facta, vicinorum teſtimonio probata, aut requiſitio coram Notario publico facta, doceretur. Eorumdem verò fratrum obſequio inſiſtentibus Sacramenta huiuſmodi nullatenus miniſtrare valeant, niſi illorum durante obſequio. Pacta autem, & conuentiones inter eoſdem Fratres, & Prælatos, atque Curatos pro tempore inita, valeant, niſi per ſubſequutum Capitulum proximum Generale, vel Prouinciale, refutata, & per eos refutatio huiuſmodi intimata debito tempore fuerit. 9

Digitized by Google

9 Parochias autem cum Cruce ad leuanda funera eorum, qui apud Eccleſias domorum, & locorum eorumdem ſuam elegerint ſepulturam, intrare non poſſint, niſi prius præmonito, & requiſito, ac recuſante parochiano presbytero, & tunc ſine eius, ac ordinarij præiudicio (niſi eiſdem Fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo, quæ ſit in viridi obſeruantia, & cum pacifica poſſeſſione, ſuffragetur). Volentes quoq. ſepeliri in habitu eorumdem Fratrum in clauſtro non degentes, ſed in proprijs domibus habitantes, in eorum vltima voluntate ſepulturam ſibi liberè eligere poſſint.

10 Quodq; Fratres ipſi ad ordines promouendi, per Ordinarios de Grammatica, & ſufficientia examinari, & dummodo competenter reſpondeant, per eoſdem ordinarios libere admitti. At nullatenus in eorum Eccleſijs ſeu domibus, aut alijs eorum locis ab alio quã à Diœceſano Epiſcopo, niſi prius ipſo Diæceſano Epiſcopo, vel eius Vicario ſuper hoc cum debita inſtantia requiſito, & abſque rationali cauſa contradicente vel eo à Diœceſi abſente, ad dictos ordines promoueri debeant.

11 Nec ab alieno Epiſcopo conſecrationem Eccleſiæ, vel Altaris, aut Cæmeterij benedictionem petere, ſeu in Eccleſijs per eos pro tempore ædificandis, primum lapidem per alienum Epiſcopum poni facere poſſint, niſi ſibi ordinarius bis, aut ter cum debitis reuerentia, & inſtantia requiſitus, ſine legitima cauſa recuſauerit. Et abſq; Curatorum conſenſu Sponſum, & Sponſam benedicere nequeant. Et vt debitus honor Matrici Eccleſiæ reddatur, tam ipſi Fratres, quam alij Clerici ſeculares, etiam ſuper hoc Apoſtolicæ Sedis priuilegio muniti, die Sabbati maioris hebdomadę, antequam campana Cathedralis, vel Matricis Eccleſiæ pulſauerit, cãpanas in Eccleſijs ſuis pulſare minimè poſſint. Contra faciẽtes pęna centum ducatorum incurrant.

12 Cenſuras autem per eoſdem ordinarios latas, & promulgatas, ac in Matri Eccleſia Ciuitatum, necnon in Collegiatis, & Parochialibus Eccleſijs Caſtrorum, & Oppidorum reſpectiuè ſollemniter publicatas, quando ſuper hoc ab eiſdem ordinarijs requiſiti fuerint, in Eccleſijs domorum ſuarum publicare, ac ſeruare.

13 Et vt animarum vtriuſque ſexus Chriſti fidelium ſaluti vberius conſulatur, illos, quorum confeſſiones pro tempore audierint, cuiuſcumque ſtatus, & conditionis fuerint, ad ſoluendum decimas,

ſiue aliam bonorum ſine fructuum quotam, in locis, in quibus decimæ ipſæ, aut ſimilia ſolui conſueuerunt, etiam ſub onere conſcientiarum ſuarum monere, & hortari, ipſiſq; etiam illas ſoluere recuſantib. abſolutionem denegare, & ſuper hoc requiſiti, id populo etiam publicè prędicare, & perſuadere teneantur.

14 Conſeruatores autem eiſdem fratribus pro tempore à Sede Apoſtolica deputandi, doctrina, & probitate prętantes, & in Eccleſiaſtica dignitate conſtituti eſſe debeant, & coram eis per eoſdem fratres, quibus dati fuerint, vltra duas diætas à loco ſuæ ſolitæ habitationis nullus trahi poſſit. Priuilegijs ſuper hoc alias eis conceſſis nullatenus ſuffragantib. Excommunicati quoq. Ordinem Mendicantium profiteri volentes, ubi de intereſſe tertij agetur, abſolui non poſſint, niſi præuia ſatisfactione. Procuratores quoq; & negociorum geſtores, ac operarij eorumdem Patrum ſeruitutis inſiſtentes, ſententijs excommunicationis promulgatis illaqueati ſint, & eſſe cenſeantur, ſi illis cauſam dederint, aut dantibus conſilium, & auxilium, uel fauorem prętiterint.

15 Fratres autem & Sorores tertij ordinis, necnon mantellati, Corrigiati, Pinzocharæ, Cordelati, & alij quocumque nomine nuncupati, in proprijs domibus habitantes, ſepulturam ubi uoluerint eligere ualeant, ſed die Paſchatis tantum Euchariſtiam, necnon Extremam vnctionem, cæteraq; Eccleſiaſtica Sacramenta (pœnitentię Sacramento dumtaxat excepto) à proprio Sacerdote recipere, & ad onera, quę laicis incumbunt, perferenda, teneantur, ac in foro ſeculari coram Iudicibus ſecularibus, conueniri poſſint. Et ne cenſura vileſcat Eccleſiaſtica, & minoris authoritatis interdicti ſententia reputetur, ijdem dicti tertij ordinis ad diuina audienda in Eccleſijs ſuorum ordinum tempore interdicti nullatenus admittantur, ſi cauſam dederint interdicto, uel cauſam ipſam nutriant ſeu foueant, aut dantibus auxilium, conſilium, uel fauorem quoquomodo prętiterint.

16 Collegialiter autem uiuentes, ſeu cum Clauſtralib. habitantes, ac mulieres virginalem, ſeu cęlibem, aut caſtam uidualem expreſſo uoto, & ſub dicto habitu uitam ducentes, priuilegijs quibus Fratres ordinis, cuius tertię regulę habitum geſtant, gaudere debeant. Omnes etiam ſingula ſupradicta ad reliquos Religioſos ordinum quorumcumq; extendi, & per eos etiam ſeruari debere

yolu-

uolumus atq; decernimus. Saluis tamen in reliquis deſuper non expreſſis tam Epiſcoporum quam Fratrum,& aliorum Religioſorum prædictorum iuribus, quibus per præmiſſa in aliquo præiudicare, ſeu quicquam innouare non intendimus.

17 Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinib. dictorum ordinum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, & indultis,ac litteris Apoſtolicis contra præmiſſa,ſeu aliquod præmiſſorum eiſdem Ordinibus conceſſis,etiam in Mari magno contentis, quibus etiam ſi ad illorum derogationem de eis, eorumq. totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, indiuidua,ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas id importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita, forma ſeruanda eſſet illorum tenores præſentib.pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, ſpecialiter expreſsè derogamus, ceteriſq;contrarijs quibuſcumq. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper illis à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

18 Eoſdem inſuper fratres in virtute ſanctæ obedientiæ, monemus, vt eoſdem Epiſcopos loco Sanctorum Apoſtolorum ſubrogatos pro debita, & noſtra, ac Apoſtolicæ Sedis reuerentia, congruo honore, & conuenienti obſeruantia venerentur. Ipſos quoque Epiſcopos hortamur, ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri requirimus,vt Fratres ipſos affectu beneuolo proſequentes, charitatiuè tractent, ac benignè foueant, ſeq. illis minimè difficiles, aut duros,vel moroſos,ſed potius faciles,mites,propitios,piaq;munificentia liberales exhibeant, ac in omnib. prædictis tamquam in agro Dominico cooperantes,eorumq;laborum participes, prompta benignitate recipiant. Eorumque iura cum omni charitate cuſtodiant, atq;defendant,vt tam Epiſcopi,quam Fratres præfati, quorum opera velut lucernæ ardentes ſupra montem poſita omnibus Chriſti fidelibus lumen præbere debent, ad Dei laudem,fidei Catholicæ exaltationem, populorumq; ſalutem, de virtute in virtutem proficiant, ac exinde à largiſſimo bonorum omnium retributore Domino, perennis vitæ præmium conſequi mereantur.

19 Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti,ordinationis,voluntatis,derogationis, decreti,monitionis, exhor-

exhortationis, & requiſitionis infringere, vel ei auſu temeraro contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ in publica Seſſione in Lateran. Sacroſancta Baſilica ſolemniter celebrata. Anno Incarnationis Domini M.D.XVI. decimanona Decembris, Pontificatus noſtri anno quarto. *Ordinis 296. Religionis 117.*

Extracta ex Bullario Romano Bulla 22. ex Confectio fol. 127. impreſſionis Veneta 1604. Rodriq. Bulla 45. Vading. ad annum 1516. num. 2.

BVLLA CC.

LEo X. declarat, omnia priuilegia, quibus per Concilium Lateranenſe expreſſe derogatum non fuit, in ſuo robore permanſiſſe.

1 Superioribus diebus, vt Fratres Mendicantes, & alij religioſi potius ab Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs omni caritate fouerentur, quam aliquo modo moleſtarentur, & inquietarentur, conceſſiones eiſdem Fratribus, & religioſis in Epiſcoporum læſionem per Romanos Pontifices, & Sedem Apoſtolicam factus in certis caſibus tunc expreſſis Sacro Lateranenſe approbante Concilio duximus moderandas.

2 Verum quia à nonnullis nimium curioſis forſan hæſitari, & diſſeminari poſſet, quod ex dicta moderatione alia religioſorum priuilegia eſſent annihilata, & religioſis ex hoc moleſtiæ, grauamina, & damna inferri, ſcandalaq; & lites excitari veriſimiliter poſſent. Nos religioſorum ipſorum paci, & quieti, ac indemnitati conſulere volentes, tenore præſentium, Apoſtolica auctoritate, omnia, & ſingula priuilegia religioſorum Mendicantium à quibuſcumq; Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, vel à Nobis, vel alijs auctoritatem habentibus in genere, vel in ſpecie coniunctim, vel diuiſim conceſſa, ſaluis dictis moderationibus in ſuo robore permanere declaramus.

3 Et nihilominus ad abundantiorem cautelam, ac gratiam priuilegia ipſa cum modificationibus motu proprio innouamus diſtricte percipiendo mandantes Eccleſiarum prælatis, vt religioſos ſuper alijs priuilegijs huiuſmodi moleſtare non præſumant, ſed ſua eis iura, & priuilegia inuiolabiliter obſeruent; non obſtantibus præmiſſis,

miſſis,ac conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,& omnibus his, quæ Romani Pontifices prædeceſſores noſtri & Nos in quibuſcunq; literis priuilegiorum huiuſmodi voluimus non obſtare,cæteriſq,contrarijs quibuſcunque.

4 Et quia difficile foret præſentes literas originales ad ſingula loca, in quibus opus foret,deſtinare, volumus, & dicta auctoritate decernimus,vt earum tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigilla alicuius in dignitate eccleſiaſtica conſtituti munitis, eadem fides in iudicio, & extra vbicunq; locorum fuerint producta adhibeatur,& eis ſtetur,ſicut originalibus ipſis,ſi exhibitæ forent, vel extenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die decimaquarta Maij 1517. Pontificatus noſtri anno quinto. *Ordinis* 297. *Religionis vero* 118.

Extracta ex Bullario Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Bulla 6. impreſſo Romæ anno 1628.

BVLLA CCI.

LEo X. communicat Sororibus omnia priuilegia conceſſa,& concedenda monialibus S. Claræ, eiſque aſſignat Conſeruatores.

1 Dudum fælicis recordationis, Sixtus Papa Quartus, prædeceſſor noſter,volens Sancti Damiani, & Minoriſſarum Sanctæ Claræ Ordinis eiuſdem Sanctæ Claræ, ſub Generalis Miniſtri, aliorumq; officialium Ordinis Fratrum Minorum cura vbilibet conſtitutarum viuentium,ſpiritualibus fauoribus, & gratijs proſequi, ſtatuit,& ordinauit,ipſiſque Abbatiſſis,& Monialibus,quod ipſe etiam de quibuſcumque terris, & poſſeſſionibus ad eas pertinentibus,& legitimè ſpectantibus,quas etiam per alios,quam eorundem Monaſteriorum ſeruitores, & ſubditos, excoli, & cultiuari faciebant, & pro tempore facient, decimas, primitias aut cenſus (non tamen auctoritate Apoſtolica impoſitas quibuſuis perſonis, cuiuſcumq; dignitatis, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis forent, ſoluere minimè tenerentur,nec ipſæ, aut ipſarum terrarum, aut poſſeſſionum coloni, ſeu cultores ad ſolutionem decimarum,primitiarum, aut cenſuum huiuſmodi, per quoſcumque moleſtari, aut propterea contra eos prodedi, & pænę aliquæ promulgari poſſint,prout in ipſis Sixti prædeceſſoris literis deſuper confectis, plenius continetur.

2

2 Nos volentes dilectas in Chriſto filias, Abbatiſſas, ſeu matres, Moniales, ſiue ſorores vniuerſorum Monaſteriorum, ſeu domorum, tam præſentium, quam futurorum Tertię Regulę Sancti Frãciſci, alias de pænitentia nuncupatas, in communi ſub veſtra, & aliorum prælatorum Ordinis Minorum Regularis obſeruantiæ, in vltra, citraque montanis partibus, viuentes, quę ſicut aſſeritur, in ſpiritu paupertatis, lilio caſtitatis, & alijs bonæ famæ odoribus viuunt, ſpiritualibus fauoribus, & gratijs proſequi, omnia, & ſingula priuilegia, gratias, prærogatiuas, exemptiones, & indulta eiſdẽ Monialibus Sancti Damiani, & Minoriſſarum Monaſteriorum Sanctę Clarę huiuſmodi, vbilibet conſiſtentium, per quoſcumq; Romanos Pontifices, pręſertim felicis recordationis, Eugenium Quartum, Nicolaum etiam Quartum, Bonifacium Octauum, Ioannęm vigeſimum ſecundum, Clementem Sextum, Alexandrum Quintum, & Benedictum Vndecimum, prædeceſſores noſtros, ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis, conceſſas, & conceſſa, etiamſi minus, aut aliud, vel vltrà, quam ſuperius eſt expreſſum, contineatur, ad Abbatiſſas, ſeu matres, ac moniales, ſiue Sorores Tertię Regulę huiuſmodi, & ſub dicta obedientia in communi viuentes, etiamſi inter dilectas in Chriſto filias Abbatiſſam, ſeu matrem, & Moniales Monaſterij Sancti Michaelis, ſeu matris Dei, oppidi de Talauera, Toletanę diæceſis, & venerabilem Fratrem Archiepiſcopum, ac dilectos filios, Decanum, & Capitulum Eccleſiæ Toletanę, ſuper ſolutione decimarum, & primitiarum prędictarum coram certo cauſarum Palatij Apoſtolici Auditore, ac eius locum tenente, cuius ſtatum, & nomen, aut cognomen dicti Auditoris, ſeu locum tenentis, pro expreſſis habentes, lis pendeat indeciſa auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium extendimus, & ampliamus, illaque omnia, etiam per præfatum Sixtum prędeceſſorem, conceſſum priuilegium huiuſmodi de nouo, ſpecialiter, & expreſsè prout per eoſdem, Eugenium, Nicolaum, Bonifacium, & Ioannem, Clementem, Alexandrum, Benedictum, et Sixtum prędeceſſores huiuſmodi, conceſſa fuerunt, eiſdem Abbatiſſis, ſeu matribus, ac Monialibus, ſeu ſororibus, ſpecialiter, et expreſsè concedimus.

3 Inſuperque omnibus, et ſingulis priuilegijs, gratijs, prærogatiuis, exemptionibus, et indultis, ſub quibuſuis verborum formis, in poſterum

ſterum concedendis per Sedem Apoſtolicam, prędictis Abbatiſſis, ac Monialibus Sancti Damiani, & Minoriſſarum Sanctæ Claræ, Ordinis eiuſdem ſanctæ, prædictis Abbatiſſis, ſeu matribus, ac Monialibus, ſiue ſororibus dictæ tertiæ Regulæ Sancti Franciſci, ſeu de Pœnitentia nuncupatorum, modo prædicto viuentes, vti, potiri, & gaudere, libere, & licite poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, de ſpeciali dono gratiæ indulgemus.

4 Et nihilominus, vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumque Vicarijs, & officialibus Generalibus, & alijs perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Canonicis Metropolitanenſium, ſeu aliorum Cathedralium Eccleſiarum, mandamus, quatenus ipſi, & eorum quilibet, eiſdem Abbatiſſis, ſeu matribus, ac Monialibus, ſiue ſororibus, efficacis defenſionis, auxilio aſſiſtentes, & poſtqam pro parte Abbatiſſarum, ſeu matrum, ſiue ſororum prædictarum, fuerint requiſiti, faciant per ſe, vel alium, ſeu alios Abbatiſſas, ſeu matres, ſiue ſorores prædictas, ſingulis priuilegijs, gratijs, prærogatiuis, exemptionibus, fauoribus, & indultis prædictis, pacificè frui, & gaudere; non permittentes eas deſuper, per quoſcumque, etiam Parochialium Eccleſiarum Rectores, quomodolibet moleſtari; Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia compeſcēdo, inuocato ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

5 Non obſtantibus felicis recordationis, Bonifacij Papæ octaui, prędeceſſoris noſtri, de una, & Concilij Generalis de duabus dietis, & perſonis, vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, & alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ſeu aliorum locorum, ſub quorum limitibus monaſteria, ſiue domus huiuſmodi fuerint iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque & indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſijs, Monaſterijs, & locis conceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus tenores illorum, ac ſi verbo ad verbum præſentibus inſererentur, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.

6 Cęterum, quia difficile foret, præſentes ad ſingula, in quibus de

eis fides forſan facienda foret, loca deferre volumus, & dicta au-ctoritate decernimus, quod ipſarum tranſumptis, manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prelati, vel perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę, ac Curiæ Eccleſiaſticæ munitis, in iudicio, & alibi, vbi fuerit eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem pręſentibus, ſi forent exhibitę, & oſtenſę. Datum Romę apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 27. Maij 1517. Pontificatus noſtri anno quinto. *Ordinis 297. Religionis 118.*

BVLLA CCII.

LEo X. declarat Sorores Tertiæ Regulæ eſſe vere religioſas, & gaudere priuilegijs Minorum ſcribens Christophoro Presbitero Cardinali de Aracali.

1 Ea, quæ per ſedem Apoſtolicam prouidè ſtatuta, & ordinata, ac declarata eſſe noſcuntur, nonnunquam Romanus Pontifex illa, ſucceſſu temporis impugnationi ſubiaceant, cum ab eo petitur approbare, ac alias deſuper ordinare, & diſponere conſueuit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem, fœl. rec. Sixtus IV. prædeceſſor noſter, fuit, & ordinauit, Sorores Tertij Ordinis ſancti Franciſci, tria eſſentialia vota emittendo, collegialiter viuentes, uerè religioſas eſſe, & uotum, obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis, à Sororibus Tertij Ordinis ſancti Franciſci, collegialiter uiuentibus, in manibus ſuorum ſuperiorum, tunc emiſſum, aut ab ipſis, pro tempore exiſtentibus ex tunc in futurũ emittendum, habere uim, & ualiditatem uoti ſolemnis, ac omnem inducere effectum, quem inducit uotum ſolemne factum cuicumque ex religionibus approbatis à Sede Apoſtolica, ac impedire matrimonium contrahendum, & dirimere iam contractum.

2 Et licet nos in ſacro Concilio Lateranenſi, nouiſſime celebrato, pro pace, & unitate, inter Prælatos, & perſonas religioſas conſeruanda, eodem ſacro approbante Concilio, ſalubriter ordinauerimus, uoluerimus, & decreuerimus, quod Fratres, & Sorores Tertii Ordinis prædicti, illius habitum deferentes, ac collegialiter uirginalem, ac uidualem caſtitatem, ſeu cœlibem uitam, expreſſo uoto ducentes, omnibus priuilegiis Fratrum Minorum gaudere deberent, prout in noſtris, & pręfati prædeceſſoris literis, plenius reſpectiuè continetur.

3

Digitized by Google

3 Nihilominus, ſicut tua circumſpectio nobis nuper retulit, nonnulli prelati, & Rectores parochialium Eccleſiarum, maximè in Gallijs, & Germania, dictas ſorores aſſerunt, non eſſe Religioſas, & eas propterea priuilegiis prædictis gaudere non poſſe, ac oratoria, & cemeterium, & in ipſis oratoriis Sacramentum Euchariſtię, & oleum ſanctum habere, ac miſſas decantari, & aquam benedictam benedici facere, non permittunt, ſed ut meras ſæculares, ad audiendum miſſas, & ſuſcipienda Eccleſiaſtica Sacramenta in parochialibus Eccleſiis compellere nituntur, in ipſarum ſororum maximā perturbationem, & ſcandalum plurimorum.

4 Quare tu, qui officio Generalis Miniſtri dicti Ordinis Fratrum Minorum, ex conceſſione Apoſtolica, fungeris, nobis humiliter ſupplicaſti, quatenus declarationem dicti Sixti prædeceſſoris huiuſmodi, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, &c. auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & inuocamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus.

5 Et inſuper omnibus, & ſingulis prelatis, tam regularibus, quam ſecularibus, & parochialium Eccleſiarum Rectoribus, cæteriſque perſonis eccleſiaſticis, ſub excommunicationis latę ſententię pęna, inhibemus, ne dictas ſorores, quas conformiter ad prefati prædeceſſoris noſtri ordinationem, ueras Religioſas declaramus, de cætero quomodolibet impedire pręſumant, quominus ipſę ſorores, iuxta priuilegia dictorum Fratrum, Oratoria cum campanili humili, & campana, ac in illis Sacramentum Euchariſtiæ, in loco decenti, & honeſto, necnon oleum ſanctum, pro ipſarum uſu tantum, & cœmiterium benedictum habere, in quo ſororum decedētium corpora, per earum confeſſorem ſepeliri poſſint, ac in eiſdem Oratoriis, aquam benedictam, ſolemniter benedici, miſſaſque, ſecundum earum deuotionem cantari, & celebrari facere, liberè, & licitè poſſint.

6 Quodque, ad audiendum miſſas, & alia diuina officia, in alio loco, quam in dictis oratorijs, aut ſuſcipiendum Eccleſiaſtica Sacramenta, ab alio, quam à confeſſore ſæculari, uel regulari, eis per earum ſuperiores aſſignando, nullatenus per dictos Prelatos, & Rectores, aut quoſuis alios, cōpelli, aut deſuper, quoquomodo modo moleſtari ualeant: ipſeque confeſſor, ſi ſæcularis fuerit, quan-

diu officium confeſſionis huiuſmodi, à dictis ſuperioribus ſibi impoſitum, continuauerit, per locorum ordinarios, in præmiſſis, impediri nequaquam poſſit.

7 Et nihilominus, vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Metropolitanis, ſeu Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, qui deſuper, pro parte dictarum ſororum requiſiti fuerint, per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, eiſdem ſororibus, aut eorum domibus, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eas, pacifica poſſeſſione priuilegiorum huiuſmodi gaudere, non permittentes eas deſuper, per ordinarios, & prelatos, ac Rectores prædictos, aut quoſcumq; alios, indebitè moleſtari, contradictores, inobedientes, & rebelles, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

8 Non obſtantibus conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrarijs quibuſcunq; Et quia difficile foret, præſentes literas ad ſingulas prouincias originaliter deſtinare, volumus, quod tranſumptis earum, manu notarij publici ſubſcriptis, & alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſigillo munitis, ea prorſus fides, in iudicio, & extra adhibeatur, ac ſi præſentes originales exhibitę forent, vel oſtēſæ. Dat. Romę apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vltima Auguſti, 1517. Pontificatus noſtri anno Quinto. *Ordinis 297. Religionis 118.*

Vading. tom. 8. Bulla 17. Rodriq. Bulla 16. Sillis fol. 64. Statuta Zepperenſ. fol. 74. Bullarium ex noſtris Gallicum fol. 31.

BVLLA CCIII.

LEo X. declarat votum Tertij habitus cuiuſcumque Ordinis Fratrum, & Sororum, ſimplex eſſe, illoſq; ac illas, priuilegijs, & immunitatib. quibus Fratres Ordinis cuius Tertiæ Regulę habitum geſtant, fruuntur, etiam in proprijs domibus ſeorſum habitantes vti, & frui debere decernit, non obſtante eiuſdem Concilij Lateranenſis moderatione.

1 Nuper in ſacro Lateranenſi Concilio in reformatione priuilegiorum Religioſis conceſſorum, inter alia ſtatuimus, quod Fratres, & Sorores Tertij Ordinis, necnon Mantellati, Corrigiati, Pinzochare,

ræ, Cordellati, & alij quocumque nomine nuncupati, in proprijs domibus habitantes, ſepulturam vbi voluerint, eligere valeant, ſed die Paſchatis tantum Euchariſtiam, Extremamunctionem, cæteraq; Eccleſiaſtica Sacramenta (pœnitentiæ Sacramenta duntaxat excepto) à proprio Sacerdote recipere, & ad oneraquæ laicis incumbunt, perferenda teneantur.

2 Et ne cenſura vileſcat Eccleſiaſtica, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur, ijdem dicti Tertij Ordinis ad diuina audienda nullatenus admittātur, ſi cauſā dederint interdicto, vel ipſam eam nutriant, aut foueant, aut dantibus auxilium, concilium, vel fauorem quoquomodo præſtiterint. Collegialiter verò viuētes, ſeu cum clauſtralibus habitantes, ac mulieres virginalem, ſeu cælibem, aut caſtam vidualem, expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam ducentes, priuilegijs quib. Fratres ordinis, cuius regulæ habitum geſtant, gaudere debeant, prout in Conſtitutione dicti Lateranenſis Concilij eodem approbante Concilio deſuper edita plenius continetur.

3 Cum autem ſicut accepimus à quibuſdam nimium curioſis vertatur in dubium, an votum prædictum de voto ſolemni religionis intelligatur, cum illud tria ſubſtantialia comprehendat, obedientiam ſcilicet, paupertatem, & caſtitatem, & circa dictas mulieres virginalem, ſeu caſtam vidualem vitam ducentes, de virginitate, & caſtitate tantummodo mentio fiat.

3 Nos ad tollendum omne dubium, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, harum ſerie decernimus, & declaramus, quòd in præmiſſis, de voto ſollemni religionis minimè intelligi debeat, ita vt mulieres virginalem, aut cęlibem vitam ſimpliciter viuentes, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut proprijs domibus, vel ſeorſum habitantes, priuilegiis, & immunitatibus prædictis in omnibus, & per omnia frui, & gaudere debeant.

5 Non obſtantib. omnib. illis, quæ in dicta Conſtitutione noſtra voluimus non obſtare, Cęteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romę ſub annulo Piſcatoris, die 1. Martii 1518. Pont. noſtri anno quinto. *Ordinis 293. Religionis 119.*

Extracta à Confectio fol. 131. Vading. Bulla 28. Rodriq. 44. Peyrin. Conſtit. 22. Bullario Romano ſub num. XXII.

BVL-

BVLLA CCIV.

LEo X. concedit, vt tempore interdicti poſſit publice celebrari feſtum, & officium S. Eliſabeth Reginę Vngarorum, quæ fuit de primis Sororibus Tertiarijs S. Franciſci.

1 Cum alias nonnulli Romani Pontifices prędeceſſores noſtri, vobis vt feſta Sanctorum Franciſci, & Antonii, ac Sanctę Clarę in Eccleſiis, & Domibus veſtris etiam tempore interdicti eccleſiaſtici Apoſtolica auctoritate appoſiti, publice, excommunicatis, & interdictis excluſis, miſſas, & alia diuina officia celebrare, & celebrari facere poſſetis indulſerint; ac per felicis recordationis Alexādrum VI. & Iulium II. etiam prędeceſſores noſtros indultum huiuſmodi ad Sanctorum Ludouici, Bernardini, Bonauenturę, & quinque martyrum feſta extenſum fuerit, deſideratis indultum ipſum etiam ad feſtum S. Eliſabethę olim Vngarię Reginę, quæ poſt Tertii dicti Seraphici Franciſci inſtitutionem illius iugo inter primos humiliter ſubmiſit, etiam extendi, vt tempore interdicti huiuſmodi feſtum eiuſdem Sanctæ celebrare poſſitis.

2 Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt huiuſmodi pro veſtro deſiderio annuere, & alias in pręmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur, qui ad dictum Ordinem ſingularem gerimus deuotionem, veſtigijs prædeceſſorum noſtrorum adhærentes, quod de cętero perpetuis futuris temporibus, vt in die iſtius glorioſę S. Elizabeth olim Reginæ Vngariæ, & per eius octauam, ſi tunc interdictum huiuſmodi appoſitum fuerit, in veſtris Domibus quemadmodū in diebus Sanctorum Franciſci, Clarę, & Antonii, & per octauas poteſtis miſſas, & alia diuina officia, excommunicatis, & interdictis excluſis, celebrare, ſeu celebrari facere libere, & licite poſſitis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ſtatuimus, & ordinamus; non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſq; contrariis quibuſcunq; Datum Romę apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die duodecima Maii 1518. Pontificatus noſtri anno ſexto. *Ordinis 293. Religionis 119.*

Vading. tom. 8. Bulla 29. ex Bullario Rodriq. Bulla 28. licet hęc priuilegia per Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 12 ſublata ſint, de qua tamē re Barboſa hic refert in vtranque partem opiniones, quarum affirmatiuæ adhæreo,

Digitized by Google

hæreo, nihilominus ſimiles Bullas recenſui, tum vt conſtet de priuilegio alias conceſſo, tum quia ex hoc patet, S. Eliſabetham fuiſſe de primis filiabus S. Franciſci.

BVLLA CCV.

LEo X. præcipit ſub pęna excommunicationis latę ſententię, abſolutionem ſibi reſeruando, quod nullus audeat habitum Minimorum deferre, & prohibitio includit Tertij Ordinis Fratres.

1 Beatus Franciſcus de Paula Ordinis Minimorũ fundator, cũ regulam ſtrictiſſimam inſtituiſſet, & eam ſub perpetua quadrageſimali vita per Fratres Ordinis huiuſmodi obſeruari, ac habitum ab habitibus religioſorum differentem, videlicet, ex lana naturaliter nigra, & ſine tinctura contextum, quem aſſumpſerat, per eoſdem fratres geſtari voluiſſet: ac ſicut nobis tunc innotuerat, nonnulli fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci, contra regulam, & votum vitæ quadrageſimalis, religionis veſtræ, carnes, & lacticinia quæcunque, à quibus vos omnino abſtinere debetis, comedebant, habitum coloris per vos geſtari ſolitum in nonnullis prouincijs, & præſertim Hiſpaniarum degentes, ſibi aſſumpſerant, in graue præiudicium Ordinis veſtri, & Religionis huiuſmodi ſcandalum, cum diuerſæ perſonæ vtriuſque ſexus illarum partium, videntes, eoſdem Tertiarios, ſeu Fratres huiuſmodi carnibus, & lacticinijs veſci ex delatione dictorum habitus, & coloris, illos eſſe veros religioſos Beati Franciſci de Paula exiſtimantes, murmuraſſent eos regulam, & votum vitæ quadrageſimalis non ſeruare; ob quod grauia ſcandala in Ordine veſtro huiuſmodi potuiſſent ſuſcitari.

2 Per alias noſtras, in forma breuis, literas decreuimus, & declarauimus eoſdem Fratres Tertiarios, & quoſuis alios religioſos, non habitum coloris illius, ſed ipſorum ſolitum, & religionis Minorũ Sancti Franciſci albi ſcilicet coloris geſtare debere, iniungentes, & præcipientes eiſdem Tertiarijs, & alijs Religioſis quibuſcunq; ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, à qua niſi à nobis, & Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui non poſſent, quatenus à ſuſpenſione habitus coloris veſtri, & illius geſtatione omninò deſiſterent, ac in eorum, & ſolito Fratrum Minorum habitu dictique coloris

albi

albi in ea qua vocati erant vocatione, degerent: & propterea Venerabili Fratri Epiſcopo Malaginenſi, eiuſque officiali commiſerimus, & mandauerimus, quatenus vobis in præmiſſis opportunè defenſionis præſidio aſſiſten. non permitterent per eoſdem Tertiarios,& alios quoſuis religioſos habitum veſtrum, & coloris veſtri huiuſmodi quoquomodo geſtari.

3 Tamen ſicut nobis exponi feciſtis dilecti filij Giennen.& Corduben.Matris Dei,ac Hiſpalen. S. Ioannis de Alfaxaxo nuncupatorum Monaſteriorum, Conuentuum; necnon nonnulli alij Fratres Tertiarij,& eremitæ, ac mulieres, etiam habitum veſtrum ſeu coloris veſtri deferre nituntur,& pręſumant. Elæemoſinas etiam nomine Fratrum Minimorum petendo, & ordinem ſuum,ordine vero priorem fore aſſerendo,in graue præiudicium dicti Ordinis veſtri,& ſcandalum plurimorum. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſti, vt vobis in præmiſſis de oportuniori remedio prouidere benignè dignaremur.

4 Nos igitur huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus iterum, & declaramus eorundem Giennen. & Corduben. ac Hiſpalen.conuentuum,necnõ alios Fratres Tertiarios, & eremitas, ac mulieres habitũ veſtrum, ſeu coloris veſtri, deferre, & geſtare præſumentes, non habitum veſtrum,& coloris illius, ſed ipſorum ſolitum,& religionis Minorum Sancti Franciſci albi coloris, ſeu ad albitudinem, potius quã ad nigredinem tendentes, geſtare debere. Iniungentes, & præcipientes eiſdem tertiariis, eremitis, mulieribus, et alijs religioſis quibuſcunque, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna eo ipſo abſque alia declaratione incurrenda, à qua non niſi per nos, et Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem,præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui non poſſint, vt à ſuſceptione,et delatione habitus coloris veſtri huiuſmodi penitus,et omninò deſiſtant, et abſtineant.

5 Et nihilominus Ven. Fratri Epiſcopo de Macrucos nuncupato,et dilectis filijs Priori domus Sancti Dominici Ciuitatis Aſtigiæ ac officiali Granaten. nunc et pro tempore exiſtentibus, harum ſerie committimus, et mandamus quatenus ipſi, et eorum quilibet vobis in premiſſis opportunè defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant dictorum Giennen. et Corduben. ac Hiſpalen. conuen-

uentuum necnon alios Fratres Tertiarios, et eremitas, ac mulieres, & alios religioſos quoſcunque habitum veſtrum, & coloris veſtri huiuſmodi, ſed ad albedines potiuſquam ad nigredinem tendentem deferri, vel geſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuocato etiam ad (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis.

6 Non obſtantibus præmiſſis, & conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, & conſuetudinibus ordinis huiuſmodi iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon priuilegijs, & indultis Apoſtolicis, illi, ac fratribus prefatis forſan conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus illorum tenores pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus. Ceteriſque contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 20. Martij 1519. Pontificatus noſtri anno 7. *Ordinis 299. Religionis 120.*

Extracta ex libro priuilegiorum Minimorum Laurentij Peyrini eiuſdem Ordinis alumni viri peritiſſimi conſtit. 9. Leonis X.

BVLLA CCVI.

LEo X. exhibet communicationem omnium priuilegiorum Mendicantium tam conceſſorum, quam concedendorum inter ſe ipſos in communi, & in particulari, illorumq; ad ſingulas Domos, loca, conuentus, Eccleſias, & perſonas generaliter extendit.

1 Dudum per nos accepto, quod Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, aliqui ad Minorum, alij verò ad Eremitarum S. Auguſtini, alij ad B. Mariæ de Monte Carmelo, reliqui ad Prædic. ord. Fratres, & domos, iuxta ipſorum vota, deuotionis affectum gerentes illorum ſingulis nonnullas gratias, conceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, indulta, ac dona, tam ſpiritualia, quam temporalia, per diuerſas ipſorum litteras, reſpectiuè conceſſerunt.

2 Nos ad ſingulos ordines prædictos, ſingulaſq; ipſorum ordinum

domos, vbi religioſè viuitur, indifferenter, abſque acceptione perſonarum, deuotionis affectum æqua lance gerentes, omnes, & ſingulas gratias, conceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, indulta, tam ſpiritualia, quam temporalia, qualiacumque illa eſſent, quæ prædic. Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum, Seruorum Beatæ Mariæ, ac Minorum Fratrum, in domibus, & illorum Eccleſijs, Oratoriis, ac Eccleſias ipſas, & oratoria pro tempore viſitantibus, cuiuſcumque ſtatus, aut ſexus exiſterent, ſeu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus, necnon domibus, & præſidentibus, nō ſolum Generalibus, & Prouincialibus, Fratribuſq; & Sororibus, necnon Monialibus, & Conuerſis, Oblatis, ac vtriuſque ſexus perſonis, de pænitentia, ſeu tertii habitus nuncupatis, à dictis prędeceſſoribus, aut à nobis, ipſiq; ſucceſſoribus, aut alias auctoritatem habentibus coniunctim, vel diuiſim in genere, vel in ſpecie conceſſa fuerunt aut in poſterum concedentur illa omnia, & ſingula, ac ſi nominanter exprimerentur, pro ſufficienter expreſſis tūc habentes, ſingulis ordinibus prędictis, illorumq; ſingulis Eccleſijs Oratoriis, & Eccleſias, ac Oratoria viſitantibus, cuiuſcumque ſtatus, aut ſexus exiſterent, ſeu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus, necnon domib. & conuentualibus Fratribus etiam, & Sororibus, vel Monialibus, Conuerſis quoque, & Oblatis, ac vtriuſque ſexus perſonis de pœnitentia nuncupatis, & aliis ſingulorum ordinum prædictorum, motu proprio, & ex mera ſcientia, & liberalitate, de Apoſtolicæ authoritatis plenitudine communicauimus. Illaq. omnia, & ſingula inter dictorum ordinum perſonas, pariformiter communia fuiſſe, & eſſe volumus, prout in ſingulis litteris prædictis plenius continetur.

2 Et deinde, ſicut accepimus, nonnulli Fratres dictorum ordinum, volentes ſapere plus quam oportet, atque ad ipſorum nutum verba ipſa interpretantes, diuerſis tam ſecularib. quam etiam aliis perſonis publicè, & priuatè ſuggeſſerunt, quod ipſi ſeculares viſitando vnam dictorum ordinum domum, omnes, & ſingulas indulgentias, & remiſſiones peccatorum per dictos prædeceſſores noſtros, quam per nos domui B. Mariæ de populo de Vrbe cōceſſas, conſequi poterunt, perinde, ac ſi dictam domum Sanctę Mariæ de

populo

populo viſitarent, quod præter ipſorum prædeceſſorum, noſtram mentem fuiſſe, & eſſe dignoſcitur. Attendentes igitur, quod indulgentia intuitu Religionis conceſſa, ad ſeculares extendi non debet, volentes, mentem dictorum prędeceſſorum, & noſtram declarare, & omnem ambiguitatem, & occaſionem tollere, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, volumus, auctoritate Apoſtolica.

3 Declaramus, quod vniuerſi, & ſinguli dictorum ordinum Fratres, & Moniales, tertiiq. ordinis vtriuſque ſexus, & familiares tantum dumtaxat, omnibus, & ſingulis indulgentiis, & gratiis, per eoſdem prædeceſſores, & nos, domui B. Mariæ de populo de Vrbe, vt præfertur, conceſſis, & concedendis, vtantur, potiantur, & gaudeant, vti potiri, & gaudere poſſint, quomodolibet in futurum, perinde ac ſi ipſi dictam domum B. Mariæ de populo, his diebus, & feſtiuitatibus, quibus indulgentiæ huiuſmodi conceſſæ fore dignoſcuntur, perſonaliter viſitarent, quodq; vigore prędictarum litterarum, ſeculares gratiis, & indulgentiis huiuſmodi vti, & gaudere non poſſint.

4 Inhibentes nihilominus in virtute Sanctæ obedientię, et ſub excommunicationis latæ ſenteentię pæna, eo ipſo per contrafacientes incurrenda, omnibus, & ſingulis Fratribus cuiuſcumque ordinis exiſtentibus, & quibuslibet aliis perſonis, ne deinceps, nec indulgentias, & gratias huiuſmodi Sanctæ Mariæ de populo, de Vrbe, ad ſeculares extendi prædicent, aut publicè, vel priuatè nuncient.

5 Non obſtantibus præmiſſis, aut quibuſuis aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, priuilegiis quoque, & indultis, dictis ordinibus conceſſis, quæ quod ad prēmiſſa reuocamus, caſſamus, & annullamus, cęteriſq; in contrarium facientibus quibuſcumque. Volums autem, et auctoritate Apoſtolica decernimus, quod p. ęſentibus trāſumptis, manu Notarii publici ſignatis, et alicuius prælati, aut perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ ſigillo munitis, ea fides prorſus in iudicio, et extra adhibeatur, quæ adhiberetur ſi præſentes litteræ eſſent exhibitę, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcat. die 10. Decemb. 1519. Pontificatus noſtri anno ſeptimo. *Ordinis* 299. *Religionis* 120.

Extracta ex Bullario Romano Bulla 32. *& Confirmatio Bulla* 18. *Rodriq. Bulla* 30.

BVLLA CCVII.

LEo X. Regulam Nicolaij IV. pro Tertiarijs vtriuſq; ſexus in proprijs Domibus habitantibus accommodauit Tertiarijs Regularibus in communi viuentibus.

Dilectis filiis Fratribus, & Sororibus Tertii Ordinis Beati Franciſci, ſub tribus votis eſſentialibus in Congregatione viuentibus. Leo Papa Decimus. Dilecti filii, ac filiæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Inter cætera noſtro regimini credita, ea nos potiſſimè ſollicitos reddunt, per quę frenatis mundi, carniſque concupiſcentiis, primęq; pacis celitus, collatę tranquillus ſtatus ad ſuam primęuam reduci cognoſcitur originem. Dudum ſiquidem huius gratia Nicolaus Papa IV. prędeceſſor noſter, Tertiam Regulam Beati Franciſci, quam de Pœnitentia appellauit, per quam almus Confeſſor homines vtriuſq; ſexus fideles, Spiritus Dei plenus ſaluare contendebat confirmauit, & approbauit. Verum quia temporis de curſu, ſpirante illo Spiritu Sancto, non ſolum viri coniugati, mundiq; huius incolę, pro quibus à Beato Franciſco præfata Tertia Regula edita fuerat, verum etiam innumerarum Virginum Chori, tribus eſſentialibus, & à quibuſdam etiam clauſuræ, noſtra auctoritate aſſumptis votis, conſtructiſq; Monaſteriis quamplurimis, non ſine militantis Eccleſiæ fructu multiplici, & ædificatione, præfati Tertii Ordinis iugo ſua colla ſubdiderunt. Et quoniam in dicta Tertia Regula, quædam Maritatis accommoda, cælebi verò, Virgineoq; ſtatui, ſub huiuſmodi Tertia Regula Domino famulantibus, nullatenus decentia innectuntur, ob quod caſtorum animorum nitidi affectus, ab ingreſſu dicti Ordinis, nonnunquam auertuntur; nos iuxta Domini voluntatem pretioſum à vili ſeparantes, eandem Tertiam Regulam in modum, qui ſequitur diſtinctam, de nouo confirmamus, & approbamus, ac vobis, ac ſucceſſoribus veſtris ſeruandam tranſmittimus, cuius tenor ſequitur, & eſt talis.

De Nouitiorum, ſeu Nouitiarum ingreſſu. Cap. 1.

FRatres, ſeu Sorores ad hunc Tertium Ordinem recipiendi, debent eſſe fideles Catholici, de hæreſi non ſuſpecti, in obedientia Romanæ Eccleſiæ firmi, matrimonio non ligati, debitis expe-

diti,

diti, corpore ſani, animo prompti, nulla vulgari infamia maculati, cum proximis reconciliati. Et de ijs omnibus antequam recipiantur, ab eo qui recipiendi habet facultatem, ſunt diligenter examinandi.

De his, quę habent promittere Fratres, & Sorores in profeſſione, Cap. II.

FRatres, & Sorores poſtquam per vnum integrum annum habitum probationis detulerint (qui de vili panno, arbitrio Viſitatoris eſſe debet) ſi conuerſatio laudabilis fuerit apud Conuentum in quo quis, vel quæ habitum probationis portauerit, de conſilio diſcretorum dicti Conuentus, ad Profeſſionem dicti Ordinis recipiatur. In qua Profeſſione promittat ſeruare mandata Dei, ac ſatisfacturum de tranſgreſſionibus quas facere poſſet in futurum contra hanc Tertiam Regulam, vbi à Prælatis requiſitus fuerit, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.

De Ieiunio. Cap. III.

FRatres, & Sorores, perpetuis temporibus feria ſecunda, quarta, ſexta, & Sabbato (excepto Dominicæ Natiuitatis feſto) carnes non comedant. Et à feſto omnium Sāctorum vſq; ad Reſurrectionem Domini, omni feria quarta, & ſexta ieiunare teneantur. Ac ſimiliter qualibet ſexta feria totius anni. Item à feſto Beati Martini, vſq; ad Natiuitatem Domini ieiunent quotidie, iniuncta Quadrageſima vniuerſalis Eccleſiæ, vſq; ad Reſurrectionem Domini, quam tamen à Quinquageſima incipere debent. Diebus vero, quibus non ieiunatur, bis tantum die dumtaxat comedant. Excepto, quod à feſto Paſchæ vſq; ad menſem Octobris, laborantes penoſo, ſeu graui labore, ter in die refici poterunt, ieiuniorum ſemper diebus exceptis. Poterunt autem itinerantes, infirmi, debiles, tempore neceſſitatis ieiunium ſoluere.

De diuino officio, & oratione. Cap. IV.

FRatres, & Sorores in Eccleſia ſeruent ſilentium, præſertim quādo miſſa celebratur, vel ſermo Dei proponitur. De alijs vero

locis,

locis, ſeruent quod per ſuos Superiores circa ſilentium illis fuerit ordinatum. Debent etiam quolibet die in ſero, intra ſe, & Deum, cogitare quid fecerint, dixerint, vel cogitauerint. Quolibet autem die (ſi potuerint commodè) debeant audire Miſſam. Et procurare debent, quod habeant virum religioſum, qui illis verbum Dei certis diebus proponat, & eos ad pœnitentiam, & virtutes inducat. Illi autem, vel ille, qui, vel quę horas canonicas ſciunt per ſe dicere, debent horas canonicas ſecundum vſum Sanctę Romanæ Eccleſiæ perſoluere. Qui verò horas canonicas neſciunt dicere, dicant duodecim Pater noſter pro matutino, & pro qualibet aliarum horarum ſeptem, addito Gloria Patri, in fine cuiuslibet Pater noſter, addito etiam Credo, & Miſerere mei Deus, in principio Primæ, & Completorij. Et qui premiſſa neſcierit, ter Pater noſter, pro pœnitentia dicere debeat. Quoties autem prandium, vel cibum ſumunt, gratias Deo reddere debent. De Confeſſione verò Sacramentali, & Sacra communione ſumenda, ſeruabunt Ordinationem Nicolai Papę IV. quod ter in anno confiteantur, atque communicent, vel etiam Statuta à ſuis Superioribus ſuper hoc ordinata.

De Prelatorum, & officiorum ordinatione. Cap. V.

QVælibet domus, ſi Monaſteriorum virorum fuerit, habebit Superiorem iſtius fraternitatis, qui Miniſter localis appellabitur. Si verò mulierum, mater dicetur. Et eligentur per ſuos Conuentus, vel inſtituentur per ſuos Prouinciales, Superiores, ſeu Viſitatorem Generalem. Ita tamen, quod nullus ſit perpetuus, ſed certi temporis. Qui Miniſtri, & matres obedient per omnia, quæ ad præſentem Regulam ſpectant, Prouincialibus Miniſtris Ordinis Minorum Beati Franciſci, & Viſitatoribus deputatis ab ipſis Miniſtris, quamdiù in dictis officijs fuerint. Quò verò ad alia officia intra domum, ſeruabunt ſtatuta ſua.

De modo interius, exteriuſq; conſeruandi. Cap. VI.

CVm Fratres, & Sorores huius fraternitatis dicantur de Pœnitentia, oportet eos ab omni curioſitate, tam in veſtibus, quam ab alijs quibuſcunq; abſtinere. Et iuxta Apoſtolicum Principis B. Petri

Digitized by Google

B.Petri ſalubre conſilium, depoſitis cœteris vanis huius ſeculi ornamentis, nullum ornamentum corporale portare debent,niſi ſolum humile,& neceſſarium tegumentum corporis ſui. Debent etiam ab acceſſu Curiarum Principum, Dominorum, ſeu Dominarum,vbi mollia huius mundi(Domino teſtante)habentur,omninò cauere. Ne vllo vnquam tempore choreis, ludis, iocis, & alijs hyſtrionum vanitatibus intereſſe. Debent quoq; eſſe parci in verbis & locutionibus, quæ raro ſine peccato multiplicantur. Et ſuper omnia ab omni mendatio, & iuramento quocunq; iuxta mandatum Domini,niſi pro pace,fide,calumnia,& teſtimonio perhibendo,cauere debent. Et omni die in ſero,inter cętera,debent examinare ſe,ſi vel mendacium,vel iuramentum aliquod fecerint,& pro quolibet,ter Pàter noſter dicere debent.

De viſitatione, & cura infirmorum. Cap. VII.

SI quis Frater, vel Soror huius fraternitatis in infirmitate ceciderit,Miniſter domus,vel mater, ſemel quotidie per ſe,vel per aliam perſonam viſitare teneatur. Et de bonis communibus, omnia neceſſaria diligenter faciat illi miniſtrari. Teneatur quoq; infirmum, vel infirmam monere ad pęnitentiam acceptandam, verâq; conuerſionem ad Deum faciendam, mortis propinquitatem, & iudicii diuini diſtrictionem, ſimulq; diuinam miſericordiam proponendo.

De viſitatione,quā Prælati debēt facere circa Fratres, & Sorores. C. VIII.

MIniſter Prouincialis Fratrum Minorum, vel Viſitator eiuſdem Ordinis cui ipſe commiſerit, viſitabit quolibet anno, ſemel tantum in qualibet domo, cum præſentia ſeniorum. Et facta viſitatione,non debet intrare officinas, nec alia interiora Sororum. Ipſe autem Viſitator nunquam ſolus maneat,& ſeparatus cum aliqua Sorore. Debent autem Miniſtri, & matres dicere Viſitatori defectus,qui correctione indigent. Similiter, & alij Fratres,& Sorores. Et ſi aliqui fuerint incorrigibiles iudicio diſcretorum, vel diſcretarum domus,tanquam morbida pecora eijciantur de Congregatione.

De

De officijs Mortuorum. Cap. IX.

POſtquam aliquis Frater, vel Soror ab hac luce migrauerit, curabit Miniſter, ſeu Mater, quod eius exequiæ ſolemniter celebrētur. Quibus exequijs omnes Fratres, vel Sorores alicuius domus, vbi ipſum mori contigerit, perſonaliter intereſſe debent, nec recedere, donec corpus traditum ſit ſepulturæ. Et pro anima cuiuslibet defuncti, vel defunctæ, infra octo dies, quilibet Sacerdos vnā Miſſam, ſcientes autem pſalterium, quinquaginta pſalm. neſcientes verò pſalm. quinquaginta Pater noſter, & in fine cuiuslibet, Requiem æternam dicere teneantur. In fine autem cuiuslibet anni, ſeu infra quemlibet annum, quilibet Sacerdos tres Miſſas pro defunctis, ſcientes pſalterium, unum pſalterium; neſcientes uerò pſalterium, centum Pater noſter, cum requiem æternam, in fine cuiuslibet dicere debeant. Et circa iſta officia pro defunctis, & alia officia diuina, in præſenti ſerie annexa, cura imponitur Miniſtris, & Matribus, ut fideliter perſoluantur.

De obligatione contentorum in Regula. Cap. X.

OMnia, & ſingula in præſenti Regula contenta, ſunt conſilia ad facilius ſaluandas animas uiatorum. Et nulla ſunt obligatoria ad peccatum mortale, uel ueniale, niſi humano, uel diuino iure aliquis alias eſſet obligatus. Obligantur tamen Fratres, & Sorores facere pænitentiam ſibi à ſuperioribus impoſitas, quando ſuper hoc requiruntur. Obligantur etiam, ad tria Vota eſſentialia, paupertatem, nihil habendo in ſpeciali. Caſtitatem, quia poſt Votum non poſſunt matrimonium contrahere, nec ſine tranſgreſſione uitijs carnis ſe immiſcere. Et obedientiam, quātum ad illa, ſine quibus non poteſt commodè iſta fraternitas manu teneri. Tenentur etiam ad clauſuram ſeruandam illę, quę ipſam expreſsè ſeruare uouerint. Quod omnibus, & ſingulis Conuentibus concedimus, dummodò hoſpitalitas, & charitas, quam exercere ſolent apud infirmos, nullum cum honeſtate patiatur detrimentum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 20. Ianuarij. 1521. Pontificatus noſtri Anno octauo. *Ordinis* 301. *Religionis* 122.

Extra-

Digitized by Google

Extracta ex Bullario Romano nouo Bulla 42. Sillis fol. 66. Sorbus in Compend. priuileg. fol. 568. vbi ait, quod bis aut ter emanauit ab eodẽ Pontifice, ſed hęc tertia vice propoſita dicitur melior. Vading. ad hunc annũ 1521. num XVIII. ex Dioniſio Cartuſiano, Bullarium Congregat. Gallicanæ fol. 34 & cap. 1. Conſtitutionum eorũdem, Caramuel in ſua Theologia Regulari par. 7. vbi eam explicat & commentarijs illuſtrat.

ADRIANVS PAPA VI.

Filius Florentij Belga vrbis Traiecti Epiſcopus Dortunenſis, Presbiter Cardinalis Tituli SS. Ioannis, & Pauli, creatus die nono Ianuarij, coronatus fuit vigeſimo nono Auguſti anno 1521. ſedit annum vnum, menſes octo & tres dies Obijt anno 1523. vigeſimo quarto Septembris, depoſitus in S. Petro, & poſtea translatus in Ædes S. Mariæ Germanorum reliquit

INSTRVMENTVM.

Sacerdos Antonius de Portis Prępoſitus Cathedralis Cremonæ, & beneficiatus Eccleſię Campeſtris beneficij ſimplicis S. Marię de Montireno in Villa Iouis altæ diœceſis Cremonenſis reditium librarum viginti annuarum monetę Mediolan. dedit, & conceſſit F. Sebaſtiano de Cremona, & cęteris Fratribus Eccleſię S. Saluatoris Cremonæ in perpetuũ dictam Eccleſiam, conſtituendo ſibi Procuratores in Curia Romana qui ſupplicent eius nomine Adrianum Papam VI. vt dignetur eam conceſſionem factam approbare, prout eam confirmauit, vt infra apparet, ex prima Bulla & ſecunda, per quam dedit executores talis conceſſionis, & approbationis.

In Chriſti nomine Amen Anno ab Incarnatione eiuſdem milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo Indictione vndecima die vero Mercurij quarto menſis Februarij in Ciuitate Cremonæ in Cancellaria Curiæ Epiſcopalis præfatę Ciuitatis præſentibus ibidem Bernardino de Gioliuis Cutterio Curiæ Epiſcopalis Cremonæ Bartholomeo Alghiſio, & Galeatio de Meltio Notario Curiæ prędictæ omnium teſtibus notis, & idoneis ad infraſcripta ſpecialiter adhibitis vocatis, atq; rogatis. Cum ſit quod R. D. Antonius de Portis Præpoſitus Cathedralis Eccleſiæ Cremonæ fuerit & ſit verus, & legitimus beneficiatus ac quietus, & pacificus poſſeſſor Ec-

cleſiæ Campeſtris, & ſine cura Dominæ Sanctæ Mariæ de Montirono Diæceſis Cremonenſis clericatus nuncupatus constructus, & exiſtentis in territorio loci Iouis Altæ præfatæ Cremonenſis Diæceſis, & diſtans à dicto loco Iouiſaltę per miliare vnum vel circa, & cuius Eccleſiæ Dominæ Sanctæ Mariæ de Montirono Collario dum pro tempore vacauit, & vacat ſpectauit & pertinuit & ſpectat, & pertinet ad Reuerendiſſimum Dominum Dominum Epiſcopum Cremonenſem, & cuius Eccleſiæ futuros redditus, & prouentus fuerint, & ſint in eidem libris viginti quorum Imperialia ſeu monetæ mediolanenſis ſingulo anno, & quæ in magna veneratione populi ac perſonarum, & hominum tam dicti loci Iouis Altæ quam aliunde venientium exiſtit, & propterea præfatus R. D. Antonius Præpoſitus, & beneficiatus antedictus tam propter commoditatem perſonarum, & hominum dicti loci Iouis altæ quā aliarum perſonarum in dies venientium ad dictam Eccleſiam pro eorum voto, & deuotione, & pro augmento cultus diuini deſiderauit, & deſiderat miſſas, & alia diuina officia celebrari in dicta Eccleſia. Hinc eſt quod præfatus Dominus Antonius Beneficiatus vt ſupra ex prædictis, & ex certis alijs rationabiliter cauſis animum ſuum mouentibus fecit conſtituit creauit, & deputauit pro vt facit, conſtituit, creat, deputat, & ſpecialiter ordinat ſuos veros certos legitimos, & indubitatos procuratores actores factores negotiorum infraſcriptorum geſtores & miſſos, & nuntios ſpirituales & generales & quicquid melius dici fieri & eſſe poteſt honorabiles viros D. Iacobum de Corteſijs D. Baptiſtam de Paulo in Romana Curia cauſarum procuratores & D. Iacobum Philippum de Pinzonibus alios de Rentijs Clericum Cremonenſem omnes in præfata Romana Curia reſſidentes licet abſentes tamquam præſentes, & quemlibet eorum in ſolidum ita qnod primitius occupantis conditio melior non exiſtat nec deterior ſubſequenter ſed quod vnus eorum inceperit alter ipſorum id proſequi mediare valeat, & finire & ad finem & effectum debitum perducerę ſpecialiter, & expreſſe ad ipſius D. Antonij beneficiati antedicti nomine & pro ipſo ſupplicantem pro vt ipſe D. Conſtituens in his ſcriptis ſupplicauit, & ſupplicat Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino noſtro Domino Adriano diuina prouidentia Papę ſexto quod pręfatus Sanctiſſimus Dominus noſter Papa dignetur & velit dare

con-

concedere in perpetuum Fratribus Tertij Ordinis Sancti Franciſci ſub habitu heremitico regularis obſeruantiæ ad præſens habitantibus in monaſterio Fratrum Sancti Saluatoris Cremonæ pro vt ipſe D. Conſtituens tenore pręſentis inſtrumenti dat, & concedit in perpetuum Domino Fratri Sebaſtiano de Cremona profeſſo dicti ordinis dictorum Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci ſub prędicto habitu heremitico regularis obſeruantię, & mihi notario, vt publicæ perſonæ ambobus ibi præſentibus, & acceptantibus nomine & vice & ad partem, & vtilitatem totius ordinis dictorum fratrum tertij ordinis Sancti Franciſci ſub habitu prædicto heremitico regularis obſeruantiæ, & pro eorum ſucceſſoris ſupraſcriptam Eccleſiam Dominæ Sanctæ Marię de Montirono ſituã, & conſtructam vt ſupra ad regendum cuſtodiendum, & gubernandum dictam Eccleſiam & ad celebrandum miſſas, & alia diuina officia in dicta Eccleſia, vt ipſi Eccleſiæ in diuinis deſeruiendum nec non domos & edificia Iuris dictę Eccleſię, & ipſi Eccleſię contiguas, & adheſas ſeu contingua, & adheſa & annexa ad habitandum tenendum, & poſſidendum pro habitatione fratrum qui eidem Eccleſiæ in diuinis deſeruient & qui in ea pro tempore celebrabunt cum poteſtate, & facultate ipſas domos reformandi, & ampliandi et elemoſinas, & pia vota habendi tenendi, & poſſidendi & de eis diſponendi necnon emendi, & aquirendi terras domos, & alia iura pro eorum commodiori habitatione vſu vſufructu & gaudimento, & de quibus eis, et ſucceſſoris liceat diſponere pro libito uoluntatis ſuæ & in ornamentum & vtilitatem dictæ Eccleſiæ abſq; eo quod Ius aliquod in eis pręfatus D. Præpoſitus nec eius ſucceſſor habeat nec habere poſſunt, & debeant ſaluo ſemper, & infra & pro vt eiſdem melius viſum fuerit ſub hac tã lege conditione, et pacto, et ſine quibus præfatus D. Conſtituens non feciſſet, nec facturus erat præſens Inſtrumentum, & ita proteſtatus fuit et proteſtatur coram me notario infraſcripto, & teſtium antedictis quod titulus præfatę Eccleſię remaneat & remanere debeat penes præfatum R. D. Antonium et quod ipſe habeat exigat et percipiat fructus redditus, et prouentus bonorum dictæ Eccleſię et ad eã ſpectantes, et pertinentes, et quod collatio ipſius Eccleſię ſpectet et ſpectare debeat ad pręfatum Reuerendiſſimum D. Epiſcopum Cremonenſem dum pro tempore vacat et quod

per huiuſmodi conceſſionem de dicta Eccleſia,& domibus factam ſeu faciendam dictis fratribus nullum fiat præiudicium ipſi D. Conſtituenti quo ad eius titulum et fructus antedictus nec etiam pręfato Reuerendiſſimo D. Epiſcopo quo ad collationem ipſius Eccleſię dum pro tempore vacauerit ita tamẽ quod in caſu ceſſus vel deceſſus dicti D.beneficiati, et cuiuſcumq; ſucceſſoris nec alicuius vacationis dicti beneficij pręfati fratres non poſſint amoueri à dicta Eccleſia et domibus quia in ipſis domibus nunc exiſtentibus, et per eos de nouo fabricandis, et ampliandis poſſint et valeant ſtare et habitare, et in dicta Eccleſia diuina officia celebrare et à dicto nomine et pro pręfato domino Conſtituente conſentiendum pro vt ipſe dominus Conſtituens per pręſens Inſtrumentũ conſenſit et conſentit expeditioni tunc et confectioni quaſcũq; literarum apoſtolicarum per præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam conficiendarum in fauorem dictorum fratrum dicti ordinis ſuper pędictis, et quoslibet prædictorum cum quibus per ſolemnitatibus et clauſulis propterea debitis congruis,et opportunis, etc. et ad iurandum in animam ipſius D. Conſtituentis et pro eo pro ut ipſe D. Conſtituens iurauit et iurat ad Sancta Dei euangelica ſcripturis corporaliter tactis quod in pręmiſſis, et quolibet præmiſſorum non interuenit, nec in futurum interueniet aliqua fraus dolus labes ſimoniaca nec aliqua alia illicita pactio conuentio ſeu coruptela, et generaliter ad omnia alia et ſingula dicendum faciendum gerendum exercendum et procurandum pro ipſo D.Conſtituente et ſuis loco, et nomine quæ in præmiſſis et circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet opportuna etiam ſi talia forent quæ mãdatum exigerent magis ſpeciale quam præſentibus ſit expreſſum, et quæ ipſe D. Conſtitutus in præmiſſis facere poſſet ſi præſens, et ſpecialiter intereſſet dans, et concedens præfatus D. Conſtituens dictis DD. ſuis procuratoribus vt ſupra conſtitutis et cuiuslibet eorum in ſolidum in præmiſſis et circa præmiſſa plenum liberum amplum generale et ſpeciale mandatum ac plenam liberam amplam et generalem adminiſtrationem vbi requiritur in omnibus, et ſingulis ſcripturis necnon promittens ac promiſit mihi notario infraſcripto vt publicæ perſonæ ſolemniter ſtipulans et recipienti vice et nomine omnium et ſingulorum quorum intereſt intererit aut intereſſe poterit quomodolibet

Digitized by Google

libet in futurum quod perpetuo & omni tempore firmum ratum, & gratum & firma rata & grata habebit & tenebit ac attendet & obſeruabit præſens mandatum & omnia & ſingula in eo contenta ac ea omnia & ſingula quæ per præfatos DD. Procuratores ſuos vt ſupra conſtitutos & quemlibet eorum in ſolidum in prædictis & circa prædicta dicta facta procurata fuerunt atq; geſta & quod non contra faciet nec contraueniet ſub expreſſa hipotheca & obligatione omnium bonorum ſuorum præſentium, & futurorum & quolibet alia iuris,& facti renuntiatione ad hæc neceſſaria pariter & cautela ſuper quibus omnibus præmiſſis præfatus D. Conſtituens rogauit vnum vel plura huiuſmodi tenoris & continentiæ fieri debere Inſtrumentum, & Inſtrumentum per me notarium infraſcriptum.

Ego Marcellinus Piccnardus Ciuis,& Clericus Cremonenſis publicus Imperiali, & apoſtolica auctoritate notarius, & de Collegio Notariorum Cremonæ necnon notarius officij Curiæ epiſcopalis eiuſdem Ciuitatis prædictis interfui & de ſupraſcriptis rogatus fui eorum aliena manu ſcribi, & in huiuſmodi publicam formam redigi fieri, & in fidem præmiſſorum me ſubſcripſi ſignumq; mei tabellionatus oppoſui conſuetumrogatus & requiſitus.

BVLLA CCVIII.

ADrianus VI. conceſſionem de Eccleſia S. Mariæ de Montirono cum ſuis ædificijs per Antonium de Porris Prępoſitum Catedralis Cremonę factam F. Sebaſtiano, & alijs Fratribus S. Saluatoris Cremonæ approbat pro eiſdem Fratribus, & eorum ſucceſſoribus in Terra Iouis Altę, vulgo Geneuolta.

1 Commiſſum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium ad Diuini nominis gloriam exequi ſatagentes ad ea noſtros paſſim dirigimus cogitatus per quæ in ſingulis pijs locis religio propagationem & Diuinus cultus augmentum votiua ſuſcipiant & alijs quæ propterea proinde facta fuiſſe dicuntur vt firma perpetuo & illibata perſiſtant libenter cum à nobis petitur Apoſtolici præſidij munimine roboramus.

2 Sanè pro parte Sebaſtiani de Cremona, & aliorum Fratrum modernorum Domus Monaſterij nuncupatę Sancti Saluatoris Cremonen-

monenſis Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Obſeruantia nuncupatorum Dilectorum Filiorum nobis ſuper exhibita petitio continebat quod alias Dilectus Filius Antonius de Porris Præpoſitus Cremonenſis & Rector Campeſtris ſine cura Clericatus nuncupatæ Beatæ Mariæ de Montirono Territorij loci Iouis altę Cremonenſis Diæceſis Eccleſiarum eidem Eccleſiæ Beatæ Mariæ, ac dilectis Filijs incolis & habitatoribus dicti loci alijſq; Chriſtifidelibus in dies ad dictam Eccleſiam Beatæ Mariæ pro eorum notis, & Deuotionibus adimplendis confluentibus ac etiam diuini cultus augmento inibi conſulere cupiens Sebaſtianum tunc Procuratorem Generalem Tertij Ordinis Sancti Franciſci ſecundum morem dicti Ordinis nuncupatum, & certos alios Fratres domus, & Ordinis prædictorum profeſſores ſub habitu Heremitico Regularis Obſeruantiæ huiuſmodi tunc in dicta domo degentes ad eandem Eccleſiam Beatæ Mariæ regendum, & gubernandum miſſaſq; & alia Diuina Officia inibi celebrandum & illi in diuinis laudabiliter deſeruiendum conſtituit & deputauit necnon domos & Edificia ad dictam Eccleſiam Beatæ Marię ſpectantia & illi cõtigua adiacentia ac annexa pro eorundem Fratrum habitatione cum poteſtate ipſas domos in melius reformandi reparandi, & ampliandi ac eleemoſinas, & oblationes ex votis & deuotione prædictis inibi pro tempore erogatas recipiendi, & habendi ac de eis diſponendi.

3 Necnon terras Domos, & alia iura pro eorum commodiori habitatione & vſufructu de quibus eis pro libito voluntatis in ornamentum, & vtilitatem dictæ Eccleſię Beatæ Mariæ diſponere, & illa conuertere liceret emendi, & aquirendi abſq;eo quod præfatus Antonius eiuſq;in dicta Eccleſia Beatæ Marię ſucceſſores aliquod ius in eis haberent ita tamen quod titulus ac groſſi fructus bonorum ipſius Eccleſiæ Beatę Marię Antonio, & ſucceſſoribus pręfatis ſemper remanerent, & illos perciperent conceſſit, & aſſignauit perpetuo pro vt in vno ſeri diuerſis publicis Inſtrumentis deſuper confectis plenius dicitur contineri.

4 Quare pro parte Sebaſtiani, & Fratrum prędictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum vt conſtitutionem deputationem conceſſionem & aſſignationem prędictas ac pro vt eas concernebant omnia, & ſingula in Inſtrumento vel Inſtrumentis prędictis contenta

tenta

Digitized by

tenta Apoſtolica auctoritate confirmare, & approbare de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos igitur qui ſingulorum preſertim ſub ſuaui religionis iugo altiſſimo famulantium perſonarum commodo & vtilitati ac diuini cultus augmento libenter conſulimus Sebaſtianum & ſingulos modernos Fratres prędictos à quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs cenſuris, & penis à Iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum preſentium dũtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes & abſolutas fore cenſentes ac Inſtrumenti, et Inſtrumentorum prędictorum veriores tenores preſentibus pro expreſſam habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati.

6 Apoſtolica auctoritate tenore preſentium Conſtitutionem deputationem conceſſionem, & aſſignationem prędictas ac pro vt eas concernunt omnia, & ſingula in Inſtrumento, & Inſtrumentis prędictis contenta, & inde ſecuta quęcunq;

7 Abſq; tamen dictam Eccleſiam Beatę Marię quoties illa pro tempore vacauerit conferendi, & aliorum Iurium Epiſcopalium, ac cuiuslibet alterius pręiudicio illiſq; ac titulo, et fructibus pręfatis ſaluis remanentibus vt prefertur confirmamus, & approbamus ac præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus omneſq; & ſingulos defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus ac alias Conſtitutionem deputationem conceſſionem, & aſſignationem ſimiles in omnibus, & per omnia prout idem Antonius vnius ad hoc per dilectum Filium Lombardinum de Burgo Clericum Cremonenſem Procuratorem ſuum ab hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum expreſſus accedit aſſenſus fecit vt pręmittitur de nouo facimus illaq; omnia ab omnibus inuiolabiliter obſeruari debere ac pro tempore inibi degentes fratres prędictos ſuper pręmiſſis nullatenus à quoquam moleſtari impediri, aut inquietari poſſe.

8 Sicq; per quoſcunq; Iudices & perſonas quacunq; etiam Apoſtolica auctoritate fungentes vbique iudicari cognoſci, et decidi debere ſublata eis et eorum cuilibet quauis alia aliter iudicandi cognoſcendi, et decidendi facultate ac irritum, et inane quidquid ſecus ſuper hijs à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

9

9 Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papę VIII. prędeceſſoris noſtri Fratres Mendicantes domum vel alium locum ad habitandum de nouo aquirere ſeu recipere aut recepta mutare prohibentibus, et alijs Apoſtolicis ac in Prouincialibus, et Synodalibus Concilijs editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, et ordinationibus ac domus Sancti Saluatoris, et Ordinis prędictorum iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus cęteriſq; contrarijs quibuſcumq;

10 Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis confirmationis approbationis communitionis ſupplectionis, et Decreti infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo Decimo Calendas Aprilis Pontificatus noſtri anno primo *Ideſt 23. Martij Ordinis 302. Religionis 123.*

Extracta ex Monumentis eiuſdem Conuentus Geneuoltę.

BVLLA CCIX.

ADrianus VI. ſcribit Epiſcopo Caſertarum Vicario Generali Cremonę, & Pręposito Eccleſię Sancti Leonardi Cremonenſis vt exequātur ſupradictas litteras ad fauorem Fratrum, & defendant eos à qualibet moleſtia, quę inferri poſſet illis ſuper receptione, & vſu præfatæ conceſſionis Eccleſiæ S. Marię Montironi.

1 Hodie Apoſtolica Auctoritate per alias noſtras litteras conſtitutionem et deputationem de Sebaſtiano de Cremona, et alijs fratribus tunc expreſſis Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Obſeruantia nuncupati Dilectis Filijs per dilectum Filium Antonium Annium de Portis Rectorem Eccleſiæ Campeſtris Beatę Marię de Montirono Territorij Loci Iouis Altę Cremonenſis Diœceſis ad ipſam Eccleſiam regendum, et gubernandum, miſſaſq; et alia officia inibi celebrandum et illi in Dominis deſeruiendum necnon certarum domorum eleemoſinarum, et oblationum tunc expreſſarum conceſſionem, et aſſignationem per eundem Antonium

eiſdem

Digitized by Google

eiſdem Fratribus factas perpetuò pro vt in vno ſeu diuerſis publicis Inſtrumentis deſuper confectis plenius continetur ac pro vt illa concernunt omnia, & ſingula in Inſtrumento vel Inſtrumentis prædictis contenta confirmauimus,& approbauimus ac omnes,& ſingulos defectus ſi qui forſan interuenerant in eiſdem suppleuimus illaſq;de nouo fecimus ſub certis modo & forma tũc expreſſis pro vt in eiſdem litteris plenius continetur.

2 Quo circa diſcretioni noſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos vel duo aut vnus veſtrum ſi & poſtquam dictæ litteræ vobis præſentatæ fuerunt per vos vel alium ſeu alias litteras prædictas in eis contenta quæcumque vbi quando, & quoties opus fuerit ac pro parte Sebaſtiani, & aliorum fratrum prædictorum ac eorum cuiuslibet fueritis requiſiti ſolemniter publicantes eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciatis auctoritate noſtra Sebaſtianum & fratres prædictos conſtitutione deputatione conceſſione aſſignatione affirmatione approbatione ſupplectione, ac alijs ſingulis præmiſſis ac Decreto, & alijs in eiſdem litteris contentis.

3 Necnon Eccleſiæ, & Domorum earum de habitatione vſufructu & poſſeſſione necnon Inſtrumentum, & Litterarum prædictorum omniumque & ſingulorum in eis contentorum obſeruatione perpetuo pacificè frui, & gaudere.

4 Non permittentes eos per Antonium, & ſucceſſores prædictos aut quoſcumq; alios contra Inſtrumenti, & Inſtrumentorum ac litterarum prædictarum tenorē quomodolibet indebitè moleſtari inquietari vel perturbari,contradictores quoslibet & rebelles per alias Eccleſiaſticas de quibus vobis placuerit ſententias cenſuræ & pœnæ appellatione poſtpoſita compeſcēdo,inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis.

5 Et nihilominus legitimis ſuper ijs habendis ſeruatis proceſſibus contra illos quos ſententias cenſuras,& pœnas per vos pro tempore latas incurriſſe conſtiteri t illas quoties opus fuerit iteratis viribus aggrauare curetis.

6 Cæterum ſi per ſummariam informationem ſuper ijs per vos habendam etiam vobis conſtiterit quo ad dicta in quibus contradictores,& rebelles prædicti ac intereſſe putantes, & alij quas præſentes litteræ concernunt pro tempore morari contigerit pro mo-

rationibus ipſis, & cittationibus de eis faciendis tutus non pateat acceſſus. Illas vobis cittationes & monitiones quaslibet per edicta publica locis affigenda publicis ac partibus illis vicinis de quibus veriſimiliter ſit coniectum quod ad ipſorum cittatorum & monitorum notitiam peruenire valeant faciendi. Plenam, & liberam tenore præſentium concedimus facultatem, &c.

7 Ac volumus & dicta Apoſtolica auctoritate decernimus quod monitiones, & citationes prædictæ ipſos monitos & citatos perinde arctent ac ſi eis perſonaliter intimatæ, & inſinuatę legitimè ſtetiſſent.

8 Non obſtantibus Pię memorię Bonifacij Pap. VIII. Prędeceſſoris noſtri in qua cauetur ne quis extra ſuam Ciuitatem, & Dięceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuę Dięceſis ad iudicium euocetur. Seu ne Iudices, et Conſeruatores ſeu Deputati prædicta extra Ciuitatem, et Diæceſim in quibus Deputati fuerint contra quoſcumque procedere aut alij vel alijs vices ſuas committere aut aliquos vltra vnam dietam à fine Dięceſis earumdem trahere præſumant, et de duabus dietis in Concilio generali edita dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium non trahatur ac alijs Apoſtolicis Conſtitutionibus, et Ordinationibus necnon omnibus ſupradictis. Aut ſi Antonio, et ſucceſſoribus præfatis vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenã, et expreſſã ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo Decimo Calendas Aprilis Pontificatus noſtri anno primo.

Ideſt 23. Martij Ordinis 302. Religionis 123.

Digitized by Google

CLEMENS PAPA VII.

IVlius Medices Florentinus Iuliani filius, creatus decimo nono Nouembris, & vigeſimo eiuſdem coronatus eſt anno 1523. ſedit annos decem menſes totidem, & dies ſeptem. Obijt anno 1534. vigeſimo Septembris ſepultus in Vaticano. Octo dedit.

BVLLA CCX.

CLemens VII. ex certa ſcientia confirmat priuilegia Minoribus de Obſeruantia, Monialibus S. Claræ, ac Tertiarijs alias conceſſa: & conceſſa, ſeu concedenda alijs ordinibus Mendicantium communicat eiſdem.

1 Dum fructus vberes, quos ordo ſacer dilectorum filiorum Fratrum Minorum Regularis Obſeruantię in agro militantis Eccleſię cum propagatione religionis, ac defenſione, et augmento catolicę fidei, ac ſalute Chriſtifidelium produxit hactenus, et in dies producit diligenter attendimus; dignum, quin potius debitum putamus, vt eius ſtatum proſperum, et tranquillum omni diligentia procuremus, illiuſq; religioſas perſonas ſpecialibus fauoribus, et gratijs proſequamur.

2 Hinc eſt, quod Nos motu proprio, et ex certa ſcientia tenore præſentium, omnia, et ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, pręſertim non ſoluendi clericis ſecularibus Quartam funeralium quo ad Fratres in poſſeſſionem non ſoluendi Quartam huiuſmodi exiſtentes, ac omnia, et ſingula indulta, indulgentias, peccatorum remiſſiones, et gratias dicto Minorum, ac S. Claræ ac Tertio de Pęnitentia nuncupato ordinibus; illorumq; Fratribus, Monialibus, Sororibus, et vtriuſq; ſexus perſonis, ac Monaſterijs, Domibus, Eccleſijs, et locis quibuſcunq; etiam per modum extenſionis, ſeu communicationis, et alias quomodolibet per quoſcunq; Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, ac Nos, et Sedem Apoſtolicam prędictam conceſſa, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium approbamus, et innouamus, et perpetuę firmitatis robur obtinere, et inuiolabiliter obſeruari debere.

3 Ipſoſq; Fratres, Moniales, Sorores, perſonas, Monaſteria, Domos, Eccleſias, et alia loca huiuſmodi omnibus, et ſingulis priuilegijs, immu-

nitatibus, exemptionibus, conceſſionibus, indultis, indulgentijs, peccatorum remiſſionis, et gratijs quibuſuis Congregationibus dictorum ordinum, aliorumq; ordinum Mendicantium quomodolibet conceſſas, et concedendas; necnon etiam quibuſcumq; facultatibus, et gratijs ſuę profeſſioni regularis obſeruantię non contrarijs alijs ordinibus quibuſcunq; non Mendicantibus quomodolibet conceſſis, et concedendis, vti, frui, gaudere poſſe, atq; debere in omnibus, et per omnia perinde ac ſi eis conceſſa ſpecialiter fuiſſent. Et conſtitutiones in vltimo Capitulo, etc. *Quæ ſequuntur ſolum ad Obſeruantes.* Datum Romę apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 30. Maij 1525. Pontificatus noſtri anno ſecundo. *Ordinis* 305. *Religionis* 126.

Extracta ex Vadingo tom. 8. *ad hunc annum* 1525. *num.* 27. *Confectio Bulla* 7. *& vltima. Rodriq. Bulla* 2.

BVLLA CCXI.

Clemens VII. Bullam Leonis X. in ſua inſertam declarantem Sorores Tertij Ordinis collegialiter viuentes, & eſſentialia vota emittentes eſſe veras religioſas confirmat.

1 Decet ex Romani Pontificis benignitate prouidere, &c. Dudum ſiquidem à felicis recordationis Leone Papa X. prædeceſſore noſtro literæ emanarunt, ſub forma Breuis tenoris videlicet ſubſequentis. Dilecto filio Chriſtophoro tituli S. Mariæ de Aracæli Presbitero Cardinali Leo Papa X. dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ea quę per Sedem Apoſtolicam prouide &c. *Habetur extenſa in Bulla CCII. Leonis X. ſupra.*

2 Nos igitur motu proprio, & ex certa ſcientia huiuſmodi literas Leonis X. prædeceſſoris noſtri, ac omnia, & ſingula in eis contenta auctoritate noſtra approbamus, confirmamus, ac potiori pro cautela de nouo concedimus.

3 Præterea ne inſolentibus, & apoſtatis in ſcandalum Chriſtifidelium vita erroris amplius pateat, firmiter præcipimus Generali, ac Prouincialibus Miniſtris, & huiuſmodi Sororum Viſitatoribus dicti Ordinis de Obſeruantia, quibus illæ per Regulam ſuam ſubiectæ ſunt, & ſubiectas eſſe volumus, vt rebelles, inobedientes, & apoſtatas per conſuetas diſciplinas, etiam per excommunicationis

nis latæ ſententiæ pænas,noſtra auctoritate,in eas,dum opus erit, ferendas, aut per confuſibilem poſt habitus dicti Ordinis ſpoliationem,à ſua communitate nonquam amplius reuerſuras,eiectionem, corrigant, atq;reducant. Diſtricte mandando executoribus prænominatis, vt quotieſcunq;ex parte Generalis,vel Prouincialium Miniſtrorum,aut Viſitatorum, vel Sororum huiuſmodi fuerint requiſiti,faciant præſentes literas,& in eis contenta quæcũq; plenum ſortiri effectum. Contradictores, &c.Non obſtãtibus,&c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 27. Martij 1526. Pontificatus noſtri anno tertio. *Ordinis 305. Religionis 127.*

Extracta ex Vadingo tom.8. Bulla 16.ex Regiſtro Vltramontano fol. 74.

BVLLA CCXII.

Clemens VII.ad inſtantiam F. Antonij de Tablata in Regnis Caſtellæ,Legionis,Galitię & Andaluſia Generalis confirmat omnia priuilegia Fratribus,& Sororibus alias conceſſa à ſuis prædeceſſoribus, communicando eiſdem quæcunq priuilegia alijs Ordinibus Mendicantium conceſſa,cum facultate eligendi Generalem de proprio ordine ſuper omnes Fratres, Sorores, & Eremitas poteſtatem habentem, qui per ſe, vel à ſe deputatos recipiat ad habitum, & profeſſionem venientes à ſeculo, cum poteſtate diſpenſandi ſuper accidentia voti paupertatis; ſoluit dubia Regulæ, & conſtitutionum interpretatur, quæ non obligant ad culpam. Sunt capaces beneficiorum Tantam poteſtatem habet Generalis, quantam habent Generales aliorum Ordinum Mendicantium, abſoluendi,diſpenſandi, ligandi ſtatuendi, non tamen contra ius commune. Religionem Papa approbat; declarat eos eſſe vere religioſos, & eorum Ordinem dici ſacrum. Præcipit, vt ab extraneis vocentur Fratres Tertij Ordinis S.Franciſci de Pœnitentia. Attentantes illos moleſtare excommunicat;& omnino eximit à poteſtate, & ſubiectione Minorum, & aliorum Prælatorum. Infra CCXVIII. per Paulum III. reducitur ad terminos iuris, & Fratres ſubijciuntur Minoribus de Obſeruantia.

1 Dum vberes fructus, quos ſacer ordo de pænitentia,quem Seraphicus ille hominum vere piſcator, vt animas omnes lucrifaceret Creatori, nemoque ſe abſconderet à Charitatis calore, Spiritu Sancto illuminatus B. Franciſcus inſtituit, in honorem Domini haſte-

hactenus adduxit, & in dies fertiliori manu afferre non ceſſat, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitũ, & intra noſtræ mentis arcana reuoluentes, quod ipſe ordo, nedum coniugatis vtriuſque ſexus, verum etiam Fratribus, & Monialibus in Communi viuentibus, ac tria vota ſubſtantialia ſolemniter emittentibus, florere iam diu cæpit, & in dies magis effloreſcit, ipſorumq; Fratrum, & Monialium vita eſt adeò exemplaris, vt cum virtus laudata creſcat, prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærendo, cogamur ipſum ordinem ſpecialibus prærogatiuis extollere, & ea quæ pro conſeruatione, & augmento regularis obſeruantiæ, in eodem Ordine prouidè conceſſa, prout in Domino conſpicimus expedire, ac ſtatuta, & ordinata eſſe dicuntur, vt firma, & illibata perpetuo perſiſtant, libenter cum à nobis petitur, Apoſtolico munimine roborare, & ne quærentes, quæ Ieſu Chriſti non ſunt, & ſub prætextu contemptus mundi, falcem in alienam meſſem ponere, ac præeſſe omnibus, anhelantes ipſos Fratres, & Moniales in huiuſmodi ſuo ſancto opere perturbare, ſalubriter prouidere poſſint.

2 Sanè pro parte dilecti filij Antonij de Tablada, moderni Viſitatoris Generalis, & Magiſtri principalis perſonarum dicti ordinis Caſtellæ, Legionis, Galiciæ, Andaluciæ, ſeu Vandaliæ, etiam Regnis, & partibus degentium, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum felicis recordationis.

3 Nicolaus Papa Quartus, prædeceſſor noſter, inter alia, vt recipiendus in dicto Ordine, ante receptionem huiuſmodi de fide Catholica, & erga Romanam Eccleſiam obedientia, diligenter examinaretur, eique onera eiuſdem Ordinis apertius exponerentur, & poſt vnius anni ſpatium, ſi idoneus reperiretur, promitteret ſe omnia diuina præcepta ſeruaturum, ac etiam vt conueniret ſatisfacturum de tranſgreſſionibus, quas contra hunc viuendi modum committeret, cum interpellatus, ad viſitatoris exiſteret voluntatem, & huiuſmodi ab eo facta promiſſio, per manum publicam in ſcriptis redigeretur, & Fratres, ac Sorores dicti Ordinis, veſtibus colore non prorſus albo, vel nigro, non pomposis, ſed honeſtis certo modo, tunc deſignatis vterentur, & ab inhoneſtis conuiuijs, & ſpectaculis, ſiue choreis, penitus abſtinerent, & Secunda, Sexta, & Quarta ferijs, dieque Sabbati, carnibus, non veſcerentur, niſi aliud, infirmitatis, vel debelitatis inſtantia ſuaderet, & à feſto omnium

San-

Sanctorum, vſq; ad Paſcha Reſurrectionis Dominicæ, Quarta, & Sexta ferijs huiuſmodi, & à feſto S. Martini vſq; ad diem Natiuitatis Domini, & à Dominica Quinquageſimę vſq; ad Paſcha, diebus ſingulis exceptis Dominicis, ieiunarent, niſi aliud fortaſſis infirmitas, vel alia neceſſitas ſuaderet, & ter in anno, videlicet, in Natiuitatis, ac Reſurrectionis Dominicæ, ac Pentecoſtes feſtiuitatibus peccata propria confiteri, & Euchariſtiam deuotè ſuſcipere, & horas Canonicas, videlicet, ſcientes Pſalterium, pro prima, Deus in nomine tuo, & Beati immaculati, vſq; ad legem pone, ac alios horarum Pſalmos, iuxta clericorum ordinem, cum Gloria Patri, illiterati vero, pro matutinis, duodecim, & pro qualibet alia hora, ſeptem vicibus, Pater noſter, cum Gloria Patri, dicere non omitterent, additis, ad Primam, & Completorium, ſymbolo Minori, & qui velint, Pſalmo, Miſerere mei Deus, & qui horas, huiuſmodi temporibus ad id ſtatutis, non recitarent, dicere deberent tribus vicibus, Pater noſter, infirmi vero ad horas huiuſmodi, niſi vellent, non tenerentur, & quilibet infra tres menſes, poſt eius in ordine huiuſmodi ingreſſum, immediatè ſequentes conderet teſtamentum, & viſitator pro tempore, cum Fratribus, & Sororibus vniuerſis, ſuper ieiunijs, abſtinentijs, auſteritatibus ordinis huiuſmodi, ex cauſa legitima diſpēſare, ipſique Viſitator, ac Miniſtri, & Congregatio Ordinis huiuſmodi Fratres, & Sorores incorrigibiles, ab eadem congregatione expellere poſſent, nullus tamen ipſorum, ob tranſgreſſionem Regulę Ordinis huiuſmodi, ad mortalem culpam remaneret obligatus, ſtatuit per quaſdam.

4 Et deinde pię memorię, Eugenius etiam Quartus attēdens, quod Fratres dicti Ordinis, in dictis Regnis conſiſtentes, domos, & loca communia habebant, ac communiter, & laudabiliter viuebant, & in eorum Generali capitulo, per eos tunc vltimo loco celebrato nonnulla ſtatuta, & ordinationes addiderunt, tunc pręſentibus, & futuris dicti Ordinis Fratribus, degentibus in domibus, & locis infra dicta regna, pro tempore conſiſtentibus, ut eorum generale capitulum, perpetuis futuris temporibus celebrare, & in eo, unum ex ipſis in ſacerdotio conſtitutum, in eorum, ac huiuſmodi domorum, & locorum uiſitatorem, iuxta eorum ſtatuta eligere, ac deputare, & ipſe uiſitator ſic electus, ac deputatus omnibus, & ſingulis domibus, ac locis, & Fratribus, tum pręſentibus, & futuris, eorumq; bonis

bonis preeſſe, & ipſorum curam gerere, & exercere, ac de conſilio aliquorum Fratrum dicti Ordinis, ad id per huiuſmodi capitulum pro tempore deputandorum, omnes, & ſingulos uagantes, ac ſtatutis, & ordinationibus dicti Ordinis, tunc editis, & edendis contrauenientes, ſecundum eorum delicta, punire, & incarcerare, & quecumque alia deſuper oportuna facere, & exequi, etiam per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, inuocato etiam auxilio brachij ſecularis, ac per ſe ipſum capitulum generale huiuſmodi congregare, illique preeſſe, ac idoneos ex dictis Fratrib. ad officia domorum, & locorum predictorum, deputare, ac omnes, & ſingulos Fratres, & Sorores dicti Ordinis, ab omnibus, & ſingulis excommunicationis, & ſuſpenſionis, & interdicti, ſententijs, & pœnis, quibus pro tempore irretiti forent, in foro conſcientiæ abſoluere, & cum clericis, & presbyteris, ex eis ſuper irregularitate, ſi qua ſententijs huiuſmodi ligati, miſſas & alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium, celebrando, vel ſe illis immiſcendo, pro tempore contraherent, diſpenſare, ac etiam per ſe, vel alios, ex ipſis Fratribus presbiteris idoneis, omnium, & ſingulorum Fratrum, & Sororum prædictorum, ac illorum, & illarum ſeruitorum pro tempore, confeſſiones audire, & eis pro commiſſis debite abſolutionis beneficium, in caſibus Sedi Apoſtolicæ non reſeruatis, impendere, & Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare valeret, licentiam, & facultatem conceſſit, ac quod officium Viſitatoris, pro tempore electi huiuſmodi, ad Triennium duntaxat à die ſuæ electionis computandum, duraret, ac omnes, & ſinguli Fratres, & Sorores Ordinis huiuſmodi, pro tempore, eidem Viſitatori, tanquam eorum ſuperiori, in omnibus, iuxta eadem ſtatuta, plenariè obedire, & intendere tenerentur. Quodque omnia eorum, & cuiuslibet ipſorum bona, in domibus, in quibus profeſſionem pro tempore facerent, illis, de quibus infra tres menſes à die illorum, in dicto Ordine ingreſſus computandos, teſtati fuiſſent, duntaxat exceptis, & iure vxorum, & filiorum eorundem, pro tempore in dicto Ordine, poſt obitum parentum ſuorum huiuſmodi remanere volentium, in omnibus ſaluo, communia exiſterent, & ad domos, & loca huiuſmodi, liberè pertinerent. Nulluſque ex eis, poſt profeſſionem per eum emiſſam, Matrimonium contrahere, ac abſq; licentia ſpeciali dicti Viſitatoris, ſibi ex neceſſitate, & ad tempus duntaxat, &

non

non alias concedenda, extra domos,ſeu loca huiuſmodi, reſidere, vel alicui beneficio Eccleſiaſtico, inſeruire poſſet, & commorantes,vel inſeruientes pro tempore extra domos,cum licentia huiuſmodi, id totum, quod interim licitè acquirerent, ac eis ſupereſſet, domibus,in quibus profeſſionem feciſſent, integrè dare deberent, etiam ſtatuit, ac decreuit, & conceſſit per alias.

5 Et poſtmodum, recolendæ memoriæ, Sixtus ſimiliter Quartus, quod Ordinis prædicti loca, & vtriuſq; ſexus perſonæ,eiſdem priuilegijs,immunitatibus,gratijs,fauoribus,conceſſionibus, facultatibus,& indultis, ſpiritualibus, & temporalibus Fratrum Prædicatorum,& Minorum Ordinibus,ac illorum profeſſoribus,domibus, locis,& perſonis, quomodolibet conceſſis, & in poſterum concedendis,quatenus earum ſtatui,& ſexui non contradicerent,liberè, & licitè poſſent,& deberent, in omnibus, & per omnia prorſus, & ſine vlla penitus differentia,perindè, ac ſi locis, ac perſonis vtriuſque ſexus Ordinis de pænitentia huiuſmodi nominatim conceſſa fuiſſent,& concederentur, expreſsè ſtatuit per alias.

6 Et ſucceſſiuè cum Viſitator, & Miniſtri, ac Fratres,necnon Abbatiſſæ,ſeu Matres, & Moniales, aliæque perſonæ dicti Ordinis, de pænitentia, Monaſteriorum, ac domorum Prouinciæ S. Iacobi in Compoſtella,eo quod ſub obedientia Fratrum dicti Ordinis Minorum nunquam fuerant, nec exiſtebant, ſed ſub ſui Prælati Viſitatoris, quæ iuxta regularia inſtituta dicti Ordinis de pænitentia, de triennio in triennium,obedientia degebant, ac illi, & Miniſtris ſingulorum Monaſteriorum, ac domorum Ordinis de pænitentia huiuſmodi, ſuberant, dubitarent, ſtatuto Sixti prædeceſſoris huiuſmodi poſſe vti, Sanctæ memoriæ.

7 Iulius II.omnia,& ſingula priuilegia,gratias,&indulta per Sixtum prædictum, ac alios Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos, & Sedem Apoſtolicam,Ordini Fratrum Minorum,& illius Fratribus conceſſa ad Monaſteria,ac domos prouinciæ,ac Ordinis de pænitentia huiuſmodi,illorumque Fratres, & perſonas, iuxta ſtatutum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi, extendit, & pro potiori cautela illa eis de nouo conceſſit, per reliquas Apoſtolicas, & ibidem Iulius,per alias ſuas in forma Breuis, Fratribus, & Sororibus prouinciæ Ordinis de penitentia huiuſmodi, vt domos, & oratoria,& loca,quæ publicè poſſidebant,& in poſterum acquirerent, recipere,

& perpetuo retinere, ac in illis reſidere, & in communi viuere, & eorum conſuetum habitum, videlicet tunicam, & mantellum, cum capu io, ante, & retrò, acuto, & chorda, ſub dicto mantello, prout omnes, & Sorores eiuſdem Ordinis de pęnitentia, eatenus geſtare conſueuerant, geſtare liberè, & licitè valerent, conceſſit, ac diſtrictius ſub excommunicationis latæ ſententiæ pæna ne Miniſtri, Abbatiſſe, & Fratres Prouinciæ, & Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, domos, quas eatenus poſſiderant, & in futurum poſſiderent, illarumq; ve perſonarum earundem obedientiam, abſque dicti Viſitatoris licentia ſpeciali, vel alienare, vel alijs ad inhabitandum concedere, nec ve illas alij recipere, aut inhabitare valerent, ſub ſimili pæna inhibuit, et per quaſdam alias Apoſtolicas, dictum Ordinem de pænitentia, Fratribus Ordinis Minorum ſubijcientes à Sede prædicta emanatas, reuocauit, et in ipſum Ordinem eidem Fratribus Ordinis Minorum, minime ſubijci voluit.

8 Ac deniq; felicis memoriæ Leo X. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, Regulam de pænitentia huiuſmodi, illiuſq, declarationem, ſtatuta, et conſuetudines laudabiles, necnon priuilegia indulta, et Apoſtolicas aliaſque literas eidem Ordini de pænitentia, illiuſque Fratribus, Sororibus, domibus, et locis, tam per Nicolaum, et Eugenium, ac Iulium prædictos, quam alios Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos conceſſa, et inde ſecuta quæcumq; approbauit, et confirmauit, ſuppleuitque quoſcumque defectus, ſi qui forſan interuenissent in eiſdem, necnon Viſitator, et vniuerſi Fratres, et Sorores dicti Ordinis de pęnitentia in Caſtellæ, et Legionis Regnis, ac Galiciæ Prouinciæ Compoſtellanæ prædictis, commorantes, eligere, ac deputare Viſitatores, Miniſtros, Vicarios, et alios officiales eis neceſſarios, ac per ipſos, iuxta cuiuſlibet eorum officia, regi, gubernari, viſitari, corrigi, et caſtigari poſſent, et deberent, decreuit, illaque omnia, et ſingula prout per dictos prædeceſſores conceſſa fuerant, et de nouo conceſſit, et ab omnibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ, et ſuſpenſionis, ac interdicti, et priuationis actuum legitimorum, pęnis ipſo facto incurrendis, inuiolabiliter obſeruari mandauit, ac literas dicti Iulij prædeceſſoris, Fratribus Ordinis de pænitentia huiuſmodi congregationis Lombardiæ conceſſas, per quas ipſe Iulius prædeceſſor, inter alia voluerat, et mandauerat, ne conſeruatores, et iudices,

Digitized by Google

ces, per Fratres dicti Ordinis Minorum, vel ad eorum inſtantiam, per quoſcunque alios, ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis impetrati, aut ex tunc in poſterum impetrandi, & quicunque alij iudices, & conſeruatores, contra Fratres Ordinis de pænitentia, congregationis huiuſmodi, procedere, vel de illis, eorumq; domibus ſe intromittere, aliquatenus præſumerent, viſitandi domos, & Fratres Ordinis de Pænitentia, & congregationis huiuſmodi, ac de illis, eorumque rebus, & negotijs cognoſcendi, Viſitatori dictæ congregationis & ab eo deputatis relinquerent, diſtrictè præcipiendo mandauerat, ac illas inter alia, domos, et Fratres, ac Sorores Regnorum, & Prouinciæ prædictorum extendit, & ampliauit, & quaſcumque alias literas à Leone, & alijs Romanis Pontificibus, ſeu ſede prædictis, contra præmiſſa, ad quorumcunq; ſupplicationem, pro tempore extortas, caſſauit, reuocauit, & annullauit, ac pro infectis haberi voluit, et quod regula Ordinis de pænitentia huiuſmodi, prout S. Franciſcus prædictus inſtituerat, et fecerat, ab omnibus illam pro tempore profitentibus, cum tranquillitate, et pace animarum, abſq; alia commixtione cum alijs Regulis, et ordinibus eiuſdem Sancti, illorumque Fratribus, et Sororibus, ſeruaretur, et cuſtodiretur, perpetuò ſtatuit, et ordinauit, per reliquas ſuas, ſimiliter in forma Breuis literas, prout in ſingulis literis prædictis, plenius dicitur contineri.

9 Et licet regula de penitentia, per S. Franciſcum inſtituta, et per Nicolaum prædeceſſorem approbata huiuſmodi, prout in ea apparet, pro Chriſti fidelibus coniugatis, et alijs in ſæculo exiſtentibus ordinata fuerit, ac à tempore dicti Eugenij prædeceſſoris, vt ex eius literis prędictis etiam apparet, Fratres Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, domos, et loca in communi habitare cęperint, et ab inde citra benedicente Domino, in diuerſis pręſertim Hiſpaniarũ partibus, vita communis huiuſmodi, multiplicauit, ac in dictis, et Andaluciæ, ſeu Vandaliæ Regnis Fratres Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, in communi viuentes, vnum Viſitatorem generalem eiuſdem Ordinis de pænitentia, de triennio in triennium, iuxta literas Eugenij prædeceſſoris huiuſmodi, eligere, et illi ſubeſſe, et ne ipſe Viſitator, paſtoris officio abutatur, Capitulum generale in aliqua domo Ordinis, & regnorum, ac partium huiuſmodi, quolibet triennio celebrare, et ad illud, ex qualibet domo Ordinis, et

regnorum,ac partium prædictorum, vnus Miniſter, et alius per illius Fratres, in procuratorem diſcretum nuncupatum, electus accedere, et in eo, vnus in præſidentem, et quatuor definitores, ac vnus in notarium, vel ſcribam, ex eiſdem Fratribus, per miniſtros, et diſcretos huiuſmodi, eligi, et tunc Viſitator, genibus flexis corã Preſidente, et Capitulo huiuſmodi, confeſſionem generalem facere, et officio Viſitatoris, in manibus capituli huiuſmodi renunciare, et deinde præſidens, & definitores prædicti, in loco ad id deputato, querelantibus de dicto Viſitatore, et de alijs iuſtitiam miniſtrare, et poſtmodum, votis iuratis, per miniſtros, et diſcretos prędictos, Viſitatores Fratribus in communi viuentibus, dicti de pęnitentia, et nullius alterius Ordinis elegi, et publicata electione, Viſitator ſic electus vna cum Pręſidente, et definitoribus, conſtitutiones, et ordinationes iam factas innouare, aliquando vero alterare, aut immutare, vel alias de nouo facere, prout eidem Ordini de pęnitentia expedire arbitratur, & finito capitulo, Viſitator prędictus, ad viſitandum domos, & Monaſteria Fratrum Ordinis de pęnitentia, & regnorum ac partium huiuſmodi accedere, illiſque de miniſtris, ac Abbatiſſis, iuxta exigentia loci, prouidere, & conſtitutiones, ac ordinationes, iuxta ipſius loci, & illius perſonarum exigentiam, edere, & cum Fratribus, & Monialibus, ſuper veſtibus, & ieiunijs, & auſteritatib. Ordinis de pęnitentia, ac cõſtitutionum, & ordinationum, huiuſmodi, diſpenſare, & Pręſidenti, ac definitoribus, necnon toti Ordini de pęnitentia huiuſmodi in regnis prędictis, ac forſan alijs partibus, illorumque domibus, Monaſterijs, Fratribus, & Monialibus in communi viuentibus, necnon Eremitis, ac dictis coniugatis, & in ſeculo exiſtentibus eiuſdem Ordinis, pręeſſe, & ſi durante triennio huiuſmodi, contra Deum, aut huiuſmodi Ordinem, vel eius bona deliquerit, ſibi per Præſidentem, ac definitores prædictos, pænitentia ſalutaris imponi, & eius demeritis, iure id exigentibus per maiorem partem capituli, in tali caſu, etiam dicto triennio durante, præſidens, & definitores prædicti conuocari, ac ſeruatis ſeruandis puniri, & priuari, & eius loco, alius, modo, & forma præmiſſis, eligi.

10 Ipſeque Viſitator, Fratres dicti Ordinis de pænitentia, prout ſuarum animarum ſaluti, ac dicti Ordinis de pęnitentia conſeruationi, expedire cognoſcit, de vna domo ad aliam, & aliquando Mo-

niales

niales de vno Monaſterio, vel domum, repererit illius Miniſtrum, vel Abbatiſſam minus habilem exiſtere, ſeù male gubernare, talē Miniſtrum, aut Abbatiſſam amouere, & alium, ſeu aliam loco eius deputare, & ſi finito tempore adminiſtrationis alicuius miniſtri, vel Abbatiſſę, ipſe Viſitator ad Monaſterium, ſeu domum huiuſmodi, pro Miniſtri, vel Abbatiſſę illius prouiſione facienda, accedere non valeret, officium antiqui Miniſtri, vel Abbatiſſę, vſque ad conueniens tempus propagare.

11 Necnon quia domus, & Monaſteria Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, in dictis Regnis, & partibus ſufficientes redditus pro maiori parte non habent, cum Fratribus Monialibus, Sororibus, & Eremitis dicti Ordinis de pęnitentia, ſuper voto paupertatis, tam in communi, quam in particulari, ad vitam, ſeu aliud tempus diſpenſare, necnon omnia, & ſingula alia, quę Generales aliorum Ordinum Mendicantium prę̄lati exercere, & facere conſueuerant, ac ſedi prędictę alias immediatè ſubiectos eſſe, & venientes à ſęculo, cupienteſque in domibus, & Monaſterijs dicti Ordinis de pęnitētia Altiſſimo famulari, in eis recipi, ipſiſque habitum dicti Ordinis de pęnitentia exhiberi, & finito anno probationis, ac aliquando etiam ante iuxta deuotionem talis nouitij tria ſubſtantialia, videlicet, obedientię, caſtitatis, ac in particulari paupertatis vota ſolemniter profiteri, & color habitus Fratrum, & Monialium Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, potius ad nigredinem, quam ad albedinem tendere.

12 Et Fratres Clerici, ac Moniales in communi viuentes, Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, officium Diuinum, ſecundum vſum Romanę Eccleſię, conuerſi vero ex eis, & in ſęculo exiſtentes coniugati, ac vidui, ſecundum literas Nicolai prędeceſſoris huiuſmodi, horas canonicas recitare, & pro defunctis orare.

13 Fratreſq; in communi uiuentes, & huiuſmodi, uictum, & neceſſaria oſtiatim mendicare, et prout alij Religioſi Ordinum Mendicantium, quęrere, & mulieres Religioſę eiuſdem Ordinis de pęnitentia in communi uiuentes, Moniales appellari.

14 Necnon in communi uiuentes, & Moniales dicti Ordinis de pęnitentia, illorumq; domus, & Monaſteria priuilegijs, Ordinibus Mendicantium huiuſmodi conceſſis, uti, potiri, et gaudere, ac Fratres dicti Ordinis de pęnitentia, pręſertim in Galicia, ſeu Prouincia

cia Compoſtellana, beneficia Eccleſiaſtica, per Clericos ſeculares teneri ſolita, iuxta inſtitutionem, et antiquam conſuetudinem Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, obtinere, et quod eis, ex fructibus beneficiorum huiuſmodi ſupereſt, in ſubuentionem pauperũ, domorum, ac alias neceſſitates Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, per illius Viſitatorem generalem, pro tempore, conuerti, et pro Fratribus, ac Sororibus coniugatis, ac in ſęculo exiſtentibus, pro tempore decedentibus, omnes in literis Nicolai predeceſſoris huiuſmodi contentis, pro Fratribus uero in communi uiuentibus, et Moniales dicti Ordinis de pęnitentia, pro tempore decedentibus, Miſſę, exequię, prout Ordinibus Mendicantium celebrari, et fieri.

15 Et Eremitę dicti Ordinis de pęnitentia, ex licentia Viſitatoris generalis huiuſmodi, extra domos dicti Ordinis de pęnitentia, uiuere, et bona in particulari poſſidere, ac habitum quaſi ſimilem illi, quem Fratres in communi uiuentes, Ordinis de pęnitentia huiuſmodi deferunt, deferre, et tam Fratres, et Moniales in communi uiuentes, quam etiam Sorores Eremitę, et cõiugati, ſeu uidui utriuſque ſexus, et in ſęculo uiuentes, infra tres menſes poſt eorum in Ordine de pęnitentia huiuſmodi ingreſſum, ſuum condere teſtamentum, et ipſis uita functis, omnia, et ſingula, ad ipſos religioſos, etiam ratione cuiuſuis hereditatis, ſpectantia bona, ad Monaſteria, ſeu domos, in quibus profeſſionem fecerint, ſi autem profeſſionem huiuſmodi, extra Monaſterium, ſeu domum ipſius Ordinis emiſerint, ad propinquius Monaſterium, ſeu domum Fratrum eiuſdem Ordinis de pænitentia, vbi religioſos huiuſmodi decedere contingerit, legitimis hæredibus non exiſtentibus, & alias iuxta literas Nicolai prædeceſſoris huiuſmodi, deuolui, & deuenire.

16 Necnon Viſitator Generalis, ac præſidens, & definitores Ordinis de pænitentia huiuſmodi, quolibet triennio, in loco ad id per eos deputatos eorum Capitulum generale, pro ipſo Viſitatore generali, vt præfertur, eligendo, ac alijs negotijs pro dicti Ordinis de pænitentia conſeruatione, peragendis, facere conſueuerint, tamen dudum Viſitator generalis, præſidens, definitores, & capitulum præfati, nonnullis legitimis, & rationabilibus cauſis eos mouentibus, in vltimo per eos, tunc celebrato capitulo congregati, locum pro dicto Capitulo generali, quolibet triennio de cætero, perpetuis futuris temporibus celebrando, domum, Monaſterium nuncupa-

cupa-

Digitized by Google

cupatum Sanctę Marię de Valle, Aſturicenſis diœceſis, propè oppidum de Benauente, de expreſſo conſenſu totius Ordinis de pœnitentia,& capituli huiuſmodi nominarunt, in eoque, & non alibi de cętero, Capitulum generale dicti Ordinis de penitentia, fieri,& celebrari, ſingulo quoque triennio voluerunt, ac etiam quamplurimas alias conſtitutiones, ordinationes, & ſtatuta in Capitulis generalibus, ac Monaſterijs,& domibus dicti Ordinis de penitentia, fecerunt, ediderunt, ſtatuerunt, alterarunt, & immutarunt, prout in Nicolai, Eugenij ac Sixti, Iulij, & Leonis pędeceſſorum, literis prędictis, ac capituli prædictorum, ſcripturis deſuper reſpectiue confectis, dicitur plenius contineri.

17 Quare pro parte dicti Antonij aſſerentis, ſe ex dictis regnis, non ſine magnis, periculo, & laboribus, ad dictam Romanam Curiam, obtinendæ confirmationis huiuſmodi cauſa, perſonaliter acceſſiſſe, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt literas prædeceſſorum, ac conſtitutiones, ordinationes, ſtatuta, cõſuetudines, ac omnia alia, & ſingula in capitulis, Monaſterijs, & domibus prædictis, quomodolibet geſta, ordinata, edita, alterata,& immutata; necnon regulam Ordinis de pænitentia huiuſmodi, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, confirmare,& approbare, aliaſque in præmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

18 Nos, qui ſingulorum fidelium præſertim religionis iugo adſtrictorum,& ſtudio piæ vitæ Altiſſimo famulantium, ſalubrem,& fructuoſam diſpoſitionem, mirum in modum cupimus, pręfatum Antonium à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pænis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, aliarum conſtitutionum, ordinationum, ſtatutorum, conſuetudinum ſcripturarum, & prædictorum regulæ veriores tenores,& formas, præſentibus, pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, literas, ac conſtitutiones,& ordinationes, conſuetudines, ſtatuta,& regulam prædictam, & prout illam concernunt, omnia, & ſingula in dictis literis,& ſcripturis contenta, confirmamus,& approbamus, ac literas ipſas innouamus, & etiam approbamus, ſupplentes omnes, & ſingu-

ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan, in eiſdem cōſtitutionibus, ordinationibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac regula, interueniri, ac premiſſa omnia, & ſingula in quibuſcunque Hiſpaniarum partibus, ac vbique perpetuę firmitatis, robur obtinere, & in dictis, & in quibuſcumque Hiſpaniarum, ac Portugalliæ partibus inuiolabiliter per quoſcumque ſic de cætero, obſeruari debere decernimus.

19 Et nihilominus, quod præſidens, pro tempore electus, dationi votorum pro electione Viſitatoris generalis huiuſmodi, minimè intereſſe, ſed tunc temporis per domum in qua capitulum tunc celebraretur, ne conuenticula, vel monopolium aliquod fiat, diſcurrere, & quod Antonius, & pro tempore exiſtens Viſitator Ordinis de pænitentia huiuſmodi, ſi cum circa finem triennij, poſt Capitulum generale celebratum, in curia regia, negotijs ipſius Ordinis de pænitentia reſidere contigerit, celebrationem futuri capituli huiuſmodi, ad medium annum, & ſi in curia Romana fuerit, ad vnum annum, & ſi forſan aliqua infirmitate, vel alia iuſta cauſa impeditus eſſet, vſque ad tres menſes à fine dicti triennij computandos, celebrationem capituli huiuſmodi prorogare, & extendere, ac dictus exiſtens Viſitator generalis, ſic electus, vt præmittitur, vniuerſo Ordini, illiuſque domibus Monaſterijs, ac vtriuſque ſexus perſonis, & in Hiſpaniarum, & Portugalliæ Regnis, ac partibus, & prouincia prædictis exiſtentibus, præſit, ac Fratres, Moniales, & Sorores, ac aliæ vtriuſque ſexus, & in ſæculo exiſtentes perſonæ, ipſi Antonio, & pro tempore exiſtenti generali Viſitatori dicti Ordinis de pænitentia, in omnibus, & ſingulis ipſum Ordinem concernentibus, obediant, & ſub eius obedientia exiſtant, ac ipſe Antonius, & pro tempore exiſtens Viſitator generalis, durante ſuo triennio, ſedi prædictæ, & Romano Pontifici, pro tempore exiſtenti duntaxat, & non alteri, præter quam in caſibus in quibus per præſidentem, definitores, & capitulum dicti Ordinis de pænitentia, hactenus corrigi, & puniri conſueuerint, ſubſit, & ipſe ſolus, & ab eo pro tempore ſpecialiter deputari, & nullus alius, venientes à ſæculo, ſeu alias in Fratres, ſeu Moniales, vel Sorores vtriuſque ſexus, dicti Ordinis recipiant, nec ad profeſſionem admittant, & aliter habitum dicti Ordinis de pęnitentia recipientes, & profeſſionem emittentes, pro non Fratribus ipſius Ordinis de pæniten-

tia recipientes, & profeſſionem emittentes, pro non Fratribus ipſius Ordinis de pœnitentia habeantur, nec habitum huiuſmodi deferre poſſint, dictuſq; Antonius, & pro tẽpore exiſtens Generalis viſitator, ſuper voto paupertatis, tam in communi, quam in particulari ad vitam, ſeu ad tempus, prout hactenus eſt conſuetum, cum Fratribus, & Monialibus, ac eremitis dicti Ordinis de pœnitentia diſpenſare, etiam de cætero, liberè, & licitè valeat.

20 Quique promiſſione, impreſſione, minis, vel alia quacunq; via illicita, publicè, vel occultè, quouis modo, ſe, vel alium, in Viſitatorem, præſidentem, ſeu definitorem, vel Miniſtrum, aut Abbatiſſam, ſeu alium ipſius Ordinis officialem, eligi procurauerit, eo ipſo, quocunq; officio dicti Ordinis per eum, tunc obtento priuatus, & per decennium, ex tunc computandum, ad quamcunq; prælaturam, & officium, ac actus legitimos dicti Ordinis de pœnitentia, tam actiuè, quam paſſiuè, inhabilis exiſtat.

21 Nec aliquis cuiuſcumq; ſtatus, ordinis, dignitatis, gradus, & conditionis, Viſitator generalis dicti Ordinis de pœnitentia vllatenus ſit, niſi ipſum Ordinem de pœnitentia antea expreſsè profeſſus, & per maiorem partem miniſtrorum, & diſcretorum in Capitulo generali eiuſdem Ordinis de pœnitentia, canonicè electus fuerit.

22 Ipſeq; Viſitator, & nullus alius ipſius Ordinis, quæcumq; dubia in Ordine, regula, conſtitutionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, & omnibus, & ſingulis alijs præmiſſis, & infraſcriptis, pro tempore occurrentia, interpretari, declarare, iudicare, & decidere valeant.

23 Necnon Fratres, Moniales, & Sorores, ac eremitæ, & quicunq; alij, etiam coniugati, & in ſæculo viuentes, Ordinis de pœnitentia huiuſmodi, quibuſuis ſecundis ferijs, quibus eſus carnium, ab Eccleſia Romana non eſt prohibitus, ac à feſto S. Martini, vſque ad Dominicam Aduentus Domini, per eandem Eccleſiam, celebratur, carnibus veſci.

24 Et tam ipſi, quam eorum domus, Monaſteria, Eccleſiæ, prælati, ſeruitores, ſeruitrices, benefactores, perſonas, res, & bona quæcumq; omnibus, & ſingulis exemptionibus, priuilegijs, immunitatibus, prærogatiuis, indulgentijs, indultis fauoribus, conſeruatorijs, & gratijs, quibus Fratres, & Moniales Minorum, & Prædicatorum, & S. Claræ, ac aliorum quorumcunq; Ordinum Mendicantium, etiam de Obſeruantia nuncupatorum, illorumq; domus, Mo-

naſteria, Eccleſiæ, prȩlati, ſeruitores, ſeruitrices, benefactores, perſonȩ, res, & bona quȩcumq; quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, non ſolum ad inſtar, ſed ęquè principaliter, abſque vlla penitus differentia, libere vti, potiri, & gaudere.

25 Ac Fratres dicti Ordinis de pænitentia, beneficia quæcumque, non tamen capitularia, per clericos ſeculares teneri ſolita, prout hactenus conſueuerant, tenere libere, & licite poſſint, ac debeant, et pro conſeruatione dicti Ordinis de pænitentia, ac regulari modo viuendi in Capitulo generali ipſius Ordinis de pænitentia, ac regulari modo viuendi in Capitulo generali ipſius Ordinis, tunc primum celebrando.

26 Idem Generalis Viſitator, prȩſidens, definitores, nonnulla pro Fratribus, et Sororibus coniugatis, ac in ſæculo viuentibus, nec non alia, pro Eremitis, ac alia pro Fratribus in communi viuentibus, necnon etiam alia pro Monialibus dicti Ordinis de pænitentia, conſtitutiones, ſtatuta, et conſuetudines, diſtincta, et ſeparata, cuilibet eorum, pro quibus fient, ſtatui conuenientia, quæ regulȩ dicti Ordinis de pænitentia, perpetuis futuris temporibus exiſtat, ac nuncupetur, cum procemio, et capitulis, ad id congruentibus, et neceſſarijs, et quȩ inuiolabiliter obſeruari debeant, auctoritate Apoſtolica concedere, ſtatuere, et edere, libere, et licite poſſint, ac conſtitutiones, ſtatuta, conſuetudines, et regulam huiuſmodi, in omnibus, et ſingulis domibus, et Monaſterijs, dicti Ordinis de pęnitentia, ipſorumq; refectorijs, prout in domibus, Monaſterijs, et refectorijs aliorum Ordinum Mendicantium prædictorum, ſolitum eſt legi, ac transgreſſores conſtitutionum, ſtatutorum, conſuetudinum, et regulȩ huiuſmodi, per Viſitatorem generalem, et eorum miniſtros, puniri debeant, ita quod nullus ob transgreſſionem illorum, ad mortalem culpam, ſeu peccatum obligetur.

27 Necnon Antonius pro tempore exiſtens Viſitator Generalis Ordinis de pęnitentia huiuſmodi, officium generalis Viſitatoris ipſius Ordinis, facere, et exercere, ac perſonas ſibi ſubiectas, in ſingulis caſibus, in quibus, et prout Miniſtri, et Magiſtri, ac Vicarij generales aliorum quorumcumque Ordinum Mendicantium, etiam de Obſeruantia, et cõgregationis reformatorum, iuxta eorum regularia inſtituta, et eis conceſſa priuilegia Apoſtolica, abſoluere,

et

Digitized by Google

et diſpenſare, ac facere, et exercere, ac abſoluere, et rehabilitare, & cum eis diſpenſare, necnon quęcunque ſtatuta, ordinationes, et conſtitutiones, licita tamen, et honeſta, ac etiam ſacris Canonibus non contraria, et ad ſtrictiorem obſeruantiam regularem ipſius Ordinis de pęnitentia, tendentia, condere, et alterare, ac immutare, et edere, libere, et licite valeat: quas quidem ordinationes, cõſuetudines, et ſtatuta condenda, alteranda, mutanda, et edenda huiuſmodi, poſtquam condita, inſtituta, alterata, mutata, et edita fuerint, & regulam huiuſmodi, ex nunc, prout ex tunc etiam confirmamus, et approbamus, et inſuper Fratres, Moniales, Sorores, et eremitas Ordinis de pęnitentia, veros religioſos in communi viuentes, Ordinis S. Franciſci de pęnitentia huiuſmodi, fore, et eſſe, necnon ſacrum Ordinem, et regulam S. Franciſci de pęnitentia huiuſmodi, et illius Fratres, et eremitas Moniales, Sorores, vtriuſque ſexus perſonas, etiam in omnibus, et ſingulis ſcripturis, ac actibus publicis, tam per ipſos, quam alios quoſcunque etiam de obſeruantia, et Minorum nuncupatorum, Ordinum prędictorum, et alias Eccleſiaſticas, et ſęculares perſonas, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, et excellentię exiſtant, conficiendis, Fratres, et Moniales, Sorores, et eremitas Ordinis S. Franciſci, de pænitentia, non vero Fratres Terceros, aut alio minus honorabili vocabulo appellari debere.

28 Ipſorumque Monaſteria, domus, ac res, et bona quęcunque ingredi atque illa, eorumque Fratres, Moniales, et Sorores quęcunque per miniſtros, ſeu magiſtros, ſeu Vicarios generales, vel Prouinciales dicti Ordinis Minorum, ſeu Regnorum, & Prouinciæ, etiam Hiſpaniarum, ac Portugalliæ partium prædicta ordinarios, aut quoſcunque alios prælatos viſitari, aut quoquomodo alterari, inquietari, turbari, vel moleſtari, aut eis, vel eorum Generali Viſitatori, in obedientia, viſitatione, correctione, ſuperioritate, & officio, ſeu alias quouis modo præiudicari publicè, vel occultè nõ poſſe, etiam vigore quarumcunque literarum Apoſtolicarum, ſub excommunicationis, ac priuationis dignitatum, prælaturarum, ac officiorum quorumcunque, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, in perpetuum pœnis, quas contrafacientes ipſo facto ex nunc, prout ex tunc, & è contra incurrere, & à quibus ab alio, quam à Romano Pontifice pro tempore exiſtẽti abſolui non

poſſint,concedimus, ac ſtatuimus, ordinamus, & declaramus, decernentes ſic, & non aliter per quoſcunque iudices, & commiſſarios,ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales iudicari, ſententiari,definiri,declarari,& interpretari debere,ſublata eis,& eorum cuilibet quauis alia iudicandi, ſententiandi, diffiniendi, declarandi, & interpretandi, etiam in quauis inſtantia, facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane,ſi ſecus ſuper his à quoquam,quauis etiam Apoſtolica auctoritate,quomodolibet contigerit attentari.

29 Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis Ordinum prædictorum,iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, & indultis,ac literis, etiam conſeruatoriarum, tam Apoſtolicis,quam etiam in forma breuis, ſingulis Ordinibus, etiam in reformatione regulæ ipſorum,& per viam generalis legis,& ſtatuti perpetui,prælatis, & ordinarijs, alijſque Eccleſiaſticis perſonis prædictis, etiam per fęlicis recordationis, Martinum Quintum, & Innocentium Quattum, ac prætatos Sixtum, & Iulium,ac Leonem Decimum, Adrianum Sextum, & quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prędictam,etiam per modum ſtatuti,&,& perpetuæ ordinationis, etiam ad Imperatoris,Regum,aut aliorum Principum, ac dictorum minorum, ſeu Cardinalium inſtantiam, ſeu etiam, motu proprio, ex certa ſcientia,ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, & cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, præſeruatiuis, exceptiuis,modificatiuis,reſtrictiuis, declaratiuis,mētis,& intentionis, & derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis,aut alias quomodolibet, conceſſis, & in poſterum concedendis,& innouandis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi in ijs caueretur expreſſe, quod Fratres, Moniales, & Sorores, & aliæ vtriuſq; ſexus perſonæ ipſius Ordinis de pęnitentia, præfatis Fratribus Ordinis Minorum de obſeruantia, ſeu Conuentualium, ſubiecti exiſtant,& in eorum ſubiectione, & obedientia permaneant,& pro illorum ſufficienti derogatione,de illis,eorumque totis tenoribus,ſpecialis,ſpecifica,& expreſſa,ac indiuidua,ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, id importantes

mentio,

Digitized by Google

mentio,ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruanda foret, & illis nullatenus derogari poſſit, tenores huiuſmodi præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, necnon modos, & formas obſeruandas, pro indiuiduo ſeruatis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat:harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus: cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Et quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca: vbi opus eſſet deferre: volumus,& Apoſtolica etiam authoritate decernimus: quod præſentium tranſumptis, & manu publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis: eadem prorſus plena,& indubitata fides vbique:in iudicio, & extra illud adhibeatur: quæ adhiberetur eiſdem præſentibus: ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum Romæ apud S.Petrum, anno Incar.Dominicæ 1526.Idus Martij, Pontificatus noſtri anno quarto. *Ideſt 15. Martij. Ordinis 306. Religionis 127.*

Extracta ex Bullario de Sillis fol. 69. Congregationis Gallicanæ fol. 39. Rodriq. Bulla 5. Vading Bulla 22. tom. 8. ex Vatic. lib. 16.

BVLLA CCXIII.

Clemens VII. ſcribit Miniſtro Locali,& Conuentui B. Mariæ de Cruce Ordinis Fratrum Minorum Tertij Ordinis Terræ Xicli Syracuſanæ diœceſis, approbando eorum ſubiectionem Prouinciali de Obſeruantia Siciliæ, eo quod nunquam viſitati fuerunt à ſuperioribus Lombardis propter locorum diſtantiam, & ille conuentus dicitur hic primus in inſula Siciliæ, quem habuit Tertius Ordo.

1 Sane pro parte veſtra exhibita Nobis nuper petitio continebat, quod alias vos prouide conſiderantes, quod olim felicis recordationis Leo Papa X. prædeceſſor noſter per ſuas literas Apoſtolicas,inter alia ſtatuerat,& ordinauerat,quod Domus,conuentus,&loca Minorum Fratrum Tertij Ordinis nuncupatorum,ſub obedientia,correctione,& viſitatione Miniſtri Generalis,vel Prouincialis eorumdem Fratrum Regularis Obſeruantiæ nuncupatorum viuerent, & degerent, ac illi ſubeſſent, prout in eiſdem literis plenius continetur.

2 Quodque vos, qui in Domo Beatæ Mariæ de Cruce Terræ Xicli Syracuſanæ diœceſis, ſub obedientia, & correctione vnius Miniſtri localis eiuſdem Domus per vos conuentualiter congregatos annuatim, vel ad veſtrum beneplacitum, ſeu nutum pro tempore electi viuere conſueueratis, & poſtquam iam per plures etiam vltra decem annos, vel circum circa inibi ſub eadem vita,& morib. Tertij Ordinis huiuſmodi vixeritis, à nonnullis, qui vos Congregationi Lombardiæ dicti Tertij Ordinis iuxta illius morem nuncupatæ, à vobis vero attenta iniuria Fratrum Congregationis Lombardiæ prædictæ, qui nullum actum ſuperioritatis, ſeu regiminis erga vos vnquam exercuerunt, qui regulari obſeruantiæ huiuſmodi, vel eorum ſuperioribus ſubeſſetis, aſſereretur.

3 Vos cupientes ſcandalis, quæ exinde oriri formidabantur obuiare,& obedientiam debitam,prout decebat,vni tantum,&non pluribus præſtare,capitulariter,vt moris eſt, congregati deliberaſtis, obedientiam debitam huiuſmodi tunc, & pro tempore exiſtenti Prouinciali Miniſtro Siciliæ Regularis Obſeruantiæ huiuſmodi iuxta eundem morem nuncupatæ præſtare, prout tunc Miniſtro Prouinciali Prouinciæ,& Obſeruātiæ huiuſmodi præſtititis.Ipſeq; Prouincialis viſo veſtro laudabili deſiderio, vos, & Domum veſtram huiuſmodi ſub illius obedientia regulari recepit, & admiſit,& ex tunc circa vos ſub obedientia Miniſtri Prouincialis Prouinciæ Siciliæ huiuſmodi permanſiſtis, & permanetis; & tam ante,quam etiam poſt deliberationem prædictam, nullum alium ſuperiorem Congregationis Lombardiæ cognouiſtis,nec ab aliquo alio viſitati fuiſtis, ſed à dicto Miniſtro Prouinciali Regularis Obſeruantiæ duntaxat; nec ob terrarum, & viarum diſcrimina ab eadem Congregatione, vel eius ſuperiore commode viſitari poſſe creditis, quod in tota inſula Siciliæ nulla alia loca eiuſdem Tertij Ordinis præter veſtrum Domum huiuſmodi exiſtant.

4 Quare pro parte veſtrum aſſerentium, vos poſt dictam deliberationem ad Capitulum Prouinciale Regularis Obſeruantiæ huiuſmodi tunc proxime celebratum acceſſiſſe, ſeu miſiſſe, & illorum obedientia vos ſubieciſſe; ipſoſq; Capitulum ſub eorum obedientia vos ſuſcepiſſe, prout in diuerſis patentibus literis deſuper confectis dicitur plenius contineri,ac ſub Regula, & ſtatutis per eundem Leonem prædeceſſorem editis, viuere, & perſeuerare velle,

Nobis

Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus deliberationem ſubiectionem, receptionem, & admiſſionem, ac alia præmiſſa confirmare, & approbare, ac vos ab obedientia dictæ Congregationis, ſi forſan illi ſubiecti fueritis eximere, & à cenſuris, ſi quas præmiſſorum occaſione, incurreritis, abſoluere, ac eidem Miniſtro Prouinciali Regularis Obſeruantiæ ſubijcere, aliaſq; vobis in præmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos igitur veſtrum laudabile propoſitum in Domino commendantes, ac diſtantiam terrarum, & viarum diſcrimina huiuſmodi, propter quæ vos à ſuperiore Congregationis huiuſmodi commode viſitari non poteſtis conſiderantes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vos, & veſtrum ſingulos, ac omnes, & ſingulos alios, qui vobiſcum hactenus participarunt, & participant à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; eccleſiaſticis cenſuris, ſententijs, & pænis à iure, vel ab homine, etiam iuxta eorundem Ordinum regularia inſtituta in vos, & eoſdem participantes, præmiſſorum occaſione latis, ſi quibus propterea innodati exiſtitis, necnon apoſtaſiæ nota, ſi quam propterea incurreritis, abſoluimus, ac vobiſcum ſuper irregularitate, ſi quam præmiſſorum occaſione, an etiam quia ſic forſan ligati miſſas, & alia diuina officia celebraſtis, aut alias vos illis imminuiſtis, contracta, & in veſtris ordinibus, etiam in altaris miniſterio miniſtrare in eadem, & alijs Domibus dicti Ordinis vocem actiuam, & paſſiuam habere, ac prælationes, adminiſtrationes, & officia illius habere libere, & licite valeatis, diſpenſamus. Ac receptionem, ſubiectionem, admiſſionem, literas, & alia præmiſſa auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus; ac omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui interuenerint in eiſdem, ſupplemus.

6 Et nihilominus potiori pro cautela vos ab obedientia, ſi quam eidem Congregationi Lombardiæ, vel illius ſuperiori prædictis præſtare tenebamini, abſoluimus, ac eidem moderno, & pro tempore exiſtenti Miniſtro Prouinciali decernimus.

7 Quocirca dilecto filio noſtro Franciſco titulo S. Crucis in Hieruſalem Presbitero Cardinali, & venerabili F. Epiſcopo Syracuſano, ac dilecto filio Cantori eccleſiæ Catanienſis per hæc ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium,

um, ſeu alios, vobis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant vos confirmatione, approbatione, ſuppletione, abſolutione, & alijs ſingulis præmiſſis pacificè frui, & gaudere nõ permittentes vos, & pro eo tempore exiſtentem Miniſtrum localem, ac Conuentum Domus huiuſmodi per Congregationem, & illius ſuperiorem prædictas, ſeu quoſcunq; alios contra earundem præſentium literarum tenorem quomodolibet perturbari, vel inquietari. Contradictores, &c. inuocato etiam, &c. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacij VIII. &c. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub anulo Piſcatoris die 8. Nouembris 1530. anno Pontificatus noſtri ſeptimo. *Ordinis 310 Religionis 131.*

Extracta ex Vadingo tom 8. Bulla 30. ex Regiſtro Ciſmontano fol. 60. & ibi Papa ad illos dirigens ſuas literas vocat Fratres Minores Tertij Ordinis.

BVLLA CCXIV.

Clemens VII. omnia priuilegia alias Tertio Ordini conceſſa confirmat Lombardis petentibus, & de nouo eadem concedit eiſdem.

1 Benignitas Sedis Apoſtolicæ conſueta ea: quæ per Romanos Pontifices pro religionis conſeruatione, & augmento, ac perſonarum ſub ipſius Religionis ſuaui iugo Altiſſimo famulantium commodo: ac pace, & quiete prouide conceſſa fuiſſe comperit: libenter approbat, & innouat: eiſq; Apoſtolici miniminis robur adijcit, & alias eorum ſtatui prouidet: prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum Peregrini de Vincẽtia Generalis Viſitatoris totius Tertij Ordinis Sancti Franciſci de pænitentia nuncupati: necnon Columbani Miniſtris domus Beatæ Mariæ de Piratello Imolenſis diœceſis, & Petri de Bergomo, ac Iulij de ſancto Columbano, necnon vniuerſorum aliorum Fratrum dicti Ordinis nobis nuper exhibita petitio continebat. Quòd licet quamplura, & diuerſa priuilegia, exemptiones, immunitates, gratiæ, & indulta dicto Ordini, ac illius Fratribus à felicis recordationis Eugenio Quarto, Nicolao Quinto, & Paulo Secundo, Sixto etiam Quarto, & Iulio etiam Secundo Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris etiam per modum ſtatuti, & ordinationis conceſſa fuerint, prout in diuerſis dictorum prædeceſſorum deſuper confectis literis, plenius continetur. Tamen, vt illa

vberio-

Digitized by Google

vberiorem obtineant roboris firmitatem, cupiunt ea per nos authoritate Apoſtolica approbari, & innouari.

2 Quare pro parte Peregrini Viſitatoris, & Columbani Miniſtri, ac Petri, Iulij, & aliorum Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum: Vt priuilegijs exemptionibus, immunitatibus, gratijs, & indultis prædictis pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur noſtræ approbationis adijcere, ac alias in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur dicti Ordinis proſperum ſtatum, ac felicem ſucceſſum paterno zelantes affectu, Ac Peregrinum Viſitatorem, Columbanum Miniſtrum, Petrum, & Iulium, ac alios Fratres prædictos, & eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, uel ab homine quauis occaſione, uel cauſa latis (ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt) ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes.

4 Ac priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, gratiarum, & indultorum prædictorum tenores, ac ſi de uerbo ad uerbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnia, & ſingula priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta, quatenus in uſu exiſtant, authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere decernimus. Et nihilominus pro potiori cautela, illa omnia de nouo authoritate, & tenore prædictis concedimus.

5 Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus concilijs æditis, Generalibus, uel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.

6 Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, innouationis, decreti, & conceſſionis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Bononiæ Anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo uigeſimo nono, Quarto iduum Decembr. Pontif. noſtri anno ſeptimo. *Id eſt 10. Decembris, Ordinis 309. Religionis 130.*

Ex Bullario de Sillis fol. 79.

BVLLA CCXIIII.

Clemens VII. confirmat priuilegia fori, & conceſſis alias per diuerſos Summos Pontifices, præſertim Sixtum IV. conceſſa Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis, vt perſonis eccleſiaſticis.

1 Deuotionis veſtræ ſinceritas, &c. Exponi Nobis nuper feciſtis, quod alias pro parte tunc exiſtentium Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci de Penitentia nuncupatorum per Italiam conſiſtentium felicis recordationis Sixto Papæ IV. prędeceſſori noſtro expoſito, quod licet plures Romani Pontifices Ordini, ac Fratribus, & Sororibus eiuſdem Ordinis diuerſa pro eorum immunitatibus conceſſerint priuilegia, & quod illis tamquam perſonę eccleſiaſticę, & religioſę frui, & gaudere debuiſſent, Nihilominus Communitates Ciuitatum, Poteſtates, alijſq, officiales locorum Italię in dies noua eis, tam in rebus, quam in bonis indicebant grauamina.

2 Et propterea idem Sixtus IV. prędeceſſor per ſuas ſub plumbo expeditas literas Communitatibus, Poteſtatibus, & officialibus præfatis ſub excommunicationis latę ſententię pena eo ipſo, ſi contrafacerent, incurrenda, ne eiſdem Fratribus, & Sororibus grauamina aliqua inducerent, aut ipſos Fratres, & Sorores, quominus gauderent priuilegijs, & immunitatibus tam fori, quam perſonę, & rerum, ſicut alię perſonę eccleſiaſticę quomodolibet impedirent, inhibuit, mandans vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs perſonis eccleſiaſticis, quatenus eis in præmiſſis defenſionis preſidio aſſiſtentes, non permitterent, aliquem contra ipſius inhibitionis tenorem quomodolibet moleſtari, contradictores auctoritate Apoſtolica, appellatione poſtpoſita compeſcendo, prout in literis eiuſdem Sixti prædeceſſoris noſtri plenius dicitur contineri. Et ſicut eadem expoſitio ſubiungebat vos deſideratis, literas Sixti IV. prædeceſſoris huiuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori per Nos confirmari, & approbari. Quare Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt vobis in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos gratioſo fauore vos proſequi volentes literarum prædictarum, ac ſcripturarum, & inſtrumentorum quorumcunq, ſuper pręmiſſis

miſſis omnibus, & ſingulis forſan confectorum tenores, continentias, & formas, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſa, ac prout illa concernunt, omnia, & ſingula in eis contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac eis robur perpetuę firmitatis adijcimus, & inuiolabiliter obſeruari decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi forſan interuenerint in eiſdem. Non obſtantibus præmiſſis, &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 24. Maij 1535. Pontificatus noſtri anno primo.

Extracta fuit ex tomo 8. Vadingi Bulla 1. & Regiſtro Ciſmontano fol. 87.

BVLLA CCXV.

Clemens VII. ſcribit Epiſcopo Imolenſi, vt concedat Fratribus Piratelli licentiam erigendi conuentum in 2. villa Figna Caſtri Cornana diœceſis Imolenſis cum priuilegijs.

1 Pijs fidelium votis gratum nos decet pręſtare aſſenſum, & vt ea, quæ religionis propagationem & diuini cultus augmentum reſpiciunt, optatum ſortiantur effectum, libenter interponimus noſtræ ſolicitudinis.

2 Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Guardiani, & Fratrum Domus Sanctæ Marię Villæ Pradellę nuncupatę Ordinis Minorum Regularis Obſeruantię ſub habitu hæremitico degentium necnon vniuerſitatis hominum Caſtri Cornarię Imolenſis Diœceſis petitio continebat, quod olim cum de menſe Iunij vltimo proxime retroacti in Oratorio prope viam publicam Villę Figrę Caſtri præſenti conſtituto & nondum completo glorioſa Dei genitrix Virgo Maria apparuiſſet, & inibi Altiſſimus precibus, & meritis ipſius glorioſę Virginis quamplura miracula operari dignaretur, ac propterea magna Chriſtifidelium multitudo deuotionis cauſa ad d. oratorium confluerer.

3 Vniuerſitas pręfata ſingulari deuotione, quam ad eandem glorioſam virginem gerunt ducti, vti fidelium eorundem ad oratorium ipſum, cui domus pręfata vicina exiſtit deuotio conſeruaretur, & frequentius inualeſceret, Guardianum, & Fratres prædictos perpetuos adminiſtratores eiuſdem Oratorij.

4 Ita tamen quod ipſi Guardianus, & Fratres duas miſſas ſingulis hebdomadis inibi celebrari facere perpetuo tenerentur elegerunt ſeu nominarunt.

5 Ac quinquaginta tornaturas terrę Buſchiuę in loco Melladello nuncupato conſiſtentes & ad ipſos vniuerſitatem legitimè ſpectantes ſeu per eos licitè acquiſitas eidem Oratorio pro illius dote donarunt,& aſsignauerunt prout in Inſtrumento ſeu documentis publicis deſuper confectis plenius contineri.

6 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, Guardianus,& Fratres ac Vniuerſitas prędicti, pro diuini cultus augmento, & religionis propagatione, cupiant apud dictum Oratorium vnam Domum ſub Inuocatione eiuſdem Beatę Marię Virginis cum officinis neceſſarijs pro perpetuis vſu, & habitatione prefatorum Fratrum, & aliorum Fratrum Ordinis, et Obſeruantię prędictorum ſub dicto habitu degentium conſtrui, & ędificari facere ſi eis ad id Apoſtolica ſedis licentia ſuffragetur, pro parte tam Guardiani & Fratrum, quam vniuerſitatis prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum vt eis apud Oratorium ipſum vnam Domum, vt prefertur, conſtrui faciendi licentiam concedere,ac alias in pręmiſsis opportunè prouidere de Benignitate Apoſtolica dignaremur.

7 Nos igitur ipſius Ordinis propagationem, & cultus prędicti augumentum noſtris potiſſimè temporibus ſinceris deſiderijs exoptãtes ac de pręmiſſis certam notitiam non habentes, ipſoſq; Guardianum, & Fratres ac vniuerſitatem & eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, et interdicti alijſq; eccleſiaſticis ſententijs cenſuris, et pęnis à Iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, et abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati.

8 Fraternitati tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus de pręmiſſis nobis expoſitis auctoritate noſtra per te ipſum te diligenter informes, et ſi per informationem huiuſmodi ita eſſe repereris, Guardiano, et Fratribus ac Vniuerſitati prefatis apud Oratorium ipſum vnam Domum ſub eadem Inuocatione Beatę Marię cum Campanili, Campana, Cimiterio, Clauſtro, Refectorio, Dormitorio, Ortis, Ortalitijs, et alijs officinis neceſſarijs, ſine ali-

cuius

Digitized by Google

cuius pręiudicio conſtrui, et ędificari faciendi, ipſiq; Guardiano, & Fratribus Domum ipſam & pro illius Eccleſia Oratorium prædictum recipiendi illamq; Domum perpetuo inhabitandi, ac Oratorium huiuſmodi ad inſtar aliarum ecclaſiarum cæterarum Domorum eorundem Ordinis, & Obſeruantiæ reformandi, & ampliandi, necnon fructus, redditus, & prouentus dictarum terrarum, quos ad Sacriſtiam ipſius Domus, ac oblationes, & elemoſinas in ipſo Oratorio pro tempore erogatas, quas ad Guardianum, & Fratres præfatos pertinere dicta auctoritate decernas, per eorum ſindicos, & procuratores iuxta ipſorum conſtitutiones exigendas, recipiendi, leuandi, & conſeruandi ac in fabricæ d. Domus, & alios illius vſus conuertendi, plenam & liberam licentiam elargiri, eadem auctoritate noſtra procures.

9 Nos enim eidem conſtruendæ domui poſtquam conſtructa fuerit necnon Guardiano, & Fratribus in illa pro tempore degentibus, quod omnibus & ſingulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, fauoribus, conceſſionibus, gratijs, & indultis alijs Domibus, & Guardianis, & Fratribus Ordinis, & Obſeruantiæ prædictorum per Sedem prædictam ſeu alias quomodolibet conceſſis, & quibus illi de Iure vel conſuetudine vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterint, quomodolibet in futurum vti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant auctoritate apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus.

10 Iure tamen parochialis eccleſiæ, & cuiuslibet in omnibus ſemper ſaluo.

11 Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri prohibente, nec qui Ordinis Mendicantium profeſſores noua loca ad inhabitandum recipere præſumant ſine ſpeciali dictæ ſedis licentia faciente plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de prohibitione huiuſmodi mentionem, & quibuslibet alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ac ordinis, & obſeruantiæ prædictorum iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;

12 Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono tertio decimo

Kal.

Kal. Iunij Pontificatus noſtri anno ſexto. *Id eſt 20. Maij Ordinis 309. Religionis 130.*

Extracta ex Archiuio Conuentus S. Mariæ Piratelli in diæceſi Imolenſi.

BVLLA CCXVI.

Clemens VII ſcribit Epiſcopo Paduano, vt Fratribus concedat licentiam conſtruendi conuentum ſub inuocatione S. Mariæ Angelorum in Ciuitate Paduæ in contrata Ageris Cruciferorum.

1 Pro parte dilectorum filiorum Fratrum Domus, ſeu Conuentus S. Mariæ de Angelis Vincentię Tertij Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia ſub habitu Eremitico viuentium Nobis nuper expoſitum fuit, quod alias dilectus filius Ioannes Calapha quondam Mathæi de Venatijs cupiens temporalia in æterna, & terrena in cæleſtia felici commercio procurare pro animæ ſuæ ſalute, & ob ſuæ deuotionis affectum, quem erga eoſdem Fratres gerebat, quandam domum poſitam in Ciuitate Paduæ in contrata Ageris Cruciferorum iuxta ſuos confines eiſdem Fratribus, ac dilecto filio F. Leontio Vincentino ipſorum Fratrum Miniſtro cum animo, ſenſu, ac ſub certis conditionibus tunc expreſſis titulo puræ, & irreuocabilis donationis, quæ dicitur inter viuos, & quæ nullo vnquam tempore valeat reuocari, dedit, ceſſit, conceſſit, & donauit, prout in publico inſtrumento deſuper confecto, cuius tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus, plenius dicitur contineri.

2 Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, præfati Fratres nullam in Ciuitate Paduæ Domum, ſiue Conuentum, aut domicilium, in quo hoſpitari, aut habitare poſſint, de præſenti habeant. Cupiantq; pro eorum, & aliorum dicti Ordinis Fratrum in Ciuitate prædictam ſtudentium habitatione & commoditate, locum, & habitationem, necnon Eccleſiam in loco eis donatæ domus prædictæ ædificari facere; ac dationem, ceſſionem, & conceſſionem prædictas Apoſtolico munimine roborari. Pro parte eorundem Fratrum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis in præmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur eoſdem Fratres in eorum laudabili deſiderio confouere, ac ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes huiuſmodi

modi ſupplicationibus inclinati, donationem, & conceſſionem prædictas prout illæ concernunt omnia, & ſingula in dicto inſtrumento contenta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmantes, & approbantes, ac omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, ſupplentes, ac illas perpetuo, & irreuocabiliter obſeruari debere decernentes, Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, vt eiſdem Fratribus, infractæ, vt præfertur, eis donatæ domus limites Conuentuum, & habitationem, necnon Eccleſiam ſub Inuocatione S. Mariæ de Angelis, cum campanili, campanis, & alijs aliarum eiuſdem Ordinis Eccleſiarum ædificari faciendi, ac inibi miſſas, & alia diuina officia celebrandi, & celebrari facere; necnon eorundem Fratrum, ac quoruncunq; Chriſtifidelium pro tempore decedentium, & inibi ſepulturam elegentium, corpora, ſeu cadauera ſepeliendi, ſine tamen alicuius præiudicio, licentiam, & facultatem auctoritate noſtra concedas.

4 Et deinde eiſdem Fratribus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens facias eadem auctoritate noſtra, ipſos Fratres præmiſſis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper quomodolibet moleſtari. Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, & alia oportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtãtibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis Ordinis prædicti, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; & indultis, ac literis Apoſtolicis quibuſcunq; perſonis conceſſis, confirmatis, & innouatis, cæterisq; contrarijs quibuſcunq; Datum Bononiæ ſub anulo Piſcatoris die 28. Ianuarij 1530. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.
Ordinis 310. Religionis 131.

Extracta ex Archiuio Curiæ Epiſcopalis Paduæ per Presbiterum Iacobum Ratam vtriuſq. iuris Doctorem ibi Cancellarium tunc temporis acta prædicta fuerunt.

BVL-

BVLLA CCXVII.

Clemens VII. Communi, & Incolis Oppidi Caſtri Florentini diœceſis Florentinæ, in Galliam proficiſcens conceſſit, vt in Oratorio, vbi quieſcit corpus Beatæ Veridianæ, duntaxat celebrarentur Horæ Canonicæ, & Miſſæ primo die Februarij ſui obitus.

1 Exponi Nobis feciſti, quod in iſto Oppido quoddam eſt Oratorium, in quo Beata Verdiana olim conciuis veſtra virginitas laude dum vixit, & poſt eius obitum miraculis claruit, & in dies claret. Proptereaq; dictum Oratorium frequens vndique Chriſtifidelium concurſus, & deuotio exiſtit.

2 Quare Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, quod vobis, vt in die obitus eiuſdem Beatæ Verdianæ, qui primus dies Februarij fuit, & in quo eadem Beata Verdiana, vt pie creditur cælum commutauit cum terris, Horas Canonicas, & Miſſas de communi Virginum, ſecundum morem Romanæ Curię ad Dei laudem, & in eiuſdem Verdianæ venerationem pie recitari facere poſſitis concedere dignaremur ad veſtram, & eorundem Chriſtifidelium pietatem confirmandam.

3 Nos, qui cunctorum Chriſtifidelium deuotionem paterno confouemus affectu huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, vt deinceps ſingulis annis perpetuo in dicto Oratorio duntaxat, in eodem die primo Februarij Horas Canonicas, & ſuper altari portabili Miſſas de Communi Virginum ſecundum eundem morem Romanę Curię, ad Dei laudem, & in eiuſdem Verdianæ venerationem celebrari facere libere, & licite poſſitis, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus conſuetudinibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Dato in oppido prędicto ſub anulo Piſcatoris die 20. Septembris 1533. Pontificatus noſtri anno decimo. *Ordinis 313. Religionis 134.*

Ex Vadingo ſub prædicto anno 1533. num. XIV. tomo 8.

PAV-

Digitized by Google

PAVLVS PAPA III.

ALexander Petri Aloyſij ſenioris filius Cardinalis Farneſius Epiſcopus Oſtienſis, nono Octobris creatus, & coronatus tertio Nouembris 1534. Sedit annos quindecim, dies viginti nouem. Obijt Romæ decimo Nouembris 1549. ſepultus in Vaticano. Nouem ſunt Bullæ.

BVLLA CCXVIII.

PAulus III. Conuentum S. Marci Montis Galdæ diœceſis Paduanæ derelictum à Clarenis eiſdem donatum à nobilibus de Chieregatis concedit Fratribus Tertiarijs, datis executoribus Patriarcha Venetiarum, Epiſcopo Caſtellimaris, & Vicario Generali Paduano cum clauſulis efficaciſſimis, quibus fortiores dari non poſſunt.

1 Expoſui Nobis nuper fecit venerabilis Frater Franciſcus Epiſcopus Aprutinus noſter Domeſticus, quod alias iam ſexaginta annis elapſis quidam nobilis Vicentinus de familia Chieregatorum, ex qua ipſe Franciſcus Epiſcopus eſt, in quodam eorum loco Montegalda nuncupato Paduanæ diæceſis, vnam Eccleſiam ſub inuocatione S. Marci conſtrui fecerunt de eorum bonis dotatam in diuini cultus augmentum, & deinde ipſam Eccleſiam, ac quandam domum ipſi Eccleſiæ contiguam per dictos nobiles ædificatam cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis Fratribus Ordinis Minorum Congregationis de Clareno conceſſerunt.

2 Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, ipſi Fratres poſtquam Domum, & Eccleſiam præfatas vltra triginta annos habitauerant, ipſas deſeruerint animo ad eas vlterius non redeundi. Et propterea tam ipſe Franciſcus Epiſcopus, quam venerabilis frater Ludouicus Archiepiſcopus Antibarenſis, & dilectus filius Vincentius de Chieregatis dictorum fundatorum hæredes cupientes, quod Eccleſia, & Domus præfatæ ſic deſertæ non remaneant, ſed Religio, & diuinus cultus in eis vigeret, Domum, & Eccleſiam præfatas Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatis pro eorum perpetuis vſu, & habitatione conceſſerint. Pro parte tam Franciſci Epiſcopi, & Ludouici Archiepiſcopi, ac Vincentij prædictorum, quam Miniſtri, & Fratrum Tertij Ordinis prædicti Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vltimæ dictæ

Hhh con-

conceſſioni robur adijcere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati conceſſionem vltimo dictam, ac prout illam concernunt omnia, & ſingula in ſcripturis deſuper confectis quomodolibet contenta, ac inde ſecuta quæcunq; quatenus licita ſint, & honeſta, ac ſacris canonibus non contraria auctoritate Apoſtolica per præſentes approbamus, & confirmamus; ſuppleteſq; omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem; illaq; perpetuę firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere; ac iuxta illa Fratres Tertij Ordinis huiuſmodi Domum, & Eccleſiam præfatas perpetuo inhabitare poſſe,

4 Et ſic per quoſcunq; tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes iudices, & perſonas vbiq; iudicari, cognoſci, & decidi debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, cognoſcendi, & decidendi facultate; necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

5 Et nihilominus venerabilibus Fratribus Patriarchæ Venetiarum, ac Epiſcopo Caſtellimaris, & Vicario venerabilis fratris Epiſcopi Paduani in ſpiritualibus Generali, ac eorum cuilibet per hæc ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios auctoritate noſtra faciant præſentes literas, & in eis contenta quæcunq; plenum effectum ſortiri; illiſq; omnes, & ſingulos quomodolibet concernunt, pacifice frui, & gaudere; nec permittant quenquã contrauenire tenorem præſentium quomodolibet moleſtari, impediri, aut inquietari. Contradictores quoſlibet, & rebelles etiam per quaſcunque, de quibus eis placuerit, cenſuras, & penas, ac alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

6 Non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, etiam de vna, & in Concilio Generali de duabus diætis edita, dummodo vltra tres aliquis auctoritate præſentium non trahatur, alijſq; Apoſtolicis, ac Prouincialibus, & Synodalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, & ſtatutis, ac conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica,

Digitized by Google

lica,vel quauis firmitate alia roboratis; priuilegijs quoque,indultis, & literis Apoſtolicis etiam in forma Breuis per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & Nos, ac Sedem Apoſtolicam etiam motu proprio, & ex certa ſcientia,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; & cum quibuſuis irritatorijs, annullatiuis,caſſatiuis,reuocatiuis, præſeruatiuis,exceptiuis,reſtitutiuis,declaratiuis, mentis atteſtatiuis,& derogatoriarum derogatiuis,alijſq;efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis quomodolibet,etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis,quibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione,de illis,illorumq; totis tenoribus ſpecialis,& indiuidua,ac de verbo,ad verbum,non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut exquiſita forma ſeruanda foret,& in eis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus derogari poſſit,illorum omnium,& quarumcunq;ſcripturarum occaſione præmiſſorum quomodolibet confectarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis;necnon modos, & formas ad id ſeruandos pro indiuiduo ſeruatis habentes hac vice duntaxat illis,alias in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter,et expreſſe derogamus; cæteriſq;contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ ſub anulo Piſcatoris die decima Decembris 1534.Pontificatus noſtri anno primo. *Ordinis 314. Religionis 135.*

Extracta ex Archiuio eiuſdem conuentus S. Marci Montiſgalda

BVLLA CCXVIII.

Paulus III. priuilegia immunitatis tam perſonæ, quam fori, & rerum conceſſa à diuerſis Pontificibus præſertim Sixto IV. mandat per officiales ſeculares ne illos moleſtent obſeruari, illa confirmando pro Italis,ad quos literas dirigit.

1 Deuotionis veſtræ ſinceritas, & religionis promeretur honeſtas, vt quæ à Nobis humiliter poſtulatis vobis affectu beneuolo concedamus.

2 Exponi Nobis nuper feciſtis, quod alias pro parte tunc exiſtentium Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupatorum per Italiam conſiſtentium felicis recordationis Sixto Papæ IV. prædeceſſori noſtro expoſito, quod licet plu-

res Romani Pontifices Ordini,ac Fratribus,& Sororibus eiuſdem Ordinis diuerſa pro eorum immunitatibus concesserint priuilegia,& quod illis tamquam perſonæ eccleſiaſticę, & religioſę frui, ac gaudere debuiſſent; Nihilominus Communitates Ciuitatum, Poteſtates, alijq; officiales locorum Italiæ in dies noua eis tam in rebus, quam in perſonis indicebant grauamina.

3 Et propterea idem Sixtus prædeceſſor per ſuas ſub plumbo expeditas literas Communitatibus,Poteſtatibus,& Officialibus pręfatis ſub excommunicationis latę ſententię pena eo ipſo ſi contrafacerent, incurrenda, ne eiſdem Fratribus, & Sororibus grauamina aliqua inducerent;aut ipſos Fratres,& Sorores quominus gauderent priuilegijs,& immunitatibus tam fori,quam perſonę,& rerum, ſicut alię perſonę eccleſiaſticę quomodolibet impedirent, inhibuit; mandans vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs perſonis eccleſiaſticis, quatenus eis in pręmiſſis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, non permitterent aliquem contra ipſius inhibitionis tenorem quomodolibet moleſtari.

4 Contradictores auctoritate Apoſtolica, appellatione poſtpoſita compeſcendo, prout in literis eiuſdem Sixti prędeceſſoris noſtri plenius dicitur contineri. Et ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, vos deſideratis literas Sixti prędeceſſoris huiuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori per Nos confirmari, & approbari.Quare Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt vobis in pręmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos gratioſo fauore vos proſequi volentes, literarum prædictarum,ac ſcripturarum,& inſtrumentorum quorumcunq;ſuper pręmiſſis omnibus, & ſingulis forſan confectorum tenores, continentias, & formas pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, pręmiſſa,ac prout illa concernunt omnia, & ſingula in eis contenta, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium confirmamus, & approbamus, ac eis robur perpetuæ firmitatis adijcimus, et inuiolabiliter obſeruari debere decernimus, ſupplentes omnes, et ſingulos tam iuris,quam facti defectus, ſi forſan interuenerint in eiſdem.

6 Non obſtantibus præmiſſis,ac conſtitutionibus,et ordinationibus Apoſtolicis,necnon dicti Ordinis, et illius fundatione, ſeu inſtitutione,ac ſtatutis, et conſuetudinibus, etiam iuramento,confirmatione

tione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq; & indultis, ac literis Apoſtolicis Communitatibus, Poteſtatibus, & Officialibus prædictis, ac etiam Cardinalibus, ſeu alijs Prælatis etiam tamquam ordinarijs quomodolibet, & per quoſcunq; Romanos Pontifices etiam prædeceſſores noſtros conceſſis, confirmatis, & innouatis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;

7 Verum quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula, in quibus de eis fides forſan facienda foret, loca deferre, volumus, & eadem auctoritate Apoſtolica decernimus, quod ipſarum tranſumptis manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, & oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 24. Maij 1535. anno ſui Pontificatus primo. *Ordinis 315. Religionis 136.*

Vadingus biscam extendit in octauo tomo, prima vice ſub anno 1539. quo data fuit 24. Maij ſub num. XXXVI. & in Regerto Bulla ſecunda ſub anno 1535. & vtranq; collegit ex Regiſtro Ciſmontano fol. 87. an ſit error annorum, an bis obtenta fuerit conſideret otioſus.

BVLLA CCXIX.

P*Aulus III. ſcribit Officialibus Toletano, Hiſpalenſi, ac Salmaticenſi, vt literas Clemētis VII. conceſſas Antonio de Tablata ſupra CCXI. reducant ad terminos iuris, & Fratres, ac Sorores in Hiſpani ſubſint Minoribus de Obſeruantia, quorum ſub poſſeſſione ante erant.*

1 Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij tam Generalis, quam per Prouincias Caſtellæ, & Legionis Regnorum conſtituti vniuerſi, & ſinguli Prouinciales Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ, quod licet ipſi, qui iuxta priuilegia, & indulta Apoſtolica, tam per felicis recordationis Nicolaum IV. Eugenium etiam IV. ac Sixtum ſimiliter IV. & Alexandrum VI. Iulium II. & Leonem X. quam alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros dicto Ordini conceſſa; quibus inter alia cauetur expreſſe, quod Moniales, vel Sorores, & aliæ vtriuſq; ſexus perſonæ tam conuentualiter, quam in ſeculo degentes Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati, quin etiam coniugati in ipſo

conju-

coniugio permanendo iuxta regularia ipſius Tertij Ordinis inſtituta profiteri poſſunt; illorumq; Domus, & Monaſteria viſitationi, correctioni, ac regimini curæ, & adminiſtrationi Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ huiuſmodi omnino ſubiacere debeant, fuerint haƈtenus prout adhuc exiſtunt in poſſeſſione, vel quaſi, iuris viſitandi, corrigendi, & reformandi Monaſteria, & Domos, illarumq; Moniales, & Sorores, & alias perſonas Tertij Ordinis huiuſmodi.

2 Nihilominus dilectus filius Antonius de Tablada, qui pro Fratre, & Miniſtro Viſitatore Generali Monaſteriorum, ac vtriuſq; ſexus perſonarum dicti Tertij Ordinis in quibuſdam Prouincijs tunc expreſſis Regnorum eorundem ſe gerit, prætextu quarundam literarum Apoſtolicarum alias pro parte ſua à piæ memoriæ Clemente Papa VII. ſimiliter prædeceſſore noſtro impetratarum, per per quas dictus Clemens omnes Fratres, ſeu Sorores dicti Tertij Ordinis tam conuentualiter viuentes, quam Eremitas, & coniugatas perſonas in ſeculo exiſtentes, ipſorumque Domos, & Monaſteria eidem Antonio, & pro pro tempore exiſtentibus ſucceſſoribus ſuis Miniſtris ſubiecisse dicebat. Exponentes præfatos, ſeu ab eis pro tempore deputatos Viſitatores, quo minus iuxta priuilegia, & indulta huiuſmodi, Moniales, & Sorores, illorumq; Domos, & Monaſteria, aliaſque vtriuſq; ſexus perſonas dicti Tertij Ordinis, in quorum poſſeſſione fore dignoſcebantur, vt præfertur, viſitare, & reformare poſſent, & valerent, impediuit, & perturbauit, & per ſe ipſum, vel eius aſſertos Commiſſarios, ſeu Viſitatores impedire, aut perturbari velle, ſe iactauit, & iactat.

3 Vnde exponentes præfati deſuper impediri, vel perturbari poſſe formidantes, propter diſſenſiones, & ſcandala, quæ in dies exoriri veriſimiliter ſuſpicantur ad Nos recurſum habuerunt. Quare pro parte dictorum exponentium Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt literas prædictas quatenus per illas eiſdem exponentibus, vel illorum iuribus præiudicatur ad terminos iuris reduci mandare, aliaſq; ſibi ſuper his oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos veriſimiliter præſumentes non fuiſſe mentis, & intentionis ipſius Clementis prædeceſſoris, qui iuſtitiam colebat per dictas literas velle in aliquo iuribus ipſorum Fratrum Minorum præiudicare,

dicare, ac ſcandalis, & diſcordijs huiuſmodi viam aperire, dictarum literarum tenores, & formas præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati vobis per præſentes committimus.

5 Mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos, uel alium, ſeu alios uocatis dicto Antonio Miniſtro, & alijs, qui fuerint uocandi, literas prædictas quatenus per illas eiſdem exponentibus, uel illorum iuribus præiudicium generari repereritis ad terminos iuris reductis; ipſaſq; literas quo ad Monaſteria, Domos, loca, & perſonas dicti Tertij Ordinis, in quorum Viſitationis, & obedientiæ poſſeſſione, uel quaſi dicti exponentes fuerunt, & exiſtunt, ac pro tempore erunt, locum ſibi minime uindicare, ſed literas ipſas de illis duntaxat Fratribus, Monialibus, Sororibus, Domibus, & Monaſterijs, alijſq; perſonis Tertij Ordinis huiuſmodi, quę ſub obedientia, & uiſitatione dictorum exponentium nonquam extiterunt, intelligendas fore.

6 Sicq; per quoſcunq; Iudices etiam Camerę Apoſtolicę cauſarum Auditores iudicari, definiri, & interpretari debere ſublata eis, & ipſorum cuilibet aliter definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate. Irritum quoq; & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, uel ignoranter contigerit attentari, auctoritate noſtra decernatis.

7 Nos enim uobis, & ueſtrum cuilibet Antonium prefatum, & quoſcunq, alios ſua in præmiſſis intereſſe putantes, etiam per edictum publicum conſtituto ſummarie, & extra iudicium de non tuto acceſſu citandi, ſibiq; ac quibus, & quoties opus fuerit, etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis, & alijs arbitrio ueſtro imponendis pęnis inhibendi, & contra eos, & alios contradictores quoslibet, & rebelles, cenſuras, & pęnas prædictas iteratis uicibus aggrauandi, ac interdictum eccleſiaſticum apponendi, & auxilium brachij ſecularis, quatenus opus fuerit, inuocandi, per eaſdem præſentes facultatem concedimus.

8 Non obſtantibus pręmiſſis, ac felicis memorię Bonifacij Papę VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium non trahatur, ac alijs Apoſtolicis conſtitutionibus, et ordinationibus, priuilegijs quoq; et indultis, et literis

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolicis, etiam Maremagnum uel alias nuncupatis ipſis Fratribus Tertij Ordinis huiuſmodi ſub quacumq; verborum forma conceſſis confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, &c. hac vice duntaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Mariam anno 1537. 18. Calend. Octobris Pontificatus noſtri anno tertio. *Ideſt 14. Septembris, Ordinis 316. Religionis 138.*

Extracta ex tom. 8. Vading. Bulla 20. ex Reg. Vltramont. fol. 93.

BVLLA CCXX.

P*Aulus III. declarat, Sorores non teneri ſub mortali ſeruare ieiunia, & abſtinentias præſcripta in earum Regula, neq; ieiunare quotidie prout eiſdem nonnulla ſtatuta arcta de ieiunando ſemper, propoſita irrationabiliter fuerant.*

1 Exponi Nobis nuper feciſti, quod poſtquam alias felicis recordationis Eugenius IV. & Sixtus etiam IV. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri reſpectiue conceſſerant, quod Moniales S. Claræ, ac Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci ſolummodo tenerentur ad ieiunia, quibus Fratres Minores Obſeruantiæ tenebantur, ac eiſdem cibis tempore quadrageſimali vterentur, quibus Fratres prædicti, exceptis Sororibus debilibus, & infirmis, temporibus vero quatuor temporum, vigiliarum, & aliorum ieiuniorum ſeruarent conſuetudinem regionis, in qua eſſent, ſecundum quam liceret eis etiam oua, & lacticinia comedere. Bonæ memoriæ Franciſcus Ximenez Cardinalis Toletanus nuncupatus eiuſdem Ordinis Minorum profeſſor, dum quoddam Monaſterium Sororum Tertij Ordinis prædicti ſub inuocatione S. Ioannis de Pænitentia in Oppido Complutenſi Toletanæ diæceſis Prouinciæ Caſtellæ fundauit, & dotauit, nonnulla ſtatuta, ſiue Regulam dicti Tertij Ordinis Apoſtolica, ſiue alia auctoritate in forma ſtatutorum, quibus Sorores dicti Monaſterij S. Ioannis, ad continuum, & perpetuum ieiunium totius anni, feſto Dominicæ Natiuitatis, vel manifeſta, aut alia neceſſitate exceptis obligari videntur, edidit, & ordinauit.

2 Et deinde recolendæ memoriæ Leo Papa X. ſimiliter prædeceſſor noſter priorem Regulam eiuſdem Tertij Ordinis quo ad omnes

Sorores

Sorores præſentes, & futuras collegialiter viuentes, & inter alia, quod Sorores huiuſmodi perpetuis futuris temporibus, ſecunda, quarta, & ſexta ferijs ac Sabbato, Dominicæ Natiuitatis feſto excepto carnes non comedere, & à feſto omnium Sanctorum vſq; in diem Reſurrectionis Domini, quarta & omnibus ſextis ferijs totius anni, & à feſto S. Martini vſq; ad Natiuitatem Domini, & tota Quadrageſima vniuerſali, omnibus diebus ieiunare tenerentur, de nouo reformauit, confirmauit, & approbauit, prout in literis Eugenij, & Sixti, ac Leonis X. necnon Franciſci Cardinalis prædictorum plenius dicitur contineri.

Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, tam Monaſterij S. Ioannis de Pęnicentia, quam omnes aliæ Sorores Tertij Ordinis huiuſmodi ac alijs locis, & capitulis Regulæ conceſſionum, & ſtatutorum prędictorum, vbi agitur de obligatione in illis contentorum ad ieiunia prædicta ſub pęna peccati mortalis credant ſe non teneri, nec obligatas fore, aut eſſe, ac Eugenij, & Sixti conceſſione vti poſſe; nihilominus ad omne dubium, & ſcrupulum conſcientiæ tollendum, ac imbecillitati fęminei ſexus, & penuriæ piſcium in illis partibus communiter exiſtenti ſubueniendum, Nobis humiliter ſupplicari feciſti; vt in pręmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur te, & prædictas Sorores ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod omnes, & ſingulę Sorores præſentes, & futurę Tertij Ordinis S. Franciſci Prouinciæ Caſtellę ſub tuis regimine, & adminiſtratione, ac aliorum dicti Ordinis Minorum Obſeruantię Prelatorum collegialiter viuentes, & ſubſiſtentes, pręmiſſis Eugenij, & Sixti conceſſionibus, abſq; aliquo conſcientiæ ſcrupulo perpetuis futuris temporibus vti frui, & gaudere libere, & licite poſſint, & valeant, ita quod ad nulla alia ieiunia, nec abſtinentiam quouis alio tempore, & ieiunijs Aduentus, et aliorum dierum, quibus Fratres prædicti ſub pęna peccati mortalis ſunt obligati. Sorores prędictę ſub dicta pęna mortalis peccati minime teneantur, ſed ſecundum propriam Regulam dicti Tertij Ordinis tantum perpetuis futuris temporibus teneri auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium declaramus, & ordinamus, ac de nouo concedimus, et indulgemus, necnon, quatenus opus ſit, cum eiſdem monialibus deſu-

per diſpenſamus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus Apoſtolicis, etc. Datum Romę, etc. die 11. Octobris 1538. Pontificatus noſtri anno quarto. *Ordinis 318. Religionis 239.*

Extracta ex tom. 8. Vading. Bulla 23. ex Reg. Vltramont. fol. 102.

BVLLA CCXXI.

Paulus III. confirmat conceſſionem Prioratus SS. Geruaſij, & Protaſij Papiæ olim ordinis S. Benedicti illum ſupprimendo factam à Nicolao Pinello Clerico Genuenſi, qui eam Eccleſiam tunc, & nunc Parochialem, Fratri Sebaſtiano de Cremona tunc Miniſtro, qui cum cęteris Fratribus alias morabantur in conuentu proprio S. Sauini extra, & prope muros Papiæ ſolo æquato propter bella, vnde per nonnullos annos abfuerunt, & tandem dictam Eccleſiam intra Ciuitatem obtinuerunt Fratres.

1 Paſtoralis officij cura meritis, licet imparibus noſtris ex alto, commiſſa, nos excitat, et inducit, vt circa ſtatum fidelium quorumlibet, pręſertim Religioſam vitam ducentium, ſalubriter, dirigendum, operoſis ſtudijs diligenter intendamus, ac ijs, quæ propterea, cum Diuini Cultus, augmento proceſſiſſe dicuntur, vt firma perpetuo, & illibata perſiſtant, cum à vobis petitur Apoſtolici muniminis præſidium, perpenſius impartiamur, aliaſq; deſuper diſponamus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

2 Sanè pro parte dilectorum filiorum Nicolai Pinelli Clerici Ianuenſis, qui Prioratum, non Conuentualem SS. Geruaſii, & Prothaſii Papienſem Ordinis Sancti Benedicti ex conceſſione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica in commendam obtinet, & Sebaſtiani de Cremona moderni miniſtri, ac Vniuerſorum Fratrum Domus Sancti Sauini extra, & prope muros Papienſes Tertii Ordinis Sancti Franciſci de Pænitentia nuncupati ſub regulari obſeruantia degentium, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum alias tunc Miniſter, & Fratres dictæ domus eadem domo propter bella, quę in partibus Lombardiæ, & præſertim in Ciuitate Papię, & illius comitatu viguerant, ſolo æquata coacti fuiſſent alio ſe transferre, & per nonnullos annos à dicta Ciuitate abſentes ſtare, iidem Miniſter, & Fratres ad eandem Ciuitatem poſtmodum reuerſi in Eccleſia dicti Prioratus, quem Parochialis exiſtit, & cui

Digitized by Google

ãnte bella huiuſmodi per Vicarium, ſeu Presbiterum mercenarium, in diuinis deſeruiri conſueuerat, ac quæ diù ante propter eadem bella, Vicario ſeu Presbitero, qui Animarum cura eidem Eccleſię imminentem excerceret caruerat, ac etiam tunc carebat, de concurſu, & cum licentia prefati Nicolai inhabitarunt, miſſas, & alia Diuina Officia celebrando, ac curam Animarum laudabiliter exercendo, cum magno, dilectorum filiorum, Parochianorum ipſius Eccleſiæ ſatisfactione, & ſpirituali Populi, eiuſdem Ciuitatis conſolatione.

3 Ex quo dictus Nicolaus laudabili vita miniſtri, & fratrum prędictorum inductus pro Diuini cultus augmento, & eorundem Parochianorum vtilitate, eandem Eccleſiam cum eius domibus ędificiis, & Horto, in quibus Prioratum prędictum in titulum vel commendam pro tempore obtinentes, & alii ipſius Prioratus Religioſi illi antiquitus, deſeruientes habitare conſueuerant, ac Cimiterio, & Campanili ſimul ſe Tenentibus, necnon paramentis, & Calice eiuſdem Eccleſiæ, eorumq; omnium vſu habitatione, & commodo eiſdem Sebaſtiano Miniſtro, & Fratribus pro eis, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, per certum ipſius Nicolai Procuratorem ad id ab eo ſpecialiter conſtitutum ſub Sedis Apoſtolicę beneplacito, & dilectorum filiorum Capituli Generalis, ſeu Prouincialis, aut Miniſtri Generalis Tertii Ordinis, vel alterius Superioris domus huiuſmodi ratificatione deſuper obtinenda pro Annuo cenſu duorum Ducatorum auri de Camera Taurinorum nuncupatorum, ſeu illorum ęquiualentis monetę Mediolanenſi Monaſterio Sancti Petri de Bremite dicti Ordinis Sancti Benedicti Papienſis dicti, & vnius librę Turis menſę Epiſcopali Papienſi per ipſo Nicolao, & ſucceſſoribus ſuis Prioratum prędictum in titulum vel commendam pro tempore obtinentibus, & vnius ſcuti auri à ſole eiuſdem Nicolao, & ſucceſſoribus ſuis annuatim perſoluendo, Ita tamen quod ex eodem ſcuto valor dicti Turis deduceretur ad liuellum perpetuum, ſeu in emphiteoſem perpetuã locauit, et conceſſit.

4 Cum onere, quod Miniſter, et Fratres prefati in eadem Eccleſia miſſas, et alia diuina officia celebrare, ac curam animarum huiuſmodi exercere, necnon alia, quę eidem Eccleſię incumbebant facere, et Eccleſiam, Domos, ac ędificia huiuſmodi ſuis ſumptibus,

et expenſis abſq; ipſius Nicolai onere reparare, et manu tenere, necnon libras mille imperialium monetæ illarum partium, eidem Nicolao per eum in emptionem vnius domus æquiualentis in ipſa Ciuitate conſiſtentis pro ipſius Nicolai, & ſucceſſorum ſuorum prædictorum habitatione, & non aliam cauſam conuertendas in certis tunc expreſſis terminis ſoluere tenerentur, excluſis nihilominus à locatione, ſeu conceſſione prædictis, ac eiſdem Nicolao, & ſucceſſoribus ſuis reſeruatis titulo dicti Prioratus, ac omnibus & ſingulis alijs bonis, & proprietatibus necnon cenſibus *illi* debitis, ac fructibus redditibus prouentibus, & emolumentis ad dictum Prioratum quomodocumq; ſpectantibus, ita quod miniſter, & fratres præfati ac eorum ſucceſſores de illis ſe intromittere, ac Nicolaus, & ſucceſſores ſui præfati eoſdem miniſtrum, & fratres, ac ſucceſſores ſuos ex Eccleſia, & bonis vt præfertur locatis, & conceſſis expellere, aut remouere, ſeu eos in illis impedire, vel in illis ſe intromittere vllo vnquam tempore, nullatenus poſſent.

5 Promiſitq; idem Nicolaus miniſtrum, & fratres præfatos, ac illis locata & conceſſa bona à quibuſcumq; oneribus eidem Prioratui & eis bonis occaſione decimæ, ſeu decimarum, vel etiam additionum, aut quauis alia cauſa etiam Apoſtolica auctoritate, ſeu alias pro tempore impoſitis indemnes, & indemnia conſeruare, ita vt miniſter, & fratres præfati nullum exinde damnum, aut intereſſe pati, aut ratione vel cauſa fructuum, & redditaum, ſeu aliorum ad dictum Prioratum ſpectantium eiſdem miniſtro, & fratribus, non locatori aliquas expenſas facere non haberent.

6 Remanerentq; eiſdem miniſtro, & fratribus ac ſucceſſoribus ſuis omnia æleemoſinæ oblationes, & legata, quæ exinde in ipſa Eccleſia ſeu eius & domorum ædificiorum, Horti, & Cimiterij, & Campanilis intuitu, vel contemplatione fieri contigerint.

7 Pacto præmiſſis omnibus inter alia adiecto quod in euentum non ſolutionis annui cenſus huiuſmodi per triennium continuum, & vnum menſem, aut contrauentionis pactorum inter eos. Deſuper initorum miniſter, & fratres præfati à locatione, & conceſſione prędictis cecidere intelligerētur ipſaq; Eccleſia cū illius bonis ad dictum Nicolaum reuerteretur, ipſeq; Nicolaus poſtmodum locationem, & conceſſionem prædictas per ſe ipſum approbauit, & ratificauit, prout in diuerſis deſuper confectis inſtrumentis dicitur plenius contineri.

8

Digitized by Google

8 Quare pro parte Nicolai, & Sebaſtiani Miniſtri ac vniuerſorum fratrum prædictorum aſſerentium cultum Diuinum in dicta Eccleſia ex locatione,& conceſſione prædictis auctum fuiſſe, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ordinem Sãcti Benedicti huiuſmodi dicta Eccleſia ſupprimere, & extinguere, ac locationi,& conceſſioni prædictis per illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

9 Nos igitur qui Religioſorum quorumlibet profectibus quantum cum Deo poſſumus libenter intendimus Nicolaum, & Sebaſtianũ Miniſtrum, ac Vniuerſos fratres præfatos, & eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pænis à iure, vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati ordinem Sancti Benedicti in eadem Eccleſia Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſupprimimus,& extinguimus, ac locationem, & conceſſionem prædictas necnon prout illas concernunt, omnia, & ſingula in inſtrumentis prædictis contenta licita tamen & honeſta ac inde ſecuta quæcunq; auctoritate, & tenore prædictis ex certa ſcientia approbamus, & confirmamus ac illis perpetuæ firmitatis robur adijcimus, eaq; perpetuis futuris temporibus per quoſcunq;etium ipſius Nicolai in dicto Prioratu ſucceſſores præfatos inuiolabiliter obſeruari debere ipſoſq; Sebaſtianum Miniſtrum, & Fratres ac ſucceſſores ſuos ex Eccleſia, domibus, ædificijs,horto,cimiterio,& campanili pręfatis vllo vnquam tempore à quoquam etiam prætextu alicuius lęſionis,ſeu in integrum reſtitutionis,aut alias quomodolibet expelli, ſeu in eis moleſtari, aut inquietari nõ poſſe;ſicq;per quoſcunq;Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi, auctoritate, & facultate iudicari, & deffiniri debere decernimus ſupplentes omnes,& ſingulos iuris,& facti defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

10 Et nihilominus pro potiori cautella Eccleſiam præfatam cum ſu-

is domibus ædificijs horto,cimiterio, & campanili ac paramentis, calice,& alijs prędictis eiſdem Sebaſtiano miniſtro,& fratribus,ac ſucceſſoribus ſuis ſeu quatenus opus ſit ſindico per ipſos nomine Camerę Apoſtolicę eligendo ad eorum commodum cum pactis, obligationibus, promiſſionibus, conuentionibus, & capitulis in inſtrumentis prędictis conſentis, dummodo ipſius Nicolai ad has accedat conſenſus,auctoritate,& tenore prędictis concedimus, & aſſignamus.

11 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Prioratus, & Ordinis Sancti Benedicti prædictorum etiam iuramento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus cęteriſq; contrarijs quibuſcunq; nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis,ſuppreſſionis, extinctionis,approbationis,confirmationis,adiectionis decreti conceſſionis, & aſſignationis,ac ſuppletionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hęc attemptare pręſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quinquageſimo quadrageſimo ſecundo decimo ſeptimo kal. Iunij Pontificatus noſtri anno octauo. *Ordinis* 321. *Religionis* 143.

Extracta ex ſuo originali, quod in eodem conuentu Papiæ conſeruatur.

BVLLA CCXXII.

PAulus III. Minores de Obſeruantia, Clariſſas, & Tertiarias eximit à ſolutione quartarum, ſeu quintarum pro legatis, & alijs relictis eiſdem.

1 Honeſtis petentium votis libenter annuimus, eaq; fauoribus oportunis proſequimur. Exponi ſiquidem Nobis fecerunt dilecti filij Generalis, & Miniſtri Prouincialis Ordinum Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum; necnon dilectæ in Chriſto filię Abbatiſſę, & Prioriſſę ac Moniales, et Sorores S. Clarę, et Tertij Ordinis S. Franciſci, quod licet domus, et loca Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum, eorumq; Guardiani, et Fratres; necnon Monaſteria, et Domus Ordinis S. Clarę cuiuslibet

Re-

Regulæ, ac Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati, eorumq; Abbatiſſę, & Prioriſſę ac Moniales, & Sorores eiſdem Fratribus de Obſeruantia ſubiecta ex priuilegijs Apoſtolicis eis, ſeu eorum ordinibus conceſſis, fuerint, & ſint exemptæ à ſolutione, ſeu prçſtatione cuiuſuis quartę, ſeu quintę legatorum eis pro tempore factorum, ordinario loci, vel quibuſuis alijs quomodolibet facienda, ac in pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi exemptione huiuſmodi.

2 Nihilominus cum diuerſi Baſilicę Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Domus S. Ptholomęi Nepeſin Ordinis Prędicatorum, ac S. Feliciani, necnon Hoſpitalis S. Spiritus in Saxia etiam de Vrbe, ac alij Quęſtores, ſeu Commiſſarij prętextu diuerſorum priuilegiorum eis deſuper conceſſorum pretendant, quartas, vel quintas legatorum huiuſmodi ſibi deberi. Generalis, & Prouincialis Miniſtri, necnon Abbatiſſę, & Prioriſſę, ac Moniales, & Sorores prçfati dubitant ſuperinde ab eis vexari, ſeu moleſtari, aut alias diuerſimode perturbari poſſe tempore procedente. Quare pro parte eorundem Generalis, & Miniſtrorum, ac Abbatiſſarum, & Prioriſſarum, ac Monialium, & Sororum huiuſmodi Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus tranquillitati eorum, ac alias ipſis in prçmiſſis opportune tunc prouidere de benignitate Apoſtolica dignatemur.

3 Nos igitur eoſdem Generalem, & Miniſtros, ac Abbatiſſas, & Prioriſſas, necnon Moniales, & Sorores ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem omnibus, quod ipſi de cętero de, & ſuper legatis, & alijs relictis eis per quoſcunq; quomodolibet pro tempore factis, pretextu quartarum, ſeu quintarum huiuſmodi ab eiſdem, ſeu quibuſuis alijs Quęſtoribus, ſeu Commiſſarijs, etiam pro S. Cruciata, aut alias quomodolibet deputatis vexari, ſeu moleſtari, aut alias quomodolibet perturbari non poſſint, nec quidquam ab ipſis peti valeat auctoritate Apoſtolica tenore prçſentium perpetuo concedimus.

4 Ac eiſdem, & quibuſuis alijs Quęſtoribus, & Commiſſarijs cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, & quacunq; iuriſdictione, & facultate fungantur, etiamſi Cardinalatus honore perfulgeant, ne Generalem, & Miniſtros, Abbatiſſas,

&

& Prioriſſas, ac Moniales, & Sorores præfatas, occaſione quartarum, ſeu quintarum legatorum, ſeu relictorum huiuſmodi directe, vel indirecte, aut alias quomodolibet vexare, ſeu moleſtare, perturbare, ſeu quidquam ab ipſis petere poſſint, ſub excommunicationis, & alijs ſententijs, & pænis eccleſiaſticis diſtrictius inhibemus.

5 Decernentes ex nunc irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

6 Quocirca vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, & Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac alijs locorum ordinarijs, &c.

7 Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. &c. Datum Peruſiæ ſub anulo Piſcatoris die duodecimo Septembris 1544. Pontificatus noſtri anno decimo. *Ordinis 221. Religionis 145.*

Extracta ex tomo Priuilegiorum Laurentij Peyrini Ordinis S. Franciſci de Paula conſtit. 6. huius Pontificis.

BVLLA CCXXIII.

PAulus III. ad inſtantiam Sanctorij de Monacho Abbatis B. Mariæ de Venia Meſſanæ Ordinis S. Benedicti, ſcribit ad Vicarium Syracuſanum, vt veneratio S. Conradi extra ciuitatem, & diæceſim Syracuſanam permittatur. Alia Bulla Leonis CXCVI.

1 Dilectus filius Sanctorius de Monacho Abbas Monaſterij Beatæ Mariæ della Venia Ordinis S. Benedicti Meſſanæ diæceſis, in oppido, ſeu ciuitate Noto Syracuſanæ diæceſis commorans, proponi fecit nuper coram Nobis, quod cum dudum, poſtquam felicis recordationis Leoni Papæ X. prædeceſſori noſtro pro parte vniuerſitatis, hominumq; dicti oppidi expoſito, quod bonæ memoriæ Corradus Placentinus ad dictum oppidum accedens, ac volens vitam eremiticam ducere quoddam Eremium, ſeu Oratorium in quadam ſilua prope dictum oppidum ſita, in quo Altiſſimo quo id viueret famulari valeret, elegerat, ibique eandem vitam eremiticam, et laudabilem ducendo vſq; ad extremum ſuæ vitæ diem permanſerat, per illamq; Altiſſimus tam in vita, quam tempore obitus ſui, et poſt dictum obitum multa notabilia miracula inter Chriſtifideles operatus fuerat. 2

2 Idemq; Leo prædeceſſor pijs precibus incolarum oppidi prædicti inclinatus, tunc Epiſcopo Syracuſano, vt de præmiſſis omnibus ſibi, vt præfertur, expoſitis diligenter ſe informaret, et ſi per informationem ipſam reperiret rem ipſam ita eſſe, vt ſibi propoſitum fuerat, ſeruatis ſuper ijs, quæ de iure, et conſuetudine ſeruari ſolita ſunt eiſdem oppidi huiuſmodi incolis, ac quibuſuis alijs Chriſtifidelibus, vt eundem Corradum, prout alios beatos confeſſores nondum canonizatos venerari, ac illius feſtum in die per ipſum tunc Epiſcopum, vel eius Vicarium in ſpiritualibus Generalem deputanda celebrare; omniaq; alia, et ſingula in præmiſſis, et circa ea neceſſaria, ſeu alias quomodolibet oportuna facere, et exercere libere, et licite poſſet auctoritate Apoſtolica licentiam, et facultatem perpetuo concederet, inter alia mandauerat.

3 Idemq; tunc Epiſcopus mandati huiuſmodi vigore facta per eum ſuper ijs, pluribus etiam antiquis fide dignis teſtibus examinatis, et alijs legitimis documentis præmiſſa atteſtantibus viſis diligenter inquiſitione, prædictum Corradum eis meritis, et interceſſionibus, multis, et diuerſis notabilibus miraculis inter eoſdem Chriſtifideles operantibus, tam in eiſdem vita, & morte ſuis, quam poſt illius obitum prædictum multipliciter illuſtratum fuiſſe reperiſſet, & ſingulis eius oppidi incolis, ac quibuſcunq; alijs vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus, vt eundem Corradum ad inſtar aliorũ Beatorum Confeſſorum nondum canonizatorum venerari, ac decimanona die menſis Februarij, qua idem Corradus ad Dominũ migrauit, annis ſingulis celebrare, ipſiuſq; Corradi cadauer per dictum oppidum interuenientibus Vicario in ſpiritualibus Generali Epiſcopi Syracuſani pro tempore exiſtente, ac clero, & populo eiuſdem oppidi proceſſionaliter deferri libere, & licite valeret licentiam, & facultatem etiam conceſſerat, prout in eiſdem Leonis prædeceſſoris, & tunc Epiſcopi Syracuſani inde ſucceſſiue confectis literis dicitur plenius contineri.

4 Quare pro parte ipſius Sanctorij Abbatis aſſerentis ob magnum deuotionis feruorem, quam ad dictum Corradum gerit illum ab omnibus Chriſtifidelibus etiam in alijs oppidis, ciuitatibus, & locis, etiam extra ciuitatem Syracuſanam, & illius diæceſim prædictis commorantibus venerari, ac illius feſtum celebrari ſe non modicum deſiderare: Sed quia præfatus Corradus ab alijs Chri-

ſtifidelibus prædictis hactenus ueneratus,&illius feſtum celebratum forſan non extiterit, in huiuſmodi ſuo deſiderio ab aliquibus nimirum ſcrupuloſis, & iuris ignaris minus debite impedita,ſeu fruſtari ſe poſſe tempore procedente formidat; Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ad huiuſmodi hæſitandi materiam ſubmouendam ſuæ, & dictorum aliorum Chriſtifidelium piæ deuotioni conſulere,eiſq; in præmiſſis de oportuno iuris remedio prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Quocirca diſcretioni ſuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi inquiſita per te ſuper his diligentius veritate, rem ipſam ita eſſe repereris, prout ſuperius eſt narratum, Sanctorium Abbatem, & alios vtriuſq; ſexus fideles etiam extra dictum oppidum, ac ciuitatem, & diœceſim Syracuſanam huiuſmodi in quibuſuis ciuitatibus, oppidis, & terris, & locis commorantibus eundem Corradum de cætero venerari, illiuſq; feſtum celebrari vbi, & quando eis placuerit iuxta formam literarum eorumdem Leonis prædeceſſoris, & tunc Epiſcopi Syracuſani deſuper, vt præmittitur,editam,libere, & licite nunties, & declares prout iuxta caſus huiuſmodi ſucceſſus fuerit de iure faciendum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1514. Calend. Nouembris. Pontificatus noſtri anno decimo. *Ideſt 30. Octobris, Ordinis 324. Religionis 145.*

Extracta ex tom. 4. Vading. ad annum 1351. ſub num. XXXIV.

BVLLA CCXXIV.

PAulus III. In feſtis Sanctorum Lucij, Ludouici Regis Francorum, Rochi, Iuonis, Elzearij, Roſæ de Viterbio Virginis, Angelæ, & S. Eliſabeth Reginæ Vngariæ filiæ tollit interdictum, & ceſſationem à diuinis in Eccleſijs eiuſdem Ordinis.

1 Trium ſtatuum, Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati, Regnorum Hiſpaniarum, & Portugalliæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, vt id, per ſolicitudinem officij noſtri, ad debitum perducatur effectum.

2 Sane, cum ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat: vos iuxta priuilegia, & indulta Apoſtolica, vobis, & veſtro ordi-

ordini; huiuſmodi conceſſa, quodcunq; interdictum, & ceſſationem à diuinis, in veſtris conuentibus, & Eccleſijs, tam Apoſtolica, quam ordinaria auctoritatibus, pro tempore poſitum, in illis diebus in quibus, feſta, & celebritates Sanctorum, & Sanctarum, dicti Ordinis occurrunt à primis eorum veſperis vſque ad ſecundas veſperas, & per totam illorum octauam, necnon etiam diebus illis in quibus, eiuſdem Ordinis, Fratres, ac Moniales habitum dicti Ordinis ſuſcipiunt, & profeſſionem, emittunt regulares, ac etiam in primis miſſis per ipſos Fratres pro tempore celebrandis, nec non tempore, tam eorum, quam Monialium earundem obitus ſimiliter à primis veſperis vſque ad ſecundas veſperas alterius diei reſpectiue prout alij Fratres quatuor Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, iuxta illorum priuilegia, & indulta eis, per diuerſos Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros conceſſa, quibus vos non ad inſtar illorum ſed per communicationem, ac pariformiter, et abſque vlla penitus differentia, vtimini, potimini, & gauderis ſuſpendere, & tollere conſueuerunt, auctoritate Apoſtolica ſuſpendere, et tollere.

3 Ac pro ſanctis veſtri Ordinis de Pęnitentia huiuſmodi Sanctum Lucium, Sanctum Ludouicum Francorum Regem, Sanctum Rochum, Sanctum Yuonem, et Sanctum Elzearium confeſſores, ac Sanctam Roſam de Viteruio Virginem, et Sanctam Angelam, ac Sanctam Eliſabeth Vngariæ Regis filiam continentes habeatis, et habere conſueueritis pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt priuilegia, et indulta huiuſmodi confirmare, et approbare aliaſq; vobis in pręmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, priuilegia, et indulta vobis, vt præfertur conceſsa prædicta, quatenus ſint in vſu ad effectum, vt interdictum, et ceſsationem à diuinis, in omnibus, et ſingulis diebus præmiſſis tollere, et ſuſpendere valeatis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus.

5 Quodq; circa non obſeruationem interdicti, huiuſmodi in diebus prædictis, omnibus, & ſingulis facultatibus, priuilegijs, & indultis quibus alij Religioſi, tam Mendicantium, quam non Mendicantium prædictorum, ac etiam Ciſtertienſium Ordinum, in genere vel

in ſpecie præmiſſorum occaſione eis quomodolibet conceſſis vtitur, potiuntur, & gaudent, vti, potiri, & gaudere libere, & licite valeatis, quatenus vos in illorum eſtis pacifica poſſesſione, vel quaſi vobis concedimus, & pariter indulgemus.

6 Non obſtantibus Apoſtolicis etiam conciliaribus, ac Prouincialibus, et ſinodalibus, et ordinationibus cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, noſtræ confirmationis, approbationis, conceſſionis, et indulti infringere, vel ei auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſeptimo. Pridie Kalendas Martij. Pontificatus noſtri Anno quarto decimo. *Id eſt 28. Februarij, Ordinis 327. Religionis 148.*

Extracta ex Bullario de Sillis fol. 80. ſublatum eſt hoc priuilegium per Tridentinum, vt dixi ſub Bulla 3. ſupra.

BVLLA CCXXV.

Paulus III. confirmat Regulam Nicolai IV. ab alijs Pontificibus approbatam, & declaratam, & diuiſam in tres pro Hiſpanis, vnam pro viris Clauſtralibus, ſecundam pro Sororibus clauſtratis, & Tertiam pro perſonis ſecularibus vtriuſq; ſexus, quas, vt quæ ſunt lectu digna hic in lucem dedimus.

1 Ad fructus vberes, quos Tertius Ordo S. Franciſci de Pænitentia in agro militantis eccleſiæ hactenus produxit, et in dies producere non ceſſat, noſtræ dirigentis conſiderationis intuitum, et intra mentis noſtræ arcana reuoluentes, quod ipſe Ordo ne dum Fratribus, et Monialibus in communi viuentibus, ac tria uota ſubſtantialia ſolemniter emittentibus, verum etiam uiris, & mulieribus coniugatis iamdudum floret, merito inducimur, vt quæ pro ſalubri perſonarum ipſius Ordinis directione, ſtatuta, et ordinata eſſe dignoſcuntur, noſtræ approbationis munimine roboremus, aliaſq; deſuper diſponamus prout in Domino conſpicimus, ſalubriter expedire.

Digitized by Google

2 Sane pro parte dilectorum Filiorum moderni Miniſtri Generalis,& Fratrum Collegialium, ac Monialium, necnon aliorum Fratrum, & Sororum dicti Ordinis Regnorum Hiſpaniarum, & Portugalliæ, ac Inſularum, & Terræ firmæ Indiarum Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet alias fel. record. Clemens Papa VII. Prædeceſſor noſter, poſtquam piæ memoriæ Nicolaus IV. & Eugenius etiam IV. & Sixtus ſimiliter IV. necnon Iulius II. & Leo X. Romani Pontifices etiam Prædeceſſores noſtri Regulam eiuſdem Ordinis approbauerant,& diuerſis priuilegijs,indultis,& gratijs decorauerant. Singulas literas Nicolai, Eugenij,Sixti, Iulij, & Leonis Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, & Regulam Ordinis huiuſmodi, ac prout illa concernebant,omnia, & ſingula in ſingulis literis Nicolai, Eugenij, Sixti, Iulij, & Leonis prædeceſſorum huiuſmodi, ac alias ſuper conſtitutionibus, ordinationibus,ſtatutis, conſuetudinibus, & Regula prædictis confectis ſcripturis contenta per ſuas literas approbauerit,& confirmauerit,ac literas ipſas innouauerit, ſupplens omnes, & ſingulos iuris,& facti defectus,ſi qui forſan in eiſdem conſtitutionibus, ordinationibus,ſtatutis, conſuetudinibus, & Regula interuenerant,ac diuerſa alia ſalubrem ipſius Ordinis directionem concernentia ſtatuerit, ac ordinauerit, & conſtitutiones, ordinationes, ſtatuta, conſuetudines, & Regulam huiuſmodi, quę poſtmodum in tres partes, prout tres ſtatus dicti Ordinis Fratrum Collegialium, videlicet, & Monialium ſub clauſura degentium, ac Fratrum,& Sororum in priuatis domibus habitantium concernebant per dictũ Miniſtrum, & tunc Præſidentem,ac quatuor Definitores Capituli Generalis dicti Ordinis in Domo S. Mariæ de Valle eiuſdem Ordinis Aſtoricenſis diæceſis celebrati cum conſenſu tunc Miniſtrorum, ac Procuratorum, & dilectorum Filiorum totius Congregationis Generalis Ordinis huiuſmodi,diſtincta fuerunt,prout in eadem diſtinctione,quam in Cancellaria Apoſtolica inſpici, & diligenter examinari, & cuius tenorem de verbo ad verbum, ſignis,& caracteribus omiſſis, inſeri fecimus, plenius continetur, à tribus Statibus Ordinis huiuſmodi, prout eos, & eorum quemlibet tangit,pacifice, & quiete ſeruentur. Nihilominus Miniſter, & Fratres Collegiales, & Moniales, necnon alij Fratres, & Sorores Ordinis Regnorum, & Inſularum, & Terræ firmæ huiuſmodi pro

ſince-

ſinceriori eorum conſcientiarum tranquillitate,& quiete,cupiunt, ea omnia, prout diſtincta fuerunt approbationis noſtrę robore communiri.

3 Quare pro parte Miniſtri, & Fratrum Collegialium, & Monialium,nècnon aliorum Fratrum, & Sororum Ordinis, & Regnorum, ac Inſularum, & Terræ firmę huiuſmodi aſſerentium partes Conſtitutionum,Ordinationum,ſtatutorum, conſuetudinum,& Regulam huiuſmodi, ſicut præfertur diſtinctas vnicuiq; dictorum Statuum, prout eis, & eorum perſonis congruere videbantur per eos inuiolabiliter obſeruandas aſſignatas fuiſſe. Nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt conſtitutionibus, ordinationibus,ſtatutis,conſuetudinibus, & Regulę huiuſmodi,ſicut pręfertur,pro illorum ſubſiſtentia firmiori,robur Apoſtolicę confirmationis adijcere,ac alias in pręmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur, qui ſingulorum Chriſtifidelium pręſertim ſub ſuaui Religionis iugo, pię vitę ſtudio vacantium ſalubrem directionem ſinceris deſideramus affectibus, Miniſtrum, & Fratres Collegiales, ac Moniales, necnon alios Fratres, & Sorores Ordinis, & Regnorum,ac Inſularum, & Terrę firmę huiuſmodi, & eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pęnis à iure,vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum,harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati.

5 Conſtitutiones,ordinationes, conſuetudines,ſtatuta,& Regulam ſicut pręfertur diſtincta, et vnicuiq; Statuum aſſignata, ac prout illa concernunt, omnia, & ſingula in illis contenta, et inde ſecuta quęcumq;ex certa ſcientia,Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium approbamus, et confirmamus, et eis perpetuum firmitatis robur adijcimus, ſupplentes omnes,et ſingulos iuris,& facti defectus,ſi qui forſan interuenerint in eiſdem,atq;omnia valida,et efficacia fore, ſuoſq;plenarios effectus ſortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obſeruari debere, ſicq; ab omnibus cenſeri, et per quoſcumq; Iudices, et Commiſſarios quauis auctoritate fungentes,

7 etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores; ſublata eis, & eorum

rum cuilibet quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, ac auctoritate, iudicari, et definiri debere; ac ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

6 Non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, et alijs dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alias roboratis, ſtatutis, et conſuetudinibus, ceteriſq; contrarijs quibuſcumque.

Tenores vero conſtitutionum, ordinationum, ſtatutorum, conſuetudinum, et Regulę huiuſmodi ſequuntur, et ſunt tales.

In Nomine Domini. Incipit Regula, & Vita Fratrum primi ſtatus Sacri Ordinis de Pænitentia Regularis Obſeruantiæ Seraphici Patris Franciſci collegialiter in Monaſterijs Viuentium. Habet decem capita quia in decem præceptis continetur Lex diuina.

CAPVT PRIMVM.

7 *De his, quæ debent promittere volentes hunc ordinem intrare.*

Pęnitentiam agite (ait Dominus) appropinquauit enim Regnum cęlorum. Vera Pęnitentia eſt auro rutilantior, ſole ſplendidior, cunctis Theſauris melior, nam omnia peccata ſoluit, et Paradiſum aperit, idcirco huius Sacri Ordinis de Pęnitentia vniuerſi Fratres ſalutis ęternę viam, Regulam, et vitam imitantes, ac decem mandata diuina, et eccleſię pręcepta ſalubriter obſeruantes, et ad ſacra conſilia ſcandere contendentes, Sanctiſſimo D. N. Papę Paulo III. et eius ſucceſſoribus canonice intrantibus, et Eccleſię Romanę fideliter obediant, ac ſub votis Obedientię, Caſtitatis, et Paupertatis perſeueranter viuere promittant. De quibus votis dicit Dominus in Sancto Euangelio, de Obedientia: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* De Caſtitate: *Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter Regnum cælorum.* De Paupertate: *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni ſequere me.* Inſuper Miniſtro Generali, qui eſt, et pro tempore ſuccedenti humiliter pareant, et ab hac Regula, et vita nunquam recedant, memores, quod fruſtra bonum inchoatur, ſi ante

vitę

vitę terminum deſeratur, ſoliſque perſeuerantibus corona datur, nam: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*

CAPVT SECVNDVM.

8 *De Nouitiorum ingreſſu, & Magiſtro ipſorum.*

Dicit Dominus: *Qui non intrat per Oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt, & latro.* Ideo ad hunc Ordinem vitę zelo, et maioris Pęnitentię intuitu migrare cupiens, per eiuſdem Ordinis Miniſtrum Generalem, vel per habentem eius auctoritatem, et facultatem recipiendi Fratres ad Ordinem, ſolummodo recipiatur, et non per alios; et veniens ad Ordinem diligenter examinetur de fide catolica, et de eccleſiaſticis Sacramentis; dicit Dominus cęco à natiuitate: *Tu credis in Filium Dei?* Ita quod ſit fidelis de Catolicis, de nullo errore ſuſpectus, matrimonio non ligatus per copulam carnalem, corpore ſanus, animo promptus, legitime natus, debitis expeditus, conditione liber, nulla vulgari infamia maculatus, competenter literatus, vel ad alios labores honeſtos, et vtiles aptus, aut talis conditionis exiſtens, quod eius receptio clero, et populo non modicam ędificationem afferat. Nullus recipiatur ad ordinem pro Fratre Clerico, nec etiam pro laico, aut oblato, niſi annum decimum quartum compleuerit. Nullus profeſſus in Ordine Mendicantium, aut alterius Ordinis recipiatur ſine licentia Papę; ſi quis aliter receptus fuerit non admittatur ad profeſſionem, admiſſus expellatur. In quolibet conuentu aſſignetur Magiſter Nouitiorum, vir maturus, diſcretus, deuotus, qui ſuper ipſorum curam inuigilet diligenter. Huiuſmodi autem Nouitij ſuę probationis tempore ſtudio ſcholaſtico non intendant, ſed diuinum addiſcentes officium, ſtudio deuotionis, et orationis vigilanter inſiſtant. Ad tractatus quoq; Capituli infra annum nullatenus admittantur; nec Ordines Sacros ſuſcipiant; nec confeſſiones audiant, ſi fuerint Sacerdotes, nec porta conuentus exeant, niſi cauſa generalis proceſſionis, vel emergentis neceſſitatis, vel alia iuſta, et rationabili cauſa, quę per Miniſtrum extiterit iudicata, nec literas mittant, vel recipiant, ſine ſui Magiſtri ſcitu, et licentia ſpeciali; nec loquantur cum aliqua ſeculari perſona, niſi ſuo pręſente Magiſtro, aut alio per Miniſtrum ad hoc ſpecialiter depu-

Digitized by Google

deputato, nec redire volentes importune ad ſęculumimpediantur, quia nouit Dominus, qui ſunt eius. Præterea elapſo continuæ probationis anno, & etiam ſi antea à Fratribus profeſſis, & potiſſimum ab informatore ſuo ſcilicet, à Magiſtro Nouitius bonum teſtimonium habuerit ad profeſſionem recipi poterit, ipſe vero taliter receptus in ſtatu profeſſionis ſuæ perpetuo remaneat, memor quodquod dicit Dominus in S. Euangelio: *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum & aſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei.*

CAPVT TERTIVM.

9 *De forma habitus, & qualitate indumentorum Profeſſorum, & Nouitiorum, & de Tonſura.*

Dicit Dominus in S. Euangelio: *Ecce, qui mollibus veſtiuntur, in domib. Regum ſunt.* Quapropter omnium Fratrum Clericorum, & Laicorum habitus ſit talaris, & honeſtus de panno abiecto, & lana naturaliter nigra, & ſine tinctura contexto; illorum etiam Caputium eiuſdem coloris exiſtat retro, & ante acutũ in modum Crucis, à parte poſteriori cingulum non excedat, in anteriori parte vſq;ad os ſtomachi tranſeat. Pro cingulo autem cordam habeant minime curioſam; clamis ſit coloris habitus ex panno vili, & humili, quam Fratres habeant non rugatam circa collum, vel criſpatam, nec vſq;ad terram, per integrum ſaltem dimidium palmum protenſam, & in forma ſeruetur modus honeſtus, omni curioſitate penitus abdicata: habeant calceamenta de corio nigro, & qui voluerint, poſſunt deferre ſandalia. Similibus indumentis vtantur cuncti Fratres Nouitij, Clerici, & Laici, niſi quod Nouitij pro Caputio portent Caparonem. Poterant autem ſinguli, prout exegerit neceſſitas loci, aut perſonæ, aut temporis ſub habitu ſuo portare tunicas albas, & tunicellas ex humili panno; & ſimiliter fæmoralia, & caligas à genu vſque ad talos. Tonſuras deſuper aures tam Clerici, quam Laici ſibi fieri procurent, ad quindenam autem ſemper radantur omnes, & ſit Tonſura Clericorum non modica, vt decet religioſos, ſcilicet, vt inter ipſam, & aures non ſint pluſquam tres digiti. Cum Fratres huius Sacri Ordinis dicantur de Pænitentia, oporteat eos ab omni curioſitate, tam in veſtibus, quã in quibuſcumq; alijs abſtinere, & iuxta Apoſtolorum Principis

Beati Petri ſalubre conſilium, depoſitis cæteris vanis huius ſeculi ornamentis, nullum ornamentum corporale portare debent, *niſi* ſolum humile, & neceſſarium tegumentum corporis ſui. De Ioanne Baptiſta legitur in Sancto Euangelio: *Ipſe Ioannes habebat veſtimentum de pilis Camelorum.*

CAPVT QVARTVM.

10 *De diuino Officio, Oratione, Confeſſione, Communione, & Silentio.*

Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant dicentes: *Hoſanna Filio Dauid: Benedictus, qui venit in nomine Domini, Hoſanna in Altiſſimis.* Itaque laudibus diuinis Fratres huius Sacri Ordinis de Penitentia in Clericos aſſumpti reuerenter, & cæremonialiter perſoluant diuinum officium iuxta Romanæ Eccleſiæ ritum. Capitulum Generale habet facultatem declarandi dubia, quæ occurrerint circa diuinum officium, & ordinandi, addendi, & mutandi quicquid videbitur pro Fratribus expedire, tam in Regulis, quam in Calendario. Miniſter Generalis de conſilio Præſidentis, & Definitorum nominet vnum Fratrem, vel duos, qui poſſint ordinare vnum Calendarium Sanctorum, & Sanctarum, Feriarum, & Dominicarum pro vno anno, vel multis annis cum regulis neceſſarijs, ita quod ſemper Fratres reſpectiue idem officium, & de eodem ſancto, ſancta, feſtiuitate, vel feria faciant, ne varietati, & diſcordiæ locus detur. Miniſter Generalis habet facultatem diſpenſandi circa anticipationem, & poſtpoſitionem Horarum. Dicit Dominus in Euangelio: *Cum oratis dicite: Pater noſter.* Laici dicant 24. Pater noſter pro Matutino, pro Laudibus quinq; Pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona, pro qualibet ipſarum Horarum ſeptem. Pro Veſperis duodecim. Pro Completorio ſeptem, & quoties dicunt Orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam Aue Maria cum Verſiculis: Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c. ſingulis vltimis cuiuslibet Horæ ſalutationibus additis. Qui modus in officio B.M.V. per omnia obſeruetur. Pro defunctorum officio dicant in Veſperis ſeptem Pater noſter, & toties Aue Maria, cum Requiem æternam, pro Matutino, & Laudibus duodecim, Pater noſter, & toties, Aue Maria cum Requiem, tempore quo Fratres Clerici faciant officium mortuorum. Ad

illud

Digitized by Google

Illud autem Altiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum diligenter ſe præparent omnes Fratres, & vt hoc melius fiat, Fratres Clerici,& Laici Confeſſoribus Ordinis deputatis confiteantur, ſacerdotes bis ad minus in qualibet ſeptimana, Fratres vero non ſacerdotes confiteantur in diebus, ac feſtis Natalis Domini, Feria quarta Cinerum,Cenæ ipſius Domini,Pentecoſtes, & Aſſumptionis Virginis Mariæ,& Seraphici Franciſci, & omnium Sanctorum ſolemnitate, & de quindena in quindenam ſemper communicent in Miſſa Conuentus, niſi remanſerint de licentia Miniſtri, & de hoc ſint ſoliciti Prælati,vt per vtriuſq;Sacramenti frequentiam ſanctæ conuerſationis in vtroque homine puritas ſeruetur. Contriti, & confeſſi ſumant corpus, & ſanguinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti cum magna humilitate, & veneratione, attendentes, quod ipſe Dominus dicit: *Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem,habet vitam æternam*, & hoc facite in meam commemorationem. Quolibet autem die Fratres Laici audiant Miſſam. Tam Sacerdotes, quam reliqui orationis ſanctæ ſtudium non prætermittant, memores, quod puræ, & aſſiduæ orationis iuſtorum magna ſit virtus,ac velut fidelis nuntius manc datum peragit,& penetrat, quo caro non peruenit. Vt autem omnibus potior detur orandi occaſio,ita quod in Eccleſia, Clauſtro, & Dormitorio omni tempore,in Refectorio vero in prima menſa,& ſecunda, ſeu Completorio vſq; ad Primam ſilentium ſeruare ſtudeant, alias ſummiſſe, & religioſe loqui ſtudentes, niſi eis tamen ſi quid in ipſis temporibus, & locis ſilentio dedicatis loquendum contigerit, verbis paucis, & demiſſis, quæ dicenda fuerint, breuiter concludantur. Omnes Fratres excluſo otio animæ inimico ſtudeant ſemper orationi,vel alicui bonæ operationi inſiſtere, vt illos occupatos diabolus inueniat, & ſic recedat. Nihil eſt in ſancto propoſito deterius otio,vnde Dominus ait? *Quid hic ſtatis tota die otioſi?*

CAPVT QVINTVM.

11 *De Ieiunio, Abſtinentia, Diſciplina, & Capitulo culparum.*

Cum ieiunatis, dicit Dominus, *nolite fieri ſicut hipocritæ triſtes, exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes: Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam, Tu autem cum ieiunas, vnge caput,*

& faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito reddet tibi. Ieiunium corporale mentem purgat, ſenſum ſubleuat, carnem ſpiritui ſubijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiſcentiæ pabula diſpergit, atq; libidinis ardores extinguit, & caſtitatis lumen accendit. Ea propter ſinguli Fratres Clerici, & Laici membra ſua cum vitijs, & concupiſcentijs crucifigentes vniformiter à prima Dominica Aduentus vſq; ad Natiuitatem Domini ieiunet quotidie, diebus Dominicis exceptis, iuncta Quadrageſima vniuerſalis Eccleſiæ vſq; ad Reſurrectionem Domini, quam tamen à Quinquageſima incipere debent, & à feſto Omnium Sanctorum vſq; ad Reſurrectionem Domini omni feria quarta ieiunare teneantur, ac ſimiliter qualibet feria ſexta totius anni, & omnibus diebus in quibus ab eccleſia eſt indictum ieiunium, Vigilia Seraphici P. Franciſci ieiunetur, tempore vero manifeſtæ neceſſitatis non teneantur Fratres ieiunio corporali. Cuncti Fratres Clerici, & Laici perpetuis temporibus feria quarta, & ſexta, & ſabbato, excepto Dominicæ Natiuitatis feſto, carnes non comedant. Cum infirmis, & debilibus, & itinerantibus poterit Miniſter diſpenſare, ſecundum quod neceſſitati viderit expedire. Diebus vero quibus non ieiunatur, bis in die dumtaxat comedant, & ſemper in menſa conuentus lectio habeatur. In tempore Aduentus in feria quarta, & ſexta, & in maiori Quadrageſima ferijs ſecunda, quarta, & ſexta cuncti Fratres Clerici, & Laici faciant diſciplinam, niſi feſtum duplex occurrat. Infirmi, & debiles à diſciplina excludantur. Semel in hebdomada in ferijs ſextis ad minus Fratres ſuos pro ipſorum monitione, ordinatione, & reformatione teneatur ad Capitulum conuocare, in quo quotidianæ culpæ, & negligentiæ plene, & ſingillatim recognoſcantur, & recognitæ debite puniantur. Si qui Fratrum inſtigante inimico mortaliter peccauerit, cum miſericordia iniungant illis pænitentiam, & cauere debent Prælati, ne iraſcantur, & conturbentur, propter peccatum alterius, quia ira, & conturbatio in ſe, & in alijs impediunt caritatem, irati Iudæi voluerunt præcipitare Dominum.

Digitized by Google

CAPVT SEXTVM.

12 *De Prædicatoribus, Confeſſoribus, Ordinandis, Hoſpitibus, de Eleemoſinis, & quomodo Fratres debeant ire per mundum.*

Si cæcus cęco ducatum præſtat ambo in foueam cadunt, ea propter nullus Frater populo penitus audeat prædicare, niſi à Miniſtro Generali huius Fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus, & ab eo officium prædicationis ſibi fuerit conceſſum. Prædicatores iu prædicatione, quam faciunt, ſicut examinata, & caſta eorum eloquia ad vtilitatem, & ædificationem populi annuntiando eis vitia, & virtutes, pænam, & gloriam, tum breuitate ſermonis, quia verbum abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram. Quicumq; Fratrum voluerint diuīna inſpiratione ire inter Saracenos, & alios infideles, ſicut oues inter lupos, petant licentiam à Miniſtro Generali, qui nullis eundi licentiam tribuat, niſi eis, quos viderit idoneos ad mittendum. Priuſquam Fratres ad confeſſionum audiendarum officia promoueantur, examinentur à Miniſtro Generali, & aſſumatur teſtimonium de eorum vita, de ſufficientia ab alijs Fratribus fide dignis, & notitiam eorum habentibus, & de ipſorum conſilio deputentur. Fratres ſacros ordines non recipiant, ſine Miniſtri Generalis, vel gerentis eius vices licentia, & quicumq; contrafecerit à ſuſcepto ordine ſuſpendatur, nec promoueatur ad ſacerdotium, niſi ætatis ſuæ attigerit annum vigeſimum quintum, & prius ſteterit per duos annos in religione, & ſit competenter literatus. Profeſſus pro laico non promoueatur ad clericatum ſine Miniſtri Generalis licentia. Fratres omnes Hoſpites recipiantur in viſceribus caritatis, maxime venientes de extraneis partibus, & remotis, memores quod dicit Dominus: *Hoſpes eram, & collegiſtis me.* Fratres tamquam peregrini, & aduenæ in hoc ſeculo in paupertate, & humilitate Domino famulantes vadant pro elemoſinis confidenter, nec oportet eos verecundari, quia Deus ſe pro nobis fecit pauperem in hoc mundo. Ad euitandum diſcurſus, & tollendam materiam euagationis, nullus Miniſter poſſit licentiare Fratres ad peregrinationes abſq; Miniſtri Generalis aſſenſu. Nullus Frater exeat extra ſuum conuentum, vel prouinciam, etiam prætextu recurſus ad Prælatum ſuperiorem ſine licentia Miniſtri, quando exijt locum, vel Miniſtri Generalis, quando

Digitized by Google

quando exijt Prouinciam. Fratres quando vadant per mundum non litigent, nec contendant verbis, neq; alios iudicent, ſed ſint mites, pacifici, & modeſti, honeſte loquentes omnibus, ſicut decet, vadantq; bini, dicitur in S. Euangelio: *Et miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipſe venturus.* In quamcumq; domum intrauerint dicant: Pax huic domui, & ſecundum Sanctum Euangelium de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare, dicit enim Dominus: *Manducate, quæ apponuntur vobis.*

CAPVT SEPTIMVM.

13 *De cura Infirmorum, & officio Mortuorum.*

Dicit Dominus in S. Euangelio: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem, in hoc cognoſcentur omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.* Itaq; caritatis opera ſuper omnia Dominus noſter commẽdauit nobis; vbi caritas, & amor, ibi Deus eſt, qui non habet caritatem nihil habet. Ea propter habeatur Ægritudinarium in ſaniori loco totius domus, vbi infirmi curentur, & viſitentur à Medico ad hoc deputato, & habeant Infirmarium. Alij Fratres debent ſeruire infirmis, ſicut vellent ſibi ſeruiri. Si quis Frater Clericus, vel Laicus in infirmitatem ceciderit, Miniſter domus per ſe quotidie, vel per aliam perſonam viſitare teneatur, & de bonis communibus omnia neceſſaria diligenter faciat illi miniſtrari, teneaturq; infirmum monere ad pęnitentiam acceptandam, veramq; conuerſionem ad Deum faciendam mortis propinquitatem, & iudicij diuini diſtrictionem, ſimulq; diuinam miſericordiam proponendo. Circa diuinum officium diſpenſet Miniſter vera infirmis. Infirmus ſe referat de omnibus gratias creatori, & qualem vult Deus eum eſſe, talem ſe deſideret, ſiue ſanum, ſiue infirmum, quia omnes, quos Deus præordinauit ad vitam æternam flagellorum, atq; infirmitatum ſtimulis de compunctionis ſpiritu erudit, ſicut dicitur in Apocalypſi: *Ego, quos amo, arguo, & caſtigo.* Si autem turbabitur, aut iraſcetur contra Deum, ſiue contra Fratres, vel ſi forte ſolicite poſtulauerit medicinas, nimis deſiderans liberare carnem cito moriturum, quæ eſt inimica animæ, à malo ſibi

eue-

euenit, & carnalis eſt, & non videtur eſſe Fratribus, quia plus diligit corpus, quam animam. Poſtquam aliquis Frater ab hac luce migrauerit, curabit Miniſter, quod eius exequiæ ſolemniter celebrentur, quibus omnes Fratres illius domus vbi ipſum mori contigerit, perſonaliter intereſſe debent, nec recedere, donec corpus traditum ſit ſepulturæ; & pro anima cuiuslibet defuncti infra decem dies quilibet ſacerdos vnam miſſam, ſcientes autem Pſalterium quinquaginta Pſalmos; neſcientes vero quinquaginta Pater noſter, & in fine cuiuslibet Requiem æternam, etc. dicere teneantur; in fine autem cuiuslibet anni, ſeu infra quemlibet annum quilibet ſacerdos tres miſſas pro defunctis; ſcientes Pſalterium vnum Pſalterium; neſcientes vero centum Pater noſter, cum Requiem æternam, etc. in fine cuiuslibet dicere debeant. Et circa iſta officia pro defunctis, et alia officia diuina in præſenti ſerie annexa cura imponitur Miniſtris, vt fideliter perſoluantur, memores, quod dicit Dominus: *Quæcumq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.*

CAPVT OCTAVVM.

14 *De electione Miniſtri Generalis, & temporis duratione, ac Capitulo Generali.*

Omnes vos Fratres eſtis, vnus eſt Pater veſter, qui in cælis eſt, & ſic totius ouilis ſit vnus Paſtor. Itaque vniuerſi Fratres iſtius Religionis teneantur ſemper habere Miniſtrum Generalem, ſacerdotem profeſſum eiuſdem Ordinis, & ſeruum totius Fraternitatis, & ei teneantur omnes fideliter obedire. Electio Miniſtri Generalis fiat de triennio in triennium in Capitulo Generali celebrato Dominica proxima poſt Feſtum S. Ioannis ante Portam Latinam in Monaſterio S. Mariæ de Valle diæceſis Aſtoricenſis, vel in alio Monaſterio Ordinis; vbi, & quando Capitulum Generale fuerit aſſignatum, conueniant Miniſtri pariter, & Diſcreti Procuratores ſuorum monaſteriorum ad celebrationem Capituli Generalis, exceptis impeditis per ægritudinem, aut ſenectutem, aut aliam iuſtam cauſam; cum contigerit ex prædictis aliquem, vel aliquos ad Capitulum Generale non venire, nihil eorum, quæ expedienda ſunt per Capitulum omittatur. Monaſteria habeant duo vota,

vide-

videlicet votum Miniſtri, & votum Diſcreti in nomine communitatis. Diſcretus ferat poteſtatem Conuentus in ſcriptis ſubſcriptã à Religioſis ſui conuentus, & pro die deſignato celebrandi Capituli Generalis, congregatis prędictis Miniſtris, & Diſcretis Procuratoribus, cantata Miſſa de Spiritu Sancto, fiat ſermo Fratribus in communi; deinde ingreſſi Capitulum ante omnia eligant per vota vnum Præſidentem, & quatuor Definitores, vnum Scribam, bonoſq; uiros, ſapientes, & Deum timentes; Scriba cum ſocio ad Præſidentis, & Definitorum electionem accipiat uota iurata, & ſint electi per maiorem partem uotorum, ſi fuerit paritas in uotis, præferatur electio, in qua Miniſter Generalis uouerit, quibus electis Miniſter Generalis coram omnibus ſe accuſet, & renuntiet officium in manibus Præſidentis, & exhibeat illi ſigillum, & egrediatur. Et poſtquam Miniſter Generalis renuntiauerit ſuum officium, Præſidens præſideat, & habeat Capitulum Generale ut Pręlatus, & audiat querelas omnium, faciens, & adminiſtrans iuſtitiam, ut uiderit expedire ſecundum ſtatuta Religiouis. Literæ teſtimoniales Diſcretorum Procuratorum Præſidenti, & Definitoribus præſententur coram omnibus legendæ. Præſidens, & Definitores prouideant, quod pro abſentibus, & uoce priuatis alij Fratres non uotent. Electores electiones Miniſtri Generalis faciant per ſcrutinium accipiendo uota iurata, & uota ſint æqualia in qualitate. Præſidens, & Definitores, & Scriba uoueant primum, deinde Miniſtri, poſt autem Diſcreti Procuratores. Electus per maiorem partem uotorum, quæ ſit maior medietate, ſit Miniſter Generalis, & ſi forte fuerit paritas in uotis uouendo in Religioſis, præferatur electio maioris partis Miniſtrorum. Et ſi occurrerit ut in æquaii gradu. Miniſtri præferantur electioni, ubi fuerit maior pars Definitorum, & ſi fuerit paritas in uotis Definitorum, præferatur electio, in qua Præſidens Capituli Generalis uouerit. In receptione uotorum non ſit Præſidens præſens. Occupetur tamen, ut celebretur Capitulum Generale breuiter, & pacifice, & quietius, quam fieri poterit, donec Miniſter Generalis ſit electus, & ponat ſuper hoc ſententias, & cenſuras excommunicationis, & in omnibus obediatur Præſidenti ſicut Prælato, & publicata electione Miniſtri Generalis, poteſtas Præſidentis expiret, & ceſſet. Et in poſterum Miniſtro Generali ſicut Prælato immediato, &

nunda-

nundatis ſuis in ſpiritualibus, & temporalibus Præſidens, & Definitores, & Capitulum, & totus Ordo obediant. Officium Miniſtri Generalis durabit per triennium, qui electus auctoritate Apoſtolica confirmatus habeatur, & ſit tantum ſubiectus Sedi Apoſtolicæ ſanctæ ipſum cum vniuerſali ordine protegenti. Nullus Frater in dicta electione Miniſtri Generalis faciat colligationes, vel inductiones, comminando, promittendo, laudando, vel mendaciter detrahendo. Et qui ſcienter contra iſta fecerit ab omni actu legitimo per decennium ſuſpendatur. Nullus alterius Religioſus, aut profeſſionis, nullusq; ſecularis, cuiuſcumq; ſtatus, aut conditionis exiſtat tractatibus Capituli admittatur. Miniſtri, & Procuratores, & Diſcreti referant ad Capitulum numerum defunctorum Fratrum, & Monialium à tempore Capituli Generalis proxime præcedentis. Numerus autem defunctorum ibi recitatus ad ſingulos conuentus vna cum ordinationibus, & conſtitutionibus Capituli Generalis deportetur, vt faciant pro defunctis, quod eſt conuentus, & in fine aſſignetur locus, et tempus Capituli Generalis ſequentis. Tandem fiat confeſſio, & abſolutio in communi, perſeuerantibus benedictio detur, & Apoſtatæ anatematizentur. Deinde cantetur: *Te Deum laudamus.* Verſ. *Confirma.* Oratio. *Actiones.* Miniſter Generalis ſuo triennio nominet, & eligat vnum Commiſſarium Generalem, & Commiſſarios Prouinciales, qui ſint ſacerdotes profeſſi huius ſacri Ordinis de Pænitentia vt ſecũ ſubleuent onera Religionis. Miniſter Generalis in curia Romana, vel Regia occupatus, aut alia ægritudine præpeditus, & tempore triennij finito poteſt Capitulum prorogare, quod hoc modo fieri debet, ſi pro negotio Ordinis detineatur in Curia Romana per ſpatium anni valeat Capitulum prorogare; quod ſi in Curia Regia per dimidium annum impediatur, aut alia iuſta cauſa Capitulum differatur à finito triennio per tres menſes, & hoc tempore prorogato reſpectiue vtetur ſuo officio, & habeat eamdem poteſtatem, & facultatem, quam in duratione ſui triennij ſine aliqua limitatione, aut diminutione. Quando vero Miniſtrum Generalem intra triennium mori contigerit, qui fuerit Commiſſarius Generalis ſuccedat in officio, & hanc eamdem facultatem, & poteſtatem habeat, quam Miniſter Generalis tenebat, ſine aliqua limitatione, aut diminutione, & hoc intelligitur vſq; ad Capitu-

lum Generale, in quo finitur triennium Miniſtri Generalis defun-
cti. Huius etiam Ordinis Miniſtrum Generalem, & Commiſſari-
um, & ab eo deputatos, & Miniſtros cum ad Fratres diuerterint,
reuerenter ſuſcipiant, & illis debitum honorem reuerenter im-
pendant. Si vero Miniſter Generalis durante triennio, aut tempo-
re prorogationis non innitatur iuſtitiæ, iniuſte gubernans ſuum
officium, & contra Deum, & Ordinem, & ordinis bona commiſe-
rit delictum, Pręſidens, et Definitores Capituli proximi Genera-
lis puniant, & caſtigent Miniſtrum Generalem, prout ſua delicta
exegerint. Si vero exceſſus fuerint adeo enormes, & exorbitantes,
poſſint Pręſidens, & Definitores conuocare Capitulum Genera-
le, in quo attentis dictis exceſſibus à maiori parte Capituli poſſit
priuari, & amoueri, & valeant eligere alium in ſuo loco, vt ſolet
eligi. Dicit Dominus de illo ſeruo malo ſcilicet pigro: *Tollite ita-
que ab eo talentum, & date ei, qui habet decem.* Item. *Malos male
perdet, & vineam ſuam alijs agricolis locabit, qui reddant ei fructum
temporibus ſuis.*

CAPVT NONVM.

15 *De electione Miniſtri Conuentualis, & de Viſitatione Miniſtri Generalis.*

Dominus dicit, quod non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & ſi Mini-
ſter non in dominum, ſed in ſubditorum ſeruum eligitur. Quæli-
bet domus habeat ſuperiorem ipſius Fraternitatis, qui Miniſter
appelletur, & ſit Sacerdos profeſſus huius Sacri Ordinis de Pæni-
tentia electus à monaſterio, cui pręficiendus eſt, niſi quando ido-
neam perſonam non haberet, quo caſu de alio monaſterio eligi
poteſt. Miniſter Generalis, aut eius vices gerẽs faciat electionem
per ſcrutinium accipiendo vota iurata, & electus per maiorem
partem votorum, quæ ſit maior medietate, ſit Miniſter Conuen-
tualis. Si fortaſſis fuerit paritas in votis Religioſorum, præferatur
electio maioris partis antiquorum, & ſeniorum. Si autem ſeniores
occurrerint in æquali gradu, preferatur electio magis neceſſaria,
& vtilis obſequio Dei, et boni regiminis talis conuentus, et ele-
ctus à Miniſtro Generali, vel eius vices gerente confirmetur. Offi-
cium Miniſtri durabit per triennium. Si finito tempore triennij
Mini-

Digitized by Google

Miniſter Generalis non potuerit venire ad monaſterium pro electione Miniſtri, liceat ei illum prorogare ad tempus idoneum, & toto tempore prorogationis vtatur ſuo officio, et miniſtret, et gubernet, vt ante conſueuerat. Nullus Frater in aliqua electione, ſeu viſitatione, aut promotione alicuius ad aliquod officium ordinis faciat colligationes, vel inductiones, comminando, promittendo, laudando, vel mendaciter detrahendo, et qui ſcienter contra fecerit ab omni actu legitimo ſuſpendatur per decennium Miniſtri obediant per omnia quę ad pręſentem Regulam ſpectant Miniſtro Generali, et Cōmiſſarij Viſitatoribus, ab eo deputatis quamdiu in ipſis officijs extiterint, quod vero ad alia officia intra domũ ſeruabunt ſtatuta ſua. Miniſter cuiuslibet domus ſuo triennio nominet Vicarium Conuentus, qui adiuuet illum ad ſuſtentandum onus officij, Miniſter Generalis acceptet, & recipiat talem nominationem, niſi aliqua rationabilis cauſa aliud perſuadent, quia ſi in tali caſu ei vtile et expediens videatur, poteſt eligere alium Vicarium de conſilio, et aſſenſu conuentus, vel maioris partis ipſius. Vicarius Chori, Magiſter Nouitiorum, Sacriſta, Procurator, Depoſitarius, Oſtiarius, et alia officia conuentus ponantur in conformatione Miniſtri Generalis, & Miniſtri Conuentualis cum conſilio Diſcretorum conuentus, & in hoc prouideat Pręlatus habito reſpectu ad obſequium Dei, & commoditatem ſuorum ſubditorum, vt dicat illi Dominus: *Quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* Miniſter Generalis viſitabit in triennio ſemel tantum quamlibet domum Fratrum, vel viſitet prout ordinatum fuerit in Capitulo Generali. Si in viſitatione mutauerit aliquem Miniſtrum minus ſapientem, aut minus commode adminiſtrantem, hoc amoto, alium magis idoneum inſtituat, et faciat electionem, vt dictum eſt. Transferat, commutet Fratres ab vno monaſterio ad aliud, prout intellexerit expedire animarum ſaluti, & Ordinis conſeruationi. Non pręcipiat aliquid contra animam ſuam, et Regulam ipſam. Debent autem Miniſtri dicere Miniſtro Generali defectus, qui correctione indigent, ſimiliter, & alij Fratres. Miniſter Generalis viſitet, corrigat, & hortetur Fratres humiliter, & caritatiue, recolens, quod dicit Dominus *Si peccauerit in te Frater* tuus, vade, et corrige eum inter te, et ipſum ſolum. Si aliqui fuerint incorrigibiles, et pertinaces, et

ſcandaloſi, iudicio Miniſtri Generalis, et Conuentualium domus tamquam morbida pecus, remoto habitu, eijciantur de Congregatione. Dicit Dominus: *Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur molla aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.*

CAPVT DECIMVM.

16 *De admonitione Fratrum, & de facultate Miniſtri Generalis, & de obligatione contentorum in Regula.*

Omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum, ait Dominus, iam mechatus eſt eam in corde ſuo. Idcirco vniuerſi Fratres non habeant ſuſpecta conſortia mulierum, nec ingrediantur monaſteria Monialium preter illos, quibus à Miniſtro Generali conceſſa eſt licentia ſpecialis. Nec fiant compatres virorum, vel mulierum, ne hac occaſione inter Fratres, vel de Fratribus ſcandalum oriatur: Ve homini illi, per quem ſcandalum venit. Quod prohibetur, ne Fratres fiant compatres, intelligendum eſt, quo ad eleuationem à fonte baptiſmatis, non quo ad baptizationem. Debent etiam ab acceſſu Curiarum Principum, Dominorum, ſeu Dominarum, vbi mollia huius mundi, Domino teſtante, habentur, omnia cauere. Nec vllo vmquam tempore choreis, ludis, iocis, & alijs Hiſtrionũ vanitatibus intereſſe. Cauẽãt Fratres in quibuſcumq; feſtis veſtes extraneas religioſas, ſeu ſeculares, aut clericales, ſeu muliebres, etiam ſub ſpecie deuotionis induere, nec habitus, aut veſtes Ordinis ſecularibus pro ludis faciendis, aut ſimilibus vllo modo accommodentur ſub pena amotionis confuſibilis de cõuentu. Nunquam Fratres reuelent ſecreta ordinis. Debent quoq; eſſe parci in verbis, & locutionibus, que raro ſine peccato multiplicantur, & ſuper omnia ab omni mendacio, & iuramento quocumq; iuxta mandatum Chriſti: *ſit ſermo veſter; eſt, eſt, non, non,* niſi pro pace, fide, calumnia, & teſtimonio prohibendo, cauere debent. Fratres, qui ſunt ſubditi, recordentur, quod propter Deum abnegauerunt proprias voluntates, obediant ſuis Prelatis in omnibus, que promiſerunt Deo obſeruare, & non ſunt contraria anime, & Regule; & vbicumq; ſunt Fratres, qui ſcirent, & cognoſcerent, ſe non poſſe Regulam ſpiritualiter obſeruare ad Miniſtrum Generalem debeant,

beant, & poſſint recurrere, Miniſter Generalis caritatiue, et benigne eos recipiat, & tantam familiaritatem habeat circa eos, vt dicere poſſint ei, & facere ſicut Domini ſeruo ſuo, nam ita dicitur eſſe, quod Miniſter Generalis ſit ſeruus omnium Fratrum, ait enim Dominus. Qui maior eſt inter vos, erit veſter ſeruus Miniſter Generalis habet omnes facultates conceſſas Miniſtris, & Magiſtris Generalibus Ordinum Mendicantium de Obſeruantia, & clauſura, & conceditur facultas Miniſtro Generali, & non alij, vt valeat interpretari, & exponere quicquid dubitationis occurrerit, & contigerit in conſtitutionibus, ſtatutis, & moribus huius ſacri Ordinis de Pænitentia, cuius interpretatio, expoſitio, deciſio, atq; iudicium teneatur, & cuſtodiatur à Fratribus. Et poteſt diſpenſare in ieiunijs, aſperitatibus, indumentis, & cæteris omnibus, dummodo id conſentaneum ſit religioni. Miniſter Generalis alteri facultate non commiſſa poteſt diſpenſare ſuper votum Paupertatis tam communiter, quam particulariter, ut omnes Fratres, & Moniales valeant, aut per totum vitæ ſpatium, aut ad præſcriptum tempus priuatim poſſidere quicquid eius permiſſu fuerit eis conceſſum. Qua facultate, ſeu licentia ceſſante, omnia, quæ ſuperfuerint, redeant ad conuentum, vbi fecerunt profeſſionem, qua in re Miniſtri Generalis conſcientia diſcutienda eſt, vt modeſte, & conuenienter vtatur hac auctoritate, vt omnia fiant ad vtilitatem animarum, ſine reſpectu alicuius gratiæ priuatæ, vel amoris, ſed id tantum fiat cauſa ſubueniendi neceſſitati, quam videat habere Fratrem, aut Monialem aut Monaſterium, cui facultas fuerit permiſſa. Fratres beneficia quæcumq, per clericos ſeculares teneri ſolita, non tamen capitularia, tenere libere, & licite poſſint, ſolum Generalis Miniſter, & Commiſſarius Generalis poſſint benedicere corporalia, & idem Miniſtri Conuentuales omnia, & ſingula Ordinis Pænitentiæ, eccleſias, cemeteria, capitulum, & oratoria, vbicumq; exiſtentia, tam recepta, quam recipienda, ac paramenta, & ornamenta eccleſiaſtica, & alia quæcumq; ad diuinum cultum, & vſum Fratrum, & Monialium neceſſaria, in quibus criſma non interuenit, pro eorumdem Fratrum, & Monialium vſu tantum, ſolemni benedictione valeant benedicere; & ſimiliter poſſint reconciliare eccleſias quomodolibet ſanguinis, vel ſeminis effuſione pollutæ fuerit, & hoc cum aqua per predictos Prælatos benedicta.

Omnia,

Omnia, & ſingula in præſenti Regula contenta ſunt conſilia ad facilius ſaluandas animas viatorum, & nulla ſunt obligatoria ad peccatum mortale, vel veniale, niſi humano, vel diuino iure aliquis alias eſſet obligatus. Obligantur tamen Fratres facere Pænitentias ſibi à ſuperioribus impoſitas, quando ſuper hoc requirantur, obligantur etiam ad tria vota eſſentialia, ſcilicet obedientiam, caſtitatem, & paupertatem, nihil habendo in ſpeciali ſine licentia Prælati. Vt autem vos in hac Regula tamquam in ſpeculo poſſitis inſpicere, ne per obliuionem aliquid negligatis, ſemel vobis in qualibet feria ſexta legatur, & vbi vos inueneritis ea, quæ ſcripta ſunt facere, facite, agite, gratias Deo bonorum omnium largitori; vbi autem ſibi quicumq; videt deeſſe, doleat de præterito, & caueat de futuro, orans vt ei debitum dimittatur, & in tentationem ne deinceps inducetur. Recordentur ſemper, quod ait Dominus: *Ibunt mali ad ignem æternum; iuſti autem ad vitam æternam. Quicumq; hanc Regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia. Gloria Patri, &c. Finis Regulæ Fratrum primi ſtatus.*

In nomine Domini. Incipit Regula, & vita Monialium ſecundi ſtatus Sacri Ordinis de Pænitentia Regularis Obſeruantiæ Seraphici Patris noſtri Franciſci collegialiter in Monaſterijs viuentibus, habet decem capita.

CAPVT PRIMVM.

17 *De his, quæ debent promittere volentes hunc Ordinem introire.*

SI Pænitentiam non habueritis, dicit Dominus, omnes ſimul peribitis; facite ergo fructus dignos Pænitentiæ, quia arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, & Regnum Dei dabitur genti facienti fructum; ideo quæcumq; à Deo illuſtratæ, & vocatæ ſeculi vanitatem deſerere elegerint, & huius Regulæ habitum aſſumentes Ieſu Chriſto Redemptori noſtro deſponſari voluerint Sanctiſſimo Domino noſtro Paulo Papæ III. & eius ſucceſſoribus canonice intrantibus, & eccleſiæ Romanæ fideliter obediant, ac in profeſſione promittant ſeruare mandata Dei, ac ſatisfacturas de transgreſſionibus, quæ fecerint, vbi à Prelatis requiſitæ fuerint; voueant ſemper viuere in obedientia, ſine

pro-

Digitized by Google

proprio,& in caſtitate, ſi aliquod monaſterium Monialium decreuerint promittere votum clauſuræ, cum conſenſu Miniſtri Generalis ſit licitum id facere. Inſuper Miniſtro Generali, qui eſt, & illi pro tempore ſuccedenti humiliter pareant. Et ab hac regulari vita nonquam decedant, ſimiles illi, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram.

CAPVT SECVNDVM.

18 *De Monialibus recipiendis, & de Magiſtra Nouitiarum, & de earum profeſſione.*

Ego ſum oſtium, dicit Dominus, per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Igitur cum ingreſſus in hunc ordinem ſit quædam ſingularis oblatio, quæ Redemptori noſtro, eiuſque glorioſæ genitrici offertur, exhibendo ſe ei hoſtiam viuam mente, & corpore, idcirco expedit, vt hunc ordinem aſſumere volentes diligentius examinentur, ſi ſint catolicæ, & fideles, chriſtianę, nullius erroris ſuſpectæ, corpore, & intellectu incolumes, voluntate promptæ, quę doceantur, & informentur in omnibus, quæ obſeruare tenentur, vt motum deliberatione probent, ſi hanc vitam, & Regulam ſibi expediat aſſumere, ne poſtmodum conquerantur, propter aſperitates, & difficultates, quas in hoc diuino itinere aliquando repererint, quæ autem notata fuerit, uel longiori ætate, uel infirmitate aliqua, ſeu fatua ſimplicitate ad huiuſmodi uitæ obſeruantiam, non recipiatur, & inſufficiens, & non idonea cenſeatur, niſi forte cum aliqua interdum ob arduam, rationabilemq; cauſam à Miniſtro Generali aliquando fuerit diſpenſatum, per tales enim ſtatus, & uigor Religionis diſſoluitur, & turbatur, unde in perſonis recipiendis diligenti ſtudio, & cautela debet huiuſmodi occaſio deuitari. Non recipiat Abbatiſſa auctoritate propria aliquam Nouitiam, abſq; conſenſu omnium Monialium, uel ſaltem maioris partis ex illis, & cum licentia Miniſtri Generalis. Omnes uero ex more intra clauſtrum receptę, tonſis crinibus, cito deponant habitum ſecularem, quibus deputetur Magiſtra; quæ eas informet Regularibus diſciplinis. Ad tractatus quoq; Capituli infra annum nullatenus admittatur, finito probationis anno, ſi maiori parti Monialium uiſum fuerit, conuerſationem eius eſſe laudabilem & eam aptam

eſſe

Digitized by Google

eſſe Religioni, & ætatis legitimę eſt, recipiatur ad profeſſionem, promittendo in manibus Miniſtri Generalis, uel gerentis *cuius* uices uitam iſtam ſemper, & Regulam obſeruare dicendo hoc modo. Ego Soror N. uoueo, & promitto Deo, & Beatæ Mariæ Virgini, & Beato Franciſco, & omnibus Sanctis, & tibi Pater toto tempore uitę meę ſeruare Regulam Monialium ſecundi ſtatus Sacri Ordinis de Pęnitentia per Dominum Papam Paulum III. confirmatam, & approbatam, uiuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate. In Monaſterio, ubi promittunt uotum clauſuræ addant Moniales in profeſſione: Et ſub clauſura. Et illico, qui eam recepit eidem reſpondeat. Et ego ex parte Dei, & ipſius forma ordinationis, ſi hæc obſeruaueris, promitto tibi uitam æternam, iuxta illud, quod dicit Dominus in Sancto Euangelio: *Centuplum accipietis, & uitam æternam poſſidebitis.*

CAPVT TERTIVM.

18 *De habitu Monialium profeſſarum, & Nouitiarum.*

Dicit Dominus: Qui in ueſte pretioſa ſunt, & delitijs in domibus Regum ſunt. Vnde pauperculas ueſtes Moniales non contemnāt, quibus propter Chriſtum libenter ſpōſæ ſint indutæ, ſpirituales in cælo diuitias inuenient, & illa ſpōſo ſuo Chriſto carior erit, quę uiliori habitu fuerit contenta, & etiam rebus corpori neceſſarijs parcioris pretij, habitus & clamis Monialium profeſſarum, & Nouitiarum huius Sacri Ordinis de Pęnitentia ſit de panno religioſo, tam in pretio, quam in colore, qui erit ſimilis ei, quem habent Fratres primi ſtatus iuxta cōſuetudinem diuerſorum Regnorum, nimia breuitate, uel longitudine non notanda, ut in operiendis pedibus debita ſeruetur honeſtas, & curioſę longitudinis ſuperfluitas penitus euitetur. Tunica ſuperior manicata ſit altitudinis, & amplitudinis congruentis, ut per habitus exterioris honeſtatem honeſtas intrinſeca cognoſcatur. Clamis ſit coloris habitus, & ex panno humili, & in forma ſeruetur modus honeſtus, omni curioſitate penitus abdicata. Vnaquæq; Monialis preter interualum lineum, duos tunicas panni albas, uel etiam plures, ſecundum quod uiſum fuerit Abbatiſſę habere ualeat. Pro cingulo autem cordam habeant minime curioſam. Capitis autem amictus uitis, aut uelli

de

Digitized by Google

de tela communi albis, non tamen pretioſis, aut curioſis capita ſua cooperiant vniformiter, & honeſte, itaut frons, genæ, & collum, & gulla ſint, vt earum honeſtati, & Religioni conuenit cooperta, nec aliter coram extraneis perſonis comparere audeant. Portent profeſſæ etiam velum album non pretioſum, nec curioſum ſuper caput omni loco, & tempore propter miſticam ſignificationem Reſurrectionis Domini, atq; etiam puritatem Dominæ noſtræ. Omnes Moniales communiter capillos ſuos vſq; ad aures certis temporibus tondeant in rotundum. Calceamenta vero, ſeu panneæ ſolæ, vel calcei corticis ſimplicis ſandalia. Mater Abbatiſſa poterit diſpenſare in neceſſitatibus, vt poſſint portare calceamenta ſecundum neceſſitates locorum, & perſonarum, humilitatem, & paupertatem Chriſti, eiuſdemq; benedictæ Genitricis ſtudeant imitari amantes prædictam paupertatem, tam in vilitate veſtimẽtorum, quam in calceamentis, & cæteris omnibus, procurando conſeruare veſtem nuptialem caritatis. Recordentur, quod *intrauit Rex, vt videret diſcumbentes, & vidit hominem non veſtitum veſte nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? at ille obmutuit: Tunc dixit Rex Miniſtris, ligatis manibus, & pedibus eius, mitte eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſoridos dentium.*

CAPVT QVARTVM.

20 *De diuino officio, oratione, confeſſione, communione, & de ſilentio.*

Vigilate, & orate, ait Dominus, vt non intretis in tentationem, oportet ſemper orare, & nunquam deficere. Hoc Moniales attente conſiderent, & ſuper omnia debent deſiderare habere Spiritum Domini, & ſanctam eius operationem, & cum puritate cordis, & deuota oratione à terrenis deſiderijs, & ſeculi vanitatibus mundare conſcientiam, & vnus ſpiritus effici cum Chriſto ſponſo ſuo per amorem, per quem aquirent perpetuam erga vitia, quæ vos à Deo ſeparant inimicitiam, oratio enim eſt illa, qua nos inimicos diligere facit: Orate, ait Dominus, pro perſequentibus vos; hæc enim eſt, quæ clauſtra, & cæteras Religionis labores in dulcedinem conuertit. Vt ergo hoc opus tam neceſſarium ſaluti in hoc Sacro Ordine melius exerceatur, Moniales, quæ recipientur ad

chorum, teneantur dicere diuinum officium, tam in die, quam in nocte, ſecundum Breuiarium Romanum, prout Fratres *primi ſtatus* huius Sacri Ordinis de Pęnitentia recitare debent. Miniſter Generalis habet facultatem diſpenſandi circa anticipationem, & poſtpoſitionem Horarum. Moniales vero Laicæ dicant viginti quatuor Pater noſter, & Aue Maria pro Matutinis, pro Laudibus quinque: Pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona, pro qualibet iſtarum ſeptem; pro Veſperis autem duodecim, pro Completorio ſeptem. & quoties dicant orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam cum verſiculis *Gloria Patri, &c.* ſingulis vltimis cuiuſlibet Horæ ſalutationibus additis, qui modus in officio B. M. V. per omnia obſeruetur. Pro defunctis dicant in Veſperis ſeptem *Pater noſter*, & toties *Aue Maria*, cum verſiculo *Requiem*. Pro Matutinis, & Laudibus duodecies *Pater noſter*, & toties *Aue Maria* cum *Requiem*, Tempore, quo Moniales literatæ faciunt officium defunctorum. Quæ vero occaſione rationabili non poſſent aliquando, legendo, dicere Horas ſuas, liceat eis, ſicut illiteratis dicere *Pater noſter*. Et vt hic Sacer Ordo in virtute de Religione mediantibus Sacramentis continue creſcat, ſtudeant diligenter Moniales confiteri, & Euchariſtiam ſuſcipere in diebus, & feſtis Natiuitatis Domini, feria quarta Cinerum, ipſius Domini Pentecoſtes, & Aſſumptionis Virginis Mariæ, & Seraphici Patris Franciſci, & omnium Sanctorum ſolemnitate. Moneantur inuicem, vt orationis ſanctæ ſtudium non prætermittant, vt ſic illis omnibus potior orandi detur occaſio. Diligant ſilentium, nam in multiloquio non deeſt peccatum, & quæ lingua non offendit, magnæ perfectionis eſt, & religioſæ non refrenantis linguam ſuam eſt vana Religio. Proinde poſt Completorium vſq; ad primam pulſationē Primæ ſequentis diei, & tempore, quo poſt prandium dormitur, ſcilicet à feſto Reſurrectionis Domini vſq; ad Exaltationem S. Crucis Moniales ſilentium teneant, exceptis Seruientibus, ſileant etiam continue, ſed præcipue in Choro, Clauſtro, Dormitorio, & in Refectorio, dum comedunt; præterquam in Infirmaria, in qua pro recreatione, & ſeruitio infirmorum loqui diſcrete ſemper Monialibus liceat. Poſſunt etiam ſemper, & vbique breuiter ſubmiſſa voce, et honeſte, quod neceſſe fuerit inſinuare. Non loquantur cum aliquibus, qui non ſunt de monaſterio abſq; Abbatiſſæ licen-

licentia, et cum Auſcultatricibus, fugiant autem moroſas confabulationes, ſermo virginis debet eſſe rarus, et pudicus; oſtendant ſe veras imitatrices humilitatis, manſuetudinis, honeſtatis Redemptoris noſtri, eiuſq; dulciſſimæ *Matris*, verbo, geſtu, et inceſtu. De Virgine legitur in S. Euangelio: *Surgens Maria abijt in montana cum feſtinatione.*

CAPVT QVINTVM.

21 *De Ieiunio, Abſtinentia, Diſciplina, & de modo laborandi, & dormiendi.*

Hoc genus demoniorum, ait Dominus, eijcitur in ieiunio. Ieiunium corporale vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem largitur, et præmia. Eapropter Moniales omnes literatæ, et Laicæ à prima Dominica Aduentus vſq; ad Natiuitatem Domini, diebus Dominicis exceptis ieiunent quotidie, iuncta Quadrageſima vniuerſalis Eccleſiæ vſq; ad Reſurrectionem Domini, quam tantum à Quinquageſima incipere debent, et à feſto Omnium Sanctorum vſq; ad Reſurrectionem Domini feria quarta ieiunare tenentur, ac ſimiliter qualibet feria ſexta totius anni, et omnibus diebus, in quibus ab eccleſia eſt indictum ieiunium; Vigilia Seraphici Patris Franciſci ieiunetur. Tempore vero manifeſtæ neceſſitatis non teneantur Moniales ieiunio corporali. Cunctæ Moniales literatæ, et Laicæ perpetuis futuris temporibus feria quarta, ſexta, et ſabbato, excepto Dominicæ Natiuitatis feſto, carnes non comedant. Cum infirmis, et debilibus poterit Abbatiſſa diſpenſare, ſecundum quod neceſſitati viderit expedire. Diebus vero, quibus non ieiunatur, bis in die dumtaxat comedant, et ſemper in menſa conuentus lectio habeatur. In tempore Aduentus, in feria quarta, et ſexta, et in maiori Quadrageſima, feria ſecunda, quarta, et ſexta cunctæ Moniales literatę, et Laicæ faciant diſciplinam, niſi feſtum duplex occurrat. Infirmæ, & debiles à diſciplina excuſentur. Moniales omnes præter infirmas laborent fideliter, & deuote temporibus ad hoc aſſignatis, expellendo otium animæ inimicum, quod via, & porta eſt, per quam vitia, & peccata ingrediantur, & ducunt animam in perditionem. Nec laborum pretium aliqua ſibi appropriet ſine Miniſtri Generalis licentia, & prout expedit famulatui

Digitized by Google

Dei, & ſanctæ paupertati Genicis eius. Omnia ſint communia. Si aliquæ iuueniles, & grandiores capacis ingenij fuerint, *eas inſtrui* faciat, ſi videbitur ſibi, Abbatiſſa eis Magiſtram deputans idoneam, & diſcretam, per quam tam in cantu quam in diuinis officijs inſtruantur, Omnes Moniales ſanæ tam Abbatiſſa, quam aliæ dormiant in loco communi, & quælibet per ſe lectum habeat ab inuicem ſeparatum, lectus tamen Abbatiſſæ in tali loco Dormitorij diſponatur, quod inde cæteros lectos ſine obſtaculo, ſi commode fieri poterit valeat intueri; ſint lecti monialium pauperculi, & paupertati, quam Domino Deo vouerunt conformes. Lampas *inſuper* de nocte accenſa ſemper in medio Dormitorij habeatur. Moniales infirmæ dormiant in Ægritudinario. A feſto Reſurrectionis Dominicæ vſq; ad feſtum Beatæ Mariæ Virginis Moniales dormiant poſt prandium vſq; ad Nonam, quæ voluerint, quæ vero noluerint, oratione, ſeu meditatione diuina, ſiue alijs *pijs*, & quietis laboribus occupentur, ait Dominus: Vigilate, quia neſcitis diem, neq; horam.

CAPVT SEXTVM.

22 *De Clauſura, & de Oſtiaria, & quibus, & qualiter liceat ingredi Monaſterium.*

Dominus Ieſus Ianuis clauſis ſtetit in medio Diſcipulorum ſuorum, ea propter vt melius, & perfectius Moniales clauſuram cuſtodiant, habeant in patenti, & manifeſto loco vnam rotam fortem, cuius altitudo talis ſit, & longitudo, quod nulla perſona ætatis adultæ per eam ingredi valeat, vel exire, per quam ea, quæ *intromitti* poterunt inferantur; habeant etiam circa præfatam rotam interius, exteriuſq; oſtiolum, quod nocturno tempore, & diurno, vel æſtiuo, quando Moniales poſt prandium dormiunt, clauſa ſemper maneat, habeant etiam aliam portam, per quam inferantur neceſſaria, & ea, quæ per rotam intromitti non poſſunt. Locutorium habeant in loco honeſto cratibus ferreis interius, exteriuſq; munitum, in quo nigrum linteum ſuſpendatur, ne religioſæ indiſcriminatim alios poſſint videre, aut ab eis videri; nec deceat loqui moniales aliquo tempore à Completorio vſq; ad Primam ſequentis diei, nec tempore prandij, nec cum dormiunt Moniales ætatis

tem-

Digitized by Google

tempore niſi manifeſta neceſſitate coguntur; alijs vero temporibus vna licentia Abbatiſſę præſentibus arbitris, quas Auſcultatrices vocant, ad prędictum Locutorium accedere valeant; in Monaſterio, vbi multę Moniales habitauerint duo Locutoria habere poſſint; In muro uero, qui Moniales diuidit à Capella duæ magnę feneſtræ, vel vna ſecundum diſpoſitionem Chori conſtruantur, quæ ferreis cratibus interius, exteriuſq; muniantur, quibus lintea nigra apponantur, ne exiſtentes in eccleſia Moniales poſſint videre, in quibus etiam ligneæ portæ erunt ab intra cum ſeris, & clauibus, quæ quidem non aperiantur, niſi cum officium diuinum recitatur, lintea vero ſolum deponuntur ad eleuationem Corporis, & Sanguinis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & cum Verbum Dei proponitur. Sit etiam in eccleſia in loco competenti feneſtra cum ianua lignea paruula ad perſpiciendum Dominici Corporis Sacramentum, quæ non maioris ſed quantitatis, quam vt calici poſſint inferri, quæ ſemper manebit clauſa, nec aperietur, niſi cum Moniales Euchariſtiam percipiunt, hoc autem ſic fiet, quod quando Moniales Dominicum corpus recipient, à ſecularibus videri non poſſint. Oſtiaria ſit matura moribus, & diſcreta, ſitq; conuenientis ætatis, eiq; aliqua ſocia idonea adiungatur, quæ cum neceſſe fuerit vices eius in omnibus exequatur. Sine Miniſtri Generalis ſpeciali licentia nulla perſona, ſiue eccleſiaſtica, vel ſecularis Monaſterij clauſtrum ingrediatur, præterquam Confeſſarius ad miniſtrandum eccleſiaſtica Sacramenta, & Medicus ad viſitandas infirmas, & minitor venarum cum neceſſitas exegerit, & artifices cum opus fuerit, ad præparationem domus. Et quando aliqui ex prædictis ingrediuntur, vadant cum Abbatiſſa, vel Vicaria, & Oſtiaria, quarum vna præcedat pulſans paruum tintinabulum, quatenus Moniales audientes recolligantur, quia non debent deſiderare ab aliquo videri, niſi à ſponſo earum Domino Ieſu Chriſto, vt ſint de numero prudentum virginum, quæ intrauerunt cum ſponſo ad nuptias, & clauſa eſt ianua.

C A-

CAPVT SEPTIMVM.

23 *De cura infirmarum, & de officijs mortuorum.*

Dicit Dominus in S. Euangelio: *Infirmus fui, & viſitaſtis me, quia quod vni ex his minimis feciſtis mihi feciſtis.* Vbi caritatis opera ſuper omnia commendauit nobis, ea propter habeat Abbatiſſa curam de Monialibus infirmis, ſicut de ſe ipſa, nam ſi mater diligit, & conſolatur filiam ſuam carnalem, quanto diligentius debet Abbatiſſa, quæ eſt mater ſpiritualis nutrire, ſubuenire, & conſolari filias ſuas ſpirituales, tempore neceſſitatis, & infirmitatis. Habeatur ergo Ægritudinarium in ſaniori loco totius domus, vbi infirmæ curentur, & viſitentur à Medico ad id deputato, & habeant infirmariam, ſanę Moniales debent ſeruire infirmis, ſicut vellent ſibi ſeruiri. Abbatiſſa curam habeat viſitandi ſemel in die Ægritudinarium, niſi legitime fuerit impedita, vel Vicaria loco eius, vt videant neceſſitates infirmarum, & de bonis communibus omnia neceſſaria diligenter illis faciant miniſtrari, teneanturq; infirmam monere ad Pænitentiam acceptandam, veramque conuerſionem ad Deum faciendam, propinquantem mortem, & iudicij diuini diſtrictionem, ſimulq; diuinam miſericordiam proponendo. Circa diuinum officium diſpenſet Abbatiſſa cum infirmis. Pro confitendis, & communicandis infirmis Monialibus Capellanis intus liceat intrare, & celebrare. Poſtquam aliqua Monialis ab hac luce migrauerit, curabit Abbatiſſa, quod eius exequiæ ſolemniter celebrentur, quibus omnes Moniales illius domus, vbi ipſa mori contigerit perſonaliter intereſſe debent, nec recedere, donec corpus traditum ſit ſepulturæ. Morientes vero, tam Moniales, quam ſeruitiales huiuſmodi infra clauſtrum prout conuenit tumulentur, & ſepeliantur in habitu ſuæ profeſſionis; ſi autem neceſſe fuerit, vt ingrediantur aliqui ad ſepulturam aperiendam, ſeu poſtmodum coaptandam, & Abbatiſſæ, & conuentui viſum fuerit hoc expediens propter imbecillitatem Monialium, ſit ſacerdoti, vel alicui alij ad hoc idoneo, & honeſto cum vno ſocio, vel duobus licitum introire. Et pro anima cuiuslibet defunctæ infra nouem dies Moniales ſcientes Pſalterium quinquaginta Pſalmos, neſcientes vero quinquaginta *Pater noſter*, & in fine cuiuslibet *Requiem*, dicere teneantur. In fine autem cuiuslibet anni, ſeu infra quem-

Digitized by Google

quemlibet annum pro omnibus defunctis Monialibus ſcientes Pſalterium vnum Pſalterium, neſcientes vero, centum *Pater Noſter* cum *Requiem* in fine cuiuslibet dicere debeant. Et circa iſta officia pro defunctis, & alia officia diuina in præſenti ſerie annexa cura imponitur Abbatiſſæ, vt fideliter faciant perſolui, memores, quod dicit Dominus: *In qua menſura menſi fueritis* remetietur, & vobis.

CAPVT OCTAVVM.

24 *De electione Abbatiſſæ, & eius officio, & de capitulo culparum.*

Qui maior eſt inter vos, erit veſter ſeruus, proinde ſit Abbatiſſa non in dominam, ſed in ſubditarum ancillam eligatur. Abbatiſſæ electio libere conuentui concedatur, quatenus voluntarie illam eligant, cui tamen amore obediant poſtmodum. Abbatiſſa ſit profeſſa Sacri Ordinis de Pænitentia. Miniſter Generalis, aut eius vices gerens per ſcrutinium accipiat vota iurata, & electa canonice à toto conuentu, vel à maiori parte illius ſit Abbatiſſa, ſi forte fuerit paritas in votis vouendo in religionis præferatur electio maioris partis antiquorum, & ſeniorum, electa à Miniſtro Generali, vel eius vices gerenti confirmetur. Studeant autem Moniales omni diligentia talem eligere Abbatiſſam, quæ virtutibus polleat, & ſanctis moribus alijs præſit, potius, quam officio, & quæ communitatem ſeruet in omnibus, vel in moribus, vt eius exemplo prouocata Moniales ex amore magis obediant ei, quam timore, quæ ſingularibus amicitijs careat, ne dum in parte plus diligit, in toto ſcandalum generet. Conſoletur afflictas, ſit refugium tribulatis, ne ſi apud eam remedia defuerint ſanitatum, deſperationis morbus præualeat infirmis, quæ humiliter, & caritatiue viſitat, & corrigat Moniales ſuas, non præcipiendo eis aliquid quod ſit contra animam ſuam, & veræ profeſſionis formam, non ſit præceps in præcipiendo, ne ex indiſcretione præcepti ponat peccati laqueum animabus; nonquam inaniter hilareſcat propter primatum, ſed animo potius lugeat, conſiderans, quam ſit difficile de animabus aliarum rationem reddere, cum de proprijs pauci inueniantur, qui bonam rationem habeant, cui poſtquam confirmationem receperit, quamdiu in officio permanſerit, quod durabit per triennium Moniales vniuerſæ, necnon, & familia exterior monaſte-

Digitized by Google

rij pareant,& obediant diligenter. Si finito tempore officij Abbatiſſæ Miniſter Generalis non potuerit accedere ad monaſterium, vt eligatur Abbatiſſa,licet eam prorogare ad tempus licitum,atq; per totum tempus prorogationis fruam ſuo officio, & gubernet, vt antea conſueuerat. Teneantur Abbatiſſa, & ſubditæ obedire Miniſtro Generali in omnibus, quæ promiſerunt Domino obſeruare,& recordentur,quod propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. Feria ſexta cuiuslibet hebdomadæ ad minus Abbatiſſa Moniales ſuas pro ipſarum monitione, ordinatione, conformatione teneatur ad Capitulum conuocare, vbi ſecundum expreſſionem publicarum, & communium negligentiarum,atq;culparum pænę miſericorditer imponantur. Conferat etiam cum Monialibus ſuis de ijs quorum occurrunt pro ſui monaſterij vtilitate, & honeſtate tractanda, ſępe enim Dominus, quod melius eſt,minori reuelat. Nullum onerosum, aut graue debitum contrahat, niſi per Procuratorem de communi conſenſu Monialium, & cum manifeſta neceſſitas hoc requirat. Reddat etiam de receptis, & expenſis ſemel ad minus ſingulis tribus menſibus coram conuentu, vel ſaltem quatuor Monialibus ab eodem ad hoc ſpecialiter deputatis debitam rationem. Sigillum vero conuentus cuſtodiri faciant,& ſeruari ſecundum ordinationem conuentus,& omnem literam dirigendam ex parte eiuſdem conuentus prius coram conuentu in Capitulo lectam, & approbatam à maiori parte Monialium ibidem coram omnibus ſigillari faciat. Nulla etiam Monialis aliquas literas dirigat, ſeu recipiat, niſi prius eas Abbatiſſa legat,vel ab alia ad hoc conſtituta legantur. Moniales poſſint habere ſacros pannos etiam corporalia, & purificatoria tangere poſſunt, dummodo lota fuerint à Fratribus. Abbatiſſa cuiuslibet domus ſuę triennio nominet Vicariam, quę illam adiuuet ad ſuſtentandum onus officij. Miniſter Generalis acceptet, & recipiat talem nominationem, niſi aliqua rationabilis cauſa obſtaret, quia in tali caſu, ſi ei egrediens, & vtile videbitur, poteſt eligere aliam Vicariam de conſilio, & aſſenſu conuentus, vel maioris partis. Vicaria Chori,Prouiſora,Magiſtra Nouitiarum, Sacriſta,Depoſitaria, Oſtiaria, & alia officia conuentu ponantur in conformitate Miniſtri Generalis, & Abbatiſſę Conuentualis cum conſilio Diſcretarum conuentus;& in hoc prouideat Prelatus habito receptu

ad

ad obſequium Dei, & commoditatem ſuarum ſubditarum. Studeat inſuper Abbatiſſa Moniales reconciliare, ſi aliquas ad inuicem, ex aliqua cauſa, vel occaſione contigerit conturbari, Monialis vero illa, quę verbo, uel ſigno occaſionem turbationis, uel ſcãdali alteri dederit, ſtatim antequam offerat munus orationis ſuę Deo veniam petens à Moniali, quam offendit coram ea humiliter ſe proſternat: rogans, ut intercedat pro ſe ad Dominum, quatenus ſibi culpam indulgeat, quam in ipſam commiſit; illa vero iniuriam liberaliter remittat Moniali veniam poſtulanti, memor uerbi Domini: *Niſi dimiſeritis ex cordibus veſtris, nec Pater veſter cæleſtis dimittet vobis peccata veſtra.*

CAPVT NONVM.

25 *De viſitatione Miniſtri Generalis, & de Procuratore Monaſterij.*

Dicit Dominus: *Ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ.* Idcirco ut diuinum ſeruitium ſemper creſcat, & ſit ſtabile ad prouidam, religioſamq; gubernationem bonorum Paſtorum, & Paſtor cognoſcat oues, & oues Paſtorem, Miniſter Generalis huius Sacri Ordinis de Pęnitentia ſit Viſitator huius ſecundi ſtatus, & curam habeat bis in triennio uel ſecundum quod ſtatutum fuerit in Capitulo Generali, per ſuam perſonam, uel per ſuos Commiſſarios uiſitandi Moniales, & cum ad hoc monaſterium ingreſſus fuerit honeſta ſocietate ſit aſſociatus, ſtudioſe tenentur inquirere circa ſtatum Abbatiſſę, & ſubditarum interrogando generaliter, & ſpecialiter de conuerſatione, de uita Monialium, & de huius Regulę obſeruatione, & ſi aliquid correctione dignum inuenerit, caſtiget, reformet caritatis zelo, & amore, iuſtitia, & pia diſcretione tam in capite, quam in membris quicquid contra Deum eſt. Et ſi Abbatiſſa defectuoſa, uel non idonea officio fuerit inuenta ab eodem Miniſtro Generali, uel ab eius Commiſſario Viſitatori ab officio abſoluatur, & ſi fuerit inuenta idonea ſuum impleat triennium; uiſitet etiam eas, qui ſunt de familia Monaſterij, ut interius, exteriuſq; ad gloriam Dei ſacer hic ſtatus ordinetur. Vt autem Miniſter Generalis omnem notam cuiuſcumq; ſuſpicionis euitet, quanto rarius abſq; ſui officij diſpendio poterit Monaſterij clauſuram intret. Et ut non grauentur Monaſteria in

expenſis de uiſitationis officio, quam citius commode poterit ſe ſtudeat expedire. Habeat Miniſter Generalis auctoritatem mittendi aliquam, vel aliquas Monialium ad conſtruendum, vel reformandum, ſeu regendum aliquod Monaſterium huius Ordinis, vel gratia correctionis, aut infirmitatis, vel ob aliam manifeſtam neceſſitatem, & tunc diſpenſet in voto clauſuræ. Egredientibus vero aſſignetur certus terminus redeundi, & ſolicite caueant, ne ad loca ſuſcepta diuertant, vel cum perſonis malæ famæ familiaritatem habeant, nec in ſuo reditu ſecularia, vel inutilia Monialibus referant, per quæ diſſolui valeant, vel turbari; & quamdiu extra fuerint, taliter ſtudeant ſe habere, quod de conuerſatione honeſta ipſarum adſpirare valeant intuentes. Pro poſſeſſionibus, & redditibus Monaſterij modo debito pertractandis Procurator vnus prudens pariter & fidelis pro ſingulis Monaſterijs Monialium habeatur, qui per Abbatiſſam, & conuentum cum licentia Miniſtri Generalis conſtitui, & amoueri debent, ſicut videbitur expedire; hic vero taliter inſtitutus de omnibus ſibi commiſſis, receptis pariter, & expenſis Abbatiſſæ, & tribus Monialibus ad hoc ſpecialiter per conuentum aſſignatis, & Miniſtro Generali cum voluerit, rationem reddere teneatur, & nihil omnino de rebus Monaſterij vendere, commutare, obligare, vel alienare valeat, niſi de licentia Abbatiſſæ pariter, & conuentus, & quicquid contra per ipſum attentatum fuerit, irritum decernimus, & inane, poſſit tamen de Monialibus parum valentibus aliqua parua, ex cauſa licita de Abbatiſſę licentia interdum alijs elargiri. Idē poſſit etiam per Miniſtrum Generalem cum expedire videbitur, villico enim diffamato apud Dominum quaſi diſſipaſſet bona ipſius, ait Dominus: *Quid hoc audio de te, redde rationem villicationis tuę, iam enim non poteris villicare.*

CAPVT DECIMVM.

26 *De obligatione contentorum in Regula, & admonitione Monialium.*

Venite ad me, dicit Dominus, omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris, iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

Et

Digitized by Google

Et ſic omnia, & ſingula in præſenti Regula contenta ſunt conſilia ad ſaluandas animas viatorum, & nulla ſunt obligatoria ad peccatum mortale, uel ueniale, niſi humano, uel diuino iure, aliqua alias eſſet obligata. Debent tamen Moniales facere Pænitentias impoſitas ſibi à ſuperioribus, quando ſuper hoc requiruntur. Obligantur etiam ad tria vota eſſentialia, & ſolemnia Obedientiam, Caſtitatem, & Paupertatem nihil habendo in ſpeciali ſine licentia Miniſtri Generalis. Tenentur ad clauſuram ſeruandam, quã ſeruare vouerunt. Non reuelent ſecreta Ordinis. Moniales licite, et libere ſumere uelum, et ſcapularium nigrum, quandocunq; Miniſtro Generali, et Capitulo Generali placuerit. Abbatiſſa in qualibet feria ſexta in Refectorio faciat legere Regulam. Monemur Moniales omnes, et hortamur in Dño Noſtro Ieſu Chriſto, ut hãc Regulã viuendiq; formam ſtudeant perfecte ſeruare, ſemper in fide catolica ſtabiles, uota, quę Domino promiſerunt, uſq; ad finem uitę obſeruent, caueant ab omni ſuperbia, uanagloria, inuidia, auaritia, cura, et ſolicitudine huius ſeculi, detractione, et murmuratione, diſſenſione, et diuiſione, et ab omni uitio, pro quo poſſint diſplicere in oculis ueri ſponſi, ſed magis ſolicitę ſint coram Deo ſeruare interiorem, et exteriorem in omnibus puritatem, et ſemper inuicem habere mutuę dilectionis unitatem, quę eſt uinculum perfectionis, ut in ea radicata, et fundata poſſint ad Agni Domini Noſtri Ieſu Chriſti nuptias cum prudentibus uirginibus introire. Gloria Patri, etc. Finis Regulæ Monialium ſecundi Status.

In nomine Domini. Incipit Regula, & Vita Fratrum, & Sororum Tertij Status Sacri Ordinis de Pænitentia Seraphici Patris Franciſci, qui ſexum capit vtrumq; Habet decem capita.

CAPVT PRIMVM.

27 *De Fratrum, & Sororum ingreſſu.*

Fratres, et Sorores Heremitę, Virgines, Continentes, et Coniugati ad hunc Tertium Statum Sacri Ordinis de Pænitentia recipiendi debent eſſe fideles Catolici de hæreſi non ſuſpecti, in obedientia Romanæ Eccleſiæ firmi, debitis expediti, corpore ſani, animo

 prompti,

prompti, nulla uulgari infamia maculati, cum proximis reconciliati, & de his omnibus antequam recipiantur, ab eo, qui recipiendi habet facultatem, ſunt diligenter examinandi.

CAPVT SECVNDVM.

28 *De his quæ habent promittere volentes hunc Tertium ſtatum intrare.*

Fratres, & Sorores poſtquam per vnum integrum annum habitum probationis detulerint, ſi conuerſatio laudabilis fuerit, per habentem facultatem Miniſtri Generalis recipiendi ad hunc Tertium ſtatum ſolummodo, & non per alios ad profeſſionem recipiantur, in qua profeſſionę promittant obedientiam, & caſtitatem, & ſeruare mandata Dei, atq; ſatisfacturum de transgreſſionibus, quas facere poſſunt in futurum contra hanc Regulam, quando à Prælatis requiruntur. Coniugati promittant caſtitatem coniugalem, & huiuſmodi ab eis facta promiſſio per manum publicam in ſcriptis inibi redigatur. Nullus poſt ipſius Fraternitatis ingreſſum eamdem egredi valeat ad ſeculum reuerſurus, poſſit tamen tranſitum habere licitum ad Religionem aliam approbatam. Mulieribus vero viros habentibus niſi de ipſorum licentia, & conſenſu non pateat aditus ad conſortium dictæ Fraternitatis. Omnes præterea quibus de iure facultas affuerit condant, ſen faciant teſtamentum, & de bonis ſuis infra tres menſes poſt eorum ingreſſum immediate ſequentes, ordinent, & diſponant, ne quemquam illorum decedere contingat inteſtatum.

CAPVT TERTIVM.

29 *De Forma habitus & qualitate indumentorum.*

Fratres, & Sorores huius Tertij Status Ordinis de Pęnitentia de humili panno abiecto tam in pretio, quam in colore, qui erit ſimilis ei, quem habent Fratres primi ſtatus, veſtiantur, niſi fuerit ad tempus in pretio per Miniſtrum Generalem, aut eius vicem gerentem ob cauſam legitimam, & aptam cum aliquo diſpenſatum: Fratrum habitus ſit ſine caputio, quorum manicæ breues ſint, & ſtrictæ tantummodo circa manus, lõgitudo autem habitus ſit talis, quod cauilla pedum diſtet ſpatio quatuor digitorum, pro cingulo vero

cordam

cordam habeant; cappa ſit honeſta, portent pileum cum aletis, calceamenta de corio nigro alta, & ampla, & ante fixa cum caligis habeant, & femoralia portent; capillos ſuos vſq;ad aures certis temporibus tondeant in rotundum. Eremitæ portent indumenta, vt Fratres primi ſtatus, niſi quod portent caputium rotundum ante, & retro. Sororum habitus ſit manicatus altitudinis, & amplitudinis congruentis, vt per habitus exteriores honeſtatem honeſtas intrinſeca cognoſcatur. Clamis ſit coloris habitus, & in forma ſeruetur modus honeſtus omni curioſitate penitus abiecta. Pro cingulo autem cordam habeant minus curioſam. Capitis autem amictus vittis, aut velis de tela communi omnino alba, non tamen pretioſis, aut curioſis capita ſua cooperiant vniformiter, & honeſte. Omnes Sorores capillos ſuos vſq; ad aures certis temporibus tondeant in rotundum. Calceamenta ſint ſculponeæ ſoleæ, vel calcei, vel ſimplicis corticis ſandalia; ſericis non vtantur tam Fratres, quam Sorores, iuxta Beati Petri Apoſtolorum Principis ſalubre conſilium huius ſeculi vana ornamenta deponant.

CAPVT QVARTVM.

30 *De Horis Canonicis dicendis, & quoties debeant confiteri per annum, & ſumere Corpus Chriſti.*

Fratres, & Sorores dicant quotidie ſeptem Horas Canonicas. Pro Matutino duodecies *Pater noſter*, & *Aue Maria*. Pro Laudibus quinq; Pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona, pro qualibet iſtarum ſeptem. Pro Veſperis autem duodecim. Pro Completorio ſeptem, cum *Gloria Patri*, &c. In Prima, & Completorio Simbolum minorem, & Pſalmum *Miſerere mei Deus* adijciant, qui nouerint. Qui modus in officio B.M.V. per omnia obſeruetur. Pro defunctis dicant in Veſperis ſeptem *Pater*, cum *Requiem*. Pro Matutinis, & Laudibus duodecim cum *Requiem*, tempore, quo ſolent facere officium mortuorum. Sed ſi Horis conſtitutis non dixerint dicant tribus vicibus *Pater noſter*. Infirmi autem huiuſmodi Horas non teneantur dicere, niſi velint. Fratres Literati, ſeu Beatæ literatæ, ſi voluerint, perſoluant diuinum officium, vt Fratres primi ſtatus huius Sacri Ordinis de Pænitentia. Singuli autem Fratrum, & Sororum quater in anno, videlicet Natalis Domini, in Reſurrectionis

nis

nis ipſius, & Pentecoſtes feſtiuitatibus, & Seraphici Patris noſtri Franciſci ſolemnitate deputatis confeſſoribus confiteri, & Euchariſtiam deuote ſumere non poſtponant, reconciliando ſe proximis, & reſtituendo etiam aliena.

CAPVT QVINTVM.

31 *De audienda Miſſa, & Congregatione facienda.*

Fratres, & Sorores cuiuſcumq; Ciuitatis, aut loci diebus ſingulis, ſi commode poterunt *Miſſæ* officium audiant, & procurare debent, quod habeant vnum religioſum, qui illis verbum Dei certis diebus proponat, qui eos ad pænitentiam, & miſericordiam opera exercenda, & virtutes hortetur, ſolicite moneat, & inducat, ſtudeat quilibet, dum miſſæ officium celebratur, & prædicationis verbum proponitur, ſeruare ſilentium, orationi, & officio ſit intentus, niſi communis vtilitas Fraternitatis impediat. Debent etiam quolibet die in ſero intra ſe, & Deum cogitare, quid fecerint, & dixerint, vel cogitauerint, & menſe quolibet in prima ſexta feria ad eccleſiam, ſiue loca, ad quam, vel ad quæ Miniſtri curauerint intimare, conueniant Miſſarum ſolemnia inibi audituri, poſtea legatur Regula, et Miniſter teneat capitulum culparum, vbi ſecundum expreſſionem publicatum, et communium negligentiarum, et culparum pæna miſericorditer imponatur.

CAPVT SEXTVM.

32 *De Ieiunio, & Abſtinentia.*

Fratres, et Sorores à prima Dominica Aduentus vſq; ad Natiuitatem Domini, dieb. Dominicis exceptis ieiunent quotidie, iuncta Quadrageſima vniuerſalis Eccleſiæ vſq; ad Reſurrectionem Domini, quam tamen à Quinquageſima incipere debent, et etiam ieiunare tenentur in qualibet ſexta feria totius anni, et in omnibus diebus, in quibus ab Eccleſia eſt indictum ieiunium perpetuis temporibus feria quarta, ſexta, et ſabbato, excepto Dominicæ Natiuitatis feſto carnes non comedant, diebus vero, quibus non ieiunatur, bis in die comedant, laborantes ter in die refici poterunt, ieiuniorum ſemper diebus exceptis. Poterunt autem itinerantes,

rantes, infirmi, et debiles tempore neceſſitatis ieiunium ſoluere. Prandium autem, vel cæna niſi præmiſſa ſemel Dominica oratione ſumatur, poſt ſumptionem quilibet cum *Deo gratias* iteranda, quod ſi omitti contigerit, dicatur tribus vicibus, *Pater noſter.*

CAPVT SEPTIMVM.

33 *De Fratribus, & Sororibus infirmis, & defunctis.*

Fratres, & Sorores ſi in infirmitatem ceciderint ſemel, & quotidie per ſe, vel aliam perſonam Adminiſtrator viſitet Fratres, & Mater ſorores, ſeu beatas habeant curam de infirmis, ſicut de ſeipſis, teneanturq; infirmum, vel infirmam monere ad Pænitentiam acceptandam, veramq; conuerſionem ad Deum faciendam, mortis propinquitatem, & iudicij diuini diſtrictionem, ſimulq; diuinam miſericordiam proponendo. Poſtquam aliquis Frater, vel Soror ab hac luce migrauerit, curabit Adminiſtrator, ſeu Mater, quod eius exequiæ ſolemniter celebrentur, quibus exequijs omnes Fratres, & Sorores illius ciuitatis, aut loci perſonaliter intereſſe debent, nec recedere, donec corpus traditum ſit ſepulturæ; & pro anima cuiuslibet defuncti, vel defunctæ infra octo dies, ſcientes Pſalterium quinquaginta Pſalmos, neſcientes vero quinquaginta *Pater noſter*, & in fine cuiuslibet, *Requiem* dicere teneantur. In fine autem cuiuslibet anni, ſeu infra quemlibet annum ſcientes Pſalterium, vnum Pſalterium, neſcientes vero centum *Pater noſter*, cum *Requiem* in fine cuiuslibet dicere debeant.

CAPVT OCTAVVM.

34 *De electione Adminiſtratoris, & Matris, & de Viſitatione correctione, et Capitulo.*

Quolibet anno Fratres eligant Adminiſtratorem, & Sorores Matris electionem faciant, Miniſter Generalis, vel eius vices gerens per ſcrutinium accipiendo vota iurata, & electus per maiorem partem votorum Fratrum, quæ ſit maior medietate ſit Adminiſtrator, & electa per maiorem partem votorum Sororum, quæ ſit maior medietate ſit Mater, & ſi forte fuerit paritas in votis, præferatur electio iudicio Miniſtri Generalis, vel accipientis vota, vt eligant

gant magis neceſſarium, vel neceſſariam officio de obſequio Dei, & electus Adminiſtrator, & electa Mater confirmabitur per Miniſtrum Generalem, vel per eius vicem gerentem ad talem electionem. Officia Adminiſtratoris, & Matris vnius anni tempus comprehendant; impoſita ſibi officia deuote ſuſcipiant, curentq; fideliter exercere. Fratres Adminiſtratori, & Sorores Matri obediant. Adminiſtrator, & Mater, Fratres, & Sorores ciuitatis, vel loci cuiuslibet ad viſitationem communem in aliquo loco Religioſo, vel eccleſia, vbi locum huiuſmodi contigerit deeſſe conueniant, & Miniſter Generalis, vel quam deputauerit, teneat Capitulum, & Fratres viſitet, & Sorores huius Tertij ſtatus. Huiuſmodi autem viſitationis officium ſemel exerceatur in anno, niſi neceſſitate aliqua ſuadente, fuerit pluries facienda. Adminiſtrator, & Mater manifeſtas Fratrum, & Sororum culpas Viſitatori denuntient puniendas, & defectus, qui correctione indiguerint, & ſimiliter alij Fratres, & Sorores Viſitator viſitet, corrigat, & hortetur humiliter, & caritatiue, & illis omnibus de exceſſibus commiſſis iniungat Pænitentiam ſalutarem. Incorrigibiles poſt trinæ admonitionis inſtantiam ſi ſe corrigere non curauerint tamquam morbida pecora eijciantur de congregatione. Poſt viſitationem faciat electionem Adminiſtratoris, & Matris, vt dictum eſt, ſi ſuorum officiorum tempus fuerit finitum.

CAPVT NONVM.

35 *De Adminiſtratione Fratrum, et Sororum.*

Fratres, & Sorores à iuramentis ſolemnibus abſtineant, niſi neceſſitate cogente in caſibus per indulgentiam Sedis Apoſtolicæ exceptis, vel pro pace, fide, calumnia, & teſtimonio perhibendo etiam in contractu emptionis, venditionis, & donationis, vbi videbitur expedire. In communi quoq; loquela vitent, prout poterunt iuramenta, & qui die aliquo minus caute iurauerit lapſu linguæ, prout contingere in multiloquio conſueuit, de ipſo in ſero, cum debent recogitare quid fecerit, dicat tribus vicibus orationem dominicam propter incaute facta iuramenta. Memor autem ſit quilibet, vt ad diuina obſequia familiam propriam exhortetur. Sit eis ad inhoneſta conuiuia, vel ſpectacula, ſiue curias, ſiue choreas

reas

Digitized by Google

reas acceſſus penitus interdictus Hiſtrionibus, ſeu vanitatis intuitu nil donent, & ne quicquam eis donetur à propria familia procurent. Impugnationis arma ſecum Fratres non deferant, niſi pro defenſione Romanæ Eccleſiæ, Chriſtianæ fidei, vel etiam terræ ipſorum, aut de ſui viſitatoris licentia. Si vero Fratres, & Sorores contra ius, & eorum priuilegia per iuſtitias, Rectores locorũ, vbi domicilium habent vexationibus impetantur, Adminiſtrator, & Mater loci ad Miniſtros, ſub cuius obedientia fuerint ſtudeant habere recurſum iuxta conſilium, & ordinationem ipſorum in talibus proceſſuri. Vitent inſuper Fratres, & Sorores iuxta poſſe litigia inter ſe, ſolicite dirimant. Non reuelent ſecreta ordinis.

CAPVT DECIMVM.

De declaratione Regulæ in dubijs, & qualiter nemo obligatur ad culpam.

36 Fratres, & Sorores in dubijs conſcientiæ, & in omnibus alijs recurrant ad Miniſtrum Generalem, vel ad eius vices gerentes, qui declaret, & diſpenſet cum illis, prout viderit expedire ſaluti animarum. Cæterum in præmiſſis omnibus quæ ad Fratres, vel Sorores, non ex diuinis præceptis, vel ſtatus tenentur eccleſiæ, nullum ipſorum ad mortalem culpam volumus obligari, ſed impoſitam ſibi pænitentiam pro tranſgreſſionis exceſſu prompta humilitate recipiant, & efficaciter ſtudeant adimplere hanc Regulam, viuendiq; formam perfecte obſeruent, memores, quod dicit Dominus in S. Euangelio, *Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.* Gloria Patri, &c. Finis Regulæ Fratrum, & Sororum Tertij Status.

37 Ego Frater Ioannes de Xodar Sacræ Theologiæ profeſſor in Cõcilio Tridentino, & in Curia Romana ſupradicti Ordinis Generalis Procurator, Scriba, & Secretarius Capituli Generalis vltimo celebrati in Monaſterio S. *Mariæ* de Valle diæceſis Aſtoricenſis facio fidem, quod in dicto Capitulo per modernum Miniſtrum Generalem, & Præſidentem, & quatuor Definitores cum conſenſu *Mi*niſtrorum, & Procuratorum, ac totius Congregationis, ſupradicta Regula Tertij Sacri Ordinis de Pænitentia Regularis obſeruantię Seraphici Patris Franciſci fuit in tres ſtatus diſtincta, prout continetur, & ſic pacifice, & quiete obſeruatur. Et quia huic diuiſioni interfui, ideo hic me ſubſcripſi, & meo ſigillo corrobo-

roboraui in teſtimonium veritatis. Ita eſt Frater Ioannes de Xodar.

38 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, ſuppletionis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo, ſeptimo. Quinto nonas Iulij. Pontificatus noſtri, anno tertiodecimo.

FIDES

Supradictæ Bullæ fideliter extractæ ex ſuo originali.

In Dei nomine, Amen. Cunctis vbique pateat, & euidenter ſit notum hoc præſens tranſumpti inſtrumentum viſuris, atq; lecturis, qualiter anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſexto, die vero tertia menſis Octobris eiuſdem anni, indictione quarta, Pontificatus autem Sanctiſſimi Domini noſtri D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius decimo quarto Vliſſipone in mei Notarij, & teſtium infraſcriptorum præſentia comparuit perſonaliter conſtitutus admodum R.P. Frater Emmanuel de Angelis profeſſus Tertij Ordinis de Pænitentia Regularis Obſeruantiæ Seraphici Patris Fraciſci in Prouincia Luſitaniæ Procurator Generalis pro parte, & ad inſtantiam admodum R.P. Miniſtri Prouincialis eiuſdem Ordinis, & literas Sanctiſſimi in Chriſto Patris Pauli III. felicis recordationis tenoris infraſcripti ſanas, integras, omniq; vitio, & ſuſpicione carentes, datas Romæ ſub plumbo, præſentauit. Videlicet Paulus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad fructus vberes.

Et quia pro parte & ad inſtantiam eiuſdem admodum R.P. Miniſtri Prouincialis, Ego Ioannes de Moralis Presbiter Vlixbonenſis publicus Notarius apoſtolicus approbatus, & Secretarius Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ de tranſumptandis prædictis literis de mandato Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Domini Alexandri Caſtratanei prædicti Sanctiſſimi Domini in Portugallia, & Algarbiorum Regnis Collectoris Generalis Apoſtolici fui rogatus, ideo hoc inſtrumentum ex proprio

prio originali extrahere feci, citato Patre Prouinciali de Obſeruantiæ Aduerſario ad Collationandum cum Notario infraſcripto, collationem meiſq; publico, & conſueto ſigno corroboraui rogatus, & requiſitus ✠ loco ſigilli Ioannes de Morales, mecum Notarius Apoſtolico collationatum. Philippus Carpinus.

Præſens copia extracta fuit ex ſuo proprio originali per Reuer. P. F. Cirillum Diuionenſem Procuratorem Generalem Tertij Ordinis S. Franciſci ſtrictioris obſeruantiæ Congregationis Gallicanæ exbibito, & eidem exhibenti reſtituto, & in fidem hic me ſubſcripſi, ſignumq; meum appoſui requiſitus Romæ hac die vndecima Auguſti 1638.

Ita eſt Petrus Carpentarius Apoſtolica auctoritate Notarius in vtroq; Archiuio Romanæ Curiç aſcriptus.

Conſeruatur ſupradicta Bulla Cordubæ, prout expreſſum id habetur cum eadem Bulla in Bullario proprio noſtræ Congregationis Reformatæ in partibus Franciæ fol. 55.

BVLLA CCXXVI.

Paulus III. pro pace conſeruanda inter Fratres Lombardos concedit alternatiuam Generalis, & Commiſſarij, atq; æqualitatem Definitorum Generalium, Prouincialium, & horum Diſcretorum. Generalis autem non poteſt idem eligi denuo, niſi poſt ſexennium à finito officio computandum.

1 Paſtoralis officij cura, meritis licet imparibus, nobis ex alto commiſſa nos excitat, & inducit, vt circa ſtatum fidelium quorumlibet præſertim religioſam vitam ducentium ſalubriter dirigendum operoſis ſtudijs diligenter intendamus, ac illis quæ pro bono pacis, & concordiæ prouida ſunt ordinatione compoſita, vt ſublatis quibuslibet litigiorum fomentis firma perpetuo, & illibata perſiſtant, libenter cum à nobis petitur Apoſtolici muniminis firmitatem adijciamus.

2 Sanè pro parte dilectorum filiorum Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pænitentia nuncupatorum in habitu heremitico regularis obſeruantiæ degentium Congregationis Lombardiæ nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipſi alias pro diſſidio, quod apud eos in eligendis primatibus dicti Ordinis diutius viguerat, tollendo, ac ſalubriori totius Ordinis huiuſmodi ſtatus

directione in eorum generali Capitulo in Eccleſia domus Beatæ Mariæ de Curla dicti Ordinis Bononienſis diæceſis habito, ſimul congregati ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ, ac dilecti filij noſtri Rodulphi Tituli Sanctæ Mariæ Tranſtyberim Presbiteri Cardinalis de Carpo nuncupati ipſius Ordinis Protectoris, & Correctoris beneplacito.

3 Inter alia ſtatuerunt, & ordinauerunt: quod in perpetuum altero triennio in Viſitatorem generalem totius Ordinis vnus ex dominio Venetorum, altero vero triennio alter ex reliquis Italiæ partibus eligeretur, & eo triennio, quo Viſitator generalis de dominio Venetorum huiuſmodi eligeretur Commiſſarius generalis ex reliquis Italiæ partibus eligi deberent, & e contra.

4 Ac ſi aliquis Generalis Viſitator tempore ſui officij moreretur tunc ipſe Commiſſarius Generalis eius vices vſque ad capituli in feſto Dominicæ Reſurrectionis immediate proximæ futuræ celebrationem gereret: in quo quidem capitulo dictus Viſitator generalis ex alia parte ex qua Viſitator mortuus oriundus fuerat, eligeretur in locum defuncti. Sic electus pro reſiduo ipſius triennij per eundem Viſitatorem mortuum incepti duntaxat duraret.

5 Necnon illud idem quod ſtatutum fuerat de Viſitatore generali moriente in officio obſeruaretur, & intelligeretur etiam de Commiſſario generali ſimiliter in officio moriente, vt videlicet tunc exiſtens Viſitator eius vices gereret donec etiam in capitulo in feſto dictæ Dominicę Reſurrectionis proximę immediate futurę celebrando alius commiſſarius ex eadem parte, cuius erat defunctus pro reſiduo dicti triennij ſimiliter duraturus eligeretur.

6 Pręterea quod pro tempore exiſtens Commiſſarius generalis per totum triennium eſſet comes aſſiſtens ipſi Viſitatori generali, de cuius conſilio ipſe Viſitator capitulum congregaret, & expediret, congregationem viſitaret, quemlibet præponendum, & deponendum pręponeret, & deponeret, in delinquentes animaduerteret, ac omnia alia congregationis officia diffiniret, & exequeretur, alias quæcunque per Viſitatorem citra pręfati commiſſarij conſilium, geſta forent (niſi forſan dictus commiſſarius ad hęc vocatus nollet, vel non poſſet) irrita, & nulla eſſent.

7 Deinde quod qui functus fuiſſet officio Viſitatoris generalis non poſſet amplius ad illud idem officium eligi, niſi poſt ſex annos à finito triennio cumputandos.

8

8 Ac demum quod duo Vicarij, & diſcreti Prouinciales, ac Diffinitores ab ambabus partibus æquales numero pro qualibet parte eligerentur de anno in annum duraturi, & ſi quis eorum durante eius officio decederet, tunc exiſtens Viſitator vnum ex Fratribus illius partis, de qua erat decedens reſpectiue in locum dicti defuncti eligeret vſque ad primum capitulum tunc proxime futurum duraturum, & quod quælibet pars ſuos diffinitores eligere poſſet.

9 Poſtremo quod ſi altera pars aliter faceret, vel contraueniret quod actum eſſet, foret irritum, & inane, ac ſemel pro illa vice tantum pars contraueniens voce actiua, & paſſiua circa electionem illius, ſeu illorum officialium circa quem, ſeu quos contraueniſſet, foret priuata, necnon electio huiuſmodi tunc deuolueretur ad alteram partem tantum, prout in publico inſtrumento deſuper confecto dicitur plenius contineri.

10 Quare pro parte dictorum Fratrum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſtatutis, & ordinationibus huiuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

11 Nos igitur, pia opera per quæ religioſi feliciter gubernari, & Altiſſimo famulatum quietius reddere valeant, libenter procuramus eoſdem Fratres, ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pænis, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis (ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt) ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes; necnon dicti inſtrumenti veriorem tenorem præſentibus pro expreſſo habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati.

12 Statuta, & ordinationes prædicta, ac prout illa concernunt omnia, & ſingula in dicto inſtrumento contenta, & inde ſecuta quæcunque licita tamen, & honeſta, ac ſacris canonibus non contraria Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & cõfirmamus, ac illis perpetuæ firmitatis robur adijcimus, omneſq; & ſingulos iuris, & facti defectus (ſi qui forſan interuenerint) in eiſdem ſupplemus: necnon eoſdem Fratres ab illis reſilere non

poſſe,

poſſe, ſed ad illorum, & in eis contentorum obſeruationem teneri, & efficaciter obligatos eſſe, ac ad id per cenſuras, & pænas Eccleſiaſticas compelli poſſe, illaq; valida, & efficacia fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, ſicq; per quoſcunq; iudices quauis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & diffiniendi facultate, & auctoritate iudicari, ac Fratres ipſos prout quiſque ipſorum fuerit oriundus, non autem per voluntatis examinationem pro ſuo arbitrio cenſeri debere, ipſaq; ſtatuta, & ordinationes quoad hoc commutamus, & commutata eſſe, irritum quoque, & inane (ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari) decernimus.

13 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon priuilegijs, ac indultis Apoſtolicis dicto Ordini, illiuſq; ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis conceſſis approbatis, & innouatis. Quibus omnibus illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, ſupplementi, commutationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, pridie idus Aprilis Pontificatus noſtri anno quintodecimo. *Id eſt 12. Aprilis, Ordinis* 329. *Religionis* 150.

Extracta ex Bullario de Sillis fol. 82.

I V-

IVLIVS PAPA III.

IOannes Maria de Monte S. Sabini Epiſcopus Cardinalis Praeneſtinus creatus octauo Februarij, & vigeſimo ſecundo eiuſdem coronatus anno 1550. Vixit annos quinq; menſem vnum, dies ſexdecim. Obijt vigeſimo tertio 1555. Romae, & in latericio monumento iuxta aram S. Andreae ſepultus fuit.

BVLLA CCXXVII.

IVlius III. Minoribus de Obſeruantia, & Tertiarijs vtriuſq; ſexus ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis quaecunq; priuilegia ſimpliciter confirmat.

1 Dum regularis vitae ſtudium, & exemplares, atq; vberes fructus, quos dilecti filij Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiae profeſſores, tamquam vitis abundans, & minuta germina, qui quaſi quadrangularis columna vniuerſalis Eccleſiae ſuſtinere firmamentum in vinea in dies Domini producere dignoſcuntur, paterna meditatione penſamus, inducimur, vt illa eis fauorabiliter concedamus, quae à diuerſis Romanis Pontificibus praedeceſſoribus noſtris prouide conſulere, ac eis conceſſis, ſublatis contrauentionum ſcrupulis, & obſtaculis vniuerſis, tranquille, & pacifice perfruantur.

2 Sane pro parte dilecti filij Miniſtri Generalis dicti Ordinis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet praedicto, & S. Clarae, ac Tertio de Paenitentia nuncupato, ordinibus, illorumq; Fratribus, Monialibus, & Sororibus, ac vtriuſq; ſexus perſonis, & monaſterijs, domibus, & Eccleſijs, & locis, tam per felicis recordationis Leonis X. & Clementis VII. atq; Pauli III. & alios Romanos Pontifices, & Sedem Apoſtolicam, quamplurima, & diuerſa priuilegia, immunitates, exemptiones, etiam ab Ordinariorum locorum, & Legatorum etiam de Latere ac haereticae prauitatis Inquiſitorum iuriſdictione, viſitatione, & correctione, quam ab omni impoſitione collecta, decima, ſubſidio, quarta, & quinta funeralium, & legatorum partibus, datijs, pedagijs, & gabellis, ac alio quocunq; grauamine per ſedem eandem pro tempore impoſitis. Nec non libertates, praerogatiuae, fauores, conſeruatoriae, declaratio-

nes,

nes, facultates, gratiæ, conceſſiones, etiam contra apoſtatas, indulgentię, indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis conceſſa, & approbata fuerunt, prout in diuerſis inde confectis ſcripturis, plenius dicitur contineri.

3 Cum autem ea, quæ ſæpe ſæpius Apoſtolica auctoritate munita exiſtunt, maiorem obtineant roboris firmitatem. Et propterea, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, dictus Miniſter cupiat, priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, gratias, conceſſiones, indulgentias, ac iudultæ huiuſmodi etiam per Nos approbari, & innouari. Quare pro parte eiuſdem Miniſtri Nobis humiliter ſupplicatum fuit, vt eiſdem priuilegijs, immunitatibus, &c. pro eorum obſeruantia viridiore noſtræ approbationis robur adijcere, alijſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui omnium votis, præſertim illis, per quæ ſub ſuaui religionis iugo diuinis laudibus, & chriſtianæ profeſſionis augmentum incumbentium perſonarum tranquilitati, commoditatibus, & honori conſulitur, libenter fauoribus proſequimur, opportune huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones etiam ab Inquiſitoribus pręfatis, libertates, pręrogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, gratias, & conceſſiones, Indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia etiam per modum communicationis, & extenſionis ordinibus prædictis, illorumq; Superioribus, Fratribus, Monialibus, Sororibus, ac vtriuſq; ſexus perſonis; necnon monaſterijs, domibus, Eccleſijs, & locis quibuſcunq; in genere, & in ſpecie tam per præfatos, ac quoslibet alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac ſedem eandem, quam Imperatores, Reges, & alios Principes, ſub quacunq; forma, & expreſſione verborum conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata; necnon cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, & decretis, ſingulas deſuper confectas literas, et inde ſecuta quæcunq; illorum omnium tenores, et formas datas effectus, et decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, quatenus ſunt in vſu viridi anctoritate

Apo-

Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine approbamus, & innouamus, ac perpetuam roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari.

4 Necnon Ordinibus, Superioribus, Fratribus, Monialibus, Sororibus, perſonis, monaſterijs, domibus, Eccleſijs, ac locis præfatis ſuffragari debere decernimus. Supplentes omnes, & ſingulos iuris, ac facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

5 Et nihilominus pro potiori cautela illa omnia, & ſingula quæ per præfatos prædeceſſores, Imperatores, Reges, ac Principes ac ſedem conceſſa, ſtatuta, & ordinata fuerunt de nouo in omnibus, & per omnia, ita quod Ordines, Superiores, Fratres, & Moniales, Sorores, Perſonæ, monaſteria, domus, Eccleſiæ, & loca prædicta illis tam in genere, quam in ſpecie conceſſis vti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant. Et ab ipſis Inquiſitoribus impoſitionibus, grauaminibus, oneribus, decimis, datijs, pedagijs, & gabellis; ac omnibus, & ſingulis alijs ſupradictis libera pænitus, immunia, & exempta exiſtant, auctoritate, & tenore prędictis concedimus, & indulgemus, & ſtatuimus, & ordinamus.

6 Et nihilominus venerabilibus patribus Archiepiſcopo Rothomagenſi, & Albiganenſi, ac Gienenſi Epiſcopis per præſentes committimus, & mandamus, &c. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 28. Iulij, anno 1550. Pontificatus noſtri anno primo. *Ordinis 339. Religionis vero 51.*

Extracta ex Bullario Rodriq. Bulla 2.

Nota quod Paulus V. in ſua 26. incip. Romanus Pontifex, *reuocauit facultates ſuperioribus quorumcunq; Ordinum, & Religioſorum quoquo modo conceſſas cognoſcendi cauſas ſuorum ſubditorum pertinentes ad Officium S. Inquiſitionis, ideo priuilegium, de quo in præſenti Bulla euanuit.*

BVLLA CCXXVIII.

Concedit Oratorium S. Rocchi Terra Caſalisbutani eiuſdem Fratribus.

Iulius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Fratribus, & conuentui Domus S. Saluatoris loci Caſalis Butani T. Ord. Minorum de Obſeruantia Congregationis Lombardiæ Cremon. diæceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

1 Cum à Nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor

ætatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem noſtri officij ad debitum perducatur effectum. Sane pro parte veſtra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim pro parte veſtra Sedi Apoſtolicę expoſito, quod ſocietas, & homines Eccleſiæ S. Rochi loci Caſalis Butani Crem. diæceſis meritorum veſtrorum intuitu eccleſiam, ſeu oratorium eiuſdem Sancti in titulum perpetu beneficij eccleſiaſtici alicui non collatum Vobis, & conuentui veſtro cum olim bonis mobilibus, & immobilibus alijſq; reb. ad ipſis eccleſiam, ſeu oratorium pertinentibus donauerant, & conceſſerant, vos vel eadem ſede per illius literas donationem, & conceſſionem huiuſmodi approbari, & confirmari obtinuiſtis, ac deinde eius eccleſiæ, vel oratorijs poſſeſſionem in huiuſmodi literarum vim adepti fuiſtis, prout in ipſis literis, & alijs ſcripturis deſuper confectis plenius continetur.

2 Quæ omnia, & ſingula, vos, qui vt aſſeritis, in dictæ eccleſiæ, ſeu oratorij poſſeſſione pacifica, & quiete eſtis, de præſenti pro eorum ſubſiſtentia firmiori Apoſtolica à Nobis petiſtis munimine roborari.

Nos itaq; veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati præmiſſa omnia, & ſingula ſicut rite, & prouide facta ſunt, rata & grata habentes illa vobis, & per vos eidem veſtro conuentui auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

3 Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicę 1551. Decimo nono Cal. Septembris, Pontificatus noſtri, anno ſecundo. *Id eſt 14. Auguſti, Ordinis 331. Religionis vero 152.*

Extracta ex Archiuio eiuſdem conuentus Caſalisbutani.

Nota quod literę Apoſtolica, per quas obtentum fuit illud Oratorium, ſunt Clementis VII. quarum executionem exarauit Prępoſitus S. Georgij, & Paganus de Frizonibus Canonicus Cremonenſis ſub datum Bononiæ octauo idus Februarij Pontificatus Clementis prędicti anno decimo, Chriſti 1533.

P A V-

PAVLVS PAPA IV.

Petrus Caraffa Neapolitanus Archiepiſcopus Theatinus, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, Collegij Decanus creatus vigeſimo tertio, & coronatus vigeſimo ſexto Maij 1555. Vixit annos quatuor, menſes duos, dies vigintiſeptem. Obijt decimo octauo Augusti 1559. ſepultus primo in Baſilica Vaticana, deinde à Pio V. translatus fuit, & tumulatus in Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam.

BVLLA CCXXIX.

Paulus IV. confirmat ex certa ſcientia priuilegia alias conceſſa Mendicantibus, & non Mendicantibus Fratribus de Obſeruantia, Clariſſis, & Tertiarijs vtriuſq; ſexus, multis expreſſis in ſpecie priuilegijs.

1 Ex clementi Sedis Apoſt. prouiſione, necnon perſonarum Deo deuotarum profectu ſub regulari caſtimonia Domino militantium, pia deuotione prouenire dignoſcitur, vt Romanus Pontifex quandoque per prędeceſſores ſuos Rom. Pontifices, pro Religionis conſeruatione, & augmento, ac perſonarum earumdem quiete, & commodo, conceſſa approbet, & innouet, ac approbata, & innouata Apoſt. auctorit. communiat, vt eo firmiora perſiſtant, quo ſæpius fuerint eiuſdem Sedis auctoritate circumfulta. Sanè pro parte dilecti filij Clementis de Monella, Miniſtri Generalis Ord. Frat. Min. regularis obſeruantię nobis nuper exhibita petitio cōtinebat, quod cum inter operarios, qui ad excolendam vineam Domini Sabaoth, Dei gratia, Ordo ipſe magnos probitatis, & doctrinę, ac animarum ſalutis fructus ſemper olim attulerit, & quotidie afferre conetur, ac exinde pro ſuis ſanctis ſtudijs, honeſtiſq; laboribus, proq; ſalute animarum, ab Apoſtolica Sede, cuius continuè pacem, & dignitatem ordo idem fortiter tutatus eſt, tam ſpiritualia, quam temporalia ſubſidia, incrementaq; acceperit, & accipiat, quibus, & ſancta ſua officia, ac vitam ſuam regularem, facilius, atque expeditius exequi, & tranſigere poſſint, & cetere Religioſę perſonę, ordineſque alij exemplo ipſorum, promptiores, alacrioreſq; ad ſua officia perſoluenda reddantur. Cumq; etiam ex ipſius Sedis prouiſione, ac benigna dignitate prouenire dignoſcatur, ac Romanus Pont. quandoque prędeceſſorum ſuorum

Romanorum Pontif. geſta innouet, ac innouationem, & reuocationem reſtauret, & Apoſt. auctoritate innouata, & reſtaurata muniat, & fulciat, ac in priſtinum ſtatum reponat, & reuocet.

2 Et propterea nonnulli Ro. Pont. prędeceſſores noſtri nonnullas gratias, conceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones, & abſolutiones etiam plenarias, libertates, prętogatiuas fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, ac omnia, & ſingula priuilegia, & indulta, tam ſpiritualia, quam temporalia, etiam per ſolam ſignaturam, aut per oracula viuę vocis, vel alias etiam contra apoſtatas tam pro foro conſcientię, quam foro fori, tam prędictis Fratrum Minorum, quam S. Claręe, ac tertio de pęnitentia nuncupato ordinibus, illorumq. ſuperioribus, Fratribus, Monialibus, & Sororibus, ac vtriuſque ſexus perſonis, & monaſterijs, domibus, Eccleſijs quibuſcumque dictorum ordinum nunc, & pro tempore exiſtẽtibus, in genere, vel in ſpecie, etiam per modum communicationis, ſiue exteaſionis priuilegiorum inter ſe, ac etiam cum alijs quibuſcumque ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus.

3 Et fel. rec. Gregorius IX. Bonif. VIII. Alex. Quartus, Nicolaus V. Eugenius etiam Quartus, Leo Decimus, Clemens VII. Paulus ſimiliter Tertius, ac Iulius etiam Tertius, ac alij Ro. Pont. prędeceſſores noſtri, & Sedes Apoſtolica, tam ſuper exemptionibus, etiam ab ordinariorum locorum, & Legatorum, etiam de latere, ac hęreticę prauitatis Inquiſitorum iuriſdictione, viſitatione, & correctione, quam etiam ab omni impoſitione, collecta, decima, ſubſidio, quarta, et quinta funeralium, & legatorum partibus, pedagijs, & gabellis, ac alio quocumq; grauamine per Sedem eamdem pro tempore impoſitis conceſſerint, ac pię mem.

4 Martinus quartus etiam prędeceſſor noſter, qui cõſiderans, quod Fratres Ord. Min. regularis obſeruantię huiuſmodi, pro nulla re temporali, iuxta eorumdem profeſſionem, et regularia inſtituta, poſſunt in iudicio experiri, vt excluſis quibuſcumque ſolicitudinibus, liberius, et quietius diuinis poſſent vacare obſequijs, et offerentium, donantium, et concedentium, aut in vltima voluntate relinquentium ord. Fratrum Min. vel illius Fratrib. prędictis aliquid propter Deum, pia intentio non fraudaretur, ac hęredum, et executorum negligentijs obuiari poſſet, ac vt ipſi Fratres ſecundum

dum modos licitos, et congruos, ipſi ordini relictis ſibi in Teſtamentis non fraudarentur; inter alia diſpoſuit, quod Generalis, & Prouinciales Miniſtri, ac cuſtodes vniuerſi pro tempore ipſius ordi. Fratrum Min. poſſent nominare ſpeciales perſonas, quæ non eſſent de dicto ordine, pro locorum indigentia ſingulorum, quas perſonas taliter, per ipſos nominatas pro tempore in ijs legitimã adminiſtrationem, & generalem, & liberam gerere, & ipſos veros, & legitimos adminiſtratores, æconomos, ſyndicos, & actores eſſe, & de plenitudine poteſtatis conſtituendo, auctoritate Apoſtolica decreuit, qui res ipſas, & rerum prædictarum pretium, & prædictas eleemoſynas nomine Romanæ Eccleſiæ, (ad quam rerum mobilium, & immobilium quib. Fratres vti poſſunt, proprietas, & dominium, nullo medio, ſpectat) reciperent, per eoſdem in Fratrum ipſorum vtilitates, prout eis licet ex Regula, vel declaratione Regulæ conuertendas, ſicut, & quando à Generali, & Prouincialibus Miniſtris, & cuſtodibus prædictis, & eorum ſingulis conſtituti pro tempore in prouincia, vel cuſtodia ſibi decreta, vel ab eiſdem Fratrib. de aſſenſu eorum extitiſſent requiſiti, ac eædem perſonæ petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta, tranſigendi quoque & paciſendi, conueniendi, compromittendi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia vitanda, & veritate dicenda, iurandi, & cuiuslibet alterius generis iuramentum præſtandi, cum illis, & contra illos, qui huiuſmodi res mobiles, & immobiles, aut pretium earum, vel relictas eleemoſynas Fratribus in teſtamentis occuparent, vel violenter auferrent, ſiue contra voluntatem Fratrum quomodolibet obtinerent. Et generaliter in omnibus cauſis, rebus, & locis huiuſmodi ad ipſam Eccl. ſpectantib. ipſorum Fratrũ vſui conceſſis.

5 Necnon pro immunitatib. libertatib. & iuribus, ac priuilegijs, & indulgentijs eorumdem ſine cuiuslibet ſatisfactionis, & cautionis onere plenam, generalem, & liberam haberent Apoſtolica auctoritate præfata in iudicio, & extra iudicium poteſtatem, reuocandi quoque perſonas eaſdem, & earum quamlibet, ac alias eis ſubrogandi, & vel nominandi per ſupradictum modum nominationis, quoties opportunum foret, quæ eamdem in prædictis, vel ſimilem haberent poteſtatem plenam, & liberam, per ſuas, ſub da-

tum

tum apud Vrbem Veterem, quintodecimo Kal. Febr. Port. ſui anno ſecundo auctoritate Apoſt. prçfata etiam conceſſit facultatem. Et licet recolendæ mem.

Ioan. Papa XXII. ſimiliter prædeceſſor noſter conſtitutione, quæ incipit: Ad conditorem, per quam Miniſtris, & cuſtodibus, & Fratribus prædictis, ne litteris, & conceſſione Martini prædeceſſoris huiuſmodi ſine Apoſtolicæ Sedis præfatæ licentia vterentur, inter cetera prohibuerit, nihilominus prohibitione huiuſmodi non obſtante, ſanctæ mem. Martinus V. ſimiliter prædeceſſor noſter, voluit, & eadem auctoritate Apoſtolica conceſſit Miniſtris, & cuſtodibus, & Fratribus prædictis, quod ipſi, & eorum ſinguli litteris Martini Quarti prædeceſſoris, ac omnibus in eis contentis huiuſmodi liberè, & licitè vti valerent, tamdiù, & quouſque per Sedem prædictam aliud in præmiſſis eidem ordini vti ius foret ordinatum, ac etiam fel. rec.

6 Eugenius etiam Papa Quartus pariter prædeceſſor noſter ius huiuſmodi eidem ord. per alias ſuas literas tenore litterarum Martini IV. prædeceſſoris huiuſmodi in eis præinſerto, vt dicitur, conceſſit, conſeruari.

7 Necnon etiam piæ mem. Nicolaus V. & Sixt. Quartus etiam prædeceſſores noſtri, ſuper confeſſionibus audiendis omnium perſonarum extranearum, & forenſium quarumcumque diæceſium per Fratres Minores ordinis, & obſeruantiæ regularis huiuſmodi ad hoc à ſuis ſuperioribus, vt moris eſt, deputatos, necnon pro abſolutionis beneficio illis impendendo, ac Sacratiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento eis taliter confeſſis, omni tempore, præterquam in die Reſurrectionis Dominicæ, licitè adminiſtrando, per diuerſas eorum litteras, eadem auctoritate Apoſtolica facultatem conceſſerunt, ac idem Eugenius, & diuerſi alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, facultatem abſoluendi huiuſmodi ſub certis modis, & forma, ac etiam in diuerſis conuentib. ord. huiuſmodi tunc expreſſis (etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur) ampliarunt, & extenderunt prout in ſingulis conceſſionibus, & litteris eorumdem prædeceſſorum plenius dicitur contineri.

8 Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat ea, quę ſæpius Apoſtolica auctoritate præfata munita exiſtunt maiore obtineant roboris firmitatem, dictuſque Clemens Miniſter, cupiat priuilegia

Digitized by Google

legia, facultates, conceſſiones, indulta, diſpenſationes, et ſingulas alias gratias huiuſmodi, etiam per nos approbari, innouari, et confirmari: pro parte eiuſdem Clementis Miniſtri, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eiuſdem priuilegijs, immunitatib. exemptionibus, libertatibus, conſeruatorijs, declarationibus, facultatib. diſpenſationibus, gratijs, conceſſionib. indulgentijs, & indultis pro illorum obſeruantia validiore noſtræ approbationis robur adijcere, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſt. dignaremur.

9 Nos igitur, qui omnium votis præſertim illis, quib. ſub ſuaui Religionis iugo diuinis laudib. & Chriſtianæ profeſſionis augmento incumbentium perſonarum, tranquillitati, commoditatibus, & honori conſulitur, libenter annuimus, eaq; fauorib. proſequimur opportunis, huiuſmodi ſupplicationib. inclinati præmiſſa, ac omnia, & ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, etiam ab Inquiſitorib. præfatis, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatoria, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum alijs ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, eiuſdem Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ, ac Sanctæ Claræ, & de pænitentia, tertio ordinib. etiam in congregatione ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & eorumdem ſuperiorum ordinis Min. regul. Obſeruantiæ huiuſmodi obedientia degentibus, ipſorumq; ſuperiorum Fratrib. Monialibus, Sororibus, ac vtriuſq; ſexus, etiam ſingularib. perſonis, necnon Monaſterijs, Domibus, Eccleſijs, & locis, & quibuſcumq; in genere, & in ſpecie, etiam per ſolam Signaturam, aut viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alias, tam per præfatos, ac quoſcumque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem prædictam, quam Imperatores, Reges, & alios Principes ſub quacumque forma, & expreſſione verborum conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata. Necnon cum omnib. & ſingulis in eis contentis Clauſulis, decretis, & declarationib ſingulas deſuper confectas litteras, & in eis contenta (etiam prout largius in aliquibus earum eis conceſſum eſt) interpretando, & inde ſecuta quæcumque illorum omnium tenores, & formas, datas, effectus, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad

ver-

verbum inſerentur præſentib. pro ſufficienter expreſſis habentes, dicta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, & innouamus, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari.

10 Necnon ordinib. Fratrum Minorum regularis Obſeruantiæ, & Sanctæ Claræ, ac tertio de pænitentia nuncupato, etiam in congregatione ſub obedientia Fratrum Minorum Obſeruantiæ huiuſmodi degentib. ſuperiorib. Fratrib. Minoribus, etiam Tertiarijs nuncupati Sororibus, Perſonis, Monaſterijs, Domibus, Eccleſijs, & locis præfatis, etiam per modum communicationis, & extenſionis huiuſmodi, ſuffragari, illiſq; frui, vti, & gaudere quando & quoties opus fuerit, poſſe, & debere, in iudicio, et extra, ac etiam in foro conſcientiæ, in omnib. et per omnia, perinde, ac ſi ſpecialiter, et expreſſe eiſdem Fratrum Minorum, ac Sanctæ Claræ, et Tertio de pænitentia nuncupato ordinibus conceſſa fuiſſent, decernimus. Supplentes omnes, et ſingulos iuris, et facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, et nihilominus pro potiori cautela, et ampliori dono gratiæ illa omnia, et ſingula, quæ per præfatos prædeceſſores noſtros, ac Imperatores, Reges, et Principes, ac nos, et Sedem eamdem, conceſſa, ſtatuta, et ordinata fuerunt, etiam iuxta ampliorem, et fauorabiliorem illorum indulgentiam, et interpretationem, et præſertim, vt excluſis quibuſcumque ſollicitudinib. libentius, et quietius diuinis poſſint vacare obſequijs Fratres Minorum Reg. Obſer. huiuſmodi, et animarum ſaluti per amplius proficere, et offerentium, donantium, et concedentium, aut in vltima voluntate relinquentium ordini prædicto, vel Fratribus Ordinis Min. huiuſmodi aliquid propter Deum pia intentio non fraudetur, ac hæredum, et executorum negligentiis obuietur, ac vt ipſi Fratres ſecundum modos licitos, et congruos ipſi ord. relictis ſibi in teſtamentis mobilib. et immobilib. bonis, et aliis etiam pecuniariis ſibi quomodolibet oblatis, conceſſis, legatis, et donatis pro tempore, et pro Miſſis, et aliis diuinis officiis eleemoſynis, et aliis reb. non fraudentur.

11 Et quod Generalis de per ſe, in toto ordine, et ſinguli Prouinciales, Miniſtri, ac cuſtodes vniuerſi pro tempore exiſtentes ipſius ord. Fratrum Minorum in ſuis Prouinciis, et cuſtodiis reſpectiuè,

et

et ad hoc ab eis reſpectiue deputati Fratres pro tempore, poſſint notare ſpeciales perſonas quę non ſint de dicto ord. Minorum, pro locorũ indigentia ſingulorũ, quando, et quoties opus fuerit in ſingulis eorum Conuentib. quas perſonas taliter nominatas pro tempore, in iis adminiſtrationem legitimam, et generalem, ac liberam gerere, et ipſos veros, et legitimos adminiſtratores, Oeconomos, et Syndicos, et actores eſſe de poteſtatis plenitudine conſtituendo, eadem auctoritate etiam decernimus, qui res ipſas, et rerum ipſarum pretium, et prędictas eleemoſynas nomine Romanæ Eccleſię (ad quam rerum omnium mobilium, et immobilium, quibus Fratres vti poſſunt, ius, proprietas, et dominium nullo medio ſpectat) recipiant, & recipere poſſint, & debeant per eoſdem in Fratrum ipſorum vtilitates, etiam pro victu, & veſtitu eorum, ac reparatione Conuentuum & aliarum rerum, locorum, Conuentuum, & Fratrum huiuſmodi neceſſitatibus pro tempore conuertenda, ſicut & quando à dictis Generali, in toto ordine, & Prouincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus prædictis, & eorum ſingulis, pro tempore in prouincia, vel cuſtodia ſibi decreta, vel ab eiſdem Fratribus de aſſenſu eorum extiterint requiſiti, ac vt eædem perſonæ petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta, tranſigendi quoque, paciſcendi, cõueniendi, compromittendi, commutandi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendẽdi, ac in animas eorum de calumnia, & veritate dicenda, iurandi, & cuiuslibet alterius iuramentum præſtandi, cum illis, et contra illos, qui huiuſmodi res mobiles, & immobiles, aut pretium earũ, vel relictas eleemoſynas Fratrib. in Teſtamentis, aut alias eis donatas, & conceſſas occuparent, vel violenter auferrent, ſiue contra voluntatem Fratrum quomodolibet retinerent, & generaliter in omnibus cauſis pro rebus, & locis huiuſmodi ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus, ipſorum Fratrum vſui conceſſis, necnon pro immunitatibus, & libertatibus, iuribus, & priuilegiis, ac indulgentiis eorumdem ſine cuiuslibet ſatisfactionis, & cautionis onere, plenam, generalem, & liberam habeant auctoritatem præfata auctoritate Apoſtolica, in iudicio, & extra illud, poteſtatem concedimus, reuocandi quoque perſonas eaſdem, & earum quamlibet, ac alias ſubrogandi, vel nominandi, per ſupradictum modum nominationis, quouis opportunum fuerit, quæ eandem in prędictis, vel ſimilem

lem habeant poteſtatem, plenam, & liberam, etiam Generali, ac Prouincialibus Miniſtris, ac Cuſtodib. huiuſmodi, & eorum ſingulis, vt præfertur, eadem auctoritate facultatem etiam concedimus.

13 Nec propter præmiſſa Fratres Minores huiuſmodi contra Regulam Sancti Franciſci quam profeſſi ſunt, & profitentur in futurum, ſiue contra ſtatuta Regularia ſui ordinis huiuſmodi in aliquo facere, nec feciſſe, immo cum illis obſeruatione quo ad hoc, & pura, & ſana conſcientia ſine alicuius conſcientiæ ſcrupulo vixiſſe, eatenus, & in poſterum viuere.

Et ſic per quoſcumque iudices, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

13 Et inſuper vt pro tempore deputatos Confeſſores, Fratres ordines Minorum Obſeruantiæ huiuſmodi omnium quarumcumque diæceſium vtriuſque ſexus Chriſti fidelium ad eos pro tempore recurrentium confeſſiones audire, eoſq; etiam in caſibus, & cenſuris, quibus eis per priuilegia Sedis Apoſtolicæ, etiam per modum communicationis, & extenſionis quorumcumque ordinum, etiam Minimorum hactenus conceſſum eſt, poſſe abſoluere, et ſinguli Ordines, etiam Minimorũ (quorum priuilegia eidem Ord. Minorum ſunt communicata, et extenſa) abſoluere conſueuerunt, abſoluendi, ac pęnitentiam ſalutarem iniungendi, et omni tempore, pręterquam in die Reſurrectionis Dominicæ Sacramentum Euchariſtię, tam illis, quam aliis quibuſuis perſonis licite miniſtrandi, Apoſtolica auctoritate prædicta indulgemus, ac de nouo concedimus in omnibus, et per omnia, ita vt ordines ſuperiores, Fratres, Moniales, Sorores, Perſonæ, Monaſteria, Domus, Eccleſiæ, et loca prædicta, illis tam in genere, quam in ſpecie conceſſis, vt pręfertur, vti, potiri, et gaudere poſſint, et debeant.

14 Ac ab ipſis Inquiſitorib. impoſitionibus, grauaminibus, oneribus, decimis, quarta, et quinta etiam funeralium, et aliorum quorumcumque eis legatorum, et oblatorum, ac conceſſorum pro tempore, necnõ Pedagiis, et Gabellis, ac omnibus et ſingulis aliis ſupradictis libera penitus, immunia, et exempta auctoritate Apoſtolica,

cta, et tenore prædictis, etiam concedimus, et indulgemus, ac ſtatuimus, et ordinamus.

15 Et nihilominus venerabilib. Fratribus Archiepiſcopo Rothomagenſi, et Epiſcopo Conchenſi, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſt. Auditori, per præſentes committimus, et mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios faciant auctoritate noſtra præſentes litteras, et in eis contenta quæcumque plenum affectum ſortiri, illiſq; omnes, quos concernunt, pacifice frui, et gaudere, non permittentes quemquam deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari. Cõtradictores quoſlibet, et rebelles etiam per quaſcumque (de quibus eis videbitur) cenſuras, et pęnas Eccleſiaſticas, ac alia opportuna iuris remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, etiam iteratis vicibus, aggrauando, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſecularis.

16 Non obſtantib. pręmiſſis, ac conſtitutionib. ſuper cathedram Bonifacii, et dudum Viennenſis Concilii, ac Clementinæ Religioſi, de priuilegiis, et dudum de ſepulturis, ac etiam ex frequentibus, de ſententia excommunicationis, ac extrauagante, Ad Conditorem Ioan. XXII. cum aliis Conſtitutionib. eamdem materiam prędictæ extrauagantis tangentibus, ſeu concernentibus, ac Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, iam editis, et in futurum edendis, ac pię memoriæ Bonifacii Papæ Octaui, etiam prædeceſſoris noſtri, de vna, et in Concilio Generali de duab. dietis (dummodo vltra tres diætas aliquis vigore præſentium ad iudicium non trahatur) et aliis Apoſtolicis, ac Prouincialibus, Capitularib. Generalibus, et Specialib. conſtitutionib. et ordinationib. etiam in vltimo Generali Concilio Lateranenſis celebrato, et aliis Conciliis editis, necnon ſtatutis, et conſuetudinib. etiam iuramento, confirmatione Apoſt. vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque indultis, et litteris Apoſt. etiam in forma Breuis per Leonem X. Clementem Septimum, Paulum Tertium, Iul. etiam Tertium, pręfatos, ac quoſcumque alios Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ad Sedem eamdem, etiam motu proprio, ac ſcientia, et poteſtatis plenitudine ſimilib. ac cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, etiam priuilegiorum eorumdem reuocatiuis, reſtrictiuis,

prȩſeruatiuis,exceptiuis, reſtitutiuis,declaratiuis, mentis atteſtatiuis,ac derogatoriarum derogatorijs, alijſq;efficacioribus,efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis quomodolibet etiam pluries conceſſis,confirmatis,& innouatis,quibuſuis perſonis,& ordinib.in contrarium forſan conceſſis,confirmatis,& innouatis. Quibus omnib. etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica,expreſſa,&indiuidua,ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,vt in eis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo,& forma derogari poſſit; tenores huiuſmodi, ac ſi de verbum ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentib.pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Aut ſi aliquib. communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum,quod interdici,ſuſpendi, vel excommunicari non poſſim per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam,& expreſſam de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Verum, quia difficile foret,prȩſentes literas ad ſingula quæque loca,in quib.forte opus eſſet,deferri, Volumus, & pariter Apoſtolica auctoritate decernimus, quod illarum tranſumptis manu̧ Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Curiæ Eccleſiaſticȩ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quȩ adhiberetur, ſi forent exhibitȩ, vel oſtenſȩ.Datum Romȩ apud Sanctum Marcum, ſub annulo piſcat. die prima Iulij,1555.Pontificatus noſtri anno primo.*Ordinis* 335. *Religionis* 156.

Extracta ex Bullarijs Rodriq. & Confectij Bulla 1.

PIVS

PIVS PAPA IV.

IOannes Angelus Mediceus Mediolanenſis ex Bernardino patre natus Cardinalis S. Priſcę creatus Romæ vigeſimo ſexto Decembris, coronatus ſexto die Epiphaniç Ianuarij 1562 ſedit annos quinque, menſes duos, dies quindecim. Obijt nono Decembris 1565. in Baſilica S. Petri ſepultus.

BVLLA CCXXX.

PIus IV. confirmat priuilegia pro Fratribus de Obſeruantia, Clariſſis, & de Tertio Ordine. Et quia eiſdem verbis vtitur, quibus Bulla precedens Pauli IV. compoſita eſt, omittam illam incip. Ex Clementi Sedis, &c. *ſubijciendo aliqua, quę deſunt in Bulla eiuſdem Pauli IV. quę ſunt ſequentia.*

1 Ex Clementi ſedis Apoſtolicæ prouiſione, necnon perſonarum Deo deuotarum, &c.

2 Et præſertim vt pro tempore à ſuis ſuperioribus, vt moris eſt deputatos confeſſores Fratres Ordinis Minorum Obſeruantiæ huiuſmodi omnium quarumcumq; Prouinciarum, Ciuitatum, & diœceſim per totum orbem omnium vtriuſq; ſexus fidelium pro tempore confeſſiones etiam infirmorum vbilibet etiam extra domos, & habitacula eorumdem Fratrum, ac etiam ad eos pro tempore recurrentium audire, eoſq; etiam in caſibus, & cenſuris quibus eis per priuilegia Sedis Apoſtolicæ prædictæ etiam per modum communicationis, & extenſionis quorumcumq; Ordinum etiam Minimorum hactenus conceſſum eſt, poſſe abſoluere. Et ſinguli Ordines etiam Minimorum, quorum priuilegia eidem Ordini Minorum ſunt communicata, & extenſa abſoluere conſueuerunt, abſoluendi, ac pænitentiam ſalutarem iniungendi.

3 Et omni tempore, præterquam in die Reſurrectionis Dominicæ duntaxat, iuxta antedictam Leonis prædeceſſoris huiuſmodi declarationem Sacramentorum Euchariſtiæ, tam illis, quam alijs quibuſcumq; perſonis licite miniſtrandi indulgemus, ac de nouo concedimus in omnibus, & per omnia.

4 Ita quod Ordines, Superiores, Fratres, Moniales, Sorores, perſonæ; monaſteria, domus, Eccleſiæ, & loca prædicta illis, tam in genere, quam in ſpecie conceſſis, vt præfertur, vti potiri, & gaudere poſſint, & debeant.

5

5 Ac ab ipſis Inquiſitoribus, impoſitionibus, grauaminibus, &c.
6 Et nihilominus venerabili Fratri Archiepiſcopo Rothomagenſi, & dilectis filijs Præceptori monaſterij, & per Præceptorem gubernari ſoliti B. Mariæ de Mercede Ordinis Redemptionis Captiuorum Compluten. Toleſan. diæceſis, ac Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub anulo Piſcatoris die 27. Aprilis 1561. Pontificatus noſtri anno ſecundo. *Ordinis 341. Religionis autem 162.*

Extracta ex Bullario Rodriq. Bulla 2.

BVLLA CCXXXI.

Pius IV. Eccleſię Parochialis Sanctorum Cornelij, & Cypriani Triuoltij donationem factam per eius Archipresbiterum Antonium Scaruffam F. Arcangelo Buccio cum nonnullis pactis approbat, narrando quod Iulius II. & Clemens VII. conceſſit indultum, quod Tertiarijs communicatum fuit capiendi Eccleſias Parochiales ſibi oblatas.

1 Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio Fratri Arcangelo Buccio Reg. Tertij Ordinis S. Franciſci, ſeu de Pænitentia Regularis Obſeruantiæ Congreg. Lombardiæ in habitu heremitico degenti profeſſori ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

2 Cum à Nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum reducatur effectum. Sane pro parte tua fuit poſtpoſitum coram Nobis, licet dudum, ſeu nuper dilectus filius Antonius Scaruffius Archipresbiter Parochialis Eccleſiæ Sanctorum Cornelij, & Cypriani loci Triuoltij Papienſis diæceſis.

3 Poſtquam tu, & nonnulli Fratres dicti Ordinis, cui & illius Fratribus felicis recordationis Iulius II. & Clemens VII. prædeceſſores noſtri, vt priuilegijs, & indultis, quæ cæteri Fratres Mendicantes à Sede Apoſtolica obtinuerant, gaudere, & frui poſſint, & valeant, conceſſerunt, & inter alia illud potiſſimum, quo Fratres Heremitani S. Auguſtini vtuntur, vt quæcumq; loca, domos, & Eccleſias Parochiales ipſis oblatas capere, & ad vſum eorum retinere poſſint, & valeant, abſq; alia dictę Sedis Apoſtolicæ conceſſione, indultum extitit.

4

4 In vim priuilegiorum huiuſmodi, in dicta Eccleſia, & illius Domib. per triennium, & vltra non ſine magna parochianorum ſatiſfactione, & cultus diuini augmento, ac Verbi Dei prædicatione ex ſua promiſſione habitaueratis, & inibi reædificare ceperatis de tuę, & Fratrum huiuſmodi vitæ, ac morem honeſtate certioratus, & informatus, conſiderans nullum alium locum, in quo in dicto loco Triuoltij melius habitare poſſetis commodiorem dictæ Eccleſiæ, & illius Domibus exiſtere, & vt in dicta Eccleſia cultus diuinus ſuam in hac parte conſcientiam exonerando in dies magis magiſq; augeretur omni cura, & ſtudio prouidere deſideramus maturo conſilio, maturaq; deliberatione præhabitis, & ex ipſius certa ſcientia, cum præſentia tamen, auctoritate, & decreto ordinarij loci, ſeu eius Vicarij, & ſub veſtro, & Sedis prædictæ beneplacito, eandem Eccleſiam Sanctorum Cornelij, & Cypriani cum omnibus, & ſingulis eius Domibus, ædificij, melioramentis, horto, campanili, & cimiterio, alijſq; omnibus in Eccleſia præfata pro tempore exiſtens. Vicecuratus vti, frui, & gaudere potuiſti, & conſueuiſti in dicto loco Triuoltij ſub ſuis cohærentij ſitis, necnon cum paramentis dictæ Eccleſiæ, vel ornamentis, quæ de præſenti reperiebantur, ac omnibus, & ſingulis honorib. onerib. & incumbentijs, & alijs quibuſcumq; ad dictam Eccleſiam pertinentibus, & ſpectantibus dicto Vicecurato incumbentibus Tibi nomine, & vice Congregationis ſupradictæ Syndico, & Procuratori per ipſius Ordinis Generalis, & Miniſtri Prouincialis literas ſpecialiter electo tunc præſenti, & recipienti pro te, tuiſq; in dicta Congregatione ſucceſſoribus.

5 Reſeruatis tamen etiam per pactum expreſſum iurib. Epiſcopalibus ſibiq; ſuiſq; in dicto Archipresbiteratu ſucceſſoribus omnibus, & ſingulis bonis, iuribus, & proprietatibus dicti Archipresbiteratus, ac cenſibus eidem Archipresbiteratui debitis, ſeu quomodolibet in poſterum debendis, necnon fructib. redditibus, & prouentibus, ac emolumentis ad eundem quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus.

6 Et tam tunc, quam in futurum conceſſionum, alienationum, & deuolutionum quorumcumq; bonorum, & emolumentorum proprietatum dicti Archipresbiteratus, & inueſtiturarum de ijs, quæ ad ipſius Archipresbiteratus vſum, & vtilitatem ſpectant, & perti-

nent,

nent, alijſq; rebus in inſtrumento deſuper confecto latius expreſſis,& ſpecificatis,dedit, & conceſſit. Ita & taliter,quod Tu,& Fratres tecum moraturi, & ſucceſſores tui in, & ex ipſa Congregatione pro tempore exiſtens in redditib. & prouentibus huiuſmodi, ac iuribus,& emolumentis quorumcumq; bonorum aliorum dicti Archipresbiterarus non conceſſis vt ſupra nullo vmquam tempore,quauis ratione, vel cauſa, aut occaſione, directe vel indirecte, te,& ſeſe intromittere,aut immiſcere,ac per ipſum Scaruffum,vel eius in dicto Archipresbiteratu ſucceſſores ex dicta Eccleſia, alijſq; vt ſupra datis,& conceſſis expelli, eijci, aut alias quoquomodo deſuper directe, vel indirecte, quouis quæſito colore, vel ingenio, & ſub prætextu alicuius læſionis, & in integrum reſtitutionis cum quibuſcumq; derogationibus, & clauſulis impediri, moleſtari, & inquietari, non poſſitis, nec valeatis, ſed Eccleſiam prædictam,& illius Domos proprijs veſtris ſumptibus, & expenſis reparare,& in decenti, & habitabili ſtatu manutenere.

7 Et in recognitionem ſingulis annis præfato Archipresbitero, & eius ſucceſſoribus in feſto Sanctorum Cornelij,& Cypriani mediam libram ceræ laboratæ ſoluere debeatis.

8 Necnon omnes elemoſinæ, celebrationes, ac omnia legata, quæ fieri contingerent in dicta Eccleſia Tibi, & Fratribus prædictis tecum degentibus, tuiſq; in dicta Congregatione ſucceſſoribus, vt ſupra, intuitu, & contemplatione dictę Eccleſię, & bonorum conceſſorum, vt ſupra, quauis occaſione, vel cauſa ſint, & eſſe debeant, ac remaneant, & remanere habeant Tibi, tuiſq; ſucceſſoribus.

9 Tuq;prout promiſiſti libras octaginta ſeptem imperialium Vicecurato in pręfata Eccleſia pro omnibus, & ſingulis per eum ibi factis melioramentis exburſares, & à Capitulo Generali tuo ratificationem,& confirmationem dicti contractus impetrare tenereris, quam vt publico inſtrumento conſtat, impetraſti, & obtinuiſti,ac alias, & alia capitula,pacta,conuentiones,proteſtationes,& promiſſiones hinc inde cum dictis loci ordinarij pręſentia, auctoritate, & decreto, ac ſub beneplacito pręfato, vt pręfeciſtis, prout in eodem inſtrumento,ac capitulis,& pactis.in eo contentis latius continetur. Quę omnia,& ſingula pro illorum ſubſiſtentia firmiori quo ſupra nomine Apoſtolico à Nobis petiſtis munimine roborari.

Digitized by Google

10 Nos itaque tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, dationem, & conceſſionem de Eccleſia pręfata, vt pręmittitur factas, & alia pręmiſſa, ac omnia, & ſingula in dicto inſtrumento contenta; & inde ſecuta quęcunq; licita tamen, & honeſta, ſicuti rite, & prouide facta fuerunt, & in illorum pacifica, & quieta poſſeſſione, Tu, alijq; Fratres tecum morantes hactenus fuiſtis, & eſtis de pręſenti, rata, et grata habentes; ea enim tibi, et Fratribus tuis tecum morantibus, tuiſq; in, et ex dicta Congregatione ſucceſſoribus, Apoſtolica auctoritate confirmamus, et approbamus, ac pręſentis ſcripti patrocinio communimus.

11 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis, approbationis, et communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicę 1561. anno ſecundo idibus Septembris. *Ideſt die decima tertia dicti menſis. Ordinis 341. Religionis vero 162.*

Extracta ex Archiuio eiuſdem Conuentus Triuolsij.

BVLLA CCXXXII.

Pius IV. reuocat omnia priuilegia confeſſionalia, mare maremagnũ taliaſq; gratias Regularium Ordinibus, Locis, Eccleſijs, ac Hoſpitalibus conceſſas, in ijs tantum, in quib. Decretis Concilij Tridentini aduerſantur.

1 In principis Apoſtolorum ſede, meritis licet imparibus, diuina diſpoſitione conſtituti, nihil neque vniuerſali Eccleſię curę, et ſollicitudini noſtrę commiſſę, ſalubrius, neque iniuncto nobis Apoſtolicę ſeruitutis officio, decentius pręſtare poſſumus, quam quod prouidentia noſtra Oecumenicum Concilium Tridentinum, ſicut noſtris potiſſimum auſpicijs, ſummaq; Sanctorum Patrum concordia per Dei miſericordiam fęliciter abſolutum fuit, ita per vniuerſos, qui Chriſtiana pietate cenſentur, vbique ſuſcipiatur, & remotis quibuslibet obſtaculis, ab omnibus ęqualiter obſeruetur.

2 Cum itaque in eodem Concilio quam plura ſalubria, et ad vni-

uerſalem morum reformationem valde vtilia decreta, atque ſtatuta, maturo pręſentium ipſorum examine pręcedente, ſint *edita*, quibus multa atque diuerſa priuilegia, exemptiones, immunitates, diſpenſationes, facultates, conſeruatorię, indulta, et vt vocant, confeſſionalia, et Mare magnum, et alię gratię, quę varijs, tam Cathedralibus, etiã Metropolitanis, quam Collegiatis Eccleſijs, Monaſterijs, Conuentibus, et alijs Religioſis, etiam Fratrum Mendicantium Domibus, et ordinibus, necnon ſancti Spiritus in Saxia, ſancti Io. Lateranen. ac incurabilium de Vrbe, Sancti Auguſtini Vienn. et S. Bernardi Iuren. alijſq; hoſpitalibus, militibus, eorumq; Capitulis, et Conuentibus, et Vniuerſitatibus, etiam ſtudiorum generalium Collegijs tam ſecularibus, quam Eccleſiaſticis, Confraternitatibus, Societatibus, et tam Principis Apoſtolorum de Vrbe, quam alijs fabricis, et S. Cruciatę, alijſq; pijs locis, et operibus, necnon Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis Pręlatis, Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, Prępoſitis, et alijs eccleſiaſticis, tam ſecularibus, quam diuerſorum ordinum, et militiarum regularib. ac etiam laicis cuiuſcumque dignitatis, et ſtatus, ac gradus, excellentię, ac etiam Ducali, Regia, et Imperiali dignitate fulgentibus vtriuſq; ſexus perſonis, necnon aliquibus Notarijs, et etiam de latere Legatis, atque Nuncijs tam perpetuò, quam ad tempus per plures Rom. Pontif. predeceſſores noſtros, ac nos, et Sedem Apoſtolicam; eiſq; Legatis hactenus, etiam motu proprio, et ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, ſeu etiam Imperatorum, Regum, Ducum, et aliorum Principum conteplatione, et intuitu, etiam de Fratrum noſtrorum conſilio, diuerſimode, varijſq; temporibus in genere, vel in ſpecie, et quauis etiam honeſta cauſa conceſſa, & etiam pluries confirmata, et innouata fuerunt, in pleriſque contrariantur.

3 Nos quibus in primis cordi eſt, tam Sancta, et Eccleſię Dei ſaluberrima decreta, ſuos (ut par eſt) effectus ubique conſequi, et ab omnibus obedienter obſeruari priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conſeruatoriarum, indultorum confeſſionalium, Maris magni, et aliarum gratiarum prędictarum, ac quarumcumque Apoſtolicarum, et aliarum litterarum deſuper confectarum, proceſſuumq; decretorum, et aliorum inde ſequutorum tenores, ac ſi de uerbo ad uerbum inſererentur, pręſentibus

pro ſufficienter expreſſis, et plenè inſertis, habentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod eadem omnia, & ſingula priuilegia exemptiones, immunitates, facultates, diſpenſationes, conſeruatoriæ indulta, confeſſionalia, Mare magnum, & aliæ gratiæ, in his omnibus, & ſingulis, in quibus illa ſtatutis, & decretis Concilij huiuſmodi contrariantur, ipſo iure reuocata, caſſata, & annullata, ac ad ipſius Concilij terminos, atque limites reducta eſſe cenſeantur, nec quidquam aduerſus ipſa decreta, & ſtatuta, quo minus vbique, & apud omnes obſeruentur, in aliquo ſuffragari poſſe, ſed ea perinde haberi, & reputari debere, ac ſi numquam emanaſſent, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, ac etiam ſtatuimus, & ordinamus.

4 Decernentes nihilominus, omnia, & ſingula, quæ vigore priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, & diſpenſationum, facultatum, conſeruatoriarum, indultorum, confeſſionalium, & aliarum quarumcumque gratiarum huiuſmodi, poſt id tempus, quo Concilium obligare cæpit, facta, & geſta, quomodolibet fuerunt, & in poſterum fient, in his, in quibus dicti Concilij decretis aduerſantur, nulla, inualida, & irrita eſſe, cenſeri, ac nemini etiam quantumlibet, vt præfertur, qualificata, tam in foro, quod aiunt, fori, quam conſcientiæ, ſuffragari poſſe, & debere.

5 Et ita per quoſcumque locorum ordinarios, alioſq; iudices, & commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, in vtroque foro iudicari, & definiri debere, ac quidquid ſecus à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

6 Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ſtatuti, ordinationis, et decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum, Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę 1565. 13. Cal. Martij, Pontificatus noſtri, anno VI. *Ideſt 17. Februarij Ordinis 345. Religionis vero 166.*

Extracta ex Bull. Rom. Bull. 94. & Conſict. Bull. 2.

PIVS PAPA V.

F.Michael de Ghiſilerijs Alexandrinus Ordinis Prædicatorum Presbiter Cardinalis S.Marię ſupra Mineruam creatus ſeptimo Iãuarij, & eiuſdem decimo coronatus 1566. Vixit annos ſex, menſes tres, dies vigintitres, Obijt primo Maij 1572 ſepultus in Baſilica S.Petri iuſſu Sixti V. translatus fuit ad S. Mariam Maiorem in ſacellum ad Præſepe.

BVLLA CCXXXIII.

PIus V. incumbit reformationi Tertij Ordinis, illumq; regimini Fratrum de Obſeruantia ſubijcit, & communem eis Protectorem conſtituit, declaratq; Prouincialatus annales eſſe, poſſe tamen vſque ad triennium per confirmationem prorogari, ad quam dignitatem niſi tranſacto ſexennio nullum reuocari poſſe. Clauſura ſubmittit Moniales Tertiarias, præcipit, quod obſeruetur Regula à Cardinali de Carpo die 28. Aprilis 1549. approbata. Extenditq; ad Tertium Ordinem Priuilegia omnia Fratribus, & Sororibus Ordinis Minorum de Obſeruantia conceſſa, & concedenda, ita vt illis Tertiarij pariformiter, & æque principaliter gaudere poſſint. Caroloq; Borrhomeo S.R.E. Cardinali Protectori huiuſce Bullæ executio committitur.

1 Ea eſt officij noſtri ratio, vt cum de cæteris Eccleſiæ nobis commiſſæ ordinibus, vel in ſua integritate continendis, vel ad inſtitutum reuocandis, curam perpetuam capiamus, maiore tamen ſollicitudine eadem illa in religioſorum ſodalitatib. requirimus, quos ideo Altiſſimus in ſuum ſibi ſanctuarium ſegregauit, vt cæteros fideles viam doceant, qua & ipſi ęternæ Salutis beatitudinem conſequantur. Itaque inter cęteras Religiones, Fratrum quoque Tertij Ordinis Sancti Franciſci de pænitentia nuncupati in congregatione viuentium, ac tribus votis ſubſtantialibus adſtrictorum ſtatus nos commouet, vt ad illum reformandum ſtudia noſtra conferamus, quando vel ex tam multis, quæ bonæ memoriæ Rodulphus Epiſcopus Hoſtienſis, Cardinalis Carpenſis nuncupatus dicti Ordinis Protector, Sedis Apoſtolicæ auctoritate fretus, in reparanda horum diſciplina, præclare, & ſalubriter edidit Religionem hanc parum admodum profeciſſe agnouimus. Proinde nos hac præcipua morbi cauſa ex propria præſidentium, & alio-

rum

rum miniſtrorum negligentia, vel inſcitia comperta in communem dicti Ordinis ſalutem alia ratione intenti, de nobis attributa poteſtatis plenitudine, officia Magiſtratus,& Viſitatoris Generalis dicti Ordinis perpetuo extinguimus, & abolemus, ac Miniſtrum Viſitatorem, & Vicarium Generalem eiuſdem Ordinis officio,vſu,& exercitio omnimode interdicimus,edictoque prohibemus, ne vllus poſthac Miniſter Vicarius, ac Viſitator Generalis de dicto Ordine habeatur.

2 Cæterum, vt deinceps ordo ipſe vtiliorum Rectorum conſilio, & opera dirigatur, nos diuerſorum etiam prædeceſſorum noſtrorum ordinationes ſequentes, vniuerſos,& ſingulos Fratres,Sorores, profeſſos, & conuerſos, necnon domos, Monaſteria, & loca virorum, & mulierum, ac cuſtodias, & prouincias per vniuerſum orbem conſtitutas,gregemque ipſum Tertij Ordinis vtriuſque ſexus Generali,& Prouincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum, prout in eorum prouincijs conſiſtunt,ita perpetuo ſupponimus,vt Miniſter Generalis in vniuerſo Ordine, Prouinciales verò Ordinis Minorum de Obſeruantia in ſuis quiſq;prouincijs, plenum ius,liberamque auctoritatem ac in ſpiritualibus, & temporalibus iuriſdictionem omnimodam habeant, domos omnes, ac Monaſteria, & loca quæcumque, nec non perſonas ſexus vtriuſque,tam in capite,quam in membris,viſitandi, & corrigendi, vagantes, & quoſcumque alios puniendi, carcerandi,mutandi,transferendi ab ordinibus,officijs,& adminiſtrationibus deponendi, excommunicandi, ſuſpendendi, & reſtituendi, ac etiam ſuper ijs, & cæteris omnibus Ordinem ipſum, illiuſq;domos, & perſonas vtriuſq; ſexus quomodolibet concernentibus,eorum tamen Regulæ prædictæ, & ſacris Canonibus,ac præſentibus literis non contrarijs ſtatuendi, mutandi, innouandi, & exequendi, quemadmodum illis eſt in ſuo proprio Ordine attributum.

3 Præcipimus igitur in virtute ſanctæ Obedientiæ, vniuerſis,& ſingulis Fratribus,& Sororibus Tertij Ordinis prædicti vbilibet conſtitutis,vt Generalem, & Prouinciales Miniſtros Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia,tamquam patres, et ſuperiores ſuos,eorumque monita, et mandata humiliter, et deuote recipiant,et re ipſa adimplere procurent, alioquin contradictores quoslibet, et

rebel-

rebelles ſententiæ, cenſuræ, et pœnæ, quas quiſuis ipſorum rite tulerint, in eoſdem ipſo facto volumus ſubiacere. Pari quoque ratione eis Cardinalem Protectorem Fratrum de Obſeruantia in protectorem tribuimus, qui etiam in eoſdem omnes, curam, et auctoritatem obtineat, quam alius quiſque pleniſſime hucuſque comperitur habuiſſe. Statuentes præterea, quod futuris omnibus capitulis Prouincialibus Fratrum Tertij Ordinis huiuſmodi pro Viſitatorum, Prouincialium, et aliorum officiorum electione, Fratrum diuiſione, et ſalubri cuiuſque Prouinciç directione, annis ſingulis celebrandis, aut Generalis, aut in cuius prouincia capitulum eorum habebitur, Prouincialis Miniſter Ordinis Minorum de Obſeruantia huiuſmodi ſemper præſideat, aliter vero celebrata, ac omnia in eis decreta pro irritis habeantur.

4 In ipſis autem capitulis Prouincialibus Viſitatorum Prouincialium electio de idoneis Fratribus Tertij Ordinis huiuſmodi per ſecreta ſuffragia, et alias eo modo, quo de Fratrum Minorum de Obſeru. Prouincialib. celebretur, celebrata per Miniſtrũ Generalem prædictum ante omnia confirmetur. Hæc vero officia annalia duntaxat eſſe, et in ſingulis capitulis Prouincialibus prædictis reſignari debeant, ita vt elapſo primo anno illa vacare cenſeantur, poterunt tñ ipſimet Viſitatores Prouinciales rurſus in ſequentem annum, et eo finito etiam in tertium, ſi idonei reperientur, eodem modo eligi, et confirmari, ſed omnes ſuis huiuſmodi officijs quandocumque perfuncti, denuo ad illa, niſi tranſacto ſexennio nequeant reuocari.

5 Cæterum omnes, et ſinguli Fratres, et Sorores Tertij Ordinis, huiuſmodi, in ſua quiſq; Prouincia, Viſitatori ſuo tanquam ſuperiori, in omnibus, quæ ſuis Regularibus inſtitutis non aduerſantur, obediãt. Omnes vero Viſitatores Prouinciales huiuſmodi ſic electi tanquam vices gerentes Miniſtrorum Prouincialium Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia, et illis ſubditi, prædicandi, et docendi munus in ſingulis vtriuſque ſexus domibus, conuentib. et locis, ſuæ cuiuſque Prouinciç obedire, eamque in ſibi ſubditos, Fratres, et Sorores iuriſdictionem quam ipſimet Miniſtri Prouinciales Ordinis Minorum de Obſeruantia obtinent, in omnibus, et per omnia exercere, ac quandoque opus erit confeſſiones omnium, et ſingulorum Fratrum, et Sororum Tertij Ordinis huiuſmodi

per

Digitized by Google

per ſe, vel alios ſuæ Regulę Sacerdotes idoneos audire, illoſque ab omnibus, & ſingulis ſententijs excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; cenſuris, & pænis Eccleſiaſticis, necnon peccatis, criminibus, & delictis, dummodo talia non ſint, propter quæ Sedes Apoſtolica merito conſulenda foret, in foro conſcientiæ duntaxat abſoluere, & pro commiſſis pænitentiam ſalutarem iniungere, ac cum clericis, & presbyteris eius Ordinis ſuper irregularitate, ſi quam ſententijs huiuſmodi illaqueati miſſas, & alia diuina officij, non tamen in contemptum clauium celebrauerint, vel alias ſe illis immiſcendo contraxerint, diſpenſare libere, & licite valeant.

6 Ad hæc nulli omnino Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis huiuſmodi, qui prædicta tria vota ſubſtantialia fecerint, etiam prætextu quorumcumque priuilegiorum, diſpēſationum, & indultorum, permiſſionum Apoſtolicarum, aut etiam inueteratæ conſuetudinis voto repugnantis, ſeu quacumque alia cauſa proprium quidquam, aut priuatim liceat obtinere, ſed omnia etiam priuatim, ac intuitu cuiuſcumque perſonæ donata, oblata, & conceſſa, vbique communia, & indiuiſa omnibus Religioſis eſſe debeant. Quicunque vero pecuniam, aut aliam rem qualicumque cauſa conceſſam prælato ſuo celauerit, furti reus cenſeatur, & tanquam fur puniatur, eam tamen diligentiam ſuperior cuiuſque domus adhibeat, vt de communi ipſius domus, ſingulis iuxta exigentiam conſulatur.

7 Præterea Sorores dicti Tertij Ordinis in communi, in domibus, Monaſterijs, vel Hoſpitalibus, aut alia congregatione viuentes, & dicta tria vota ſubſtantialia Religionis emittentes, ſub perpetua clauſura maneant, nulluſq; Frater, aut confeſſor earum, vel quicūque prælatus ad domos, Monaſteria, vel alia loca Sororum huiuſmodi, in communi, & collegialiter viuentium niſi quibus ex officio incumbit, & in caſibus neceſſarijs à iure permiſſis, & tunc cum vno, vel duobus ſocijs prouectis, & honeſtis, ingredi audeat, qui ſecus fecerit, carceribus mancipetur, omnibuſque adminiſtrationibus, & officijs deponatur.

8 Ipſarum vero Sororum, & Fratrum confeſſores, & ſacri Concionatores, per Generalem, vel Prouincialem Miniſtrum approbentur. In cæteris autem omnibus, quæ ad Religioſam vitam pertinent,

nent,illa prędicti Fratres, & Sorores Tertij Ordinis obſeruare teneantur,quæ à prædicto Rodulpho, Epiſcopo, & Protectore, 28. Aprilis,anno Domini, 1549. fuerunt ordinata,ſubſtantiam totius huiuſmodi Regulæ maxime continentia,quam felicis recordationis Nicolaus Papa Quartus prędeceſſor noſter, ad incrementum fidei Catholicæ approbauit, ita tamen, vt præſentibus nullatenus aduerſentur.

9 Quæcumque vero dubia in eis contigerit exoriri, illa omnia Generalis,& Prouincialis Miniſtri Ordinis Minorum huiuſmodi, debeant declarare, quorum declarationi, & determinationi eorum Regulæ,& præſentibus non contrariæ,ſtari debeat. Ac decernentes præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio,ſeu intentionis noſtræ defectu, nullo vnquam tempore notari, ſeu impugnari poſſe,aut debere,nec aduerſus eas,& in eis contenta quęcumque,reſtitutionem ad terminos iuris, vel aliud quodcumque gratiæ,ſeu iuſtitiæ remedium, quiſquam impetrare, vel etiam ab alijs impetrato, aut motu proprio conceſſo, vti valeat ex quauis cauſa,quantumlibet rationabili,ac omnia, & ſingula præmiſſa aliquibus eiuſmodi Ordinis ſtatutorum, aut quibuſuis alijs reuocationibus,ſuſpenſionibus,limitationibus, & alijs contrarijs diſpoſitionibus, vel ſpecialibus, per quoſcumq; Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros pro tempore factis, non comprehendantur, ſed ſemper ab illis excepta ſint.

10 Sicque per quoſcumque iudices, quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium,etiam de latere legatos, in quauis cauſa,& inſtantia,ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debeat. Necnon irritum, & inane quidquid ſecus ſuper ijs, per quoſcumque quauis auctoritate, etiam prætextu priuilegiorum, facultatum, diſpenſationum, & indultorum Apoſtolicorum, quæ quoad hoc penitus abolemus, aut quouis alio quęſito colore, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

11 Inſuper vniuerſis, & ſingulis Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis huiuſmodi,eorumque domibus,Monaſterijs,& locis omnia,& ſingula priuilegia, indulgentias, diſpenſationes, & indulta Apoſtolica, Fratribus, & Sororibus dicti Ordinis Minorum de Obſer-

uantia,

uantia, etiam quoad Sacramentorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem, & receptionem quomodolibet conceſſa, & concedenda, quæcumque ſint, & fuerint, præſentibus tamen non repugnantia, ita, vt illis omnibus, & ſingulis pariformiter, & aque principaliter vti, potiri, & gaudere, libere, & licite valeant, concedimus, & indulgemus. Cæterum omnibus, & ſingulis Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis huiuſmodi, diſtrictius iniungimus, vt præſentes noſtras literas humiliter recipiant, & quacumque in eis expreſſa, ac per eas ſtatuta, decreta, & mandata ſunt, alia deſuper à nobis non expectata iuſſione, aut mentis noſtræ declaratione, firmiter cuſtodiant, & in omnibus ſtudioſe obedire procurent.

12 Quin etiam dilectis filijs noſtris, Carolo tituli Sanctæ Praxedis presbitero Cardinali Borthomeo nuncupato, dicti Ordinis protectore, & illius Miniſtro Generali, per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt ipſi, vel eorum alter eaſdem præſentes, ac quidquid pro earum executione, & obſeruatione in dictis futuris Capitulis Prouincialibus Miniſtris Ordinis, Fratrum Minorum de Obſeruantia huiuſmodi ſtatuetur, ordinabitur, & decernetur, in omnibus domibus, Monaſterijs, & locis virorum, & mulierum, ac ab omnibus, & ſingulis Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis huiuſmodi inuiolate faciant per ſe, vel alium, ſeu alios obſeruari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac etiam proteſtantes, & reclamantes, eiſque auxilium, conſilium, vel fauorem, publice, vel occultè, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore, vel ingenio præſtantes, tam Eccleſiaſticos, quam laicos cuiuſcumque dignitatis gradus, conditionis, & ordinis fuerint, per ſententias, cenſuras, & pænas Eccleſiaſticas, cæteraq; iuris, & facti remedia oportuna, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pænas prædictas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis.

13 Non obſtantibus noſtra de non tollendo iure quæſito, & piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui etiam prædeceſſoris noſtri, de vna, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, alijſq; conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Tertij Ordinis, illiuſque domorum, & etiam mulierum, Monaſteriorum prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate

alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque ſuperioribus, & perſonis, ac eorum ſingulis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & nos, & ſedem Apoſtolicam, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac alias, ſub quibuſcumque tenoribus, et formis, ac cum quibuſuis clauſulis, et decretis in genere, et in ſpecie conceſſis, confirmatis, ac etiam aliis reformationibus, quotieſcumque, & quocumq; tempore factis, & promulgatis, etiam Maremagnum, & Bulla aurea nuncupatis, ac quibuslibet aliis indulgentiis, & exemptionibus Apoſtolicis, ſpecialibus, & generalibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri, valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio, quæ omnia contra eorundem præſentium tenorem, nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari.

14 Per prædicta tamen non intendimus reformationi Fratrum, & Sororum Tertii Ordinis huiuſmodi in Hiſpaniarum Regnis conſtitutis in aliquo præiudicare, quominus literæ noſtræ deſuper editæ, et quæcumque illarum vigore pro rerum, locorum, et perſonarum qualitate, et exigentia facta ſunt, præſentibus non conformia, poſſint quoquomodo impediri, vel retractari. Denique volumus, quod ipſarum præſentium exempla, etiam impreſſa, dictiq; pro tempore exiſtentis Protectoris, aut Miniſtri generalis, vel Prouincialis ſigillo, et ſecretarii cuiuſuis eorum vel notarii publici manu obſignata, eandem illam fidem vbique locorum in iudicio, et extra illud faciant, quam ipſæ præſentes, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, etc. Si quis autem, etc. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnat. 1568. 5. Nonas Iulii, Pontificatus noſtri anno tertio. *Ideſt 3. Iulij. Ordinis 348. Religionis 169.*

Extracta ex Bullario Romano Bulla 63. Rodr. Bulla 32. Sillis fol. 85.

BVLLA CCXXXIV.

Pius V. declarat ſuam voluntatem vnquam fuiſſe Ordinem de Pœnitentia extinguere, nec illius habitum immutare, ſed duntaxat illum reformare.

Vene-

Venerabili Fratri, Ioanni Baptiſtæ Archiepiſcopo Boſañ. noſtro, et Sedis Apoſtolicæ Nuntio. Pius Papa Quintus. Venerabilis Frater, Salutem, et Apoſtolicam benedictionem. Generalem, et alios Miniſtros Ordinis Fratrum Minorum regularis Obſeruantiæ in Hiſpaniarum Regnis conſiſtentes, fraternitas tua certiores his acceptis literis facere curet, nobis non eſſe in animo extinguere Tertium Ordinem Sancti Franciſci de pænitentia vocatum, nec eorum habitum, vel regulam immutare, ſed tantum eos ad obſeruantiam ipſius regulæ reformare, et ſi quorum exceſſus puniendi fuerint, ea debita animaduerſione corrigere; perinde monebis ipſum Generalem, et alios ſuperiores nomine meo, ne eos moleſtia vlla, vltra ea, quæ ad reformationem pertinent, afficiant. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 15. Iulii, 1568. Pontificatus noſtri anno Tertio. *Ordinis 348. Religionis 169.*

Extracta ex Rodr. Bulla 33. Sillis fol. 89.

GREGORIVS PAPA XIII.

HVgo Boncompagnus Bononienſis filius Chriſtophori Presbiter Cardinalis S. Sixti creatus tertio decimo Martij 1572. & in die Pentecoſtes 25. Maij coronatus. Vixit annos duodecim, menſes decem, dies decemocto. Obijt die decima Aprilis 1585. conditus in ſuo ſacello Gregoriano S. Petri.

BVLLA CCXXXV.

GRegorius XIII. reducit ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini tres conſtitutiones à Pio V. pro ordinibus Mendicantium, aliarumq; editas.

5 In tanta rerum, & negotiorum mole, quo Romanus Pontifex ex omnibus mundi partibus aſſidue premitur, vix vitari poteſt, aliqua interdum exiliant, quibus poſtea recognitis neceſſe eſt moderationis remedium adhibere.

2 Cum itaque alias felicis recordationis Pius Papa X. prædeceſſor noſter auditis grauaminibus, quæ Fratribus Ordinum Mendicantium ab Ordinariis locorum, & Parochialium Eccleſiarum Re-

ctoribus multis modis inferri dicebantur, ſuper ſacris concionibus, & lectionibus habendis, confeſſionibus audiendis, pænitentiis iniungendis, Fratribus ad Ordines promouendis, celebratione Miſſarum, cura animarum, Sacramentorum miniſtratione, ſepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, elemoſinis, collectionibus, aliiſq; huiuſmodi iuribus; necnon decimis, & diuerſis oneribus, ac etiam ſuper ſtatu, & regimine monialium ipſis Fratribus ſubiectarum; formatione proceſſuum, cenſuratum publicatione, proceſſionibus, præcedentia, locorum aquiſitione, certiſq; aliis rebus tunc expreſſis, multa per quaſdam ſuas literas pro dictis Fratribus, non modo ſtatuerit, ſed & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauit, multaq; pręterea priuilegia eiſdem decimo ſeptimo Calendas Iunii Pontificatus ſui anno ſecundo.

3 Et deinde ea omnia diuerſis alijs Ordinibus, & Congregationibus Regularium non Mendicantium etiam per modum communicationis conceſſerit. Poſtea per ſuam quandam conſtitutionem de Vicariis perpetuis Parochialibus Eccleſiis vnitis per Ordinarios locorum inſtituendis, & portione illarum Vicariis aſſignanda editam, alia ſuper conſtitutione Fratrum eorundem ad exercitium curæ animarum in eis Parochialibus Eccleſiiis, quæ domibus, & locis ſuis vnita ſunt, decreuerit.

4 Demum animaduerſo, quod ea omnia multis dubitationibus inuoluta, magniſq; difficultatibus obſtructa, multas, magnaſq; diſſenſiones, alienationes, & lites inter prædictos locorum Ordinarios, & Fratrum ipſorum Ordines, non ſine graui diuini cultus, & animarum detrimento, ac populorum ſcandalo concitauerant, contra ac ipſe ſperabat, & præter ſuam expectationem, vt qui interdum conquereretur multa aliter alioq; ſenſu à ſe prolata fuiſſe, quam literis expreſſa eſſent.

5 Cupiens his mederi incommodis primum illa omnia, quæ Regularibus aliorum Ordinum quam Mendicantium communicauerat, & ſecundum præmiſſa conceſſerat motu proprio reſtrinxerit. Deinde plenius prouidere volens prioribus literis à ſe quo ad ipſos Mendicantes magna ex parte moderatis, omnes & quaſcumq; alias literas, quæ de aliis Ordinibus, & Congregationibus extra Mendicantium Ordines de Obſeruantia nuncupatos emanauerant

nauerant omnino aboleuerit cauſas omnes iam de his etiam in Romana Curia pendentes ad ſe auocando, lites extinguendo, ac formatos ſuper illis proceſſus, lataſq; ſententias annullando, quemadmodum alijs ſuis literis in regiſtro proxime compertis, nonquam tamen publicatis, plenius continetur.

6 Poſtremo circa confeſſariorum Regularium etiam Mendicantium approbationem iuxta Concilij prædicti decretum faciendam etiam Lectores in Theologia graduatos, & certos alios tunc expreſſos comprehendi debere declarauit.

7 Nos hac tanta varietate cognita, quæ etiam ex multiplici literarum, & conſtitutionum editione procedit, præſentibus, & futuris diſcriminibus occurrere volentes, de nobis attributæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus de prędictis, & alijs omnibus literis, & conſtitutionibus, quæ ab eodem prædeceſſore eiſdem de rebus pro quorumcunq; Regularium etiam Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuſcumq, in eis contentis, eam deinceps diſpoſitionem, atq; deciſionem pro ſubiecta materia futuram eſſe, quæ ſiue ex iure veteri, ſiue ex ſacris dicti Concilij decretis, ſiue alias legitime ante dictarum literarum, & conſtitutionum editionem erat, & ſi ipſæ non emanaſſent, futura fuiſſent, ad quam diſpoſitionem, & deciſionem, ſuamq; priſtinum, & integrum ſtatum, ac terminum illa omnia reducimus.

8 Quin etiam tollimus, & abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, necnon prohibitiones, declarationes, mandata, & quæcunq; alia ipſis literis, & conſtitutionibus appoſita, & alias eorum occaſione, vel cauſa factis, his noſtris ſtatuto, ordinationi, & reductioni aduerſantia, quibuſcumq, illa ſint concepta formulis, ac præſeruationibus, declarationibus, modificationibus, reſtitutionibus, mentis atteſtationibus derogatoriarum derogatorijs, alijſq; fortiſſimis, efficaciſſimis, & inuiolabilibus clauſulis, etiam motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & ex certa ſcientia, etiam pro conſeruatione ſtatus regularis, & ex quibuſcunq; alijs vrgentiſſimis cauſis quomodocunq; roborata. Decernentes illa omnia pro nullis, & infectis haberi, omneſq; ſupradictos illarum vſu, commodo, & effectu carere.

9 Ac omnes lites, & controuerſias, quæ coram quibuſuis iudicibus,

ſiue

ſiue Ordinarijs, ſiue Commiſſarijs, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus, & S. R. E. Cardinalibus etiam de Latere Legatis prædictarum literarum, & conſtitutionum occaſione ſuper præmiſſis iam motæ ſunt, nec dum deciſæ, aut finitæ, vel quæ iam deciſæ ſunt, ſi modo tractum habeant ſucceſſiuum, eaſq; rurſus, & inter quoſcumq; excitari in poſterum contingat, ſecundum prædictam diſpoſitionem, nec aliter decidendas.

10 Futura vero dubia, & difficultates quandocunq, & vbicumq; orientur, ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, vbi, & cæteræ, quæ ad decreta dicti Concilij pertinent quotidie declarantur, omnino referenda eſſe.

11 Necnon irritum, & innane quicquid ſecus ſuper his per quoſcunque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

12 Mandamus itaque in virtute S. Obedientiæ præſentes ab omnibus vbiq; Epiſcopis, & locorum Ordinarijs, necnon Eccleſiarum Prælatis, Rectoribus, Fratribuſq; prædictis, ac cæteris, ad quos pertinet, ſemper inuiolata obſeruari.

13 Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, &c. etiam Maremagnum, & Bulla aurea nuncupatis, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1573. Calendis Martij Pontificatus noſtri anno primo. *Ordinis 352. Religionis 174.*

Extracta ex Bullario Romano Bulla 9. Rodriq. Bulla 38. Licet non ſit propria noſtræ Religionis, ſed ad omnes referatur, eam tamen regiſtratam in hoc Bullario, vt ex eius notitia colligatur, noſtris temporibus Regulares nullatenus gaudere priuilegijs contrarijs decretis Tridentini Concilij, licet alias renouatis per conſtitutiones præſertim Pij V reductas per præſentem ad terminos iuris antiqui, & noui Tridentini. Conſtitutiones autem in hac Bulla memoratas, & moderatas refert ferè omnes Confectius.

BVLLA CCXXXVI.

G*Regorius XIII. ex certa ſcientia confirmat priuilegia trium Ordinum S. Franciſci, Minorum de Obſeruantia, Clariſſarum, & Tertij Ordinis S. Franciſci.*

1 Ex benigna Sedis Apoſtolicæ prouiſione prouenire dignum eſt, vt perſonæ Deo deuotæ ſub regulari caſtimonia Domino militantes

tantes pia deuotione proficiant, vnde Romanus Pontifex quandoque per prædeceſſores ſuos pro Religionis conſeruatione, & augmento, ac perſonarum earumdem quiete, & commodo conceſſa approbat, & innouat, ac approbata, & innouata Apoſtolica auctoritate communit.

2 Sane pro parte dilecti filij Chriſtophori de Capite Fontium, moderni generalis Miniſtri Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia, nobis nuper expoſitum fuit, quod cum inter operarios, qui ad excolendam vineam Domini Sabaoth Dei gratia ordo ipſe Fratrum Minorum magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarum ſalutis fructus ſemper olim attulerit, & quotidie afferre conetur, et exinde pro ſuis ſanctis ſtudijs, honeſtiſq; laboribus, proq; ſalute animarum, ab Apoſtolica Sede, cuius continue pacem, et dignitatem ordo ipſe fortiter tutatus eſt, tam ſpiritualia, quam temporalia ſubſidia, ornamentaq. acceperit, et accipiat, quibus, et ſua ſancta Officia, ac vitam ſuam Regularem facilius, atque magis expedite tranſigere poſſint, et ceteræ religioſæ perſonæ, ordineiq; alij exemplo ipſorum promptiores, alacrioreſq; ad ſua officia perſoluenda reddantur, cumq. etiam ex ipſius Sedis prouiſione, ac benigna dignatione prouenire dignoſcatur, vt Romanus Pontifex quandoque prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum geſta innouet, ac Apoſtolica auctoritate innouata, et reſtaurata muniat, et fulciat, et in priſtinum reponat, ac reducat, necnon propterea nonnulli Ro. Pont. prædeceſſores noſtri nonnullas gratias, conceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones, abſolutiones etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, ac omnia, et ſingula priuilegia, et indulta tam ſpiritualia, quam temporalia etiam per ſolam ſignaturam, aut per oracula viuæ vocis, tam pro foro conſcientiæ, quam foro fori, tam prædictis Fratrum Minorum, quam S. Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato ordinib. illorumq. ſuperioribus Fratribus, Monialibus, & Sororibus, ac vtriuſque ſexus perſonis, & Monaſterijs, Domibus, Eccleſijs, & locis quibuſcumque dictorum ordinum, nunc, & pro tempore exiſtentibus, in genere, vel in ſpecie, etiam per modum communicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum inter ſe, ac etiam cum alijs quibuſcumq; Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, conceſſerunt,

aut

aut iam conceſſa confirmarunt, & approbarunt: prout in ſingulis conceſſionibus, & litteris eorumdem prædeceſſorum deſuper cõfectis plenius dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat illa, quæ ſæpius Apoſtolica auctoritate prælata munita exiſtunt, maiorem obtineant roboris firmitatem, dictuſq; Chriſtophorus Miniſter Generalis cupiat priuilegia, facultates, conceſſiones, indulta, diſpenſationes, & ſingulas alias gratias huiuſmodi etiam per nos approbari, innouari, & confirmari, pro parte eiuſdem Criſtophori nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eiſdẽ priuilegijs, immunitatib. exemptionib. libertatib. fauorib. conſeruatorijs, declarationib. facultatib. diſpenſationib. gratijs, conceſſionib. indulgentijs, & indultis pro illorum obſeruantia noſtræ approbationis robur adijcere, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur, qui omnium votis, præſertim illis, quib. ſub ſuaui Religionis iugo Diuinis laudibus, & Chriſtianæ Religioni augmento incumbentium perſonarum tranquillitati, & commoditati conſulitur, libenter annuimus, eaq. fauoribus proſequimur opportunis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſa ac omnia ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum alijs Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, eidem Fratrum Minorum regularis Obſeruantiæ, ac Sanctę Claræ, & de pænitentia, tertio Ordinibus etiam in congregatione ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & eorumdem ſuperiorum Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ huiuſmodi obedientia degentibus, ipſorumq; Superiorum Fratrib. Monialib. Sororib. ac vtriuſque ſexus etiam ſingularib. perſonis, necnon Monaſterijs, Domib. Eccleſijs, & Locis quibuſcumque in genere, & in ſpecie, etiam per ſolam ſignaturam, etiam viuę vocis oraculo, vt pręfertur, aut alias tam præfatos, ac quoſcumque alios Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem prędictam, quam Imperatores, Reges, & alios Principes ſub quacumque forma, & expreſſione verborum conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon cum omnib. & ſingulis in eis contentis

clauſu-

clauſulis, decretis, & declarationib. ſingulas deſuper confectas litteras,& in eis contenta,& inde ſecuta quæcumque illorum omnium tenores,& formas,datas,effectus,& decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, dicta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,quatenus ſint in vſu,& Sacris Canonibus,& Decretis ſacri Concilij Tridentini non aduerſentur, approbamus, confirmamus, & innouamus perpetuamq; roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari.

4 Necnon ordinibus Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ, & Sanctæ Claræ,ac Tertio de pænitentia nuncupato, etiam in congregatione ſub obedientia FratrumMinorum de Obſeruantia huiuſmodi degentibus Superiorib. Fratrib. Monialib. etiam tertiarijs nuncupatis Sororib. perſonis, Monaſterijs Domib. Eccleſijs, & locis præfatis,etiam per modum communicationis,& extenſionis huiuſmodi ſuffragari,illiſq; frui,vti,gaudere, quando, & quoties opus fuerit,& poſſe,& debere in iudicio, & extra, ac in foro cõſcientiæ in omnibus,& per omnia, perinde ac ſi ſpecialiter,& expreſſe eiſdem Fratrum Minorum, ac Sanctæ Clarę, & Tertio de pænitentia nuncupato ordinibus conceſſa, decernimus, ſupplentes omnes,& ſingulos iuris,& facti,ac ſollemnitatum,etiam de iuris neceſſitate, aut alias quomodolibet requiſitarum,forſan omiſſarum, & alios quoſcumq; defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

5 Quocirca, venerabilib. Fratrib. Cordubenſ. & Leodienſ. Epiſcopis,ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per eaſdem præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe,vel alium,ſeu alios, faciant auctoritate noſtra præſentes litteras, & in eis contenta quęcumque plenum eorum effectum ſortiri, illiſq; omnes, quos concernunt, pacifice frui ,& gaudere.

6 Non permittentes quemquam deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quaſcumque de quib. eis videbitur, cenſuras, & pęnas Eccl. ac alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo,ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſib.

Digitized by Google

etiam iteratis vicib. aggrauando, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis.

7 Non obſtantib. premiſſa, ac conſtitutionib. ſuper Cathedram Bonifacij, & dudum Viennenſ. Concilij, ac Clementinæ, Religioſi, de priuileg. & Dudum, de Sepulturis, ac etiam Ex frequentib. de ſententijs excommunicationis, ac Extrauagante, Ad Conditorem, Ioan. XXII. cum alijs conſtitutionib. eamdem prędictę Extrauagantis materiam tangentibus ſeu concernentib. ac Regulis Cancellariæ Apoſt. editis, & in futurum edendis, ac pię mem. Bonif. Papę Octaui, etiam prędeceſſoris noſtri, de vna, & in Concilio Generali de duabus dietis, dummodo non vltra dietas aliquis pręſentium vigore ad iudicium extrahatur, alijſq; Apoſtolicis Conſtitutionib. ac Prouincialib. Capitularibus, Generalibus, & Specialibus Conſtitutionibus, & ordinationib. etiam in vltimo Generali Lateran. Concilio celebrato, alijſq; Concilijs editis, necnon Statutis, et conſuetudinib. etiam iuramento, confirmatione Apoſt. vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, et litteris Apoſt. etiam in forma Breuis per Leonem X. Clementem VII. Paul. Tertium, Iulium etiam Tertium, Paul. Quartum, Pium etiam Quartum prędictos, ac etiam Pium V. et quoſcumque alios Romanos Pont. predeceſſores noſtros, ac etiam nos, et Sedem eamdem, etiam motu proprio, ac ſcientia, et poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, etiam priuilegiorum eorumdem reuocatiuis, reſtrictiuis, reſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus efficaciſſimis, et inſolitis clauſulis quomodolibet, etiam pluries conceſſis, confirmatis, et innouatis: Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, et indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, etiam quod in eis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, et forma derogari poſſit, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, et forma in illis tradita, obſeruata, inſerti forent, preſentibus pro ſufficienter expreſſis, et inſertis habentes, illis etiam in ſuo robore permanſuris

tis hac vice duntaxat ſpecialiter, et expreſſe derogamus: Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſt. non facientes plenam, et expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, cęteriſq; contrarijs quibuſcunque. Verum, quia difficile foret pręſentes litteras ad ſingula quæque loca, in quibus forte opus eſſet, deferri, volumus, & pariter Apoſtolica auctor. decernimus, quod illarum tranſumptis, manu Notarii publici ſubſcriptis, et ſigillo alicuius perſonę in dignitate Ecc. conſtitutę, ſeu Curię Eccl. munitis, eadem prorſus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur, ſi forēt exhibitę, vel oſtenſę. Datum Romę apud S. Petrum, ſub annulo piſcat. die 21. Martii, 1575. Pontificatus noſtri anno tertio. *Ordinis 355. Religionis 176.*

Extracta ex Bullario Rodriq. Bulla 1.

BVLLA CCXXXVII.

GRegorius XIII. concedit Indulgentiam plenariam confeſſis, & ſacra communione refectis viſitantibus Eccleſiam Sanctorum Coſmæ, & Damiani Vrbis in eorum feſto, & diebus infra octauam, quam etiam conceſſerat Leo X. in prima eius Bulla hic CXCIV. eſtq; perpetua.

Vniuerſis Chriſidelibus pręſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem celeſtibus Eccleſię Theſauris pia caritate intenti. Omnibus vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus vere pęnitentibus, confeſſis, & ſanctiſſima communione refectis, qui Eccleſiam Monaſterii Sanctorum Coſmę, & Damiani de Vrbe Tertii Ordinis S. Franciſci Fratrum die feſto eorundem Sanctorum Coſmę, & Damiani, & per totam eius octauam, ad quod tempus etiam per felicis recordationis Leonis Papę X. prędeceſſorem noſtrum conceſſa fuit, ſingulis annis deuote viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, Sanctę Matris Eccleſię tranquilitate pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Pręſentibus perpetuo valituris. Datum Tuſculi ſub annulo Piſcatoris

die 2 à Septembris MDLXXX. Pontificatus noſtri anno nono.
Ordinis 369. Religionis autem 181.
Extracta ex Archiuio eiuſdem conuentus Romæ.

BVLLA CCXXXVIII.

Gregorius XIII exemptionem à decimis, & primitijs conceſſam Clariſſis, & à pluribus Pontificibus extenſam ad Sorores Tertiarias ex certa ſcientia confirmat vtrique Ordini, ſtatuendo ſexdecim ducatos de Camera non ſufficere annuatim pro qualibet moniali.

1 Paſtoralis officij cura, qua diſponente Domino licet immeriti gerimus, Nos propenſius admonet, vt ad ea, quę Sacrarum Virginum, ſub voluntarię paupertatis habitu Altiſſimo ſua vota perſoluentium neceſſitatibus occurrit, ſolicitis ſtudijs intendamus, & ea, quę per prędeceſſores noſtros conceſſa comperimus, etiam noſtri muniminis ſoliditate roboremus, illaq; augeamus, & amplicemus, prout temporum conditione inſpecta conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

2 Olim ſiquidem felicis recordationis Sixtus IV. prędeceſsor noſter inter alia ſtatuerat, et ordinauerat, quod pro tempore exiſtentes Abbatiſsę, vel moniales monaſteriorum Ordinis S. Claręſub cura pro tempore exiſtentis Generalis Miniſtri aliorumq; officialium Fratrum Minorum vbilibet conſtitutorum, de quibuſuis terris, & poſſeſſionib. ad eas pertinentib. & ſpectantib. primitias, & cenſus, non tamen Apoſtolica auctoritate impoſitas, alicui perſonę ſoluere teneantur.

3 Et pię memorię Leo X. etiam prędeceſſor noſter omnia, & ſingula priuilegia, gratias, prerogatiuas, exemptionis, & indulta eiſdem monialibus S. Damiani, & Minoriſſarum monaſteriorum S. Claręhuiuſmodi per quoſcumq; Romanos Pontifices, & pręſertim recolendę memorię Eugenium etiam IV. Nicolaum ſimiliter IV. Bonifacium VIII. Ioannem XXII. Clementem III. Alexandrum V. & Benedictum XI. ſimiliter prędeceſſores noſtros reſpectiue conceſſas, & conceſſa ad Abbatiſſas, ſeu matres, moniales, vel Sorores Tertiæ Regulæ S. Franciſci de Pœnitentia nuncupatas in communi viuentes extendi, et ampliari voluerunt. Et ſucceſſiue ad preces tunc Abbatiſſarum, et monialium dicti Ordinis S. Cla-

ræ

Digitized by Google

ræ ſub cura Minorum Regularis Obſeruantiæ degentium prædi-
ctiSixti IV. prædeceſſoris ſtatum, & ordinationem huiuſmodi in-
nouauerat, confirmauerat, & approbauerat.

4 Ac deinde cum idem Leo X. prædeceſſor ad ſupplicationem tam Abulenſis, & Segouienſis, aliorumq; Catedralium, & Metropolitanarum, & Collegiatarum, Capitulorum, necnon Rectorum Parochialium Eccleſiarum Caſtellæ, & Legionis Regnorum ius in dictis decimis, & primitijs, vel ad illas ſe habere prætendentium, ex certis tunc expreſſis cauſis, conceſſiones, & indulta huiuſmodi ad viam, & diſpoſitionem iuris communis reduxiſſet, ſeu reduci mandaſſet.

5 Pro parte tunc Miniſtri Generalis dicti Ordinis Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ Sanctæ memoriæ Clementi Papæ VII. etiam prædeceſſori noſtro expoſito, quod nullæ Abbatiſſæ, & Moniales Monaſteriorum S. Claræ Annuntiationis, & Conceptionis Ordinum, & in communi viuentes Tertiæ Regulæ S. Franciſci huiuſmodi adeo erant pauperes, quod de redditibus, & prouentibus ipſorum monaſteriorum, & locorum nullo modo ſeſuſtentare poterant. Idem Clemens prædeceſſor ad ſupplicationem prædicti Miniſtri Generalis dicti Leonis prædeceſſoris voluntatem, conceſſionem, & indultum priora huiuſmodi approbando, innouando, illaq; potiri pro cautela de nouo concedendo, ſtatuerat, & ordinauerat, quod perpetuis futuris temporibus Abbatiſſæ, moniales, & Sorores, ac monaſteria, & loca huiuſmodi, ſi ex eorum bonis pro earum ſuſtentatione ſufficientes redditus non haberent, decimas, & primitias, taxas, vel collectas, ſeu exactiones alicui ſoluere minime tenerentur.

6 Deinde ad recolendæ memoriæ Pauli Papæ etiam III. ſimiliter prædeceſſoris noſtri notitiam deducto, quod prædicti Archiepiſcopi, Epiſcopi, Capitula, Rectores, beneficiati, & aliæ perſonæ, necnon earundem Eccleſiarum Fabricæ, ac pro illis agentes literis Clementis prædeceſſoris huiuſmodi parere recuſabant, ipſaſq; Abbatiſſas, Moniales, & Sorores, earundemq. monaſteria, & loca indifferenter ſuper ſolutione decimarum, & primitiarum prædictarum multipliciter vexari non deſinebant contra priuilegia, & literas huiuſmodi, quamuis vſu recepta, & obſeruata, temere, & de facto veniendo.

7 Idem Paulus prædeceſſor cupiens vexationibus prædictis obuiare eiuſdem Clementis prædeceſſoris literas prædictas motu proprio, & ex certa ſcientia per quaſdam innouauit, confirmauit, & approbauit, illaq; de nouo conceſſit.

8 Succeſſiue eiuſdem Pauli prædeceſſoris pro parte tunc Epiſcopi, & dictorum filiorum Capituli Salmantini aſſerentium ſibi per literas Clementis prædeceſſoris alia priuilegia, & indulta eiſdem Abbatiſſis, Monialibus, & Sororibus, earumq; monaſterijs, & locis conceſſa huiuſmodi ius quæſitum tolli. Quodq; Abbatiſſę, Moniales, & Sorores huiuſmodi licet adeo diuitijs abundarent, quod decimas, et primitias prædictas ſoluere commode valerent, nihilominus ab illarum ſolutione occaſione confictæ, et ſimulatæ paupertatis indebite ſe ſubtrahebant, Paulo prædeceſſore nulla prorſus de innouatione, confirmatione, approbatione, conceſſione vltimo dictis mentione habita; prædicti Leonis prædeceſſoris poſteriores literas prædictas, priuilegia, et indulta huiuſmodi ad ius commune, vt præfertur, reducendo, et in illis contenta quæcumq; iuxta illarum continentiam, et tenorem per alias ſuas literas in forma Breuis obſeruari mandauit, perinde ac ſi literæ Clementis prædeceſsoris huiuſmodi non emanaſſent. Poſtremo per eundem Paulum præcepto, quod licet ſecundæ literę eiuſdem, occaſione diuitiarum, quibus nonnullas Abbatiſsas, & prædictas moniales abundare aſserebant, vt præfertur obtentæ, ad illas, quæ congruam ex earum redditibus non haberent ſuſtentationem, extendi non deberent; à nonnullis tamen aſſerebatur per eaſdem ſecundo dictas literas, quæ ſimpliciter, & indiſtincte innouationem, confirmationem, & approbationem vltimo dictarum literarum Leonis prædeceſsoris perinde ac ſi Clementis prędeceſsoris literis huiuſmodi ſufficienter derogatum.

9 Dictus Paulus prędeceſſor ad tollendum omne dubium, quod de cætero inter Abbatiſſas, & moniales, ac Epiſcopos, Capitula, Rectores, ac fabricas, et perſonas huiuſmodi oriri contingeret motu proprio, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine per alias ſuas literas voluit, ſtatuit, et ordinauit, quod Abbatiſsę, moniales, & ſorores Ordinis S. Clarę de Obſeruantia nuncupatę in communi viuentes prędictę in eiſdem regnis exiſtentes, necnon domus, monaſteria, loca, & poſſeſſiones, & alia quęcumq; bona

bona mobilia, & immobilia, ſi earum redditibus congruam non haberent ſuſtentationem, taxanda ſcilicet pro vnaquaq; moniali ad ſexdecim ducatos auri de camera, a ſolutione, et præſtatione decimarum, et primitiarum prædictarum iuxta eiuſdem Clementis prædeceſsoris literarum prædictarum eſſent, et eſſe deberent prorſus, et omnino exemptæ, et immunes, nec deſuper à quoquam moleſtari, vel perturbari poſsēt. Quodq; eiuſdem Pauli prædeceſſoris ſecundæ dictæ literæ Abbatiſsas, moniales, et ſorores ex ſuorum monaſteriorum redditibus congruam ſuſtentationem vltra ſummam dictorum ſexdecim ducatorum pro illarum qualibet habentes duntaxat comprehenderent, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur.

10 Cum autem ſicut dilectus filius Hieronymus Guzman Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupati Sacræ Theologiæ profeſſor Commiſſarius Generalis dicti Ordinis vltra montes Nobis nuper expoſuit, dicti ſexdecim ducati pro vnius monialis victu, et veſtitu, alijſq; neceſſitatibus nullatenus ſufficiant, idem Hieronymus Commiſſarius Nobis humiliter ſupplicauit, vt in præmiſsis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

11 Nos igitur ſingularum literarum prædictarum, necnon litium, et cauſarum, ſi quis ſupra dictis decimis, et primitijs inter Archiepiſcopos, et Epiſcopos, Capitula, Rectores ſua intereſſe putantes, necnon Abbatiſſas, moniales, et ſorores huiuſmodi, vel ipſorum aliquos in Romana Curia, vel extra eam, coram quibuſuis iudicibus etiam dicti Palatij Auditoribus, ſeu loca tenentibus, ac alijs perſonis, et in quibuſuis inſtantijs pendeant, ſtatus, nominaq; et cognomina iudicum, et collitigantium, aliorumq; neceſſariorum exprimendorum qualitates, et circunſtantias præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati.

12 Sexdecim ducatos ſimiles annuatim pro qualibet moniali auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium extendimus, et ampliamus, in reliquis autem omnibus, omnes prędeceſſorum noſtrorum prædictorum præſertim Pauli III. literas in ſuo robore permanere volumus ſtatuimus, ordinamus, et decernimus.

13 Sicq; per Auditores prædictos, aut alios iudices quoſcunq; tam

in

Digitized by Google

in dicta Curia, quam extra illam, in quibuſuis inſtantijs iudicari, definiri, & interpretari debere, ſublata eis quauis aliter iudicandi, interpretandi, & definiendi facultate, & auctoritate, irritum quoq; & innane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

14 Et nihilominus omnib. & ſingulis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Vicarijs, & quibuſuis alijs ad decimarum, & primitiarum huiuſmodi deputatis, & pro tempore deputandis exactionem in virtute S. Obedientiæ diſtrictius inhibemus, ne Abbatiſſas, ſorores, moniales, domos, et monaſteria, ac loca prædicta vigore quarumcuuq; literarum à Nobis, vel à Sede Apoſtolica pro tempore emanandarum, etiamſi in eis caueatur expreſſe, quod ad quæuis exẽpta, vel non exempta loca, & monaſteria ſe extendant, cuiuſcunq; tenoris exiſtant ipſius ſedis facultate conceſsa, niſi de huiuſmodi indultis eiuſq; toto tenore, ac de dictis Ordinibus, & nomine Cardinalis cui dictorum Ordinum cura, gubernatio, & protectio pro tempore conceſsa fuerint, plenam, & expreſsam, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes fecerint mentionem, ad ſoluendum decimas, & primitias huiuſmodi contra præſentium tenorem quouis modo ligere, compellere, ſeu alias moleſtare, aut inquietare præſumant.

15 Quocirca vniuerſis, & ſingulis venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filijs Abbatibus, &c. per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus veſtrum per ſe, vel alium, ſiue alios eiſdem Abbatiſſis, monialibus, & ſororibus in præmiſſis efficacis defenſionis preſidio aſſiſtentes, &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 22. Martij anno Domini 1581. Pontificatus noſtri anno nono. *Ordinis 360. Religionis vero 182.*

Extracta ex Bulla 5. Rodriq.

BVLLA CCXXXIX.

Gregorius XIII. ad inſtantiam Capucinorum interdixit Siculis Tertiarijs ne deferrent habitum ſimilem illorum habitui in colore, ſed deberent vti forma, & colore habitus Conuentualium.

1 Regularium perſonarum præſertim exemplarem vitam in humilita-

litatis, & paupertatis ſpiritu ducentium quieti, & Indemnitati pro commiſſo Nobis Paſtoralis officij debito conſulere cupientes, ad ea remouenda, quæ ipſis præiudicium adferre, & ſcandali materiam præſtare dignoſcuntur curam noſtram libenter intendimus.

2 Accepimus ſiquidem, quod licet alias felicis recordationis Paulus III. prædeceſſor noſter per ſuas literas inter alia diſtrictius inhibuerit quibuſdam perſonis, cuiuſcunq; conditionis exiſterent ſub excommunicationis latæ ſententiæ pæna eo ipſo incurrenda, ne habitum per Fratres Ordinis Minorum Capucinorum nuncupatorum geſtari ſolitum niſi ſub pro tempore exiſtentis Vicarij Generalis eiuſdem Ordinis obedientia, & cura permanerent, geſtare quoquo modo præſumerent.

3 Et piæ memoriæ Pius Papa IV. etiam prædeceſſor noſter literas Pauli prædeceſſoris huiuſmodi, ita quod nullus cuiuſcumq; conditionis exiſteret, non ſolum habitum præfatum iuxta literarum Pauli prædeceſſoris huiuſmodi tenorem, verum etiam nec ita cõſimilem, quod propter eum credi frater eorum Congregationis, niſi ſub præfati Vicarij Generalis pro tempore exiſtentis obedientia, & cura permanerent ſub ſimili pæna excommunicationis latæ ſententiæ quoquo modo geſtare præſumeret, per alias ſuas literas confirmauerit, & approbauerit, ac etiam ad id extenderit.

4 Nihilominus multi Fratres Tertiarij nuncupati Ordinis Minorum Conuentualium S. Franciſci nuncupatorum in Regno Siciliæ degentes habitum eiuſdem panni, & coloris, quo ipſi Fratres Capucini vtuntur, geſtare, & ſaluo, quod Caputium rotundum more Fratrum Conuentualium huiuſmodi deferunt, in reliquis ita conſimiles eiſdem Fratribus Capucinis incedere præſumunt, vt paſſim à populo pro Capucinis habeantur, & reputentur, ac illis tamquam talibus elemoſinæ, & oblationes elargiantur, non ſine eorundem Capucinorum, qui ea ratione elemoſinis huiuſmodi ab alijs ſuo nomine interceptis fruſtrati remanent, præiudicio, & incommodo, ſed etiam graui dictæ plebis offenſione, & ſcandalo, dum quos diſciplinæ regulari ipſorum Fratrum Capucinorum nuncupatos credit eis pecuniarum vſum, ac rerum commercium permitti intuetur.

5 Quocirca Nos rationi conſonum eſſe rati, vt qui in obſeruantia vitæ regularis vniformes non ſunt, ijdem etiam habitus dilatione

diſtinguantur in præmiſſis, ad euitandas confuſiones, & contentiones, quæ niſi habitus vtrinque diſtinguantur oriri poſſent, prouidere volentes, ac ſingulas literas prædeceſſorum huiuſmodi, & in eis contenta quæcunq; pro expreſſis habentes, & harum ſerie approbantes, & confirmantes, ac etiam innouantes motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra.

6 Statuimus, & ordinamus, quod ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus huiuſmodi Fratres Tertiarij nuncupati dicti Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium in Regno Siciliæ exiſtentes, & ſub obedientia, & cura dicti Vicarij Generalis Capucinorum pro tempore exiſtentis non permanentes, ad inſtar aliorum Fratrum eiuſdem Ordinis Minorum Conuentualium ibidem degentium, non ſolum Caputium rotundum, vt prefertur, ſed etiam habitum eiuſdem coloris, cuius eſt habitus dictorum Fratrum Conuentualium, videlicet beretini nuncupati, vt propterea à Fratribus Capucinis facile diſcernantur, deferre debeant, & teneantur, alioquin ſi ſecus fecerint, poſt ſex menſes ab intimatione pręſentium pænas conſtitutionum Pauli, & Pij prędictorum incurrant eo ipſo. Decernentes pręſentes literas de ſubreptionis vitio, &c. Sicq; per quoſcunq; iudices ordinarios, &c. Et nihilominus vniuerſis, & ſingulis dicti Regni locorum ordinarijs, in quorum diæceſib. Fratres Tertiarij Ordinis Minorum Conuentualium huiuſmodi pro tempore degentes, &c. Datum Tuſculi die quarta Octobris MDLXXXI. Pontificatus noſtri anno decimo. *Ordinis* 361. *Religionis* 182.

Extracta ex Bullario Romano Bulla 15. *Gregorij XV. in qua prædicta eſt cōtenta. Qui in ſua incip.* Ex iniuncto nobis *ſub datum* 9. *Decembris* 1621. *confirmat, & innouat conſtitutiones Gregorij XIII hic per nos extenſam, & Gregorij XIV. in Bullario II. præcipiendo Ordinarijs locorum in Hiſpania, Francia, ac Italia, ne alijs quibuſcunq; religioſis ſub quouis prætextu in poſterum nomen vel habitum ipſorum Capucinorum vſurpare permittant, ſed dictas conſtitutiones per eccleſiaſticas cenſuras faciant obſeruari. Bulla autem Pauli III. eſt numero vndecima. Habetur etiam* 12. *Vrbani VIII. pro eiſdem Capucinis contra Fratres Strictioris obſeruantiæ Minorum, qui debent geſtare caputium rotundum cum mozeta largiore, & mantello protenſo, vt per hoc diſtinguantur à Capucinis.*

BVL-

BVLLA CCXL.

GRegorius XIII. concedit Indulgentiam plenariam perpetuam confeſſis, & communicatis viſitantibus Eccleſiam Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe in feſto Sanctorum Marci, & Marcelliani, Felicis, & Tranquilini translationis eorundem.

1 Romanus Pontifex, cui per Beatum Petrum Apoſtolorum Principem in terris à Domino collata eſt animas ligandi, atq; ſoluendi poteſtas ad deuotionem ſingulorum vtriuſq; ſexus Chriſtifidelium ſuæ curæ diuinitus commiſſarum excitandam, illos quandocunq; propoſita ſibi peccatorum ſuorum remiſſione ad Eccleſias in Dei, & Sanctorum ſuorum laudem, gloriam, & honorem dicatas deuote viſitandas benigniter inuitat, ipſaſq; Eccleſias Indulgentiarum muneribus exornat, vt fideles ipſi in huiuſmodi pijs operibus ſe ſe exercentes, quod ſuis meritis in cęleſti regno conſequi nequeunt, eorundem Sanctorum interceſſionibus adiuti feliciter impetrare mereantur.

2 Cupientes igitur, vt Eccleſia Domus Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe Tertij Ordinis S. Franciſci, ad quam, ſicut accepimus dilecti filij Guardianus, & Fratres dictæ Domus ſingularem gerunt deuotionis affectum, in debita veneratione habeatur, & à Chriſtifidelibus prædictis iugiter veneretur, ipſiſq; Chriſtifidelibus, quibus nos alias per noſtras in forma Breuis deſuper confectas literas Indulgentiam Plenariam duraturam, qui Eccleſiam Domus huiuſmodi in Sanctorum Marci, & Marcelliani martyrum, eorumq, ac Sanctorum Felicis Papę, & Tranquilini translationis feſtiuitatibus viſitarent conceſſimus, prout in dictis literis plenius continetur, eo libentius ad Eccleſiam Domus huiuſmodi deuotionis cauſa confluant, quo ex hoc ſe maiora cæleſtis gratię dona adipiſci poſſe cognouerint, de Omnipotentis Dei miſericordię, ac Beatorum Petri, & Pauli eius auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis prędicti ſexus Chriſtifidelibus, qui vere pęnitentes, & confeſſi, ſumptoq; Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento Eccleſiam ipſius Domus in eorundem Sanctorum Marci, & Marcelliani, quę decima octaua Iunij, ac Sanctorum Felicis, & Tranquilini translationis huiuſmodi, quæ vltima Dominica Iulij menſium celebrantur feſtiuitatibus à primis veſperis vſq; ad occaſum ſolis ſingulo-

rum huiuſmodi feſtiuitatum, & dierum annis ſingulis deuote viſitauerint,& pias inibi ad Deum preces pro Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, hçreſumq; extirpatione, et pace inter Principes Chriſtianos ineunda,& conſeruanda effuderint, quibus diebus pręfatis id fecerint, ſi prędictum Sanctiſſimum Sacramentum eiſdem diebus ſumpſerint Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, et remiſſionem auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium concedimus, & elargimur. Pręſentibus etiam perpetuis futuris temporibus duraturis.

3 Volumus autem, quod ſi Eccleſiæ Domus huiuſmodi aliqua alia Indulgentia fuerit per nos conceſſa de qua hic ſpecialis mentio facta non ſit, præſentes nullius ſint valoris, vel momenti. Datum Romæ apud S.Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1584. nono Calendas Auguſti Pontificatus noſtri anno tertiodecimo. *Ordinis 364. Religionis vero 185.*

Extracta ex Archiuio eiuſdem Conuentus Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe.

SIXTVS PAPA V.

F. Felix Perettus Picenus de Monte Alto Ordinis S. Franciſci Conuentualium Presbiter Cardinalis S. Hieronymi Illiricorum creatus die duodecima Aprilis 1585. coronatus Calendis Maij. Sedit annos quinq; menſes quatuor, dies tres. Obijt vigeſimo ſeptimo Iulij 1590. ſepultus in lateritio Vaticano.

BVLLA CCXLI.

Sixtus V. moderatur Bullam Pij V. ſub num. CCXXXII. reſtituendo Generalem eligendum per Fratres eiuſdem Ordinis etiam per ſexennium duraturum per eius relectionem poſt triennium, cum cæteris officialibus, non tamen reſtituto Commiſſario Generali, eximendo Fratres à ſuperioritate Miniſtrorum Fratrum Minorum de Obſeruantia in Italia.

1 Romani Pontificis prouidentia circumſpecta nonnumquam ea, quæ per prædeceſſores ſuos rationabilibus, et honeſtis ſuadentibus cauſis, pro quibuſcumque Eccleſiæ ordinibus, vel in ſua integritate

gritate

gritate continendis, vel ad inſtitutum reuocandis ſtatuta, et ordinata fuerunt, ex alijs non minus iuſtis cauſis moderatur, & reuocat, prout id conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

2 Alias ſiquidem fæl. recordationis Pius Papa V. prædeceſſor noſter officia Miniſtratus, & Viſitatoris generalis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati perpetuo extinxit, & aboleuit, ac Miniſtrum, Viſitatorem, & Vicarium generalem eiuſdem ordinis officio vſu, & exercitio quomodo interdixit, & dictoque prohibuit, ne vllus Miniſter Vicarius, & Viſitator generalis de dicto ordine haberetur.

3 Inſuper Vniuerſos, & ſingulos Fratres, Sorores, profeſſos, & conuerſos, necnon Domos, Monaſteria, & loca virorum, & mulierum, ac cuſtodias, & Prouincias per vniuerſum orbem conſtitutas, gregemq; ipſum vniuerſum Tertij Ordinis vtriuſq; ſexus Generali, & Prouincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum, prout in eorum Prouincijs conſiſtebant, ita perpetuo ſuppoſuit, vt Miniſter Generalis in vniuerſo ordine, Prouincialis vero ordinis Minorum de Obſeruantia in ſuis quiſque Prouincijs plenum ius, liberamq; auctoritatem in ſpiritualib. & temporalibus iuriſdictionem omnimodam haberet, Domos omnes, ac Monaſteria, & loqua quæcunque necnon perſonas vtriuſq; ſexus tam in capite, quam in membris viſitandi, & corrigendi, vagantes, & quoſcunq; alios puniendi, carcerandi, mutandi, transferendi, ordinibus officijs, & adminiſtrationibus deponendi, excommunicandi, ſuſpendendi, interdicendi, & reſtituendi, ac etiam ſuper ijs, & cæteris omnibus ordinem ipſum, illiuſq; Domos, & perſonas vtriuſq; ſexus quomodolibet concernentibus, eorum tamen regulæ, & ſacris canonibus, & literis tunc deſuper confectis non contrarijs ſtatuendi, mutandi, innouandi, & exequendi quemadmodum illis erat in ſuo proprio ordine attributum, ac alia ſtatuit, & ordinauit, prout in ipſius prædeceſſoris literis ſub Data videlicet Quinto Nonas Iulij Pontificatus ſui anno tertio deſuper confectis, quarum tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſſo plenius continetur.

4 Nos itaque, quibus nuper innotuit, quod Fratres Tertij Ordinis huiuſmodi ſub obedientia Miniſtri generalis, & Prouincialium Fratrum de Obſeruantia prædictorum manentes nihil in Vinea

Domini

Domini profecerunt, immo in eodem Tertio Ordine varij abuſus tam circa Regulæ obſeruationem,quam etiam Fratrum dictæ Regulæ tranſgreſſorum,& alias delinquentium caſtigationem irrepſerunt,ac conſiderantes,quod ſi Fratres ipſi Tertij Ordinis eorum Viſitatorem Generalem iuxta ſua regularia inſtituta, prout ante literas dicti prædeceſſoris faciebant, eligere poſſent, & ſic electo tamquam eorum ſuperiori obedirent,præmiſſis,& alijs malis,quę occurrere poſſent,plurimum conſultum foret.

5 Propterea ex his, & alijs cauſis animum noſtrum mouentibus, de nobis, attributę poteſtatis plenitudine ipſos Fratres Tertij Ordinis aduerſus literas dicti prædeceſſoris, illis quoad Protectoris deputationem in ſuo robore permanentibus,in priſtinum,& eum, iu quo antequam ipſæ literæ emanaſſent, erant ſtatum reſtituentes,& plenarie reintegrantes, eiſdem Fratribus Tertij Ordinis per vniuerſam Italiam exiſtentibus, quod perpetuis futuris temporibus iuxta eorum regularia inſtituta ſingulo Triennio Capitulum generale dicti Tertij Ordinis conuocare,& celebrare,ac in eo Viſitatorem generalem, & alios Miniſtros, & Officiales non tamen Commiſſarium Generalem eiſdem modo, & forma,quibus antequam literæ prædictę emanaſſent, conſueuerant,eligere,eundẽq; Viſitatorem Generalem peracto Triennio huiuſmodi in alio Capitulo Generali poſtea faciendo confirmare libere, & licite valeant perpetuo Apoſtolica auctoritate concedimus,& indulgemus.

6 Decernentes Viſitatorem ſic electum omnimodam poteſtatem, auctoritatem, iuriſdictionem, & ſuperioritatem in omnes, & ſingulos dicti Tertij Ordinis Fratres, & Miniſtros, ac Officiales per vniuerſam Italiam exiſtentes, eorumq; Domos, & loca, ac res, & bona habere, necnon Fratres, & Miniſtros, ac Officiales Tertij Ordinis huiuſmodi ei ſic electo tamquam vero ſuperiori morem gerere, eiuſq; mandatis ſalubribus omni tempore obedire teneri, ipſoſq;per Miniſtrum Generalem, ac alios Fratres de Obſeruantia, quominus ad electionem prędictam, prout ante dictas literas faciebant procedere valeant, nequaquam impediri, aut moleſtari poſſe.

7 Et ita per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos quauis auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,et interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,& diffiniri

Digitized by Google

finiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

8 Non obſtantibus literis prædictis, quibus, ac omnibus alijs, quæ premiſſis obeſſe poſſent, ſpecialiter, et expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Volumus autem, quod dictus Viſitator eligendus infra duos menſes à die ſuæ electionis computandos confirmationem electionis huiuſmodi à Miniſtro Generali de Obſeruantia petere omnino teneatur, qua petita, et non obtenta, vel denegatam, idem Viſitator Tertij Ordinis apoſtolica auctoritate confirmatus cenſeatur; quodq; dictus Miniſter de Obſeruantia per ſe ipſum dumtaxat, vna cum duobus alijs ſuis ordinis profeſſoribus poſſit ſingulo quadriennio poſt Viſitationem à Viſitatore Tertij Ordinis huiuſmodi factam, et non ante, Tertium Ordinem, ac Fratres, Domos, loca, res, et bona prędicta, viſitare, eaq; tam in capite, quam in membris prout opportunum fuerit, iuxta regularia inſtituta dicti Tertij Ordinis corrigere, et moderare. Ac quod pręſentium tranſumptis, etiam impreſſis, dictiq; Protectoris, aut Viſitatoris Tertij Ordinis huiuſmodi ſigillo munitis, aut manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis eadem prorſus fides adhibeatur, quę eiſdem pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 29. Martij 1586. Pontificatus Noſtri anno primo. *Ordinis 365. Religionis 187.*

Extracta ex Bulla 28. Bullarij Romani, Sillis fol. 90.

BVLLA CCXLII.

Sixtus V. omnia priuilegia per ſuos prædeceſſores quomodolibet conceſſa, extenſa, & communicata Minoribus de Obſeruantia, Clariſſis, & Tertiarijs ex certa ſcientia confirmat pro vtroque foro, ac ſi eiſdem primo conceſſa fuiſſent.

1 Et ſi Mendicantium Ordines, et præſertim Sacrum Ordinem Fratrum Min. Obſer. qui ſeculo ad vineam Domini Sabaoth, Dei gratia, Ordo ipſe magnos probitatis, et doctrinæ, ac animarum ſalutis fructus ſemper olim attulerit, et quotidie afferre ſumma diligentia conatur, in eaq; immenſum exhibere non ceſſat famulatum,

ſummo

Digitized by Google

ſummo ſemper ſtudio (etiam cum in minorib. eſſemus) amplexi fuimus:ad ſummi tamen Apoſtolatus apicem, meritis licet *impa*-rib. diuina fauente clementia aſſumpti, dum id mente recolimus, facere non poſſumus, quin eumdem Ordinem de Obſer. propenſiori charitate, & paterno affectu amplectamur, ac eidem pro ſuis Sanctis ſtudijs, honeſtiſq; laboribus, ac pro animarum ſalute, ab Apoſt. Sede (cuius continue pacem, & dignitatem ordo ipſe de Obſer.fortiter tutatus eſt) tam ſpiritualia,quam temporalia ſubſidia,ornamentaq.acceperit, & accipiat, quib.& Sancta ſua officia, ac vitam ſuam regularem facilius, atq; expeditius exequi,& tranſigere poſſit, & cæteræ Religioſæ perſonæ,ordineſq; alij exemplo ipſorum promptiores, alacrioreſq;ad ſua officia perſoluenda reddantur.

2 Sane pro parte dilectorum filiorum Franciſci à Toloſa, Miniſtri Generalis, & Thomæ de Maſſa Commiſſarij generalis Ciſmontanæ familiæ prædicti Ord. de Obſer. nobis nuper expoſitum fuit, quod cum ex ipſius Sedis prouiſione, ac benigna dignatione prouenire dignoſcatur, vt Romanus Pontifex quandoque prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pont. geſta innouet, ac Apoſtolica auctoritate innouata, & reſtaurata muniat, & fulciat, & in priſtinum ſtatum reponat, ac reducat; necnon propterea nonnulli Ro. Pont. prædeceſſores noſtri, nonnullas gratias, conceſſiones, indulgentias peccatorum remiſſiones, abſolutiones, etiam plenarias,libertates,prærogatiuas,fauores, immunitates,exemptiones, declarationes, facultates, multaq; alia priuilegia, & indulta,tam prædictis Frat.Min.quam S.Claræ, ac tertio de pænit.nuncupato ordinib.illorumq; Superiorib. Fratribus, Monialib. & Sororib.ac vtriuſque ſexus perſonis,& Monaſterijs,Domib. Eccleſijs,& locis quibuſcumque dictorum ordinib.nunc,&pro tempore exiſtentib. in genere,vel in ſpecie, etiam per modum communicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum alijs ordinib. eorumq. Domib.& Eccl. & vtriuſque ſexus perſonis Ord Mendicantium exiſten.conceſſorum,conceſſerunt,aut iam conceſſa confirmarunt,& approbarunt, prout in ſingulis conceſſionibus, declarationib. & litteris eorumdem prædeceſſorum expeditis plenius dicitur contineri.

3 Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, illa quæ ſæpius Apoſtolica auctor. prædicta munita exiſtunt, maiorem obtineant roboris

Digitized by Google

roboris firmitatem, pro parte eorumdem Franciſci, & Thomæ nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prædictis priuilegijs, immunitatib. exemptionibus, libertatib. fauoribus, conſeruatorijs, declarationib. facultatib. diſpenſationib. gratijs, conceſſionibus, indulgentijs, & indultis pro illorum obſeruantia, noſtræ approbationis robur adijcere, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur, qui omnium votis preſertim illis, quibus ſub ſuaui Religionis iugo diuinis laudib. & Chriſtianæ Relig. augmento incumbentium perſonarum tranquillitati, & commoditati conſulitur, libenter annuimus, eaq. fauorib. proſequimur opportunis, huiuſmodi ſupplicationib inclinati, quæcumque præmiſſa, ac omnia & ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia. etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum alijs ordinib. Mendicantib. & non Mendicantib. eiuſdem Fratrum Min. regularis obſeruantiæ, & S. Claræ & de pęnit. Tertio ordinib. etiam in congregatione, ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & eorumdem Superiorum Ord. Min. Regularis Obſer. huiuſmodi obedientia degentib. ipſorumq; Superiorum Fratrib. Monialibus, Sororibus, ac vtriuſque ſexus, etiam ſingularib. perſonis, necnō Monaſterijs, domib. & Eccleſijs, & locis quibuſcumque in genere, & in ſpecie, etiam per ſolam ſignaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alias per eoſdem Romanos Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem prædictam, ſub quacumque forma, & expreſſione verborum conceſſa, ac etiam iteratis vicibus, approbata, necnon omnib. & ſingulis in eis forſan contentis clauſulis, decretis, & declarationib. quibuſcumque ac ſingulas deſuper etiam plurib. vicib. confectas literas, & in eis contenta, & inde ſequuta quæcumque, illorum omnium tenores, & formas, datas, effectus, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentib. & in his eſſent inſerta, pro ſufficienter expreſſis habentes, dicta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia in his omnib. in quib. decretis Con. Trid. non aduerſentur, approbamus, & confirmamus, ac innouamus, perpetuamq. roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari.

5 Necnon Ordinib. Fratrū Min. Regularis Obſer. huiuſmodi degen. Superiorib. Fratrib. Monialib. & Tertiarijs nuncupatis Sororib. perſonis, Monaſterijs, Domib. Eccl. & locis prædictis, etiam per modum communicationis, & extenſionis, huiuſmodi ſuffragari, illiſq; frui, vti, & gaudere, quando, & quoties opus fuerit, poſſe, & debere in iudicio, & extra, ac etiam in foro conſcientiæ, in omnib. & per omnia, ac ſi ſpecialiter, & expreſſe, eiſdem Fratrum Min. ac S. Claræ, & tertio de pænitentia ordinib. per nos conceſſa fuiſſent, decreuimus. Supplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti, ac ſolemnitatum, etiam de iuris neceſſitate, aut alias quomodolibet requiſitarum, forſan omiſſarum, & alios quocumque defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

6 Quocirca venerabilib. Calaguritan. & Lodien. Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta quæcumq; plenum eorum effectum ſortiri illiſq; omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere: non permittentes quemquam deſuper contra præſentium tenorem ſub quouis prætextu, & cauſa, etiam defectu intentionis noſtræ, per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, quinimo, quidquid in contrarium attentari vel fieri contingei, omnia ſemper in priſtinum reponi.

7 Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quaſcumque, de quib. eis videbitur, cenſuras, & pœnas Eccle. & alia opportuna iuris, & facti remedia, appellatione quacumque poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſib. etiam iteratis vicib. grauando, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Sicq. per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, ac Sanctæ Ro. Eccl. Cardinales, necnō Sacri Palatii Apoſt. cauſarum Auditores, ſublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere.

8 Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ mem. Bonif. Papæ Octaui, etiam prædeceſſoris noſtri de vna, & in Concilio Generali de duabus dietis editis, dummodo vltra tres dictas, aliquis præſentium vigore ad iudicium non trahatur, aliiſq; Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac Prouincialibus & Capitularibus ſtatutis, & Conſuetudinibus

etiam

Digitized by Google

etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis etiam in forma Breuis per quoſcumque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, & Sedem prædictam, etiam motu proprio, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ſimilibus ac cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, etiam priuilegiorum eorum reuocatiuis, reſtrictiuis, reſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatoriis, alijs efficacioribus efficaciſsimis, et inſolitis Clauſulis quomodolibet, etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumq. totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per Clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, etiam, quod in eis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma derogari poſſit, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentib. pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes: motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus derogamus. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, ceteriſq; contrarijs quibuſcumque Verum, quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula quæque loca, in quibus forte opus eſſet, deferri volumus, & pariter Apoſtolica auctor. decernimus, quod illarum tranſumptis manu alicuius ex Secretariis cuiuſuis prædictorum Prelatorum Generalium, et ſuorum ſucceſſorum, aut Notarii publici ſubſcriptis, et ſigillo officii alterius eorumdem, aut alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Curiæ Eccleſiaſticę munitis, eadem prorſus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, qua præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę. Datum Romæ apud S. Marcum, ſub annul. piſcatoris die 3. Octobr. 1587. Pontificatus noſtri anno tertio. *Ordinis 367. Religionis vero 188.*

Extracta ex Bullario Rodriq. Bulla 14. *Confectio fol.* 267.

BVLLA CCXLIII.

Sixtus V. conceſſionem factam per Prouallios ab Eccleſia in monte Saiani cum ſitu ad fabricandum conuentum cum onere vnius miſſæ quotidianæ, ex annuo redditu viginti ſcutorum auri, approbauit, & confirmauit, cum communicatione priuilegiorum aliorum conuentuum eiuſdem Ordinis.

1 Exponi ſiquidem Nobis nuper feciſtis, quos vos pia erga Ordinem Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci deuotione inducti, ipſoſque Fratres in infraſcripto loco Saiani introducere cupientes Eccleſiæ S. Marię in Monte loci Saiani Brixienſis diœceſis tam à vobis quam à quodam Scipione Prouallio dum vixit laico Brixienſi, cuius hæredes eſtis, conſtructam, & ædificatam, & propterea ad vos pleno iure ſpectantem vna cum ſufficienti ſitu apud ipſam Eccleſiam exiſtente ad effectum conſtruendi apud ipſam Eccleſiam vnam dicti Ordinis Domum, necnon annuum redditum viginti ſcutorum auri in auro pro celebratione quotidianę miſſę per ipſum Scipionem relictę dilectis filiis Guardiano, & Fratribus dicti Ordinis loci *Delle Fornaci* dictæ diœceſis dediſtis, atq; conceſſiſtis, ac alias prout in conceſſione prædicta ſeu ſcripturis deſuper confectis plenius dicitur contineri.

2 Cumq; cupiatis donationem, & conceſſionem prædictas pro illarum ſubſiſtentia firmiori per Nos approbari, & confirmari, eiſdem Guardiano, & Fratribus, vt dictam Domum conſtruere, & in illa Fratres dicti Ordinis introducere valeant, licentiam concedi Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, quatenus veſtro deſiderio huiuſmodi annuere, ac alias in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos qui fidelium quorumlibet piis votis pręſertim religionis propagationem concernentibus, libenter annuimus, eaq; fauoribus proſequimur oportunis, dationis, & conceſſionis prædictarum, ac ſcripturarum deſuper confectarum tenores, & veriores pręſentib. pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati dationem, & conceſſionem dictæ Eccleſię, vna cum ſitu, & annuo redditu huiuſmodi per vos, vt pręfertur, factas Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiuſq; perpetuæ firmitatis robur adiicimus, omneſq; & ſingulos tam iu-

ris

ris, quam facti defectus, ſi qui interuenerint in eiſdem ſupplemus.
4 Necnon eiſdem Guardiano, & Fratribus, vt apud dictam Eccleſiam in dicto ſitu, vt præfertur, eis conceſſo vnam dicti Ordinis domum conſtruere, & in ea poſtquam conſtructa fuerit, vnum Guardianum, & tot dicti Ordinis Fratres, quot inibi commode ſuſtentari poterunt, introducere valeant, licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.
5 Necnon dictam Domum poſtquam, vt præfertur, conſtructa fuerit in ipſius Ordinis Domum regularem cum omnibus priuilegijs, facultatibus, immunitatibus, & libertatibus, quibus aliæ dicti Ordinis Domus vtuntur, potiuntur, & gaudent eiſdem auctoritate, & tenore perpetuo, ſine tamen alicuius præiudicio, ac conſenſu dilecti filij moderni dicti Ordinis Viſitatoris Generalis, erigimus, & inſtituimus.
6 Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua inter alia cauetur expreſſe ne cuiuſuis Ordinis Mendicantium profeſſores loca ad inhabitandum de nouo recipere, ſeu recepta mutare præſumant abſq; Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali de prohibitione huiuſmodi expreſſam mentionem faciente, & alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinib. cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 20. Maij MDLXXXIX. Pontificatus noſtri anno quinto. *Ordinis 369. Religionis vero 190.*

Extracta ex Archiuio Curiæ Epiſcopalis Brixiæ, vbi eius originale aſſeruatur executum die vndecima Auguſti 1589. præſentatum per ſpectabilem D. Hieronymum Mainatium ad inſtantiam DD. Annibalis, Caſaris Marij, & Ioannis Baptiſtæ de Prouaglij laicorum Brixienſium, ad quos Papa ſuas direxit literas, conceſſorum Eccleſiæ, & ſitus ad fabricandum conuentum.

CLEMENS PAPA VIII.

Hippolytus Aldobrandinus Florentinus, Silueſtri filius, Presbiter Cardinalis S. Pancratij, creatus trigeſimo Ianuarij & die ſecunda Februarij coronatus 1592. vixit annos tredecim, menſem vnum, & dies quinq; obijt tertio Martij 1604. ſepultus in Baſilica S. Petri.

BVLLA CCXLIV.

Clemens VIII. ſuppreſſionem Collegiatæ, & ſex canonicatorum Sanctorum Coſinæ, & Damiani de Vrbe, & applicationem fructuum 150. ſcutorum de Camera annuorum factam per Sixtum V. patientem aliquas difficultates, approbat, & confirmat, ac de nouo, ſi opus ſit ſupprimit, & applicat.

1 Ex ſuſcepto Apoſtolicę ſeruitutis officio ad ea libenter intendimus, per quæ regularium bonorum quorumlibet præſertim almæ Vrbis noſtræ, ac perſonarum in eis ſub ſuaui religionis iugo, ſtudio pię vitæ vacantium, ſtatui, & indemnitati opportune valeat prouideri.

2 Dudum ſiquidem felicis recordationis Sixto Papa V. prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum filiorum Guardiani, & Fratrum Domus Sanctorum Coſmæ, & Damiani in foro Boario de Vrbe Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati, expoſito, quod licet olim poſtquam piæ memoriæ Paulus Papa III. etiam prędeceſſor noſter, dum adhuc Cardinalatus honore fungeretur, ac Eccleſiæ collegiatæ Sanctorûm Coſmę, & Damiani huiuſmodi pro denominatione ſui Cardinalatus Apoſtolicæ ſedis auctoritate conceſſę, & aſſignatę in Diaconum Cardinalem præfectus eſſet, prouide attendens, fructus, redditus, & prouentus ſex Canonicatuum, & Prębendarum dictę Eccleſię adeo tenues eſſe ad Canonicorum illos tunc obtinentium congruam ſuſtentationem nequaquam ſufficerent, & ob id Canonicos ipſos apud dictam Eccleſiam reſidere, ac debitum ei obſequium in diuinis pręſtare non poſſe, & exinde fidelium deuotionem erga eandem Eccleſiam, & cultum diuinum in illa non parum diminutos eſſe, & in dies magis, ac magis diminui.

3 Cupiens ſuper hoc opportune prouidere, Eccleſiam prędictam cum

Digitized by Google

cum domibus, hortis, & ædificijs contiguis Viſitatori tunc, & pro tempore exiſtenti, ac vniuerſis Fratribus dicti Ordinis pro eorum perpetuis vſu, & habitatione cum onere Miſſas, et alia diuina officia in dicta Eccleſia celebrandi, ac alias ſub certis modo, & forma tunc expreſſis ſub Sedis Apoſtolicæ beneplacito perpetuo conceſſerat, et aſſignauerat; dicta Eccleſia adhuc collegiata remanſiſſet, nihilominus eiuſdem Eccleſię Canonici nullam in ea reſidentiam facientes quodam modo inutiles videbantur.

4 Ipſique Guardianus, & Fratres, qui alioquin eidem Eccleſię in diuinis deſeruiebant pauperes erant, et valde inconueniens eſſet, vt dicta Eccleſia ſic alias ipſis Fratribus aſſignata, ſimulq; collegata remaneret, præfatus Sixtus prędictorum Guardiani, et Fratrum ſupplicationibus ea in parte tunc inclinatus, conceſſionem, et aſſignationem Eccleſię cum Domibus, ędificijs, et hortis huiuſmodi Guardiano, et Fratribus prędictis, vt pręfertur factas dicta auctoritate Apoſtolica perpetuo confirmans, et approbans in prędicta Eccleſia nomen, titulum, et denominationem Collegiatę extinxit; necnon ſex Canonicatus, et Prębendas prędictas, cum primū illos per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, aut priuationem, ſeu quamuis aliam amiſſionem, vel dimiſſionem illos tunc obtinentium, ſeu alias quouis modo etiam apud ſedem prædictam, & in quocunq; menſe ſimul, vel ſucceſſiue vacare contingeret, etiamſi actu nunc quouis modo, & ex illis tunc obtinentium, aut quorumcumq; aliorum perſonis vacarent auctoritate prædicta etiam perpetuo ſuppreſſit, & extinxit, illorumq; ſic ſuppreſſorum, & extinctorum fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta, reſq; & bona vniuerſa eidem Domui eadem auctoritate ſimiliter perpetuo applicauit, & appropriauit. Ita quod cedentibus, vel decedentibus Canonicatus, & Præbendas huiuſmodi obtinentibus liceret Guardiano, & Fratribus dictæ Domus tunc, & pro tempore exiſtentibus per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem Canonicatuum, & præbendarum, iuriumq; & pertinentiarum prædictarum eorum, & dictæ Domus nomine propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illaq; locare, & amandare; necnon illorum fructus, redditus, prouentus, aliaq; præmiſſa, percipere, exigere, & leuare; necnon in ſuos, & Domus huiuſmodi vſus conuertere cuiuſuis licen-

tia deſuper minime requiſita, prout in documento, alijſq; ſcripturis ipſius Pauli prædeceſſoris tunc Diaconi Cardinalis, ac *noſtris* literis cum prædictus Sixtus prædeceſſor antequam eius literę deſuper conficerentur ſicut Domino placuit, rebus fuiſſet humanis exemptus, deſuper confectis plenius continetur.

5 Cum autem poſtmodum dicto Sixto prædeceſſore rebus, vt præfertur, humanis erepto poſt conceſſionem ſuppresſionis recolendæ memoriæ Gregorius XIIII. & ſucceſſiue Innocentius Papa VIII. ſimiliter prædeceſſores noſtri, & poſtremo Nos diuina fauente clementia ad Summi Apoſtolatus apicem aſſumpti in craſtinum aſſumptionis huiuſmodi per quaſdam eiuſdem Gregorij, ac Innocentij prædeceſſorum, & noſtras conſtitutiones in Cancellaria Apoſtolica publicatas, omnes vniones, annexiones, incorporationes, necnon ſuppreſſiones, extinctiones, applicationes, & appropriationes de quibuſcumq; Eccleſijs, & beneficijs eccleſiaſticis, eorumq; redditibus, & bonis per ceſſum, vel deceſſum, vel quamlibet aliam dimiſſionem, ſeu amiſſionem vacantibus tunc, ſiue in poſterum vacaturis, alijs Eccleſijs, vel Monaſterijs, ac alijs locis pijs factas, quæ ſuum ſortitæ non eſſent effectum, ac quaſuis commiſſiones, ac mandata deſuper facienda reuocauerint, & Nos reuocauerimus, & caſſauerint, ac irritauerint, nulliuſq; decreuerint eſſe firmitatis, nec alicui clauſulas in eis contentas aduerſus reuocationem, & irritationem huiuſmodi voluerint, ac Nos voluerimus aliquatenus ſuffragari.

6 Ac propterea ſicut exhibita Nobis nuper pro parte Guardiani, & Fratrum Domus huiuſmodi petitio continebat ipſa ſuppreſſione, extinctione, applicatione, & appropriatione præfatis, quæ tempore noſtræ aſſumptionis huiuſmodi ſuum nondum erant ſortitæ effectum fruſtrari vereantur. Pro parte eorundem Guardiani, & Fratrum aſſerentium Canonicatuum, & Præbendarum fructus redditus, & prouentus inſimul centum, & quinquaginta ducatorum auri de camera ſecundum communem æſtimationem valorem annum non excedere Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ſuppreſſionem extinctionem, applicationem, & appropriationem præfatas reualidare, ac alias *in* præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

7 Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia

Digitized by Google

ficia eccleſiaſtica alijs vniri,tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum æſtimationem prædictam, etiam beneficij,cui aliud vniri peteretur;alioquin vnio nō valeret; & ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, quibuſcunq; co firmationibus vnionum idem obſeruaretur. Ipſos Guardianum,& Fratres, ac ſingulares perſonas Domus huiuſmodi à quibuſuis excommunicationis, &c.abſolutos fore cenſentes; necnon fructuum,reddituum, & prouentuum Domus huiuſmodi, ac illis forſan annexorum verum annuum valorem ſecundum æſtimationem prædictam præſentibus pro expreſſo habentes poſterioribus ſupplicationibus in hac parte inclinati.

8 Confirmationem, approbationem, ſuppreſſionem, extinctionem, applicationem, & appropriationem, ac cum derogatione, alijſq; omnibus,& ſingulis in eis contentis literis deſuper confectis,proceſſuſq;habitos,& habendos, & eoſdem, ac inde ſecuta & ſecutura in omnibus, & per omnia perinde ac ſi reuocatio, caſſatio, decreta, ac voluntas noſtra, ac Gregorij, & Innocentij prædeceſſorum prædictorum minime emanaſſent, Apoſtolica auctoritate,ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium perpetuo reualidamus, ac illas in priſtinum, & eum,antequam reuocationes huiuſmodi emanaſſent, quomodolibet erant,ſtatum,auctoritate, & tenore prædictis reſtituimus repoſuimus, & plenarie reintegramus, ac etiam perpetuo approbamus,& confirmamus.Necnon eoſdem ſex Canonicatus,& Prebendas modo, & forma præmiſſis, quatenus opus ſit, de nouo ſimiliter perpetuo ſupprimus,& extinguimus,illorumq;ſic ſuppreſſorum,& extinctorum fructus, redditus, & prouentus,ac alia omnia præmiſſa domui prefatæ perpetuo applicamus, & appropriamus.

9 Decernentes premiſſa omnia, ac eaſdem literas perpetuo valida, & efficacia eſſe,ac fore,ſuoſq; plenarios effectus ſortiri, & obtinere;necnon ab omnibus inuiolabiliter obſeruari debere; nec illa ex quibuſuis capitibus, vel cauſis de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, vel impugnari. Minuſq; Guardianum, & Fratres præfatos ab aliquo deſuper moleſtari, perturbari, vel impediri poſſe.

Digitized by Google

10 Sicq;per quoſcumq;iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac *Sanctæ* Romanæ Eccleſiæ Cardinales; ſublata eis, & eorum cuilibet quauis, aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere.

11 Non obſtantibus priori voluntate noſtra, ac alijs præmiſſis ac Lateranenſis Concilij nouiſſime celebrati, vniones perpetuas niſi in caſibus a iure permiſſis fieri prohibentis, ac reuocationibus prefatis, alijſq; conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; necnon dictę Eccleſiæ Sanctorum Coſmæ, & Damiani, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; et indultis, ac literis Apoſtolicis ipſi Eccleſię Sanctorũ Coſmę, et Damiani, ac dilectis filijs illius Capitulo, et alijs ſuperioribus, et perſonis ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, et cum quibuſcumq; clauſulis, et decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, et approbatis, et innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac indiuidua, et de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quælibet alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſset, tenores huiuſmodi ac ſi de verbo ad verbum nihil pęnitus omiſso, et forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro expresſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat expreſse, et ſpecialiter derogamus, cęteriſq; contrarijs quibuſcumq; Nulli ergo omnino hominum, etc. Datum Romę apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę 1594. Calendis Decembris, Pontificatus noſtri anno tertio. *Ordinis 373. Religionis 195.*

Extracta ex Archiuio conuentus Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe.

BVLLA CCXLV.

CLemens VIII. præſcribit formam eligendi ſuperiores, & alios officiales in Capitulis per vota ſecreta in ſchedulis poſt electionem factam comburendis, prohibendo electionem Prouincialium, & Priorum in Capitulis Generalibus faciendam in ſolitis Capitulis Prouinciarum, cum decreto irritante electiones attentatas contra præſcriptam formam.

11

1 Decet Romanum Pontificem, in his auctoritatis ſuę partes libenter interponere, per quæ Religioſorum ſtatui, eorumq; proſpero regimini, opportune conſulitur. Sane pro parte dilectorum filiorum Viſitatoris Generalis, & aliorum Superiorum, ac Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci de pęnitentia, nobis fuit expoſitum, quod cum alias prædictus Ordo, non ita propagatus eſſet, ſtatutum fuit, dilectos filios Priores, & diſcretos Conuentuum, ac Domorum dicti Ordinis Capitulis Generalibus, quę quolibet triennio, pro electione noui Viſitatoris Generalis, & quatuor Diffinitorum Generalium fieri ſolent, intereſſe, et vota cum cęteris in eo habere debere.

2 Cum autem dictus Ordo in varias Prouincias benedicente Domino, diffuſus, et auctus ad pręſens exiſtat, valdeq; moleſtum ſit, et diſpendioſum, tot Fratres ad Capitula generalia conuocare, quinimmo confuſio ob ingentem numerum multoties inde prouenire ſoleat.

3 Nos cupientes his, et alijs incommodis opportuna ratione occurrere, dicti Viſitatoris Generalis ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium ſtatuimus, et ordinamus, quod ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus.

4 In electione noui Viſitatoris Generalis, ac etiam Diffinitorum generalium, in ipſis Capitulis generalibus facienda, Viſitator generalis pręteritus, necnon ex qualibet Prouincia vnus Prouincialis, ac Diſcretus, & Cuſtos ſimiliter Prouinciales, et non alij Generalibus Capitulis intereſſe, ac votum habere poſſint.

5 In electione vero nouorum Prouincialium, Cuſtodum, et Diffinitorum Prouincialium in Capitulis Prouincialibus facienda, Prouinciales pręteriti, Diſcreti Prouinciales, Priores, et Diſcreti Cōuentuum, necnon Diffinitores Generales actuales, ac demum Procurator Generalis tunc exiſtens vota habeant.

6 Ad priorum vero, et Diſcreti Prouincialis electionem Prouincialis, et quatuor Diffinitores Prouinciales tantum procedant.

7 Mandamuſq; vt electiones omnium, ac quorumcunq; ſupradictorum per vota ſecreta, in ſchedulis conſcripta fiant, et ſtatim facta electione, ſchedulę comburantur, itaut eligentium vota nunquam publicari poſſint.

8 Ac prohibemus, vt nullo pacto in Capitulis generalibus electio-

nes Prouincialium, ac Priorum fiant, ſed tantum in qualibet Prouincia ſuus Prouincialis, Diſcretus Prouincialis, & Priores creentur.

9 Decernentes omnes, & ſingulas Viſitatoris Generalis, Prouincialium, ac Diſcretorum, & Cuſtodum, etiam Prouincialium, necnon Priorum, & Diffinitorum prædictorum, ſeu quorumuis eorum electiones, quas contra hic traditam formam fieri pro tempore contigerit, eo ipſo nullas, & nullius momenti eſſe, ac fore, illiſque non obſtantibus, ad alias electiones, iuxta huiuſmodi formam procedi poſſe, ac debere, necnon irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

10 Non obſtan. præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon prædicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſima nona Iulij 1595. Pontificatus noſtri anno quarto *Ordinis 325. Religionis 196.*

Extracta ex Bullario Romano Bulla 33. Sillis fol. 92. Gallicano fol. 66. Rodriq. Bulla 14.

BVLLA CCXLVI.

Clemens VIII. ex certa ſcientia confirmat omnia priuilegia etiam per viam communicationis conceſſa Minoribus de Obſeruantia, Clariſſis, & Tertiarijs vtriuſq. ſexus in communione, & ſub tribus votis eſſentialibus viuentibus in his, quæ Concilio Tridentino non aduerſantur.

1 Ratio Paſtoralis officij noſtri exigit, atq; efflagitat, vt quorum religionem, ac virtutem Sedi Apoſt. totiq; Eccleſiæ non modo illuſtrem & præclaram, ſed vtilem etiam, ac neceſſariam eſſe animaduertimus, eoſdem noſtris, & eiuſdem Sedis Apoſt. honoribus, ac beneficijs libenter proſequamur. Cum vero ex bonis, & commodis ſpiritualibus Ord. Mendicantium, ea longe, lateq. pateant, ſemperq; patuerint, quæ à ſacro Ordin. Fratrum Minorum de Obſeruantia ab ipſis fundatæ Religionis initijs in omnes Chriſtianæ

Reipub.

Digitized by Google

Reipub. prouincias profluxerunt, quotidieque profluunt, & promanant, faciendum nobis eſſe ſtatuimus, vt in eodem ordine noſtris, & Sedis Apoſt. gratijs, atque munerib. honeſtando, nihil Romanorum Pont. prædeceſſorum noſtrorum benignitati, ac ſtudio concedamus.

2 Cum igitur pro parte dilecti filij Ioannis Bapt. Moles Commiſſarij generalis in Rom. Curia Vltramontanæ familiæ prædicti ord. de obſeru. nobis expoſitum fuerit, ex ipſius Sedis benigna dignatione prouenire, vt Romanus Pont. quandoque prædeceſſorum ſuorum Ro. Pont. geſta innouet, ac Apoſtolica auctor. innouata, & reſtaurata muniat, & fulciat, & in priſtinum ſtatum reponat, ac reducat, necnon propterea nonnulli Rom. Pont. prædeceſſores noſtri quaſdam gratias, conceſſiones, indulgentias, & peccatorum remiſſ. abſolutiones etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, multaq; alia priuilegia, & indulta, tam prædictis Fratrum Min. quam S. Claræ, ac Tertio de pæn. nuncupato ordinib. illorumq; Superiorib. Fratrib. Monialib. & Sororib. ac vtriuſque ſexus perſonis, & Monaſterijs, Domib. Eccl. & Locis quibuſcunque dictorum ord. nunc, & pro tempore exiſtentibus in genere, vel in ſpecie, etiam per modum communicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum, alijs ordinib. eorumq. Domibus, & Eccleſijs, & vtriuſque ſexus perſonis ordinum Mendicantium, & non Mendic. exiſten. conceſſorum, conceſſerunt, aut iam conceſſa confirmarunt, & approbarunt, prout in ſingulis conceſſionib. declarationib. & litteris eorumdem prædeceſſ. expeditis plenius dicitur contineri.

Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, illa, quæ ſæpius Apoſt. auctor. prædicta munita exiſtunt, maiorem obtineant roboris firmitatem, pro parte prædicti Io. Bapt. Moles, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prædictis priuilegijs, immunitatib. exēptionib. gratijs, conceſſionib. indulgentijs, & indultis, pro illorum obſeruantia, noſtræ approbationis robur adijcere, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur, qui omnium votis, præſertimq; illorum, qui ſub ſuaui Religionis iugo, Diuinis laudibus, & Chriſtianæ Relig. augmento incumbentium perſonarum tranquillitati, & commoditati

con-

conſulunt, libenter annuimus, eaq; fauorib. proſequimur opportunis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quæcumq; præ*miſſa*, ac omnia, & ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatoria, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum alijs Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, eiuſdem Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ, & S. Claræ, & de pænit. Tertio ordinibus etiam in Congregatione ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & eorumdem Superiorum Ordinis Min. Regularis Obſeruantiæ huiuſmodi obedientia degentibus, ipſorumq; Superiorum Fratribus, Monialibus, Sororibus, ac vtriuſque ſexus etiam ſingularibus perſonis, necnon Monaſterijs, Domibus, Eccleſijs, & Locis quibuſcumque in genere, & in ſpecie, etiam per ſolam ſignaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alias per eoſdẽ Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ac nos, & Sedem prædictam ſub quacumque forma, & expreſſione verborum conceſſa, ac etiam iteratis vicib. approbata, necnon omnibus, & ſingulis in eis forſan contentis Clauſulis, Decretis, & Declarationib. quibuſcumque, ac ſingulas deſuper etiam plurib. vicibus confectas litteras, & in eis contenta, & inde ſequuta quæcumque, illorum omnium tenores, & formas, datas, effectus, & Decreta in *illis* appoſita, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, & in his eſſent inſerta, præſentib. pro ſufficienter expreſſis habentes, dicta aucto. Apoſtolic. tenore præſentium.

4 Ex certa ſcientia in his omnib. in quib. *Decretis* Concilij Trid. nõ aduerſentur, ſaluis etiam Decretis à nobis in fauorem Fratrum Reformatorum conceſſis, approbamus, & confirmamus, ac innouamus, perpetuamq; roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari, necnon ordinib. Fratrũ Min. Regular. Obſer. & S. Claræ, ac tertio de pænitentia nuncupato, etiam in Congreg. ſub obedientia Fratrum Minorum de Obſer. huiuſmodi degen. ſuperioribus Fratribus Monialibus etiam Tertiarijs nuncupatis Sororib. perſonis, Monaſterijs, Domibus, Eccl. & Locis prædictis, etiam per modum communicationis, & extenſionis huiuſmodi ſuffragari, illiſq; frui, vti, & gaudere, quando, & quoties opus fuerit, poſſe, & debe-

debere, in iudicio, & extra, ac etiam in foro conſcientiæ, in omnibus, & per omnia, ac ſi ſpiritualiter, & expreſſe eiſdem Fratrum Minorum, & S. Claræ, & tertio de pænitentia ordinibus per nos conceſſa fuiſſent, decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti, ac ſollemnitatum etiam de iuris neceſſitate, aut alias quomodolibet requiſitarum, forſan omiſſarum, & alios quoſcumque defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

5 Quocirca venerabilib. Fratrib. Mantuæ, & Toy, Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſt. Generali Auditori, per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios faciant auctoritate noſtra præſentes litteras, & in eis contenta quæcumq; plenũ eorum effectum ſortiri, illiſq; omnes quos concernunt; pacifice frui, & gaudere. Non permittentes quemquam deſuper contra præſentium tenorem ſub quouis prætextu, et cauſa, etiam defectu intentionis noſtræ per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, quinimo quidquid in contrarium attentari, vel fieri continget, omnia ſemper in priſtinum reponi; Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quaſcumque, de quibus eis videbitur, cenſuras, & pænas Eccl. & alia opportuna iuris, et facti remedia, appellatione quacumque poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, etiam iteratis vicib. aggrauando, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerint) auxilio bracchij ſecularis; ſicq. per quoſcumque iudices, et Commiſſarios, ac S.R.E. Cardinales, necnon Sacri Palatij Apoſt. Cauſarum Auditores, ſublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, et diffiniri debere.

6 Non obſtan. præmiſſis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam predeceſſoris noſtri de vna, et in Concilio Generali de duab. diætis, dummodo vltra tres diætas aliquis preſentium vigore ad iudicium non trahatur, alijq; Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac Prouincialibus, & Capitularibus Statutis, et Conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, et Litteris Apoſt. etiam in forma Breuis per quoſcumque Romanos Pont. prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, et Sedem prædictam, etiam motu proprio, ac ſcientia, et poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſuis

buſuis

buſiuis irritatiuis,annullatiuis, caſſatiuis,etiam priuilegiorum eorum reuocatiuis, reſtrictiuis, reſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis,mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſq;efficacioribus, efficaciſſimis, et inſolitis Clauſulis quomodolibet,etiam pluries conceſſis, confirmatis,et innouatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumq;totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica expreſſa,et indiuidua,ac de verbo ad verbum, non autem per Clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, etiam quod in eis caueatur, expreſſe, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo,& forma in illis tradita, obſeruata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, et inſertis habentes motu,ſcientia, et auctoritate ſimilibus derogamus. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, et expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, cæteriſq; contrariis quibuſcumque.

7 Verum quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula quæque loca, in quibus forte opus eſſet, deferri volumus, et pariter Apoſtolica auctoritate decernimus, quod illarum tranſumptis, manu alicuius ex Secretariis cuiuſuis prædictorum Prælatorum Generalium, ac Romanæ Curiæ Commiſſarii, et ſuorum ſucceſſorum, aut Notarii publici ſubſcriptis, et ſigillo officii alterius eorumdem, aut alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Curiæ Eccleſiaſticæ munitis, eadem prorſus fide in iudicio, et extra illud adhibeatur, quę præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 20.Decembris 1597.Pontificatus noſtri anno ſexto. *Ordinis* 377. *Religionis vero* 198.

Extracta ex Bullario Romano Bulla 51. *Bulla prima, Confect. Bulla* 5.

BVL-

BVLLA CCXLVII.

Clemens VIII. ſtatuit, habitum Fratrum confici debere ex quatuor partibus lanæ naturaliter nigræ, & ex vna lana alba in Portugallia.

1 Vt ea, quæ pro religionum, & perſonarum in ipſis degentium bono, & quiete per ipſarum religionum ſi priores, ſtatuta, & ordinata ſunt, firma, & illibata perpetuo ſubſiſtant, noſtræ confirmationis robur libenter adijcimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire.

2 Cum igitur, ſicut accepimus, dilectus filius noſter, Hieronymus Cardinalis Matthæus nuncupatus, Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantia, ac Fratrum Tertij Ordinis de pænitentia nuncupati Protector, Corrector, & Gubernator, pro maiori ipſorum Fratrum de Obſeruantia, & pænitentia tranquillitate, & pace, per ſuas literas ſubdatione, anno à Natiuitate Domini noſtri, milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, die 19. menſis Aprilis, mandauerit, ſtatuerit, & ordinauerit, quod prædicti Fratres Tertij Ordinis de pænitentia in Regno Portugaliæ exiſtentes, iuxta eorum regulam, & indulta Apoſtolica, habitum geſtare deberent, quodque talis habitus eſſet ex humili, & vili panno contextus, eo videlicet modo, vt ex quatuor partibus, lanæ naturaliter nigræ, & abſque aliqua tinctura contextæ, & vna parte lanæ, etiam naturaliter candidæ, & talis habitus fieret, & quod ſingulis quatuor libris lanæ naturaliter nigræ, adderetur vna libra lanę albę, & alias, prout in ipſius Cardinalis Matthæi literis deſuper confectis, latius dicitur contineri.

3 Hos igitur literarum prædictarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes literas auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omneſque, & ſingulos, tam iuris, quam facti, alioſque etiam ſubſtantiales defectus, qui in eiſdem interuenerint ſupplemus, eaſque contra omnes, & quaſcunque reuocationes, validas, & efficaces fore, & eſſe, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & ab omnibus, & ſingulis Fratribus Tertij Ordinis de pænitentia, nunc, & pro tempore exiſtentibus, & in Portu-

Digitized by Google

galliæ Regnis degentibus inuiolabiliter obſeruari debere decernimus.

4 Mandantes nihilominus, omnibus & ſingulis ipſius Ordinis de pænitentia Miniſtris, & prælatis, tam præſentibus, quam futuris, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excõmunicationis, ac priuationis vocis actiuæ, & paſſiuę, officiorumq. & dignitatum, perpetuæque inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ipſo facto incurrendis pęnis, ne poſthac alium habitum geſtare poſſint, aut à ſuis patribus geſtari permittant, niſi ſecundum modum, & formam ſibi in dictis literis præſcriptam, ab habitu Fratrum Minorum de Obſeruantia, quo ad colorem, & formam omnino diſtinctam.

5 Quocirca, dilectis filijs ſpoliorum, iurium Camerę noſtræ Apoſtolicę debitorum, in Portugallię, & Algarbiorum Regnis collectori generali, ac ipſius Ordinis conſeruatoribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, per preſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Fratrum de Obſeruantia, ſeu alicuius eorum, fuerint requiſiti, pręſentes literas, & in eis contenta quęcunque ſolemniter publicantes, illiſq; in pręmiſſis, efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciãt auctoritate noſtra, pręmiſſa omnia, & ſingula inuiolabiliter obſeruari, non permittentes eos deſuper à quoquam, quauis auctoritate, quomodolibet indebite moleſtari.

6 Contradictores quoslibet, & rebelles, per cenſuras, & pęnas pręcictas, aliaſque Ecclaſiaſticas, ac alia opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſęcularis.

7 Non obſtantibus pręmiſſis, alijſque conſtitutionib. & ordinacionib. Apoſtolicis, ac ipſius Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cęteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romę apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 27. Aprilis 1600. Pontificatus noſtri anno nono. *Ordinis* 389. *Religionis* 201.

Extracta ex Sillis fol. 93. Gallicano fol. 70. Rodriq. Bulla 14. Decretum referemus infra cum alijs Decretis, & Ordinationibus.

BVL-

BVLLA CCXLVIII.

CLemens VIII. erexit Nouitiatum in conuentu Annuntiationis della Ziſa *prope Panormum, præfixo numero octo ſacerdotum, laicorum ſex profeſſorum, & ſexdecim Nouitiorum.*

1 Ordinis veſtri conſeruationi, & propagationi quantum cum Domino poſſumus proſpicere cupientes motu proprio, et ex certa noſtra ſcientia, deq; Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, in conuentu Annuntiationis nuncupato *la Ziſa* extra menia Ciuitatis Panormi circa vnum milliare Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci, vbi triginta Fratres videlicet Sacerdotes, octo laicos ſex, et nouitios ſexdecim de familia manere volumus, Nouitiatum dicti Ordinis auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium erigimus, inſtituimus.

2 Vobiſq; vt in conuentu prędicto, Nouitios, qui qualitates requiſitas iuxta conſtitutionem noſtram ſuper Nouitiorum, receptionem nuper editam habeant; ac ſeruata in omnibus & per omnia conſtitutionis forma, ad habitum per Fratres veſtri Ordinis geſtare ſolitum recipere, & deinde elapſo probationis anno ad profeſſionem per Fratres eoſdem emitti conſuetam regularem admittere, libere, et licite poſſitis, & valeatis, auctoritate, & tenore pręſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimus; non obſtante prohibitione nouiſſime facta, & conſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, cęteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romę apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 14. Nouembris anno 1600. Pontificatus noſtri anno nono. *Ordinis 1600. Religionis vero* 201.

Extracta ex Archiuio eiuſdem conuentus Ziſæ Panormi.

BVLLA CCXLIX.

CLemens VIII. confirmat priuilegia eiſdem Ordini, vel Congregationi Zepperenſi alias conceſſa cum certis limitationibus, & dat pro eorum executione Conſeruatores.

1 Decet Romanum Pontificem priuilegia, & indulta à prędeceſſoribus ſuis, & Apoſtolica ſede regularibus Ordinibus conceſſa, vt firmius ſubſiſtant, & religioſi viri illorum ſuffulti pręſidio ſub ſua-

Digitized by Google

ui religionis iugo magis gratum Altiſſimo præbeant famulatum, Apoſtolicæ confirmationis robore communire, prout eorundem religioſorum vota expoſcunt, ac alias in Domino ſalubriter conſpicitur expediri.

2 Nos igitur dilectos filios Miniſtrum, & Fratres vniuerſos Congregationis Zepperenſis in Belgio Ordinis Tertiæ Regulæ S. Fräciſci vulgo Begardorum nuncupatę, ſpecialibus fauoribus, et gratijs proſequi volentes, et eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, etc. abſolutos fore cenſentes.

3 Supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, & ſententia venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper negotijs, & conſultationibus Regularium deputatorum, omnia, et ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, conceſſiones gratias, & indulta eidem Ordini, ac pręfatę Congregationi, per quoſcumq; Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, ac per Nos, et Apoſtolicam Sedem conceſſa, confirmata, et approbata, quatenus ſint in vſu, et non ſint reuocata, ſeu ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, Tridentiniq; Concilij decretis, ſacriſq; Canonibus, et eiuſdem Ordinis Regularibus inſtitutis, ac Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, et noſtris conſtitutionibus non aduerſentur, auctoritate Apoſtolica tenore preſentium perpetuo confirmamus, et approbamus, illiſq, perpetuę, ac inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis, robur adijcimus; eaq; omnia, et ſingula perpetuo valida firma, et efficacia fore; illiſq; ſupradictos Miniſtrum, et Fratres, eorumq. Congregationem, et Monaſteria, et loca regularia frui, et gaudere debere.

4 Sicq; et non aliter per quoſcunq. iudices ordinarios, et delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores iudicari, et definiri debere. Ac irritum, et inane quicquid ſecus ſuper his à quaquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

5 Quocirca venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis Cameracenſi, et Epiſcopo Leodienſi, et dilecto filio Archidiacono Eccleſię Antuerpienſis per eaſdem pręſentes committimus, et mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, vel alios pręſentes literas, et in eis contenta quęcunq. vbi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte Miniſtri, et Fratrum præfatorum fuerint

rint

Digitized by Google

rint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſq. in pręmiſſis efficacis deffenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra illos eorundem præmiſſorum effectu, pacifice frui, & gaudere; non permittentes eos deſuper à quoquam quauis auctoritate moleſtari, perturbari, vel inquietari.

6 Contradictores quoſcunq; per cenſuras, & pænas eccleſiaſticas, aliaq; oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die quarta Iunij 1602. Pontificatus noſtri anno vndecimo. *Ordinis 382. Religionis 203.*

Extracta ex Statutis eiuſdem Congregationis fol. 95. vbi dicitur aſſeruari in Archiuio Conuentus Antuerpienſis.

BVLLA CCL.

Clemens VIII. reducit Prouincialem, & Fratres Prouinciæ Dalmatiæ & Iuſtinopolitanæ ad obedientiam, & ſubiectionem Generalis eiuſdem Ordinis Tertij S. Franciſci.

1 Pro noſtri Paſtoralis muneris debito, ad ea libenter intendimus, per quæ Religioſorum proſpero regimini, & gubernio opportune conſulitur, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Cum itaque ſicut accepimus, dilecti filij Prouinciales, & Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci Prouinciæ Dalmatiæ, & Iuſtinopolitaneñ. nulli alteri Superiori obediant, ſed dicti Fratres eorum Prouinciali per vota ſecreta pro tempore electo tantummodo ſubſint, nec alium Superiorem agnoſcant.

2 Nos proſpero regimini, & gubernio dictorum Fratrum valde expedire conſiderantes, vt ipſi eorumque Prouincialis Vicario, & Viſitatoribus Generalibus Ordinis prædicti Prouinciæ Italiæ ſubijciantur, ac eorum Superioritati, viſitationi, & correctioni, prout alij Fratres Italiæ prædicti Ordinis de cætero ſubiaceant, ac prædictis Fratribus Italiæ ſub eiſdem Generalibus Superioribus vniantur, ac propterea in præmiſſis opportune prouidere volentes, ſupplicationibus etiam pro parte dilecti filij Bernardi Sabbiæ Fratris, & Procuratoris Generalis eiuſdem Ordinis nobis ſuper

hoc

hoc humiliter porrectis inclinati, Prouincialem, & Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci Prouinciæ Dalmatiæ, & Iuſtinopolitan. prædictos Vicario, & Viſitatori Generali Tertij Ordinis Sancti Franciſci huiuſmodi Italiæ auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſubijcimus, illoſque ſub huiuſmodi Vicarij, & Viſitatoris Generalis obedientia Fratribus eiuſdem Ordinis Italiæ vnimus.

3 Ac eiſdem Prouinciali, & Fratribus Dalmatiæ, & Iuſtinopolitan. vt omnibus, & ſingulis gratijs, priuilegijs, & indultis, fauoribus, conceſſionibus, prærogatiuis, & indulgenlijs, necnon voce actiua, & paſſiua in Capitulis Generalibus, & in electione Vicarij, & Viſitatoris Generalis huiuſmodi, ad inſtar Prouincialium, & Fratrũ Italiæ eiuſdem Ordinis ſine aliqua prorſus differentia reſpectiue vti, potiri, & gaudere poſſint, & valeant, ac debeant, auctoritate, & tenore prędictis, concedimus, & indulgemus.

4 Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, Vicario, & Viſitatori Generali prædicto, vt Prouincialem, & Fratres pędictos Prouinciæ Dalmatiæ, & Iuſtinopolitan. ſub eius curam, & gubernium benigne recipiat, & ea, qua decet, charitate proſequatur, ipſis vero Prouinciali, & Fratribus, vt prædicto Vicario, & Viſitatori Generali obedientiam, & reuerentiam debitas, & deuotas prompte præſtent, & exhibeant, illumque debita honorificentia proſequantur, alioquin ſententiam, ſiue pænam, quam ipſe Vicarius, & Viſitator Generalirs rite tulerit, ſeu ſtatuerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari.

5 Non obſtan. præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon eiuſdem Ordinis, ad dictæ Prouinciæ Dalmatiæ, & Iuſtinopolitan. etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinib. priuilegijs quoque indultis, & Litteris Apoſtolicis eidem Prouinciæ Dalmatię, eiuſque Prouinciali, & Fratribus in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumq; Datum Romę apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die ſecunda Septembris,

Digitized by Google

bris, milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, Pontificatus Noſtri anno vndecimo. *Ordinis 382. Religionis 203.*

Extracta ex Bullario Romano Bulla 9. Sillis fol. 95.

BVLLA CCLI.

Clemens VIII. Congregationis Franciæ Reformatos ſubijcit Generali, Commiſſario Generali, & nationali Franciæ Minorum de Obſeruantia, qui illos viſitent, & corrigant confirmando Prouincialem per ipſos debitis temporibus eligendum.

1 Ex iniuncto Nobis Paſtoralis muneris debito Religioſorum quorumcumq; ſtatui proſpere dirigendo libenter proſpicimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire.

2 Volentes igitur proſpero ſtatui, & felici regimini Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci in Regno Franciæ exiſtentium, quantum in Domino poſſumus oportune proſpicere, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac mera deliberatione, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine vniuerſos Fratres dicti Tertij Ordinis S. Frãciſci Regni Franciæ, eorumq; Conuentus, ſeu Domos quaſcumq; dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia, ac Commiſſario Generali Vltramontanæ familiæ prędicti Ordinis; necnon Commiſſario Generali nationali Francię, quem prędictus Miniſter Generalis, vel Commiſſarius Generalis pro tempore deputauerit, qui vt accepimus, in ipſorum Miniſtri, & Commiſſarij Generalis abſentia ſeptem Prouincias dicti Ordinis Minorum de Obſeruantia Regni Franciæ gubernare ſolet, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium perpetuo ſubijcimus; ipſiſq; Miniſtro, ac Commiſſario Generalibus Vltramontanę familię, necnon Commiſſario Generali nationali Francię reſpectiue, vt eorũ ſinguli per ſe, vel alios ſui Ordinis Fratres ad hoc idoneos, ab eis reſpectiue deputandos Domos, & Conuentus, ac Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci ſupradictos tam in capite, quam in membris viſitare, corrigere, reformare, & caſtigare; necnon electionem Miniſtri Prouincialis, vt infra faciendum, ſeruata forma decretorum Concilij Tridentini facere, & confirmare poſſint, facultatem concedimus, & impartimur.

Pręterea cum modo prędicti Fratres Tertij Ordinis Miniſtrum Pro-

Prouincialem non habeant, volumus, & eadem actoritate ſtatuimus, & ordinamus, quod Fratres prædicti Tertij Ordinis ſeu eorum Conuentuum Superiores, & alij Vocales in vnum congregētur iuſſu dicti Miniſtri Generalis Ordinis S.Franciſci de Obſeruātia, ſeu Commiſſarij nationalis Franciæ, & ex ſeipſis vnum Miniſtrum Prouincialem per vota ſecreta eligant; qui ſic electus ab eodem Miniſtro Generali, vel Commiſſario nationali Franciæ, aut aliqui eorum nomine huiuſmodi electioni præfuerit, confirmari debeat.

4 Ac omnibus priuilegijs, facultatibus, ac auctoritate, ſuper omnes dicti Tertij Ordinis Conuentus, & Fratres Regni Franciæ, quibus alij Miniſtri Prouinciales aliarum Prouinciarum Tertij Ordinis S.Franciſci huiuſmodi vbiuis exiſtentium frui, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ſine aliqua differentia frui, & gaudere poſſit, & debeat, prout ei ad hoc nominatim facultatem concedimus, & impartimur.

5 Volumus autem, quod ſingulis bienniis, ſeu trienniis ijdem Fratres Vocales Tertii Ordinis prædicti Capitulum Prouinciale celebrent, ante cuius celebrationem tunc exiſtens Miniſter eorum Prouincialis teneatur à dicto Generali Miniſtro Fratrum de Obſeruantia, vel à Commiſſario Generali Vltramontanæ familiæ, ſeu à Commiſſario Generali Franciæ nationali eiuſdem Ordinis de Obſeruantia Viſitatorem petere, qui eorum Prouinciam viſitet, & electionem noui Miniſtri Prouincialis, vt ſupra faciat, & confirmet.

6 Verum ſi huiuſmodi Viſitator infra duos, aut tres menſes ad ſummum non acceſſerit, ſupradicti Fratres Tertii Ordinis ad celebrationem Capituli, & electionem noui Miniſtri Prouincialis, abſq; interuentu dicti Viſitatoris procedere valeant; de qua electione Viſitatorem poſtea accedentem, qui eam confirmare teneatur, certiorem facere debeant. Sed ſi poſt factam huiuſmodi electionem, & dictis Superioribus notificatam, electio prædicta infra tres menſes ab eis confirmata, vel infirmata non fuerit, ipſa electio Apoſtolica auctoritate cenſeatur confirmata eo ipſo.

7 Decernentes ſic, & non aliter perpetuo obſeruari debere; ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

8

Digitized by Google

8 Non obſtantibus quibuſcunq; Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Tertij Ordinis S. Franciſci, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis eidem Ordini illiuſq; ſuperioribus, & perſonis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Tuſculi ſub annulo Piſcatoris die ſecunda Octob. MDCIII. Pontificatus noſtri anno duodecimo. *Ordinis 383. Religionis vero 204.*

Extracta ex Bullario eiuſdem Congregationis Franciæ fol. 72.

PAVLVS PAPA V.

Camillus Burgheſius Romę natus ex M. Antonio patricio Senenſi, Presbiter Cardinalis S. Chryſogoni die quinto decimo creatus, & vigeſimo Maij coronatus anno 1605. Vixit annos quindecim, menſes octo, dies tredecim. Obijt vigeſimo octauo Ianuarij 1621. ſepultus in ſacello S. Mariæ Maioris à ſe conſtructo.

BVLLA CCLII.

Paulus V. conceſſit Eccleſiam S. Michaelis Arcangeli Caſtri Romani cum facultate conſtruendi ibidem conuentum petente Ioanne Baptiſta Prouenzano Siculo de Saleme tunc Generali, cum Antonio de Sillis tunc Definitore Generali, & Gregorio Factorio tunc Prouinciali Prouinciæ Romanæ anno 1607.

1 Ex debito Paſtoralis officij curæ, & fidei noſtræ ſuperna diſpoſitione crediti, his, quæ pro deuotorum, & aliorum locorum Regularium propagatione, diuiniq; cultus, ac ſpiritualium miniſteriorum incremento, & animarum ſalute inter Prælatos noſtros Domeſticos etiam Archiepiſcopali dignitate præditos de Nobis, & Sede Apoſtolica optime meritos, necnon alios Chriſtifideles Sacrę Religionis profeſſores prouide geſta, & tranſacta fuiſſe dicuntur, vt firma, & illibata perpetuo ſubſiſtant libenter apoſtolici roboris, & muniminis firmitatem adijcimus, & deſuper eiuſdem pa-

Digitized by Google

ſtoralis officij partes fauorabiles interponimus, prout ipſorum Prælatorum pia vota expoſcunt, & pro locorum qualitatibus, ac perſonarum & temporum conditionibus debite penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

2 Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte venerabilis fratris noſtri Pauli, Archiepiſcopi Raguſin. & dilectorum filiorum Ioannis Baptiſtæ Prouenzani Viſitatoris, & Antonij Silli Definitoris Generalium, necnon Gregorij Factorij Procuratoris Prouincialis Tertij Ordinis S. Franciſci, & nonnullorum aliorum Fratrum in Domo Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe eiuſdem Ordinis degentium petitio continebat, quod dictus Paulus Archiepiſcopus, qui alias Prælatus noſter domeſticus in Capella Pontificia aſſiſtens, & in vtraq; ſignatura noſter Referendarius ac in Cancellaria Apoſtolica pro dilecto filio noſtro S. Laurentij in Damaſo Diacono Cardinale Montalto nuncupato S. R. E. Vicecancellario, Locumtenens exiſtit, prouide conſiderans multiplices fructus, qui in militantis Eccleſiæ agro ex perſonarum diuinis beneplacitis ſub ſuaui Religionis iugo mancipatarum, exemplari vita, ſana doctrina, & ſpiritualibus functionibus, præſertim in fidelium confeſſionibus audiendis, Sacramentis Eccleſiaſticis miniſtrandis, & verbi Dei concionibus habendis prouenire noſcuntur.

3 Et ſummopere deſiderans ad Dei laudem, & gloriam, illiuſq; cultus augmentum, & animarum ſalutem in Eccleſia S. Michaelis Arcangeli Caſtri Romani Oſtien. diæceſis per eum pro incolarum, & habitatorum eiuſdem Caſtri ſuo temporali dominio ſubiecti, ac aliorum vltro citroq; in locis campeſtribus circunuicinis commorantium ſpirituali ædificatione, conſolatione, & commoditate pridem conſtructa, quæ ibidem vnica, nec dum in titulum perpetui beneficij eccleſiaſtici erecta, aut conferri nondum ſolita exiſtit, ac ædibus adiacentibus ad dictum Paulum Archiepiſcopum ſpectantibus aliquot Fratres dicti Ordinis, ad quem ſingularem ipſe gerit deuotionis affectum ſuis auſpicijs introduci, & perpetuis futuris temporibus manuteneri, cum Ioanne Baptiſta, Antonio, ac Gregorio, alijſq; Fratribus prædictis ſub veſtro, & dictæ Sedis Apoſtolicæ beneplacito conuenit & tranſegit, quod Paulus Archiepiſcopus, videlicet Eccleſiam S. Michaelis, & adiacentes ædes huiuſmodi Ordini, & Fratribus prædictis pro eccle-

ſia,

ſia, & domo Regularibus eiuſdem Ordinis, iuxta illius ritus, mores, constitutiones, & instituta, tenendus, regendus, gubernandus, & administrandus, necnon vnam vnius rubij, & alterum terrarum petias vnius Scorzi menſuræ illarum partium in loco ad id per dictum Paulum Archiepiſcopum, ſeu dilectum filium Gaſparem Albertum eius ex fratre germano nepotem, aut eorum heredes, & ſucceſſores dicti Castri in temporalibus dominos pro tempore existentes beneuiſo, & de ſignando conſistentes, & priorem videlicet vineæ, posteriorem petias huiuſmodi ad horti formam pro vſu, & commoditate Fratrum apud Eccleſiam S. Michaelis, & in adiacentibus ædibus huiuſmodi pro tempore degentium reducendis, ac per eos perpetua habendas, & poſſidendas concederet.

4 Necnon occaſione, & intuitu conceſſionis huiuſmodi omnibus, & ſingulis iuribus, actionibus ſibi deſuper quocumq; modo competentibus concederet, & renuntiaret, ac ea in eoſdem Fratres transferret, prout conceſſit, ceſſit, renuntiauit, & transtulit, iure tamen patronatus honorifico deſuper eidem Paulo Archiepiſcopo, & Gaſpari, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus reſeruatis.

5 Viſitator vero Definitor, & Procurator Ordinis, ac alij Fratres Domus Sanctorum Coſmæ, & Damiani huiuſmodi pro tempore existentes in Augusti, & Septembris vnum dumtaxat, reliquis vero omnibus menſibus totius anni tres Fratres Sacerdotes, & vnum nouitium eiudem Ordinis, ac vnum laicum apud Eccleſiam S. Michaelis, & in illius Domo regulari huiuſmodi continuo tenere, & habere ipſius Fratres ibidem degentes ſingulis hebdomadibus tres miſſas debitas nuncupatas in cantu vnam videlicet de defunctis in refrigerium, & ſuffragium animarum quondam Conſalui etiam Alberti, & Virginiæ Ceua coniugatæ præfati Archiepiſcopi parentum cum oratione collecta nuncupata generali pro omnibus defunctis de familia Albertorum in vita, et aliam de Spiritu Sancto ad implorandã diuinam gratiam, quatenus actiones tam Pauli Archiepiſcopi, et Gaſparis, prædictorumq; aliorum quorumcumq; eiuſdem familiæ, ad viam veræ ſalutis dirigere, et eos illuminare dignetur.

6 Reliquam vero de glorioſiſſima Deigenitrice Virgine Maria, quam dictus Paulus Archiepiſcopus protectricem, et aduoca-

ram, et ipſum ſub ſanctiſſima ſua protectione conſeruare, et apud eius vnigenitum Dominum noſtrum veram pænitentiam, & omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, animæq; ſalutem pro eo impetrare etiam dignetur.

7 Item aliam ex diebus, ſeu ferijs ſingularum hebdomadarum huiuſmodi celebrare; necnon quibuslibet Dominicis, & alijs ſolemnibus feſtiuis diebus in choro Eccleſiæ S. Michaelis vltra miſſam Conuentualem, & Horas Canonicas ac alia diuina officia ad ſpiritualem populi conſolationem decantare.

8 Et tam Quadrageſimali, quam reliquo anni tempore pænitentium confeſſiones audire; & ſi ad id requiſiti fuerint Chriſti fidelium etiam in locis per duo, milliaria vndequaque à dicto Caſtro diſtantibus defunctorum cadauera ſepelire; baptiſmi, extremæ vnctionis, matrimonij cæteraque omnia, & ſingula eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrare, & exercere. Præterea ſingulis annis bis orationem 80. horarum, ſemel videlicet in Martij, & altera vice Nouembris menſibus in dicta Eccleſia S. Michaelis habere, & eandem Eccleſiam S. Michaelis Paramentis, Planetis, Miſſali, & alijs libris, chori, Calicibus, cæteriſq; vaſis eccleſiaſticis neceſſarijs inſtructa manutenere, vnoquoq; ex dictis Fratribus inibi degentibus ſingulis diebus feſtiuis doctrinam chriſtianam omnibus eo aduenientibus docere.

9 Et vice verſa Paulus Archiepiſcopus, ac Gaſpar, eorumq; hæredes, & ſucceſſores patroni prędicti eiſdem Fratribus, pro eorum ſuſtentatione, & neceſſitatibus centum ſcuta monetæ de trimeſtri in trimeſtre pro rata parte temporum anticipare ſoluere, & tempore orationis 40. horarum tres vrceos, ſeu lecytos boccalia nuncupatos olei, & ſex libras cerę candidæ pro qualibet vice, ad hoc vt durante oratione huiuſmodi, & lampades olei, & quatuor cerei ad minus luceant, præſtare perpetuo obligati exiſterent reſpectiue.

10 In euentum autem quod Fratres Domus Caſtri huiuſmodi ſupradicta omnia, & ſingula modo præmiſſo adimplere, & præſtare negligerent, tunc Paulus Archiepiſcopus, & Gaſpar, ac hæredes, & ſucceſſores patroni prędicti ad ſolutionem centum ſcutorum annuorum nullatenus tenerentur, quinimmo præuia trina requiſitione ſuper obſeruatione, & adimplemento præmiſſorum, Priori,

ſeu

ſeu cuicumq; alij ſuperiori Domus Sanctorum Coſmæ, & Damiani, aut V. Generali, ſeu Procuratori Prouinciali Ordinis huiuſmodi, vel eorum cuilibet ad electionem, ſeu beneplacitum Pauli Archiepiſcopi, vel Gaſparis, ſeu hæredum prædictorum etiam copia Domi dimiſſa, quandocumq; facta etiamſi ipſa requiſitio, vel denuntiatio vni inchoaretur, & ſucceſſiue, aut poſtea ſecunda, vel tertia alijs ſingulis ex ſupradictis ſuperioribus perficeretur Eccleſia S. Michialis, & adiacentes ædes, ac terrarum pet. huiuſmodi in priſtinum ſtatum reuerterentur.

11 Ipſique Paulus Archiepiſcopus, & Gaſpar, ac eorum hæredes, & ſucceſſores illorum alicui alteri Ordini, & Religioni concedere dictam Eccleſiam S. Michaelis vnam Capellam prout de præſenti manutenere vel cum licentia dictæ ſedis in titulum perpetui ſimplicis beneficij eccleſiaſtici ad eorum beneplacitum erigi facere.

12 Inſuper dictus Paulus Archiepiſcopus, aut Gaſpar, ſeu eius hæredes, & ſucceſſores prædicti annuo ſolutione centum ſcutorum huiuſmodi aliquando affrancare voluerint, ſuperioribus dicti Ordinis pro affrancatione huiuſmodi bis mille, & quingenta ſcuta monetæ per ordinem ipſum etiam fauore Eccleſiæ S. Michaelis præfatæ in tot loca montium, non vacantium, aut cenſus, ſeu bona ſtabilia, idonea, & cauta ad electionem, & cum conſenſu ambarum partium, videlicet ſuperiorum Ordinis, ac Pauli Archiepiſcopi, ſeu Gaſparis, vel hæredes, & ſucceſſores prædictorum inueſtienda ſoluere, & exburſare valerent, ac deberent, & toties quoties huiuſmodi loca Montium extingui, aut vendi, ſeu cenſus redimi, vel bona ſtabilia alienare contingeret, pretium illorum de nouo in alia loca Montium non vacabilium, ſeu cenſus, vel bona ſtabilia cum ſimili conſenſu inueſtiri, & interim prædictum pretium penes aliquam tabernam numulariam ſeu Bancham idoneam, & ſecuram, vel Montem Pietatis de dicta Vrbe deponi etiam deberet, & ea conditione, quod exinde auferri, aut extrahi non poſſent niſi ad effectum pretium ipſum inueſtiendi vt præfertur, & ſecuta ſolutione, & recompenſa duorum millium, & quingentorum ſcutorum huiuſmodi, Paulus Archiepiſcopus, & Gaſpar, hæredeſq; & ſucceſſores prædicti eſſent, & remanerent à ſupradicta, & vlteriori ſolutione ac præſtatione annua centum ſcutorum, penitus, & omnino liberi, & exempti, perinde ac ſi eam facere nonquam promiſiſſent.

13

13 Et quatenus ipſi extra dictum Caſtrum aliquo loco illuc vicino eis beneuiſo aliam Eccleſiam, & Domum regularem tot Fratrum ſupradictorum capacem fabricari facere deliberarent, eo caſu Eccleſiam prædictam S. Michaelis ad Oratorium, ſeu quamuis alium etiam profanum vſum iuxta licentiam Sedis Apoſtolicæ prædictæ deſuper obtinenda cum ædibus adiacentibus, vt præfertur conceſſis, etiamſi plures fuerint reſumere valerent.

14 Quæ quidem omnia ſupraſcripta Paulus Archiepiſcopus, & Ioannes Baptiſta, Antonius, & Gregorius alijque Fratres prædicti ad inuicem,& viciſſim obſeruare,& attendere promiſerunt, ſeſeq; ad id obligarunt. Et poſtmodum dicti Fratres ea omnia in Capitulo Generali eiuſdem Ordinis ratificari fecerunt prout in publicis deſuper confectis inſtrumentis, vel alijs ſcripturis dicitur contineri.

15 Quare pro parte Pauli Archiepiſcopi, & Ioannis Baptiſtæ,ac Antonij,& Gregorij,aliorumq; Fratrum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum,quatenus conuentioni, & tranſactioni,alijſq; præmiſſis robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, ac alias deſuper opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

16 Nos igitur,qui cunctorum fidelium votis, ac diuini cultus, & miniſtrorum Eccleſiaſticorum augmentum,& proximorum ſpiritualem conſolationem, & animarum ſalutem tẽdentibus libenter annuimus,eaq; fauoribus proſequimur opportunis,Paulum Archiepiſcopum, & Ioannem Baptiſtam,ac Antonium,necnon Gregorium,& alios Fratres,eorumq; ſingulos à quibuſuis excommunicationis, &c. abſolutos fore cenſentes; necnon conuentionis, tranſactionis, conceſſionis, inſtrumentorum, ac aliorum ſupradictorum tenores, & datæ præſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, ſine tamen alicuius præiudicio, conuentionem, & tranſactionem prædictas confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis, & exiſtentiæ robur adijcimus, omneſq; & ſingulos tam iuris, quam facti, ac ſolemnitatum quarumcumq; etiam ſubſtantialium, & quoſcumq; alios etiam naturales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus; ac tam Paulum Archiepiſcopum, & Gaſparem,eorumq;

hære-

Digitized by Google

hæredes, & ſucceſſores; quam ſuperiores Ordinis, illiuſq; & regularis Domus Caſtri huiuſmodi Fratres pro tempore exiſtentes ad perpetuam, & irreuocabilem conuentionis, tranſactionis, ac aliorum præmiſſorum omnium, & ſingulorum obſeruantiam manutentionem perpetuo teneri, & obligatas exiſtere; nec ab illis, ſeu illorum aliquo vllo vnquam tempore reſilire, ſeu recedere poſſe, minuſq; ea retractare decernimus.

17 Et nihilominus apud Eccleſiam S. Michaelis in ædibus adiacentibus huiuſmodi vnam Domum dicti Ordinis, cum Campanili, Cæmeterio, Dormitorio, Refectorio, Hortalitijs, & alijs officinis neceſſarijs, & opportunis perpetuis vſu, & habitatione trium Fratrum Sacerdotum, & vnius Nouitij eiuſdem Ordinis, ac vnius Laici ibi, vt præfertur introducendorum, qui ſupradicta præſtare, ac curam animarum populi dicti Caſtri de conſenſu Parochi exercere, eiuſq; Sacramenta eccleſiaſtica, vt præfertur, adminiſtrare, ac ipſi Eccleſiæ S. Michaelis in diuinis iuxta eiuſdem Ordinis ritus, mores, Regulam, conſuetudines, & inſtituta ac modo, & forma in inſtrumentis prædictis præſcriptis, & expreſſis deſeruire debeant, & teneantur, dummodo Ordinarij loci ad hoc accedat aſſenſus, perpetuo erigimus, & inſtituimus. Ipſamq; Eccleſiam S. Michaelis cum adiacentibus ædibus, & terrarum petijs huiuſmodi Ordini ad effectum præmiſſum.

18 Et eidem Eccleſiæ S. Michaelis populum, habitatores, & incolas dicti Caſtri pro parochianis etiam perpetuo concedimus, & aſſignamus. Ita quod licet ipſius Domus ſic erectæ Fratribus pro tempore exiſtentibus Eccleſiæ S. Michaelis, & ædium adiacentium, ac petiarum terrarum, ac aliorum eis conceſſorum huiuſmodi, ac iurium, & pertinentiarum ſuarum quorumcumq; corporalem, temporalem, & actualem poſſeſſionem eorum; & dictæ ſuæ Domus nominibus propria auctoritate apprehendere, & perpetuo retinere, diœceſani loci, vel alterius cuiuſuis licentia deſuper minime requiſita.

19 Et inſuper Paulo Archiepiſcopo, & Gaſpari, ac eorum hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis Iuſpatronatus honorificum dictam Eccleſiam S. Michaelis, ſeu in ea, eiuſq; iuribus, & pertinentijs ſimiliter perpetuo reſeruamus, ac etiam concedimus.

20 Decernentes præſentes de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis

litatis vitijs, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, inualidari, &c. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1607. nonis Auguſti Pontificatus noſtri anno tertio. *Ordinis 307. Religionis 208.*

Extracta ex Archiuio Conuentus SS. Coſmæ, & Damiani de Vrbe.

BVLLA CCLIII.

P*Aulus V. canonizauit S. Franciſcam Romanam Tertij Ordinis S. Franciſci profeſſam.*

Cæleſtis aquæ flumen, quod ab inexhauſto vitæ fonte procedens, perpetuo fluit impetu, qui lætificat Ciuitatem Dei, cum abbundantius effunditur, & hortos plantationum ſupernæ ſapientiæ, hoc eſt fidelium mentes, ſeptem Cariſmatum donis, felici inundatione fæcundat, tunc ſane, qui magnus eſt ſemper, magnus nimis apparet, & mirabilis in altis Dominus, in ſanctis ſuis videlicet, qui terrena abnegantes deſideria, ac ſolem Iuſtitiæ induti Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vitæ puritate ſine reprehenſione nitidi, virtutum luminibus, igne caritatis accenſi, quaſi ſtellis ornati, excelſi ſpiritu in carne ambulantes, & ſecundum carnem non militantes, Cæli pretioſi Domino, & Dei ſedes efficiuntur.

§. 1. Quæ ſane dextræ excelſi opera multo illuſtriora reſplendent, multoq; cernitur admirabilior magnificentia Domini, cum erga vaſcula infirmiora, & ſexum Conſilij imbecillioris apponens cor ſuum, miſericordiarum ſuarum diuitias ſuperabbundanter elargitur.

§. 2. De quo Cæleſti dono merito omnis eccleſia, ſed Romana, præcipue in Domino gloriatur. Quæ cum inenarrabili Dei beneficio cunctis prælata Eccleſijs, Principatum acceperit, eccleſiarum, & Beatorum Principum Apoſtolorum doctrina fuerit vna cum ſanguine irrigata hoc etiam agnoſcit fœlicitatem ſuam, quod vt fortiſſimorum martirum purpuratis populis, vt Venerabilium Sacerdotum beatis Cætibus, Caſtiſſimarumq; Virginum ſplendidis choris, ita etiam Sanctarum Mulierum Cœleſtibus numeris, quaſi multiplici rutilantium honore gemmarum corona decora, orbi vniuerſo præfulget.

§. 3. In hac igitur Eccleſia, Matre Eccleſiarum, & Magiſtra ſanctitatis,

Digitized by Google

tis,renouans dominus, Caſtitatis, & multarum excellentium virtutum vetuſta Romanarum mulierum. Fidelium exempla,ducentis ferme ab hinc annis in ornamentum totius domus ſuæ eccleſiæ vniuerſæ,ſuſcitauit mulierem,vera fortitudine fortem Franciſcam nomine.Nec enim per gratiam Spiritus Sancti,Naturę vſum, & ſexus infirmitatem tranſgrediens, accincta robore,& in ſpiritu ambulans, deſideria carnis non perfecit, ſed odit animam ſuam in hoc mundo vt in vitam æternam cuſtodiret eam, & per altiſſimam humilitatem elegit abiecta eſſe in domo Domini,ac propter verba labiorum eius cuſtodire vias duras, currens per arduas Chriſtianæ perfectionis ſemitas in odorem vnguentorum ſponſi, quammobrem introduxit illam Rex in Cellaria ſua,vbi exultat,& lætatur in eo, vbi non occidet vltra ſol eius,& luna eius non minuetur.Huius virtutes fidei puritas, vitæ morumq; ſanctitas aliaq; huiuſmodi Cæleſtia Dona, miraculorum inſignibus comprobata teſtimonijs,adeo excellentia fuerunt, vt Eccleſiæ Catholicæ, auctoritate illuſtratione diutius deſtitui plane non deberent, ſed proponenda aliquando eſſent imitanda fidelibus vt glorificaretur per illam Dominus Pater miſericordiarum.

§.4.Quam etiam ob rem nonnulla de eiuſdem virtutibus, & miraculis hic duximus ex legitimis actis referenda. Dilecta Dei filia Franciſca ex Paulo Buxio, & Iacobella de Boſſedeſchis Romanis, nobilibus, genere ſed longe nobilioribus prole coniugibus nata, & è Laurentij mariti familia de Poncianis vocata, data eſt eccleſiæ ſuæ à Domino circa annum 1384. quæ, vt erat ſorte gratiæ Spiritus Sancti, ſortita animam bonam, vel in infantia ſua ſigna futuræ ſanctitatis dabat. Aduerſabatur gaudia huius ſæculi, eiuſq; ætatis ludos, & illecebras abhorrens, ſolitudine magnopere capiebatur. Creſcens confortabatur ſpiritus, & quam amabat, ſolitudine fruebatur in dies magis orationi vacando.

§.5. Vndecimum annum nata, vt iugum Domini cito portare inciperet, Chriſto Virginitatem conſecrare, & monaſterium ingredi propoſuit, ſanctoq; propoſito huiuſmodi conuenienter viuendo quaſi ſolitariam vitam agebat, & iam in Cælis conuerſari incipiebat. Verum quia voluntas Dei erat, vt Coniugalis ſtatus perfectionis grande documentum daret,parentes quibus ſubdita erat, nubere viro diuiti, & nobili eam voluerunt, illa vero haud deſijt

nupta cogitare, quæ Dei ſunt, ſed in ſancto, & immaculato con-
iugio, virum habuit tanquam non haberet; & quemadmodum *Sa-*
ra obediebat Abrahæ, ſic illa Viro ſemper obediens fuit.

§.6. Curis familiaribus à ſpiritualibus minime diſtrahebatur, ſed re-
bus domeſticis diſpoſitis, non egrediebatur foras cum Dina, vt vi-
deret filias alienigenas, ſed ipſas horas in ſecreto cubiculi ſui de-
uote orando, & meditando quotidie tranſigebat. Abſtinebat ſpe-
ctaculis, nuptiarum celebritatibus, non ingrediebatur domum
conuiuij neque etiam cognatorum, eiuſq; oblectamenta, & deliciæ
erant eccleſias, & hoſpitalia frequentare, Verbi Dei prædicatio-
nibus, & diuinis officijs cum deuotione intendere.

§ 7. At qua ratione in dies magis Chriſto placeret indagans, quod
ſibi viro alligatæ non licebat, id, vt ſorores ſuæ in Chriſto Roma-
næ mulieres præſtarent, curauit. Itaq; complures à ſeculari ad ar-
ctioris vitæ inſtitutum reuocans, domum religioſam Oblatarum,
in Regula Beati Benedicti, Congregationis Montis Oliueti in
vrbe inſtituit, & cum dediſſet Domino [illegible] nupta fru-
ctus ſuos, multiplicans Deus cum illa miſericordiam ſuam, fru-
ctificare etiam eam voluit in Sancta Viduitate.

§.8. Itaq; defuncto marito, paucis annis ante ſuam dormitionem, va-
rijs ſeruitutis, obſequijs, non deſtitit Chriſto famulari. Proinde
Sanctum Clauſtralis vitæ propoſitum ſollicite adimplere volens,
abſq; mora Oblatas, quas ipſa Chriſto pepererat, nudis pedibus
adit, ac vinculo de collo pendente, prona in Terra, multiſq; cum
lacrimis, quaſi Peccatrix indigna, non tanquam earum parens
ſuppliciter illas orat, vt ſe ipſarum numero adſcribant. Adſcripta
Verbo, & exemplo magnopere vt par erat, in ſororibus profecit.
Donec conſummato curriculo, ad Coronam iuſtitiæ accipien-
dam de manu Dei, ætatis ſuæ anno 56. Virtutum donis onuſta, &
inſignis, ac prodigijs clara, à Domino euocata eſt.

§.9. Cuius ex multis, ac præclaris virtutibus humilitas in primis per
quam ad ſolidam, veramq; celſitudinem peruenitur maxime eni-
tuit. Non illi, etiam dum in coniugio vixit, quamquam nobili, &
opulento viro collocatæ, ſerica, non auro contexta, ſed vilis, & la-
nea Veſtis. In Clauſtrali vita, eſſet licet omniũ Oblatarum mater,
item domi, quaſi domina, miniſtrari nunquam, ſed memor Domi-
ni Verbi miniſtrare omnibus amabat, ac tamquam Ancilla tra-

ctari,

Digitized by Google

ctari, & ancilla. Videri delectabatur, alioquin honoris titulo, quam peccatricis, immunditiæ vaſculi, fœmineq; viliſſimæ, & abiectæ ſe nomine inſigniuit. Nec verbis tantum ſed re etiam propter Chriſtum, vt abiecta eſſet, ſedulo curabat; itaut ſæpe è ſuburbana vinea ſua reuertens, lignorum faſces in capite pauperibus portaret, interdum Aſellum lignis, & ſarmentis in vſum ſimiliter pauperum onuſtum per vrbem ageret oſtendens, videlicet omnia eſſe facilia caritati, quam etiam Beatam Mulierem abunde fuiſſe à Spiritu Sancto donatam, præter huiuſmodi perfectionis opera, cuius eſt vinculum caritas, illa præterea declarant. Super egenos, & pauperes benigne, & multifariam reſpiciebat largas eleemoſynas, hoſpitalium præſertim infirmis erogabat. Viſitabat eos frequenter, neq; ſolum afferebat corporis cibaria, ſed monita etiam ſalutis, & ad eccleſiæ Sacramenta ſuſcipienda illos inducebat. Pium afflictos conſolandi officium ad amorem Dei, & mundi contemptum cohortando aſſidue præſtitit. Orabat frequenter pro peccatoribus feruenti ſpiritu, maximeq; in id incumbebat eius ſollicitudo, vt Romanas Matronas à pompis ſeculi, & ornatus vanitate abduceret.

§. 10. Et quoniam vt Beatus inquit Gregorius, pena interrogat, ſi quietus veraciter amat, ſicut non extollebatur proſperis, ſic tribulationibus agitata, non ſolum æquo animo patienterq; ferebat, ſed nouit etiam, Sanctorum emulando virtutem, Domino gratias agere. Nam exilio mariti, bonorumq; magna iactura, & domus vniuerſæ mærore aliquando grauiter tentata, eius querelę benedictiones illæ frequentes fuere, Dominus dedit Dominus abſtulit, ſit nomen Domini benedictum, potuit ſimiliter in eo qui illam confortabat, non ſola aduerſa mundi huius, ſed Principis quoq; tenebrarum viſibilibus inſultibus fortiter reſiſtere. Sæpe enim inter orandum à Diabolo verberibus afflicta ad terram alliſa, [illegible] in facie indura loricam iuſtitiæ, & ſumpto ſcuto fidei, tentatorem ſic imperterrita eluſit, vt illi formidabilis euaderet, ſed & Angeli præſidio quem familiarem protectorem, & comitem ſingulari Dei beneficio habebat ab huiuſmodi inimici tentationibus defenſam in actis conſignatum apparet. Vnde factum putatur, vt poſt B. Franciſcæ dormitionem, ſtatim eiuſdem imagines cum Angelo pingerentur, & vſu retentum fuerit.

§. 11. Nec minori virtute in Chriſto Ieſu cum hoſte domeſtico pugnauit, ſed exemplo electorum Dei, admirabilem in modum caſtigauit corpus ſuum, & in ſeruitutem redegit. Cibum illi ſemel in die herbæ, & legumina, aqua potum præbuerunt. Siue vigilaret, ſiue dormiret, aſperum laneum induſium non exuebat, duroq; cilicio, ac ferreo cingulo ſuper nuda membra mortificabat, accedebant flagella ferreis aculeis aſpera, quibus corpuſculum, quãquam aliunde attritum, ſeueriſſime atterebat. Sed quoniam tanti illi erat obedientia, vt iuſſa ageret etiam, quod nolebat, Confeſſarij mandato ab huiuſmodi corporis cruciatibus modice temperauit. His autem modis, eum qui foris eſt hominem affligens ex quo ille, qui intus eſt, firmior redditur, magno mentis ardore, diuina omnia, præſertim Domini paſſionem contemplabatur, tantumq; lacrimarum profundebat, vt doloris ſenſu acerbiſſimo confici putaretur. Sæpe cum oraret, maxime ſumpto Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento Spiritu in Deo eleuata, ac cæleſtium contemplatione rapta immobilis perſiſtebat.

§. 12. Huiuſmodi virtutes ardentis fidei munere ſtabilitas, miraculorum clariſſimis numinibus manifeſtare volens mirabilis Dominus, multa grandia ſigna, multaq; mirabilia operari per ſanctam ſuam, & viuentem, & dormientem dignatus eſt.

§. 13. Nam vt ex multis pauca referantur, primum ſuper ægros manus impoſuit, & bene habuerunt. Siquidem comitiali morbo grauiſſimo quinq; annorum ægrotus adoleſcens, Menicus nomine, Tartagliæ eiusdem filius, cum illum ad ſanctam mulierem Rentius auunculus duxiſſet, vt orationibus eius iuuaretur, & illa manu ſuper ægroti caput impoſita, bene ſperare iuſſiſſet, quando diuina bonitate confideret, amplius morbum non paſſurum, confeſtim ſanatus eſt.

§. 14. Eiuſdem manus cõtactu, puerum Lelij de Cinque Romani filium, hernia cum ruptura laborantem, & mox chirurgo tradendum, extrema remedia adhibituro, ſtatim ſimiliter ancilla Chriſti ſanauit.

§. 15. Ac ſanctæ auxilium implorando obuiam illi facta fœmina quędam, Angelella nomine, quæ ex articulari morbo, brachij vſum abſq; ſpe ſanitatis perdiderat, illico conualuit.

§. 16. Dedi quoq; admirabiliter per illam Dominus eſcam eſurientibus,

Digitized by Google

bus, & opera, quæ ipſe fecit,innouauit. Cum in monaſterio ageret iam oblata contigit aliquando, vt ſororibus tunc numero quindecim ſub refectionis horam,panis paucula ſolum fragmenta, quæ vix tribus reficiendis ſufficiebant, eſſe cognoſceret, quamobrem,cæteris valde ſollicitis,ſola ipſa immota Dominum prouiſurum inquit, poſitiſq; fragmentis ſuper menſam benedixit, & commederunt omnes agentes gratia Deo, ac ſaturatæ ſunt, tantumq; panis ſuperfuit, vt Caniſtrum impleretur.

§.17.Ad hæc, cum ex ijſdem ſororibus complures extra vrbem, ligna parandi cauſa menſe Ianuario eſſent, ac præ labore ſitirent,& ad aquam hauriendam vllam ex ijs procul ire Franciſca honeſtū non duceret, in domino ſperare illas iubet Dominumq; prouiſurum pariter affirmat, tum vero ſtatim ad vicinam arborem conuerſæ vitem, & in ea tantum vuæ adſpiciunt, vt ſuum vnaquæq; botrum,iuſſu Franciſcæ gratias Deo agentis, decerpere, ac ſtatim extinguere potuerit.

§.18.Elementa quoq; non ſemel Beatæ Franciſcæ ſanctitatis teſtimonium dederunt.Primum enim,cum in vigilia Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli à viſitanda Apoſtoli Pauli Baſilica, non nullis ex ſororibus comitata reuerteretur, in proximam vineam ſuam cum flexiſſet,ibique ad aquæ riuum ſediſſet,mētemq; leuaſſet ad Deum, in eſtaſim rapta ſuper labentem aquam minimè aduertens,genua flexit,nec modico tempore aqua circum ſepta perſtitit, poſtquam vero ad ſe redijt, ſiccis veſtibus ex aqua egreſſa eſt, non ſecus ac ſi illam non attigiſſent. Simili deinde miraculo eodem anno, & loco, B. Virginis Mariæ horas recitans, ancilla Dei honorificata eſt maximo enim imbre in aperto oppreſſa orare nihilominus perſeuerauit, & comitibus omnibus madidis, ſola madefacta non eſt.

§.19.Potens etiam fuit, cæleſtis gratiæ dono, ſecreta cordium cognoſcere.Etenim Laurentium Tuccij filium adoleſcentem à propoſito occidendi gladio linguæ Franciſcum Sclauium educatorem ſuum reuocauit, Chriſtiana caritate illum corripiendo, & à concepto peccato dehortando, quod nulli reuelauerat.

§.20.Simili ſpiritu mortem inopinatam incolumis infantis, quaſi præuidens vitam illi æternam procurauit.Nam hora ſecunda noctis,quæ diem natalem eiuſdem infantis ſequuta eſt,domo præter

morem

Digitized by Google

mortem ægreſſa, ſtimulo caritatis, & gratia Spiritus Sancti, quæ tardè nouit molimina, impellentibus, intempeſtiua ſollicitudine, vt cæteris vacabatur, cũ nulla accelerãdi Baptiſmi appareret cauſa, vt ſtatim baptizaretur curauit, poſt Baptiſma vero ſubitus infantem morbus, quem mors conſequuta eſt, occulto Dei iudicio inuaſit, & his quidem ſignis inter cætera clarificauit Dominus famulam ſuam in ſeruitute corruptionis vitæ huius degentem.

§.21. Poſtquam vero ab hac ſeruitute in libertatem gloriæ liberata eſt ipſo die dormitionis eius, quæ vrbem vniuerſam commouit, & duobus ſequentibus quibus diebus eius corpus inhumatum fuit in Eccleſia S. Mariæ Nouæ nuncupatæ ſimili miraculo, quo Sanctorum ſuorum corpora non ſemel honorauit, Franciſcæ etiam corpus honorare dignatus eſt Dominus. Tantis enim odoribus flagrauit, vt omnia odoratis floribus referta viſa fuiſſe atteſtentur.

§.22. Multa exinde ancillæ Dei ſanctimoniæ præclara miracula fidem fecerunt. Complures enim grauiſſimis, & extremis morbis, opem quam in medicinę auxilijs reuenire non potuerunt, in eius vel libri Horarum B. Mariæ Virginis, uel Veſtium contactu, per eius merita, & interceſſiones, præſentaneam inuenerunt.

§.23. Conſtat enim inter cætera Viterbienſem fæminam Auguſtinam Angeli lippitudine, quæ uiſum illi ademerat, panno oculis admoto, quo antea Franciſcæ corpus contectum fuerat, ſubito ſanatam.

§.24. Et Hieronymum quendam Aromatarium, qui peſte laborabat in articulo mortis eiuſdem ſanctæ ueſte ſuperiniecta, ac uoto eiuſdem facto ſubito ſimiliter conualuiſſe.

§.25. Aliam uero fæminam febri cum pleuritide ad perniciem procedente affectam, cui medicus neque ad ſequentem diem uitam promittebat; Franciſcæ Velo lateri impoſito; dolore ſtatim liberatam, & poſtridie è lecto ſanam conſurrexiſſe.

§.26. Multi etiam ſanctæ mulieris auxilio, & interceſſione deuotæ ſolum inuocatis, è morbis ſimiliter uarijs, & grauibus diuina gratia euaſerunt. In his mulier quædam nomine Magdalena de Clarellis, peſte, & ipſa laborans, quæ quanquam Chirurgi ſcalpello læſa, brachij dolore ita cruciaretur, ut non putaretur à morte procul abeſſe, eadem hora conualuit qua mater ad Franciſcæ ſepulchrum, pro filiæ ſanitate orauit.

§.27.

Digitized by Google

§.27. Inſigni quoque miraculo crurum ſanitate, B. Franciſcæ interceſſione à Domino donatus fuit puer annorum quatuor, Pauli Totti filius, qui cum grauibus ulceribus inceſſu prohiberetur mater quod Puerum minime ſaneſcere medicinæ remedijs cerneret, illo in ulnis ſuſcepto, cum ad ſanctæ imaginem in eccleſiam B. Mariæ Tranſtiberim, pro eius ſanitate deuote oratum ueniſſet, nondum finita oratione ecce ex ulnis deponi puer rogat, depoſitus, ambulare incipit, ac domum pedibus redit, ſolitiſq; ligaminibus, & mortis emplaſtris, non ſolum ſanis cruribus ſed etiam, ut diuina magis, per ſanctæ ſua merita eluceret potentia, ſine cicatricibus inuenitur.

§.28. Huius itaq; tam excellentis ſanctitatis lucernam, quoniam ſub modio eſſe nolebat Dominus, ſed aliquando ſuper candelabrum Apoſtolicę auctoritatis decreto conſtituendam præordinauerat, factum eſt uel paucis menſibus poſt felicem ſanctæ obitum, ut bi. me. Andreas Epiſcopus Auximanus fe. Rec. Eugenij Papę Quarti prædeceſſoris noſtri, tunc in urbe in ſpiritualibus Vicarius examen teſtium ſuper eius uita, & miraculis committeret Epiſcopo Bouenſi ac Priori Monaſterij Sanctæ Crucis in Ieruſalem ordinis Chartuſienſis, qui multorum teſtimonijs ſuſceptis, ſummariam inquiſitionem egerunt.

§.29. Deinde uero biennio, ac nonnullis menſibus elapſis, & cauſa bo. me. Cardinali de Albertis delegata inſtantibus Procuratore, & Syndico Monaſterij S. Marię Nouæ anno 1443. Proceſſu cauſę huiuſmodi coram bo. me. Domino Cardinale Firmano nuncupato, ſubdelegato Cardinalis de Albertis, rite inſtituto, triginta, & octo teſtes ſuper octoginta articulis recepti ſunt.

§.30. Defuncto Eugenio Prædeceſſore prędicto anno 1451. meritis B. Franciſcæ exigentibus fel. rec. Nicolaus Papa Quintus pariter Prædeceſſor noſter qui Eugenio in Apoſtolatu ſucceſſerat, ad canonizationis eius negotium aggreſſus, inquiſitionem peragi per Spoletanum, & Mindonienſem Epiſcopos mandauit coram quibus à Procuratore, & Syndico prędictis teſtes ad numerum centum, & triginta duorum ſunt producti, & ſuper nouis articulis rite, & recte recepti, ac proceſſus accurate, & legitime formatus.

§.31. Ac licet rem tranſigi, & B. Franciſcam Sanctam declarari p[illegible] tunc temporis, neq; poſtea tot annis ſucceſſerit, tamen Domi[illegible]

Sancti

Sanctæ ſuæ ſummum honorem in terris debitum ad hanc uſq; diem occulta diſpenſatione differri uolens, non permiſit interea alijs honoribus deſtitui, nunquam enim deuotio fidelium erga ancillam ſuam refrixit in urbe, quinimo die tranſitus eius auctoritate apoſtolica, & populi Romani pia ſollicitudine in honore, & in Curia Capitolina feſtus habitus fuit, donec fel. rec. Clemens Papa Octauus Prædeceſſor noſter, pro ſua paſtorali prouidentia, Spiritu Dei mortus, pijs eiuſdem Populi Romani precibus benigne aures præbens, Canonizationis B. Franciſcę opus, ad decorem, & vtilitatem domus Dei iamdiu cæptum conſumandum cenſuit.

§.32. Itaq; bo. mem. Seraphino S. Saluatoris in lauro, necnon dilectis filijs noſtris Hieronimo S. Baſilij de annulo Pāphylio, & Io. Garziæ SS. Quatuor Coronatorum Tit. S. R. E. Presbiteris Cardinalib. Millino nuncupatis, tūc Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditoribus commiſit, ut uiderent, an ſecundum Sacrorum Canonum decreta, & Eccleſię Romanę receptum morem canonizatio huiuſmodi celebrari poſſet. Illis uero, & in eorum locum, ijſdem ad Cardinalatus honorem eorum exigentibus meritis promoti, poſtea ſub rogati etiam filij Franciſcus Pennia, Horatius Lancellotus, Io: Baptiſta Pamphilius, eiuſdem Sacri Palatij cauſarum pariter auditores, proceſſus & acta omnia, ab exordio cauſæ, ut res poſtulabat receſcent, probationes diligenter perpenderunt, nouoq; proceſſu rite confecto ſanctitatis miraculorum B. Franciſcę ab eius obitu ad annum uſq; 1604. quo anno hęc agebantur continuam conſtantemq; famam probari uoluerunt.

§.33. Verum ujam uniuerſę carnis ingreſſo Clemente Prędeceſſore, & humilitate noſtra ad Summum Apoſtolatus gradum nullo ſuffragio meritorum à Domino euocata nec ceſſante populo Romano ſancta ſedulitate inſtare, ut cauſa canonizationis huiuſmodi abſolueretur. Nos ex officij debito Paſtoralis, quę ad Dei laudem, & fidelium ędificationem ſunt quantum in Domino poſſumus, promuuere cupientes, ac non ambigentes id genus eſse triumphalem canonizationis honorem per quem ſapientiam Sanctorum narrant populi, & laudē eorum nunciant eccleſię, patrięq; noſtrę inclitę Vrbis Romę caritate cogenre ne filię ſuę merita ueneratione, quaſi noua corona deſtitueretur prędeceſsorum noſtrorum

ſtrorum veſtigijs inſiſtentes rei tantæ in nomine Domini perficiendæ conſilium cepimus, quapropter cognita eorumdem ex auditorum relatione, illorum pro canonizatione ſententia, illam & vniuerſam cauſam à Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Sacris ritibus, & Ceremonijs præfectis accuratiſſime recognoſci, & examinari mandauimus.

§.35. Qui re diu multumq; diſcuſſa ac diſputata B. Franciſcæ vitę excellentem cum fide ſanctitatem, & præclara miracula ex omnib. proceſſibus, primo excepto, ſatiſq; legitime ad rem de qua agebatur probata, & ad canonizationem procedi recte poſſe cenſuerunt.

§.36. Atq; eorum ſententia vna cum omnibus, quæ in cauſa erant, in Conciſtorio noſtro ſecreto à Venerab. Fratre noſtro Dominico Epiſcopo Hoſtien. S.R.E. Card. Pinello nuncupato, Sacri Collegij Decano & eorumdem Cardinalium antiquiore, ſummatim, & appoſite relatis cum reliqui Cardinales, qui adfuerunt idem cenſuiſſent in publico ſequenti Conciſtorio audita dilectorum filiorum Cameræ Vrbis Noſtræ Conſeruatorum pro canonizatione huiuſmodi per dilectum filium Hieronimum de Rubeis P. R. aduocatum habita diſerta oratione, ac de re tanta nos vt oportebat cum iiſdem Cardinalibus, & Epiſcopis deliberaturos reſponſo dato, eoſdem Cardinales, & Epiſcopos ad implorandum elemoſinis, ieiunijs, & orationibus, diuinum auxilium in Domino hortati ſumus.

§.37. Deinde eorumdem Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in vrbe præſentium, Conciſtorio Semipublico indicto in quo etiam noſtri, & Apoſtolicæ Sedis Notarij, & Sacri Palatij Apoſtolici Cauſarum Auditores vocati adfuerunt iidem Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi omnes, B. Franciſcam ex ijs, quæ à nobis propoſita, & ex proceſſu relata fuerant, iure canonizandam eſſe cenſuerunt.

§.38. Quorum ſententijs auditis, nos gratias Deo agentes, quod Ancillam ſuam per miniſterium noſtrum honorificari velle dignaretur, canonizationis diei declarationem nobis reſeruauimus, omneſq; ad deuote interim nobiſcũ orandum, & elemoſinis, ieiunijs, ac ſacrificijs cæleſtem Spiritus Sancti fauorem in eam rem infirmitati noſtræ procurandum iterum adhortati ſumus.

Digitized by Google

§ 39. Ac tandem rite peractis omnib. quæ Sanctorum Patrum auctoritas, ſacrorum canonum ſtatuta Sanctæq; Romanæ Eccleſiæ antiqua conſuetudo in re huiuſmodi peragenda præſcribunt, hodie in Sacra B. Petri Principis Apoſtolorum Baſilica, ad quam vna cum ijsdem fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, alijſq; Romanæ Curiæ Prælatis, officialib. ac familiarib. noſtris, Clero, Sæculari, ac Regulari Hymnum Aue Maris Stella, B. Mariæ Virginis, cantorum cætu reſonante, ſolemni ritu proceſſimus, maxima populi frequētia. Poſt prædictorum conſeruatorum, pro canonizationis decreto, per eum ſeu aduocatum conſuetas petitiones repetitas, poſt ſacras Litanias, Hymnoſq; decantatos, precibuſq; in ſpiritu humilitatis præmiſſis, ac Spiritus Sancti gratia rite implorata. Ad honorem Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, ad fidei catholicæ exaltationem, & Religionis Chriſtianæ augmentum, auctoritate eiuſdem Sanctiſſimæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ac noſtra, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Patriarcharum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Vrbe præſentium Conſilio, & vnanimi conſenſu, Beatam Franciſcam Romanam, ex Oblatis monaſterijs Turris ſpeculorum Vrbis Ordinis S. Benedicti Congregationis Montiſoliueti, cuius corpus Romanæ in Eccleſia S. Mariæ nouæ nuncupatæ in pace quieſcit, de cuius ſanctitate vitæ, fidei ſinceritate, & miraculis plenè conſtabat, & conſtat ſanctam eſſe definiuimus, pro vt præſentium tenore definimus, decernimus, & adſcribimus illamq; omnes fideles venerari mandauimus, & mandamus.

§ 40. Statuentes, vt ab vniuerſali eccleſia in eius honorem eccleſiæ, & altaria in quibus ſacrificia Deo offerantur, ædificari, & conſecrari poſſint, & ſingulis annis die 9. Martij feſtum ipſius, & officium Sanctarum, nec Virginum, nec Martirum ad Breuiarij Romani præſcriptum deuote celebretur.

§ 41. Prętere a eadem auctoritate, omnib. vere pænitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui annis ſingulis eodem die feſto, ac ſepulcrum in quo corpus eius requieſcit, deuote acceſſerint, necnon eccleſias, & altaria in ipſius honorem conſtructa deuote pariter viſitauerint, eaſdem indulgentias, & peccato-

rum

rum remiſſiones conceſſimus, & elargiti ſumus pro vt concedimus, & elargimur, quæ cæteris dicti Ordinis Eccleſijs in diebus feſtis eiuſdem Congregationis Montis Oliueti Sanctorum iam conceſſæ ſunt.

§.42. Denique exactis omnio. quæ canonizatio huiuſmodi poſtulabat, ac Deo Patri immenſę maieſtatis, venerandoq;eius vero,& vnico filio,ſanctoq;paraclito ſpiritui, laudib.ſacro hymno cantatis eccleſię communi precę orauimus Dominum, vt quoniam B. Franciſce feſtiuitate gaudebamus, eius exemplo pię deuotionis erudiamur affectu, ac ſacroſanctis ſacrificijs ad altare Principis Apoſtolorum pontificali ritu, cum eiuſdem ſanctę commemoratione oblatis plenariam omnibus Chriſtifidelib. ibi pręſentib. ad Dei laudem, & gloriam Sanctæ eius, peccatorum indulgentiam, & remiſſionem conceſſimus.

§. 43. Confiteamur igitur Domino Dominorum, per quem amici eius honorificātur nimis, & à quo gloria,& honor omni operanti bonum. Et quoniam ſanctæ etiam eius pręſidium iam cernimus diuinitus conpraratum, æquum eſt nos ſempiternam clementiam orare, vt cuius in terris voluit his noſtris calamitoſis temporalibus gloriam manifeſtari, illam etiam in tribulationib.noſtris nobis adeſſe,& obſecrationes pro Eccleſię Sanctæ exaltatione hęreſum extirpatione Principum Chriſtianorum vnione Patrocinio ſuo promouere ſentiamus per Chriſtum Dominum Noſtrum.

§.44. Cæterum quia nimis difficile foret præſentes noſtras litteras ad ſingula loca,vbi opus eſſet,deferri volumus,vt earum exemplis etiam impreſſis,manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem vbiq;fides habeatur, quæ ipſis præſentib. ſi exhibitæ, vel oſtenſæ eſſent, haberetur.

§.45. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum decreti, definitionis, adſcriptionis, mandati, ſtatuti,conceſſionis, elargitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S.Petrum Anno Incar. Dominicæ 1608.quarto Cal. Iunij, Pont. noſtri Anno quarto. *Ordinis 388. Religinis vero 809.*

imminet animarum;necnon omnia, & ſingula illorum iura, ac verum dominium Fratribus Tertij Ordinis Sancti Franciſci tunc & pro tempore exiſtentibus ad effectum diuina officia ibidem celebrandi in perpetuum conceſſit cum pactis, capitulis conditionibus, & obligationibus infraſcriptis videlicet.

4 Quod ſub conceſſione comprehenderetur dumtaxat eadem Eccleſia cum eius Sacrario & domibus illi annexis mōaſterium nuncupatis, ac inlongitudine tantum quātum durat ipſa Eccleſia nec non curte eiuſdem Monaſterij, ac viridario, & viridarijs, quibus.

5 Congregatio Fratrum Beatæ, & Glorioſę ſemper Virginis de Monte Carmelo nomine eiuſdem Io: Baptiſtæ Gaudebat.

6 Et quod in Monaſterio, & eius Eccleſia huiuſmodi ſaltem duodecim Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci huiuſmodi, quorum ſex ad minus Sacerdotes eſſe deberent, qui ſingulis non feriatis duas, feſtiuis verò diebus tres miſſas computata miſſa cantata durante vita dilecti filij Alexandri Simonetę, cui omnes & ſinguli fructus, & prouentus Monaſterij apoſtolica auctoritate reſeruata reperiuntur, & illo vita functo tres ſingulis non feriatis, feſtiuis verò diebus quatuor miſſas huiuſmodi etiam computata miſſa maiore cantata in eadem Eccleſia celebrare, necnon horas canonicas in choro ſtatutis temporibus cum pulſatione campanarum iuxta ritum Sanctæ Matris Eccleſiæ recitare, ac eidem Eccleſiæ in diuinis continuo prout opus eſt interuenire, idque dicti Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci feſtum eiuſdem Sancti Barnabæ die 11. Menſis Iunij cuiuslibet anni celebrari ſolitum in dicta Eccleſia ſolemniter eorum ſumptibus & expenſis in perpetuum ſingulis annis celebrare, & quod omnia Monaſterij, & Eccleſiæ huiuſmodi ad diuinum cultum necnon alia ad dictum Sacriſtam pertinentia bona v. vaſa Argentea, Paramenta, Cruces, & Arcas, cæteraq; omnia pro repoſitione paramentorum huiuſmodi in dicta Sacriſtia exiſtentia bene, fideliter, & diligenter tenere, & conſeruare ac illa & alia bona mobilia quæcumq; iuxta deſuper confectum inuentarium eiſdem Fratribus Tertij Sancti Franciſci, & pro illis dilecto filio Baſilio Gariboldo tunc exiſtenti eiuſdem Prouinciæ Miniſtro Prouinciali pro vſu Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci huiuſmodi in dicto Monaſterio pro tempore degen-

degentium tradita manutenere deberent, & tenerentur.

7 Et inſuper dictus Io: Baptiſta Abbas ex tunc pro ſuſtentandis, & manutenendis, ijſdem Fratribus in dicto Monaſterio pro tempore degentibus octingentas durante vita dicti Alexandri, & ſubſequuto illius obitu mille & ducentas libras Imperiales monetæ in Ciuitate, & diſtrictu Mediolanenſi currentis ſummam 150. ducatorum auri de Camera non excedentes de ſemeſtri in ſemeſtre anticipata ſolutione pro vna videlicet in Sancti Io: Baptiſtæ, & altera medietatibus librarum huiuſmodi in D.N. Ieſu Chriſti natiuitatum feſtiuitatibus cuiuslibet anni perpetuo per pro tempore exiſtentes Abbates, ſeu perpetuos Comendatarios dicti Monaſterij ſoluendas aſſignauit.

8 Et animaduertens dictum Monaſterium aliquibus melioramentis, & reparationibus pro habitatione dictum Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci indigere defuncto eodem Alexandro & non aliter nec alio modo in melioramentis & reparationibus huiuſmodi vltra quædam ligna quæ ex bonis dicti Monaſterij ſine iactura dictorum bonorum dari poterunt bis mille libras ſimili, & vnica vice dumtaxat & non alias realiter, & cum effectu dare, & exponere, vel ſi, & in quantum conſtaret eoſdem Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci dictas bis mille libras tunc temporis expoſuiſſe illas reſtituere promiſit ſub quibuſdam alijs conditionibus, & promiſſionibus licitis, & honeſtis reſeruato ſemper in omnibus, & per omnia Sedis Apoſtolicæ beneplacito in Inſtrumento deſuper confecto dicitur contineri.

9 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat Baſilius prædictus conceſſionem aſſignationem, & promiſſionem aliaq; præmiſſa ſub obligationibus & pactis huiuſmodi de dilectorum filiorum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium Præfectorum, necnon Tertij Ordinis Sancti Franciſci prædicti per totam Italiam Vicarij Generalis licentia nomine Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci huiuſmodi acceptauerit, ac Io: Baptiſta Abbas, & Miniſter Prouincialis huiuſmodi plurimum cupiant omnia, & ſingula præmiſſa à nobis, & dicta Sede approbari pro parte eorumdem Io: Baptiſtæ Abbatis, & Miniſtri Prouincialis nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eis in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

10

morem egreſſa, ſtimulo caritatis, & gratia Spiritus Sancti, quæ tarda neſcit molimina, impellentibus, ingenti perſona ſollicitudine, ut cæteris videbatur, cū nulla accelerandi Baptiſmi appareret cauſa, ut ſtatim baptizaretur curauit, poſt Baptiſma vero ſubitus infantem morbus, quem mors conſequuta eſt, occulto Dei iudicio inuaſit, & his quidem ſignis inter cætera clarificauit Dominus famulam ſuam in ſeruitute corruptionis vitæ huius degentem.

§.21. Poſtquam vero ab hac ſeruitute in libertatem gloriæ liberata eſt ipſo die dormitionis eius, quæ vrbem vniuerſam commouit, & duobus ſequentibus quibus diebus eius corpus inhumatum fuit in Eccleſia S. Mariæ Nouæ nuncupatæ ſingulari miraculo, quo Sanctorum ſuorum corpora non ſemel honorauit, Franciſcæ etiam corpus honorare dignatus eſt Dominus. Tantis enim odoribus flagrauit, vt omnia odoratis floribus referta viſa fuiſſe acta teſtentur.

§.22. Multa exinde ancillæ Dei ſanctimoniæ præclara miracula fidem fecerunt. Complures enim grauiſſimis, & extremis morbis, opem quam in medicinę auxilijs inuenire non potuerunt, in eius vel libri Horarum B. Mariæ Virginis, uel Veſtium contactu, per eius merita, & interceſſiones, præſentaneam inuenerunt.

§.23. Conſtat enim inter cætera Viterbienſem fæminam Auguſtinam Angeli lippitudine, quæ uiſum illi ademerat, panno oculis admoto, quo ſacrum Franciſcæ corpus contectum fuerat, ſubito ſanatam.

§.24. Et Hieronymum quendam Aromatarium, qui peſte laborabat in articulo mortis eiuſdem ſanctæ ueſte ſuperiniecta, ac uoto eiuſdem facto ſubito ſimiliter conualuiſſe.

§.25. Aliam uero fæminam febri cum pleuritide ad perniciem procedente affectam, cui medicus neque ad ſequentem diem uitam promittebat; Franciſcæ Velo lateri impoſito; dolore ſtatim liberatam, & poſtridie è lecto ſanam conſurrexiſſe.

§.26. Multi etiam ſanctæ mulieris auxilio, & interceſſione deuotæ ſolum inuocatis, è morbis ſimiliter uarijs, & grauibus diuina gratia euaſerunt. In his mulier quædam nomine Magdalena de Clarellis, peſte, & ipſa laborans, quæ quanquam Chirurgi ſcalpello læſa, brachij dolore ita cruciaretur, ut non putaretur à morte procul abeſſe, eadem hora conualuit qua mater ad Franciſcæ ſepulchrum pro filię ſanitate orauit.

§.27. Inſigni quoque miraculo crurum ſanitate, B. Franciſcæ interceſſione à Domino donatus fuit puer annorum quatuor, Pauli Totti filius, qui cum grauibus ulceribus inceſſu prohiberetur mater quod Puerum minime ſaneſcere medicinæ remedijs cerneret, illo in ulnis ſuſcepto, cum ad ſanctæ imaginem in eccleſiam B. Mariæ Tranſtiberim, pro eius ſanitate deuote oratum ueniſſet, nondum finita oratione ecce ex ulnis deponi puer rogat, depoſitus, ambulare incipit, ac domum pedibus redit, ſolitiſq; ligaminibus, & mortis emplaſtris, non ſolum ſanis cruribus ſed etiam, ut diuina magis, per ſanctæ ſua merita eluceret potentia, ſine cicatricibus inuenitur.

§.28. Huius itaq; tam excellentis ſanctitatis lucernam, quoniam ſub modio eſſe nolebat Dominus, ſed aliquando ſuper candelabrum Apoſtolicę auctoritatis decreto conſtituendam præordinauerat, factum eſt uel paucis menſibus poſt felicem ſanctæ obitum, ut bi me. Andreas Epiſcopus Auximanus fel. Rec. Eugenij Papę Quarti prædeceſſoris noſtri, tunc in urbe in ſpiritualibus Vicarius examen teſtium ſuper eius uita, & miraculis committeret Epiſcopo Bouenſi ac Priori Monaſterij Sanctæ Crucis in Ieruſalem ordinis Chartuſienſis, qui multorum teſtimonijs ſuſceptis, ſummariam inquiſitionem egerunt.

§.29. Deinde uero biennio, ac nonnullis menſibus elapſis, & cauſa bo. me. Cardinali de Albertis delegata inſtantibus Procuratore, & Syndico Monaſterij S. Marię Nouæ anno 1443. Proceſſu cauſę huiuſmodi coram bo. me. Domino Cardinale Firmano nuncupato, ſubdelegato Cardinalis de Albertis, rite inſtituto, triginta, & octo teſtes ſuper octoginta articulis recepti ſunt.

§.30. Defuncto Eugenio Prædeceſſore prędicto anno 1451. meritis B. Franciſcæ exigentibus fel. rec. Nicolaus Papa Quintus pariter Prædeceſſor noſter qui Eugenio in Apoſtolatu ſucceſſerat, ad canonizationis eius negotium aggreſſus, inquiſitionem peragi per Spoletanum, & Mindonenſem Epiſcopos mandauit coram quibus à Procuratore, & Syndico prędictis teſtes ad numerum centum, & triginta duorum ſunt producti, & ſuper nouis articulis rite, & recte recepti, ac proceſſus accurate, & legitime formatus.

§.31. Ac licet rem tranſigi, & B. Franciſcam Sanctam declarari p[...] tunc temporis, neq; poſtea tot annis ſucceſſerit, tamen Domi-

Sanctę

Sanctæ ſuæ ſummum honorem in terris debitum ad hanc uſq; diem occulta diſpenſatione differri uolens, non permiſit interea alijs honoribus deſtitui, nunquam enim deuotio fidelium erga ancillam ſuam refrixit in urbe, quinimo die tranſitus eius auctoritate apoſtolica, & populi Romani pia ſollicitudine in honore, & in Curia Capitolina feſtus habitus fuit, donec fel. rec. Clemens Papa Octauus Prædeceſſor noſter, pro ſua paſtorali prouidentia, Spiritu Dei motus, pijs eiuſdem Populi Romaui precibus benigne aures præbens, Canonizationis B. Franciſcę opus, ad decorem, & vtilitatem domus Dei iamdiu cæptum conſumandum cenſuit.

§.32. Itaq; bo. mem. Seraphino S. Saluatoris in lauro, necnon dilectis filijs noſtris Hieronimo S. Baſilij de annulo Pāphylio, & Io. Garziæ SS. Quatuor Coronatorum Tit. S. R. E. Presbiteris Cardinalib. Millino nuncupatis, tūc Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditoribus commiſit, ut uiderent, an ſecundum Sacrorum Canonum decreta, & Eccleſię Romanę receptum morem canonizatio huiuſmodi celebrari poſſet. Illis uero, & in eorum locum, ijſdem ad Cardinalatus honorem eorum exigentibus meritis promoti, poſtea ſub rogati etiam filij Franciſcus Pennia, Horatius Lancellotus, Io: Baptiſta Pamphilius, eiuſdem Sacri Palatij cauſarum pariter auditores, proceſſus & acta omnia, ab exordio cauſæ, ut res poſtulabat receſcent, probationes diligenter perpenderunt, nouoq; proceſſu rite confecto ſanctitatis miraculorum B. Franciſcę ab eius obitu ad annum uſq; 1604. quo anno hęc agebantur continuam conſtantemq; famam probari uoluerunt.

§.33. Verum uiam uniuerſę carnis ingreſſo Clemente Prędeceſſore, & humilitate noſtra ad Summum Apoſtolatus gradum nullo ſuffragio meritorum à Domino euocata nec ceſſante populo Romano ſancta ſedulitate inſtare, ut cauſa canonizationis huiuſmodi abſolueretur. Nos ex officij debito Paſtoralis, quę ad Dei laudem, & fidelium ędificationem ſunt quantum in Domino poſſumus, promuuere cupientes, ac non ambigentes id genus eſſe triumphalem canonizationis honorem per quem ſapientiam Sanctorum narrant populi, & laudē eorum nunciant eccleſię, patrięq; noſtrę inclitę Vrbis Romę caritate cogenre ne filię ſuę merita ueneratione, quaſi noua corona deſtitueretur prędeceſsorum noſtrorum

ſtrorum veſtigijs inſiſtentes rei tantæ in nomine Domini perficiendæ conſilium cepimus, quapropter cognita eorumdem ex auditorum relatione, illorum pro canonizatione ſententia, illam & vniuerſam cauſam à Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Sacris ritibus, & Ceremonijs præfectis accuratiſſime recognoſci, & examinari mandauimus.

§.35. Qui re diu multumq; diſcuſſa ac diſputata B. Franciſcæ vitę excellentem cum fide ſanctitatem, & præclara miracula ex omnib. proceſſibus, primo excepto, ſatiſq; legitime ad rem de qua agebatur probata, & ad canonizationem procedi recte poſſe cenſuerunt.

§.36. Atq; eorum ſententia vna cum omnibus, quæ in cauſa erant, in Conciſtorio noſtro ſecreto à Venerab. Fratre noſtro Dominico Epiſcopo Hoſtien. S.R.E. Card. Pinello nuncupato, Sacri Collegij Decano & eorumdem Cardinalium antiquiore, ſummatim, & appoſite relatis cum reliqui Cardinales, qui adfuerunt idem cenſuiſſent in publico ſequenti Conciſtorio audita dilectorum filiorum Cameræ Vrbis Noſtræ Conſeruatorum pro canonizatione huiuſmodi per dilectum filium Hieronimum de Rubeis P. R. aduocatum habita diſerta oratione, ac de re tanta nos vt oportebat cum ijſdem Cardinalibus, & Epiſcopis deliberaturos reſponſo dato, eoſdem Cardinales, & Epiſcopos ad implorandum elemoſinis, ieiunijs, & orationibus, diuinum auxilium in Domino hortati ſumus.

§.37. Deinde eorumdem Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in vrbe præſentium, Conciſtorio Semipublico indicto in quo etiam noſtri, & Apoſtolicæ Sedis Notarij, & Sacri Palatij Apoſtolici Cauſarum Auditores vocati adfuerunt ijdem Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi omnes, B. Franciſcam ex ijs, quæ à nobis propoſita, & ex proceſſu relata fuerant, iure canonizandam eſſe cenſuerunt.

§.38. Quorum ſententijs auditis, nos gratias Deo agentes, quod Ancillam ſuam per miniſterium noſtrum honorificari velle dignaretur, canonizationis diei declarationem nobis reſeruauimus, omneſq; ad deuote interim nobiſcũ orandum, & elemoſinis, ieiunijs, ac ſacrificijs cæleſtem Spiritus Sancti fauorem in eam rem infirmitati noſtræ procurandum iterum adhortati ſumus.

Digitized by Google

§ 39. Ac tandem rite peractis omnib. quæ Sanctorum Patrum auctoritas, ſacrorum canonum ſtatuta Sanctæq; Romanæ Eccleſiæ antiqua conſuetudo in re huiuſmodi peragenda præſcribunt, hodie in Sacra B. Petri Principis Apoſtolorum Baſilica, ad quam vna cum iisdem fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, alijſq; Romanæ Curiæ Prælatis, officialib. ac familiarib. noſtris, Clero, Sæculari, ac Regulari Hymnum Aue Maris Stella, B. Mariæ Virginis, cantorum cætu reſonante, ſolemni ritu proceſſimus, maxima populi frequētia. Poſt prædictorum conſeruatorum, pro canonizationis decreto, per eumdem aduocatum conſuetas petitiones repetitas, poſt ſacras Litanias, Hymnoſq; decantatos, precibuſq; ſpiritu humilitatis præmiſſis, ac Spiritus Sancti gratia rite implorata: Ad honorem Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, ad fidei catholicæ exaltationem, & Religionis Chriſtianæ augmentum, auctoritate eiuſdem Sanctiſſimæ Trinitatis Patis, & Filij, & Spiritus Sancti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ac noſtra, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Patriarcharum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Vrbe præſentium Conſilio, & vnanimi conſenſu, Beatam Franciſcam Romanam, ex Oblatis monaſterijs Turris ſpeculorum Vrbis Ordinis S. Benedicti Congregationis Montiſoliueti, cuius corpus Romanæ in Eccleſia S. Mariæ nouæ nuncupatæ in pace quieſcit, de cuius ſanctitate vitæ, fidei ſinceritate, & miraculis plenè conſtabat, & conſtat ſanctam eſſe definiuimus, pro vt præſentium tenore definiuimus, decernimus, & adſcribimus illamq; omnes fideles venerari mandauimus, & mandamus.

§. 40. Statuentes, vt ab vniuerſali eccleſia in eius honorem eccleſiæ, & altaria in quibus ſacrificia Deo offerantur, ædificari, & conſecrari poſſint, & ſingulis annis die 9. Martij feſtum ipſius, & officium Sanctarum, nec Virginum, nec Martirum ad Breuiarij Romani præſcriptum deuote celebretur.

§. 41. Prçterea eadem auctoritate, omnib. vere pænitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui annis ſingulis eodem die feſto, ac ſepulcrum in quo corpus eius requieſcit, deuote acceſſerint, necnon eccleſias, & altaria in ipſius honorem conſtructa deuote pariter viſitauerint, eaſdem indulgentias, & peccatorum

rum remiſſiones conceſſimus, & elargiti ſumus pro vt concedimus, & elargimur, quæ cęteris dicti Ordinis Eccleſijs in diebus feſtis eiuſdem Congregationis Montis Oliueti Sanctorum iam conceſſæ ſunt.

§.42. Denique exactis omnib. quæ canonizatio huiuſmodi poſtulabat, ac Deo Patri immenſę maieſtatis, venerandoq;eius vero,& vnico filio,ſanctoq;paraclito ſpiritui, laudib.ſacro hymno cantatis eccleſię communi prece orauimus Dominum, vt quoniam B. Franciſcę feſtiuitate gaudebamus, eius exemplo pię deuotionis erudiamur affectu, ac ſacroſanctis ſacrificijs ad altare Principis Apoſtolorum pontificali ritu, cum eiuſdem ſanctę commemoratione oblatis plenariam omnibus Chriſtifidelib. ibi pręſentib. ad Dei laudem, & gloriam Sanctæ eius, peccatorum indulgentiam, & remiſſionem conceſſimus.

§.43. Confiteamur igitur Domino Dominorum, per quem amici eius honorificātur nimis, & à quo gloria,& honor omni operanti bonum. Et quoniam ſanctæ etiam eius pręſidium iam cernimus diuinitus conpraratum, æquum eſt nos ſempiternam clementiam orare, vt cuius in terris voluit his noſtris calamitoſis temporalibus gloriam manifeſtari, illam etiam in tribulationib.noſtris nobis adeſſe,& obſecrationes pro Eccleſię Sanctæ exaltatione hęreſum extirpatione Principum Chriſtianorum vnione Patrocinio ſuo promouere ſentiamus per Chriſtum Dominum Noſtrum.

§.44. Cæterum quia nimis difficile foret præſentes noſtras litteras ad ſingula loca,vbi opus eſſet,deferri volumus,vt earum exemplis etiam impreſſis,manu publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem vbiq;fides habeatur, quæ ipſis præſentib. ſi exhibitæ, vel oſtenſæ eſſent, haberetur.

§.45. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum decreti, definitionis, adſcriptionis, mandati, ſtatuti, conceſſionis, elargitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S.Petrum Anno Incar. Dominicæ 1608. quarto Cal. Iunij, Pont. noſtri Anno quarto. *Ordinis 388. Religionis vero 209.*

Extracta ex Bulla 45. Bullarij Romani.

S. Franciſcam eſſe de Tertio Ordine aperte cum cæteris tradit Auctor Martyrologij Franciſcani ad diem nonum Martij, ex quo aliquibus ſuccidìtur dubitatio.

BVLLA CCLIV.

PAulus V. confirmat priuilegia præciſe conceſſa, ſeu etiam confirmata eidem Ordini cum clauſulis limitatiuis.

1 Iuſtis ac honeſtis fidelium quorumlibet præſertim ſub regularis vitæ diſciplina altiſſimo famulantium votis libenter annuimus, eaq; fauoribus proſequimur opportunis. Exponi ſiquidem nobis nuper fecerunt dilecti filij Bernardus Sabbia Procurator Generalis, alijq; Superiores, & Fratres Tertij Ordinis de pænitentia nuncupati Sancti Franciſci, quod ipſi nonnullis gratijs, & priuilegijs per diuerſos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ſibi ſuoq; ordini conceſſis gaudent, quæ à nobis & Apoſtolica Sede confirmari deſiderant. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, vt ſibi in præmiſſis indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

2 Nos igitur eundem Bernardum Procuratorem Generalem Superiores, & Fratres prædictos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, eorumq; ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati omnia & ſingula priuilegia, facultates, indulta, & literas Apoſtolicas ipſis, & eorum ordini per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros conceſſa, & forſan etiam approbata & confirmata, dummodò tamen ſint in vſu, & Sacri Concilij Tridentini decretis, ac Prædeceſſorum noſtrorum & noſtris Conſtitutionibus, ac eiuſdem Ordinis Regularibus inſtitutis non aduerſentur, nec reuocata, aut ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa ſint, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac approbata, & confirmata eſſe, & cenſeri volumus, & declaramus. 3

3 Necnon ipſos vbicumque & quandocumque opus fuerit priuile-
gijs,facultatibus,indultis,& literis Apoſtolicis prædictis liberè,&
licitè,vti poſſe & valere, ac irritum & inane, quicquid ſecus ſuper
his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter conti-
gerit attentari decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, &
Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque.
Datum Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris
die 21.Octobris M.DC.VIII. Pontificatus Noſtri Anno Quarto.
Ordinis 388. Religionis 209.
Extracta ex Bullarijs Silliano fol. 96. & Gallicano fol. 81.

BVLLA CCLV.

*PAulus V. ſcribit Vicario Generali Archiepiſcopi Mediolani, vt con-
ceſſionẽ Monaſterij, & Eccleſiæ S. Barnabæ, vbi olim habitabant Mo-
nachi Vallis Vmbroſæ, & ſucceſſiue Carmelitani factam per Ioannem
Baptiſtam de Vicecomitibus Abbatem eiuſdem Monaſterij F. Baſilio
Gariboldo tunc Prouinciali approbet, cum omnibus pactis, & conditio-
nibus inter ipſos initis.*

1 Ex debito Miniſterij Paſtoralis ad ea noſtræ operationis ſtudia
diligenter conuertimur, per quæ pia religioſarum perſonarum
vota præſertim diuini cultus augmentum concernentia optatum
conſequantur effectum, & ijs, quæ propterea proinde facta fuiſſe
dicuntur, vt firmà perpetuò, & illibata perſiſtant libenter cum à
nobis petitur Apoſtolici mandamus adijci muniminis firmita-
tem.

2 Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum
Ioannnis Baptiſtæ de Vicecomitibus Abbatis Monaſterij Sancti
Barnabæ loci de Grataſeglio Ordinis Fratrum Valliſombroſæ
ſub Regula Sancti Auguſtini degentium Mediolanenſis Diœceſis
necnon Miniſtri Prouincialis ac Fratrum Tertij Ordinis Sancti
Franciſci de Pænitentia nuncupati Prouinciæ Mediolanenſis pe-
titio continebat.

3 Quod de Anno Domini 1600. dictus Ioannes Baptiſta Abbas
ex certis rationabilibus cauſis animum ſuum mouentibus Eccle-
ſiam prædicti Monaſterij, in quo à longiſſimo tempore nullus di-
cti Ordinis Valliſombroſæ profeſſor inhabitat; quiq; cura non
immi-

imminet animarum;necnon omnia, & ſingula illorum iura, ac verum dominium Fratribus Tertij Ordinis Sancti Franciſci tunc & pro tempore exiſtentibus ad effectum diuina officia ibidem celebrandi in perpetuum conceſſit cum pactis, capitulis conditionibus, & obligationibus infraſcriptis videlicet.

4 Quod ſub conceſſione comprehenderetur dumtaxat eadem Eccleſia cum eius Sacrario & domibus illi annexis mōaſterium nuncupatis, ac inlongitudine tantum quātum durat ipſa Eccleſia nec non curte eiuſdem Monaſterij, ac viridario, & viridarijs, quibus.

5 Congregatio Fratrum Beatæ, & Glorioſę ſemper Virginis de Monte Carmelo nomine eiuſdem Io: Baptiſtæ Gaudebat.

6 Et quod in Monaſterio, & eius Eccleſia huiuſmodi ſaltem duodecim Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci huiuſmodi,quorum ſex ad minus Sacerdotes eſſe deberent, qui ſingulis non feriatis duas,feſtiuis verò diebus tres miſſas computata miſſa cantata durante vita dilecti filij Alexandri Simonetę, cui omnes & ſinguli fructus, & prouentus Monaſterij apoſtolica auctoritate reſeruata reperiuntur, & illo vita functo tres ſingulis non feriatis,feſtiuis verò diebus quatuor miſſas huiuſmodi etiam computata miſſa maiore cantata in eadem Eccleſia celebrare,necnon horas canonicas in choro ſtatutis temporibus cum pulſatione campanarum iuxta ritum Sanctæ Matris Eccleſiæ recitare, ac eidem Eccleſiæ in diuinis continuo prout opus eſt interuenire,idque dicti Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci feſtum eiuſdem Sancti Barnabæ die 11.Menſis Iunij cuiuslibet anni celebrari ſolitum in dicta Eccleſia ſolemniter eorum ſumptibus & expenſis in perpetuum ſingulis annis celebrare, & quod omnia Monaſterij,& Eccleſiæ huiuſmodi ad diuinum cultum necnon alia ad dictum Sacriſtam pertinentia bona v. vaſa Argentea, Paramenta, Cruces,& Arcas, cæteraq; omnia pro repoſitione paramentorum huiuſmodi in dicta Sacriſtia exiſtentia bene, fideliter, & diligenter tenere, & conſeruare ac illa & alia bona mobilia quæcumq;iuxta deſuper confectum inuentarium eiſdem Fratribus Tertij Sancti Franciſci, & pro illis dilecto filio Baſilio Gariboldo tunc exiſtenti eiuſdem Prouinciæ Miniſtro Prouinciali pro vſu Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci huiuſmodi in dicto Monaſterio pro tempore degen-

degentium tradita manutenere deberent, & tenerentur.

7 Et inſuper dictus Io: Baptiſta Abbas ex tunc pro ſuſtentandis, & manutenendis, iiſdem Fratribus in dicto Monaſterio pro tempore degentibus octingentas durante vita dicti Alexandri, & ſubſequuto illius obitu mille & ducentas libras Imperiales monetæ in Ciuitate, & diſtrictu Mediolanenſi currentis ſummam 150. ducatorum auri de Camera non excedentes de ſemeſtri in ſemeſtre anticipata ſolutione pro vna videlicet in Sancti Io: Baptiſtæ, & altera medietatibus librarum huiuſmodi in D.N. Ieſu Chriſti natiuitatum feſtiuitatibus cuiuslibet anni perpetuo per pro tempore exiſtentes Abbates, ſeu perpetuos Comendatarios dicti Monaſterij ſoluendas aſſignauit.

8 Et animaduertens dictum Monaſterium aliquibus melioramentis, & reparationibus pro habitatione dictum Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci indigere defuncto eodem Alexandro & non aliter nec alio modo in melioramentis & reparationibus huiuſmodi vltra quædam ligna quæ ex bonis dicti Monaſterij ſine iactura dictorum bonorum dari poterunt bis mille libras ſimili, & vnica vice dumtaxat & non alias realiter, & cum effectu dare, & exponere, vel ſi, & in quantum conſtaret eoſdem Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci dictas bis mille libras tunc temporis expoſuiſſe illas reſtituere promiſit ſub quibuſdam alijs conditionibus, & promiſſionibus licitis, & honeſtis reſeruato ſemper in omnibus, & per omnia Sedis Apoſtolicæ beneplacito in Inſtrumento deſuper confecto dicitur contineri.

9 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat Baſilius prædictus conceſſionem aſſignationem, & promiſſionem aliaq; præmiſſa ſub obligationibus & pactis huiuſmodi de dilectorum filiorum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium Præfectorum, necnon Tertij Ordinis Sancti Franciſci prædicti per totam Italiam Vicarij Generalis licentia nomine Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci huiuſmodi acceptauerit, ac Io: Baptiſta Abbas, & Miniſter Prouincialis huiuſmodi plurimum cupiant omnia, & ſingula præmiſſa à nobis, & dicta Sede approbari pro parte eorumdem Io: Baptiſtæ Abbatis, & Miniſtri Prouincialis nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eis in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

10

10 Nos igitur Io: Baptiſtam Abbatem, & Miniſtrum Prouincialem prædictos ac eorum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſq; Eccleſijs ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dūtaxat conſequendarum harum ſerie abſoluentes & abſolutos fore cenſentes necnon inſtrumenti aliarumq; ſcripturarum deſuper forſan confectarum tenores, ac bonorum huiuſmodi ſituationes, confines vocabula denominationes qualitates quantitates ac valores etiam annuos præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta.

11 Mandamus; quatenus (ſaluo ſemper remanente titulo Abbatię dicti monaſterii ad diſpoſitionem Romani Pontificis pro tempore exiſtentis conceſſionem, aſſignationem, promiſſionem, aliaq; pręmiſſa auctoritate noſtra perpetuò approbes, confirmes, illiſq; Apoſtolicæ firmitatis robur, & munimen adiicias decernendo præſentes literas ſemper validas, & efficaces eſſe & ab eis ad quos nunc ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit firmiter obſeruari debere, nec ab illis vllo vnquam tempore reſiliri, ſed ad illarum obſeruationem obligatos eſſe & fore ac ad id cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis pænis cogi, & compelli poſſe.

12 Necnon Io: Baptiſtam Abbatem, & Miniſtrum Prouincialem prædictos ac ipſius Io: Baptiſtæ Abbatis ſucceſſorem in dicto monaſterio pro tempore exiſtentes de cętero deſuper à quoquam in iudicio, & extra illud moleſtari, perturbari, inquietari, aut impediri nullatenus vnquam poſſe, ſicq; ab omnibus, & ſingulis cenſeri.

13 Et ità per quoſcumq; Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos Vicelegatos, & Nuncios Apoſtolicos iudicari, ac definiri debere, necnon irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

14 Non obſtantibus præmiſſis ac Conſtitutionibus, & Ordinationib. Apoſtolicis, necnon monaſterii & ordinum prædictorum iura-

mento

mento confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nono, ſexto Calendas Auguſti. Pontificatus noſtri anno quinto. *Ideſt 17. Iulij, Ordinis 389.*

Extracta ex Monumentis eiuſdem conuentus S.Barnabæ Apoſtoli Grataſolij diſtantis à Mediolano per duo milliaria. Inſtrumentum habetur ſub num.31.

BVLLA CCLVI.

P*Aulus V. confirmat priuilegia pro Obſeruantibus, Clariſſis, & Tertiarijs etiam conceſſa alijs Mendicantibus, & non Mendicantibus, etiam per modum communicationis, & extenſionis, dummodo non aduerſentur Tridentino, literis Apoſtolicis, & decretis Clementis VIII.*

1 Iniuncti Nobis Apoſtolici muniminis ratio poſtulat, vt Sacrarum Religionum in militanti Eccleſia ſuaues in Domino fructus aſſidue præſtantium paternam curam gerentes, priuilegia, gratias, & indulta illis à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, & ab Apoſtolica ſede conceſſa, quo validius perpetuo ſubſiſtant Apoſtolicæ confirmationis robore libenter communiamus.

2 Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ludouicus à S.Ioanne Euangeliſta in Romana Curia Commiſſarius Generalis Ordinis Fratrum Minorum S.Franciſci de Obſeruantia, quod variæ gratiæ, conceſſiones, libertates, prærogatiuæ, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultateſq; alia priuilegia, & indulta tam prædicto Fratrum Minorum, quam Sanctæ Claræ, ac Tertio de Pænitentia nuncupato Ordinibus, illorumq; Superioribus, Fratribus, Monialibus, & Sororibus, ac vtriuſq; ſexus perſonis, & Monaſterijs, Domibus, Eccleſijs, & locis quibuſcumq; dictorum Ordinum, nunc, & pro tempore exiſtentibus, in genere, vel in ſpecie, etiam per modum Communicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum, alijs tam Mendicantium, quam non Mendicantium tunc exiſtentibus Ordinibus, eorumq; Domibus, & Eccleſijs, ac vtriuſq; ſexus perſonis conceſſorum, à nonnullis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris olim conceſſa, & ab illis, ſeu alijs, ac nouiſſime quidem à felicis recordationis Cle-

mente Papa VIII. etiam prædeceſſore noſtro per ſuas in ſimili Breuis forma literas ſub datum vigeſimo Decembris 1597. *Pontificatus* ſui anno ſexto deſuper expeditas, confirmata, & approbata fuerunt, prout in prædictis, & diuerſis alijs prædeceſſorum literis, ſuper conceſſionibus, & confirmationibus huiuſmodi etiam expeditis plenius continetur.

3 Cum autem illa, quæ ſæpius auctoritate Apoſtolica muniuntur maiorem obtineant roboris firmitatem; & ideo ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, dictus Ludouicus priuilegia, gratias, & indulta, aliaq; præmiſſa per Nos etiam Apoſtolica auctoritate confirmari plurimum deſideret; idcirco Nobis eius nomine fuit humiliter ſupplicatum, vt deſuper opportune de benignitate Apoſtolica prouidere dignaremur.

4 Nos igitur prædictos, ex quibus vberrimi in eadem Eccleſia ad Dei Omnipotentis laudem, & Chriſtianæ Reipublicæ ſpirituale commodum, & vtilitatem iam tum ab ipſorum Ordinum primordijs profluxerunt, & in dies profluunt fructus, ſpecialis gratiæ fauore proſequi volentes, & illorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pænis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati.

5 Quæcumq; præmiſſa, ac omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, & indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum alijs Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, eiſdem Fratrum Minorum de Obſeruantia, & S. Claræ, ac Tertio de Pænitentia Ordinibus, etiam in Congregatione ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & ſuperiorum Ordinis Minorum de Obſeruantia præfati obedientia degentibus; ipſorumq; Ordinum Superioribus, Fratribus, Monialibus, Sororibus, ac vtriuſq; ſexus perſonis, etiam ſingularibus; necnon illorum Monaſterijs, Domibus, Eccleſijs, & locis quibuſcumq; in genere, & in ſpecie, & per ſolam ſignaturam, etiam viuæ

vocis

vocis oraculo, ac alias per eoſdem Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Nos, & ſedem prædictam, ſub quacunq; forma, & expreſſione verborum conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata, & vltimo loco à dicto Clemente prædeceſſore confirmata, cum omnibus, & ſingulis in eis forſan contentis clauſulis decretis, declarationibus quibuſcumq; necnon ſingulas deſuper etiam pluribus vicibus confectas literas, & in eis ſimiliter contenta, & inde ſecuta quæcunq; illorum omnium tenores, formas, datas, effectus, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, & his inſerta forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, auctoritate prædicta tenore præſentium in his omnibus,

6 Videlicet, in quibus Sacri Concilij Tridentini decretis, ac conſtitutionibus, & literis Apoſtolicis, ac decretis Clementis VIII. prædeceſſoris noſtri non aduerſentur, ſaluiſq; decretis dicti Clementis in fauorem Fratrum Reformatorum factis remanentibus perpetuo.

7 Approbamus, confirmamus, & innouamus; necnon illa etiam perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ noſtræ auctoritatis præſidio communimus, ac perpetuum robur obtinere, & firmiter obſeruare.

8 Ordinibuſq, Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ, & S. Claræ, ac Tertio de Pænitentia nuncupato huiuſmodi etiam in Congregatione ſub obedientia eorundem Fratrum Minorum, vt præfertur degentibus; ac Ordinum prædictorum Superioribus, Fratribus, Monialibus, etiam Tertiarijs nuncupatis; ac Domibus, Eccleſijs, ac locis prædictis etiam per modum communicationis, & extenſionis huiuſmodi ſuffragari; illiſq; vti, frui, & gaudere, quando, & quoties opus fuerit, poſſe, & debere in iudicio, & extra, ac etiam in foro conſcientiæ, in omnibus, & per omnia, ac ſi ſpecialiter, & expreſſe eiſdem Fratrum Minorum, & Sanctæ Claræ, ac Tertio de Pænitentia Ordinibus conceſſa fuiſſent, decernimus.

9 Supplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti, ac ſolemnitatum etiam de iuris neceſſitate, aut alias quomodolibet requiſitarum forſan omiſſarum, & alios quoſcunq; defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.

10 Quocirca venerabilibus Fratribus Mantuano, & Canarienſi Epi-

Digitized by Google

ſcopis,ac dilecto filio Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus ipſorum per ſe, vel alium, ſeu alios, vbi, & quando opus fuerit, faciant auctoritate noſtra literas, & in eis contenta quæcunq; ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, illiſq;omnes, & ſingulos,quos concernunt,pacifice frui,& gaudere.Non permittentes,quemquam deſuper contra quoſcunq:quomodolibet indebite moleſtari. Et ſi quid in contrarium attentari, vel fieri continget, præmiſſa omnia ſemper in *priſtinum reponi* procurantes.

11 Contradictores quoslibet, & rebelles etiam per quaſcunq; de quibus eis videbitur, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris, & facti remedia, appellatione quacunq; poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper hiſ habendis, ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis viribus aggrauando; inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Non obſtantibus præmiſſis. *Eadem ſunt verba, quibus conſtat clauſula obſtatiua Clemntis VIII. de qua hic fit mentio.*

Datum Romæ apud S.Petrum ſub annulo Piſcatoris die prima Decembris,anno 1609.Pontificatus noſtri anno quinto.*Ordinis 389. Religionis vero 210.*

Extracta ex Bullario Gallicano Congregationis Franciæ fol. 82.

BVLLA CCLVII.

P*Aulus V. concedit Indulgentiam Plenariam viſitantibus Eccleſias Tertij Ordinis S. Franciſci pro Capitulo Generali celebrando.*

1 Cum ſicut accepimus, Capitulum Generale Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci in die feſto Pentecoſtes in Conuentu Eccleſiæ Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe,benedicente Domino,celebrandum ſit. Nos felici dicti Capituli directioni,& animarum Chriſtifidelium ſaluti paterna charitate proſpicere volentes; De Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus verè pœniteñ. & confeſſis, ac ſacra communione refectis.

2 Qui aliquam ex Eccleſijs dicti Ordinis vbiq; exiſteñ. in Natiuitatis

tis Domini, ac Paſchatis Reſurrectionis feſtis diebus, necnon ſingulis diebus infra octauas dictarum feſtiuitatum, & vlterius ipſam Eccleſiam Sanctorum Coſmæ, & Damiani ipſis diebus celebrationis Capituli deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, Plenariam omnium ſuorum peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus poſt celebrationem dicti Capituli minimè valituris.

3 Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Procuratoris Generalis eiuſdem Ordinis obſignatis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ: Non obſtantibus noſtræ de non concedendis Indulgentijs ad inſtar, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 12. Decembris 1609. Pontificatus Noſtri anno quinto. *Ordinis 389. Religionis vero 210.*

Extracta ex Archiuio Conuentus Romani Sanctorum Coſmę, & Damiani.

BVLLA CCLVIII.

Paulus V. ſcribit Officiali Ambianenſi, vt Eccleſiam Beatæ Marię, & S. Lamberti territorij Baſſeaci Prouinciæ Picardię, cum ſuis eleemoſinis aſſignet Domui Fratrum eiuſdem territorij dirutæ propter iniurias bellorum, vt reſtaurari, & reformari poſſit per eius Superiores.

1 Ad ſacram Beati Petri ſedem, meritis licet imparibus, diuina diſpoſitione vocati, ad ea, per quæ Domus, & alia loca Regularia bellorumq; temporumq; iniurijs diſiecta reparari, & in eis regularis diſciplinæ obſeruantia reſtitui, ac etiam reformari, perſoniſq; inibi Deo uacantibus, & rerum inopia laborantibus, de aliquo ſubuentionis auxilio prouideri; necnon miſſarum, & alia onera ſacris Eccleſijs ad pias Chriſtifidelium oblationes, & elemoſinas, aut alias incumbentia, cum ſpeciali Chriſtifidelium conſolatione decenter ſupportari ualeant, libenter intendimus, deſuperq; diſ-

poni-

ponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

2 Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Superiorum Reformationis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati petitio continebat, quod præteritis annis ex iniuria bellorum tunc in Regno Franciæ, & præſertim Prouincia Picardiæ, quibus ex inde fere tota miſerabiliter exarſit, urgentium Domus Fratrum dicti Ordinis loci de Braſſiaco alias Braſſi Ambianenſis diæceſis, quæ olim in illis partibus ualde inſignis erat, & in qua non exiguus Fratrum ipſius Ordinis Altiſſimo ſub ſuaui Religionis iugo famulantium, & aſſiduis uerbi Dei prædicationibus, cum maximo incolarum dictæ Prouinciæ fructu ſpirituali uacantium numerus degere conſueuerat, pæne funditus euerſa fuit; in eaq; de præſenti duo, uel tres Fratres dicti Ordinis duntaxat reperiuntur, ipſaq; Domus reſtaurari, ac ad priſtinum ſtatum reduci nullatenus poſſe uideretur, niſi de aliquo oportunio ſubſidio per Nos, & ſedem Apoſtolicam deſuper prouideatur.

3 Quodq; ſi Eccleſia ſine cura S. Mariæ, & S. Lamberti territorij dicti loci, quæ ab eadem Domo itinere vnius medij milliaris, uel circiter tantum diſtat, & hactenus in titulum Eccleſiæ collatiuæ erecta non fuit, nec ab aliqua alia Eccleſia, ſeu loco pio dependet, fructibuſq; certis caret, & à quibuſdam perſonis laicis nulla ad id ſaltem canonica facultate ſuffultis, de elemoſinis dictæ Eccleſiæ elargiri ſolitis, eorum arbitrio diſponentibus, ad præſens regitur, & gubernatur. Domui ipſi, ſeu dilectis filijs illius Guardiano, & Fratribus una cum elemoſinis, quæ inibi à Chriſtifidelibus Eccleſiam ipſam deuotionis cauſa uiſitantibus pie elargiuntur, pro reparatione, & reſtauratione dictæ Domus perpetuo concederetur. Ex hoc profecto uotis Superiorum Reformationis huiuſmodi, qui Ordinem ipſum in dicta Domo cumprimum reſtituere, & reformare exoptant, ſatis oportuna ratione conſuleretur, ipſaq; Domus huiuſmodi elemoſinis adiuta facilius, & celerius reſtauraretur; necnon Miſſarum, & alia onera eidem Eccleſiæ incumbentia melius, atq; decentius, quam antea ſupportarentur.

4 Quare pro parte ſuperiorum Reformationis huiuſmodi Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus Eccleſiam prædictam eidem Domui, ut infra, concedere, & aſſignare, atq; in præmiſſis oppor-

opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.
5 Nos igitur ſingulares perſonas Superiorum Reformationis huiuſmodi à quibuſuis excommunicationis, &c. & abſolutas fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint euocandi, de præmiſſis te diligenter informes, & ſi per informationem eandem illa veritate ſubniti repereris, Eccleſiam prædictam, dummodo in titulum beneficij perpetui eccleſiaſtici erecta, aut conferri ſolita non ſit, cum omnibus & ſingulis eleemoſinis inibi, tam pro celebratione Miſſarum, quam alias à Chriſtifidelibus eandem Eccleſiam pro tempore viſitantibus pie elargiendis auctoritate noſtra perpetuo ſine alicuius preiudicio concedas, & aſſignes.
6 Ita quod ſi conceſſionem, & aſſignationem huiuſmodi per te vigore pręſentium fieri contigerit, poſtq; factę fuerint, liceat Guardiano, & Fratribus dictæ Domus pro tempore exiſtentibus, ſub obligatione debitę ſupportationis Miſſarum, aliorumq; onerum dictæ Eccleſiæ incumbentium, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ per te, vel alium, ſeu alios propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere; necnon eleemoſinas inibi à Chriſtifidelibus, vt præfertur. erogandas, percipere, exigere, colligere, & leuare; ac in reſtaurationem, & reparationem dictæ Domus, alioſq; illius, ac Guardiani, & Fratrum eorundem communes vſus, & vtilitatem conuertere.
7 Præſenteſq; literas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere. Et ſic per quoſcunq; iudices ordinarios, & delegatos, quauis auctoritate fuugentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, dictæq; Sedis Nuntios iudicari, & definiri debere; necnon ſi ſecus ſuper his à quocunq; quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane eadem auctoritate decernas.
8 Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Domns, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq; contrariis quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dom. 1610. quarto Calendas Aprilis, Ponti-

Pontificatus noſtri anno ſexto. *Id eſt 19. Martij, Ordinis 390. Religionis vero 211.*

Extracta ex Bullario Gallicano eorundem Fratrum fol. 87. vbi dicitur aſſentari eius originale in conuentu Pariſienſi.

BVLLA CCLIX.

PAulus V. *Decretum per Cardinales Protectores de colore habitus geſtandi per Tertiarios Vltramontanos, vt diſtincti cognoſcantur à Minimis, conficiendi ex mixtione quatuor librarum lanæ naturaliter nigræ, & vnius lanæ albæ confirmat, dat executores, mandatq. obſeruari per Tertiarios ſub pœnis, & cenſuris.*

1 Inter graues paſtoralis officii noſtri curas, quibus aſſidue premimur, hæc potiſſimum Nos vrget, vt Chriſti fideles, præſertim regularem vitam profitentes, remotis litium anfractibus vnanimi voce ſub concordię legibus Altiſſimo vota exoluant, & ſi quæ inter eos exortæ ſint lites, & diſcordię, illę prout ius, & æquitas poſtulant, eliminentur, & ne in futurum reſurgant, opportunis remediis prouideatur.

2 Alias ſiquidem per Nos accepto, quod lis, & cauſa inter dilectos filios Fratres Tertii Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupatos vltramontanę familię ex vna, & Fratres Ordinis S. Franciſci de Paula partibus ex altera, ſuper colore habitus geſtandi à dictis Fratribus Tertii Ordinis, vt à pręfatis Fratribus S. Franciſci de Paula aperte diſtingui poſſent, pendebat.

3 Nos litem, & cauſam huiuſmodi Fratri noſtro Mariano Epiſcopo Tuſculano de Camerino, & dilecto filio noſtro Hieronymo Pamphilio titulo S. Blaſii de Annulo S. R. E. Presbiteris Cardinalibus nuncupatis Minimorum S. Franciſci de Paula, & Fratrum Minorum de Obſeruantia Ordinum huiuſmodi apud Nos, & Apoſtolicam Sedem reſpectiue Protectori, & Viceprotectori, audiendas, cognoſcendas, decidendas, fineq; debito terminandas, omni, & quacunq; appellatione remota, commiſimus.

4 Qui quidem Marianus, & Hieronymus Cardinales in executionem commiſſionis huiuſmodi ſępe ſępius præfatis partibus in voce & ſcriptis auditis, multotieſq; & mature ab eis conſiderato huiuſmodi negotio, pro maiori dictorum Fratrum inter ſe quiete, & tran-

tranquilitate iudicarunt, decreuerunt, & ſtatuerunt, vt iuxta ipſorum Regulam, indultaq; Summorum Pontificum, præſertim felicis recordationis Clementis Papę VIII. prędeceſſoris noſtri habitus pręfatorum Fratrum Tertii Ordinis de Pęnitentia nuncupatarum ſit ex humili panno confectus hoc modo, vt ex quatuor partibus lanę naturaliter nigræ, & ſine aliqua tinctura contexta; & vna parte lanę etiam naturaliter candidę; ita quod ſinguli quatuor libris lanę naturaliter nigrę addatur vna libra lanę albę. Et alias prout in eorundem Mariani, & Hieronymi Cardinalium decreto deſuper facto plenius dicitur contineri.

5 Cum autem vtriuſq; Ordinis prędicti Fratres Nobis nuper exponi fecerint, quod ipſi plurimum cupiant Decretum huiuſmodi pro illius firmiori ſubſiſtentia, et inuiolabili obſeruatione à Nobis confirmari, et approbari; ideo Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt ſuper pręmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

6 Nos igitur illorum votis, quo quietius, & ſecurius in humilitatis ſpiritu Altiſſimo famulari valeant annuere, eoſq; ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, &c. & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati.

7 Decretum prefatum, & omnia, et ſingula in eo contenta, Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſq; omnibus, et ſingulis perpetuę, et inuiolabilis firmitatis robur adiicimus; omneſq; et ſingulos iuris, et facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, vel interueniſſe dici, vel cenſeri poſſint, ſupplemus, eaq; omnia, et ſingula valida, et efficacia fore, et eſſe, perpetuamq; roboris firmitatem obtinere, et ab omnibus, et ſingulis vtriuſq; Ordinis prefati Fratribus nunc, et pro tempore exiſtentibus inuiolabiliter obſeruari debere decernimus.

9 Mandantes nihilominus omnibus, et ſingulis ipſius Ordinis de Pęnitentia Fratribus Miniſtris, & Prelatis Vltramontanę familię preſertim Gallorum, & Hiſpanorum tam pręſentibus, quam futuris in virtute ſanctę obedientię, ac ſub priuationis officiorum, inhabilitatiſq; ad illa, & alia in poſterum obtinenda; necnon excommunicationis latę ſententię incurrendis pęnis, vt poſthac

elapſis ſex menſibus, dicti Fratres omnes Tertij Ordinis habitu illo præfato modo contexto induantur, & in futurum vtantur.

9 Quocirca venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filijs noſtris, & Apoſtolicæ Sedis Nuntijs per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi per ſe, vel per alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunq; vbi, & quãdo opus fuerit, & quoties pro parte vtriuſq; ſeu alterius Ordinis Fratrum huiuſmodi fuerint requiſiti, ſolemniter publicari; eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra illos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacifice frui, et gaudere; non permittentes illos deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari.

10 Contradictores quoſcumq; per cenſuras, et eccleſiaſticas pœnas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo; inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

11 Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; ac necnon Ordinum præfatorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis, illorumq; Superioribus, & Fratribus, & quibuſuis alijs perſonis, ſub quibuſuis tenoribus, et formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritatiuis, & alijs decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes hac vice duntaxat ſpecialiter, et expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die decima quarta Auguſti 1610. Pontificatus noſtri anno ſexto. *Ordinis 390. Religionis vero 211.*

Extracta ex eodem Bullario Gallicano eiuſdem Congregationis fol. 91. vbi aſſeritur aſſeruari in conuentu Pariſienſi. Eſt 66. in Bullario Romano: quod Peyrinum Conſtit. 6. Citatum Decretum regiſtrabitur ſuo loco inſſa ſub titulo Decretorum.

BVLL-

BVLLA CCLX.

Paulus V. Bullam Clementis VIII. ſub num. 251. in forma ſpecifica confirmat electionem Prouincialis eiuſdem Tertij Ordinis in Francia cum eadem poteſtate, quam habent alij Prouinciales eiuſdem Ordinis, cum ſubiectione ad Minores.

1 Alias felicis recordationis Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter volens proſpero ſtatui, & felici regimini Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci in Regno Franciæ exiſtentium opportune proſpicere motu proprio, & ex certa ſua ſcientia, ac mera deliberatione, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine vniuerſos Fratres dicti Tertij Ordinis S. Franciſci Regni Franciæ, eorunq; Conuentus, ſeu Domos quaſcunq; dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia, ac Commiſſario Generali Vltramontanæ familiæ prædicti Ordinis, necnon Commiſſario nationali Franciæ, quem prędictus Miniſter Generalis, vel Commiſſarius Generalis pro tempore deputaſſet, qui vt dictus prædictus Clemens prædeceſſor acceperat, in ipſorum Miniſtri Generalis, & Commiſſarij Generalis abſentia ſeptem Prouincias dicti Ordinis Minorum de Obſeruantia Regni Franciæ gubernare ſolebat auctoritate Apoſtolica perpetuo ſubiecit, ipſiſq; Miniſtro, ac Commiſſario Generalibus nationali Franciæ reſpectiue, vt eorum ſinguli per ſe, vel alios ſui Ordinis Fratres ad hoc idoneos ab eis reſpectiue deputandos Domos, Conuentus, & Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci ſupradictos, tam in capite, quam in membris viſitare, corrigere, reformare, & caſtigare. Necnon electionem Miniſtri Prouincialis, vt infra faciendam, ſeruata forma decretorum Concilij Tridentini facere, & confirmare poſſent, facultatem conceſſit, & impartitus fuit.

2 Præterea cum tunc prædicti Tertij Ordinis Fratres Miniſtrum Prouincialem non haberent, voluit, & eadem auctoritate ſtatuit, & ordinauit, quod Fratres prædicti Tertij Ordinis, ſeu eorum Conuentuum ſuperiores, & alij Vocales in vnum congregarentur iuſſu dicti Miniſtri Generalis Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia, ſeu Commiſſarij nationalis Franciæ, & ex ſeipſis vnum Miniſtrum Prouincialem per vota ſecreta eligerent, qui ſic electus ab eodem Miniſtro Generali, vel Commiſſario nationali Franciæ, alioqui

eorum nomine huiuſmodi electioni præfuiſſet, confirmari deberet.

3 Ac omnibus priuilegijs, facultatibus, & auctoritate ſuper omnes dicti Tertij Ordinis Conuentus, & Fratres Regni Franciæ, quibus alij Miniſtri Prouinciales aliarum Prouinciarum Tertij Ordinis S. Franciſci huiuſmodi vbiuis exiſtentium frui, & gaudere poterant, & poſſent quomodolibet in futurum ſine aliqua differentia frui, & gaudere poſſet, ac deberet, prout ei ad hoc nominatim facultatem conceſſit, & indulſit.

4 Voluit etiam quod ſingulis biennijs, ſeu triennijs ijdem Fratres Vocales Tertij Ordinis prædicti Capitulum Prouinciale celebrarent, ante cuius celebrationem tunc exiſtens Miniſter eorum Prouincialis teneretur à dicto Generali Miniſtro Fratrum de Obſeruantia, vel à Commiſſario Generali Vltramontanæ familiæ, ſeu à Commiſſario Generali Franciæ nationali eiuſdem Ordinis de Obſeruantia Viſitatorem petere, qui eorum Prouinciam viſitaret, & electionem noui Miniſtri Prouincialis, vt ſupra, faceret, & confirmaret.

5 Verum ſi huiuſmodi Viſitator inter duos, aut tres menſes ad ſummum non acceſſiſſet, ſupradicti Fratres Tertii Ordinis ad celebrationem Capituli, & electionem noui Miniſtri Prouincialis abſq; interuentu dicti Viſitatoris procedere valerent, de qua electione poſtea accedentem, qui eum confirmare teneretur, certiorem facere deberent. Sed ſi poſt factam huiuſmodi electionem, & dictis Superioribus notificatam electio prædicta intra ſex menſes ab eis confirmata, vel infirmata non foret, ipſa electio auctoritate Apoſtolica cenſeretur confirmata eo ipſo, & alias prout in dicti Clementis prædeceſſoris deſuper in ſimili forma Breuis expeditis literis plenius continetur.

6 Cum autem ſicut ijdem Fratres Tertii Ordinis huiuſmodi Reformati Regni Franciæ Nobis nuper exponi fecerint, ipſi plurimum cupiant literas Clementis prædeceſſoris prædictas quo firmius ſubſiſtant, & ab omnibus inuiolabiliter obſeruentur Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri. Ideo Nobis humiliter ſupplicari fecerint vt ſuper præmiſſis opportune prouidere de benegnitate Apoſtolica dignaremur.

7 Nos igitur dictos Fratres ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi

qui volentes,& à quibuſuis excommunicationis, &c.& abſolutos fore cenſentes; necnon dictarum literarum veriores tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, literas Clementis prædeceſſoris prædictas, ac omnia, & ſingula in illis contenta, quatenus ſint in vſu, & minime reuocata, aut ſub aliquibus reuocationibus non comprehenſa, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus.

8 Decernentes ea omnia, & ſingula ſic, & non aliter perpetuo obſeruari debere; ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

9 Quocirca venerabilibus Fratribus Lugdunenſi, & Toloſano Archiepiſcopis, ac dilecto filio noſtro, & Apoſtolicę Sedis in Regno Franciæ Nuntio per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum Reformatorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra illos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari.

10 Contradictores quoſcunq; per cenſuras, & pænas eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

12 Non obſtantibus quibuſcunq; conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Tertij Ordinis S. Franciſci etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis eidem Ordini, illiuſq; ſuperioribus, & perſonis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium & ſingulorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;

Datum

Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 27. Octobris 1610. Pontificatus noſtri anno ſexto. *Ordinis 390. Religionis autem 211.*

Extracta ex Bullario Gallicano eiuſdem Congregationis fol. 85. vbi dicitur aſſeruari originale eius Pariſijs in eorum Conuentu S. Mariæ de Gratia. Bulla Clementis ſupra habetur ſub num.

BVLLA CCLXI.

P*Aulus V. confirmat Decretum geſtandi Zocolos, & Cordam, dimiſſa corrigia per Reformatos Fratres Franciæ, editum à Generali Miniſtro de Obſeruantia pro eiſdem Tertiarijs Reformatis.*

1 Vt ea, quæ pro Religionum bono, & perſonarum in ipſis degentium quiete per ipſarum Religionum Superiores ſtatuta, & conceſſa, ordinataq; ſunt, firma, & illibata perpetuo ſubſiſtant Apoſtolicæ confirmationis robur libenter adijcimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire.

2 Sane pro parte dilectorum filiorum Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci Reformatorum Regni Franciæ Nobis nuper expoſitum fuit, quod dilectus pariter filius Arcangelus à Meſſana Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſeruantia Miniſter Generalis iniunxit dictis Fratribus, vt depoſita corrigia cingulum canabeum, ſeu crineum, vt vocant, aſſumerent, & in poſterum deferent; & inſuper eiſdem, vt zocolis, prout hactenus vſi fuerunt, vti, & ſicut ab initio eorum Reformationis magno cum pietatis exemplo geſtarunt, & gerunt, prout in ipſius Arcangeli Miniſtri Generalis Decreto dicitur contineri.

3 Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, dicti Fratres plurimum cupiant, Decretum huiuſmodi pro firmiori illius ſubſiſtentia, & validitate Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri. Ideo Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt ſuper præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur dictos Fratres Reformatos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, &c. Eorum in hac parte ſupplicationibus inclinati Decretum prædictum Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo confirma-

firmamus, & approbamus, illiq; inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplentes.

5 Non obſtantibus, &c. *Eſt eadem omnino cum obſtantia præcedentis Bullæ.* Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die prima Decembris 1610. Pontificatus noſtri anno ſexto. *Ordinis 390. Religionis vero 211.*

Extracta ex eodem Bullario fol. 98. vbi dicitur haberi in eodem conuentu Pariſijs.

BVLLA CCLXII.

PAulus V. confirmat Bullam Iulij II. de Caparone deſcendente ſuper ſcapulas ab vtraq; parte per quatuor digitos, qui ſit talis longitudinis, vt ſupra illum cingi poſſit cingulum, & habitus ſit ad præſcriptum Clementis VIII. quo ad colorem deferendus à Reformatis Franciæ.

1 Poſtulat ratio Paſtoralis officij Nobis licet imparibus meritis diuina prouidentia commiſſi, vt Religionum quarumlibet ad diuini cultus augmentum, & fidei Chriſtianæ propagationem inſtitutarum, & perſonarum in illis degentium quieti, & tranquilitati intendentes, illa ſtatuamus, & decernamus, per quæ remotis, ſublatiſq; diſcordiarum, & controuerſiarum occaſionibus vota ſua Altiſſimo exoluere valeant, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

2 Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filij Fratres Reformati Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati Regni Franciæ, quod alias, poſtquam per Venerabilem Fratrem noſtrum Marianum Epiſcopum Tuſculanum de Camerino, & bonæ memoriæ Hieronymum Pamphilium dum viueret, tituli S. Blaſij de Anulo Presbyterum S. R. E. Cardinales nuncupatos Fratrum Minorum S. Franciſci de Paola, & Fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum Ordinum, apud Nos, & Apoſtolicam Sedem reſpectiue Protectorem, & Viceprotectorem pro omnium Fratrum prædictorum maiori quiete, & tranquilitate decreuerant, et ſtatuerant, ut habitus Fratrum Tertij Ordinis, iuxta indulta felicis recordationis Clementis VIII. et aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, eſſet ex humili panno confectus.

fectus, ex quatuor videlicet partibus lanæ naturaliter nigræ, et ſine aliqua tinctura confertæ, & vna parte lanæ naturaliter candidę, ita quod ſingulis quatuor libris lanæ naturaliter nigræ adderetur vna libra lanæ albæ.

3 Nos quoq; Decretum, & ſtatutum huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta perpetuo approbaueramus, & confirmaueramus, prout in noſtris literis in ſimili forma Breuis expeditis plenius continetur.

4 Prędicti Fratres Reformati Tertij Ordinis S. Franciſci *volentes*, & quoad formam habitus per eos deferendi omnem controuertendi cum alijs religioſis præſertim occaſionem tollere, huiuſmodi habitus formam, prout alias perpetuæ memorię Iulium Papam II. & prædeceſſorem noſtrum deſignatam fuiſſe aſſerunt, de nouo per Nos deſignari inſtituerunt.

5 Et Nos dilecto filio F. Arcangelo à Meſſana dicti Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Generali commiſimus, vt referret Nobis, quid deſuper expediret. Ipſeq; F. Arcangelus Miniſter Generalis ad maiorem inter Fratres Reformatos Tertij Ordinis, & alios religioſos prædictos tranquilitatem, & pacem ſeruandam expedire retulit, vt habitus dictorum Fratrum Reformatorum Tertij Ordinis ſit ſecundum formam in literis dicti Iulij prædeceſſoris expreſſam; videlicet, vt ijdem Fratres Reformati habeant caparonem latum, vt ſuper ſcapulas deſcendat ab vtraq; parte per quatuor digitos; in longitudine vero tam à parte anteriori, quam poſteriori attingat infra cingulum, vt ſuper illo cingi poſſit, prout in dicti F. Arcangeli Miniſtri Generalis relatione in *ſcriptis* deſuper facta dicitur contineri.

6 Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, dicti Fratres Reformati cupiant habitum ab ipſis deferendum, iuxta relationem dicti Miniſtri Generalis per Nos approbari; ideo Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt in præmiſſis eorum votis annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

7 Nos igitur præfatos Fratres Reformatos ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, &c. Huiuſmodi ſupplicationibus inclinati; quod & nunc de cætero perpetuis futuris temporibus, nunc, & pro tempore exiſtentes Fratres Reformati Tertii Ordinis de Pænitentia

nuncu-

nuncupati Regni Franciæ habeant, & deferant Caparonem latum, vt deſuper ſcapulas deſcendat ab vtraq; parte per quatuor digitos; in longitudine vero, tam à parte anteriori, quam poſteriori attingat infra cingulum, vt ſuper illo cingi poſſit; prout alias per dictum Iulium prædeceſſorem noſtrum ordinatum, & præſcriptum fuit Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes, dictos Fratres Reformatos ſuper forma habitus, vt probatur deſignari, vllo unquam tempore à quoquam quauis auctoritate perturbari poſſe.

8 Quocirca Venerabilibus Fratribus Lugdunenſi, & Toloſanenſi Archiepiſcopis, ac dilecto filio noſtro, & dictæ Sedis in dicto Regno Nuntio per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, uel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumq; ubi, & quando opus fuerit, & qnoties pro parte dictorum Fratrum Reformatorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra dictos Fratres Reformatos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari.

9 Contradictores quoſcunq; per cenſuras, & pænas eccleſiaſticas, aliaq; opportuna tam iuris, quam facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis.

10 Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, &c. *Similis omnino precedentibus.* Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die ſexta Decembris 1610. Pontificatus noſtri anno ſexto. *Ordinis* 390. *Religionis* 211.

Extracta ex eodem Bullario fol. 94. originaliter habetur in eodem Conuentu Pariſino.

Bullam Iulij II. de qua hic mentio habetur, apud me non habeo, idcirco cum alijs eam non inſerui fragmentum illius ex Bullario Sillianò fol. 59. reſcribo in hac verba.

Quod Fratres Tertiarij portent habitum diſtinctum à Fratribus primi Ordinis, & ad minus habeant Caparonem deſcendentem ſuper ſcapulas per quatuor digitos, qui ſit tam longus à parte an-

teriori, & poſteriori, vt deſuper eum cingulum cingi poſſit, & color habitus tendat magis ad nigredinem, quam ad albedinem.

Citata verò Bulla Clementis VIII. habetur ſupra ſub num.

BVLLA CCLXIII.

PAulus V. confirmat licentiam à Generali de Obſeruantia Prouinciali, & Guardianis Reformatorum Franciæ conceſſam recipiendi perſonas vtriuſq; ſexus ad habitum Tertiæ Regulæ, & eiſdem ſic receptis concedit priuilegia ad formam præſcriptam in vltimo Concilio Lateranenſi.

1 Quæ pro augenda Chriſti fidelium Religione prouide facta fuiſſe dicuntur, vt ad Dei gloriam, & ſuarum animarum ſalutem magis in dies caritate illi ferueant, libenter Apoſtolico præſidio communimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

2 Siquidem exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus de Villars Tertij Ordinis Fratrum S. Franciſci de Pænitentia Reformatorum nuncupati Regni Franciæ profeſſor, & eiuſdem Ordinis in Romana Curia Procurator, quod dilectus filius Ioannes del Hiergo Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſeruantia etiam nuncupati Miniſter Generalis, cui dicti Fratres Reformati auctoritate Apoſtolica ſubiecti exiſtunt, habita noticia, quod iam nonnullæ ſumma pietate fulgentes perſonæ in Regno Franciæ exiſtebant, quæ ad imitationem S. Ludouici, & S. Iuonis eiuſdem nationis ad Tertiam Regulam S. Franciſci pro ſecularibus à felicis recordationis Nicolao IV. prędeceſſore noſtro editam recipi deſiderabant.

3 Dictus Ioannes Miniſter Generalis pijs illorum votis volens benigne annuere ex indulto ſibi à Sede Apoſtolica conceſſo, plenariam, & omnimodam poteſtatem Prouinciali, omnibuſq; Guardianis Domorum Fratrum dicti Tertij Ordinis S. Franciſci Reformatorum eiuſdem Regni Franciæ conceſſit, vt quaſcunq; vtriuſq; ſexus perſonas ad obſeruationem dicti Nicolai prædeceſſoris Regulæ iuxta eiuſdem Ordinis ſtatuta recipere, veſtire, regere, & aggregare libere, & licite poſſint, & valeant. Et ſi hactenus aliquæ à dictis Fratribus Reformatis factæ fuiſſent receptiones huiuſmodi perſonarum tamquam validas confirmauit, & approbauit. Inſuper

Pro-

Prouinciali, & Guardianis præfatis poteſtatem plenam conceſſit, vt quibuſcunq; perſonis de ſua Congregatione bene viſis, quæ ipſius bonorum omnium ſpiritualium participes fieri deſiderabant, literas filiationis nuncupatas pie, benigneq; impendere poſſint.

3 Prohibuit etiam Fratribus dicti Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia, ne quemquam habitu Tertiariorum abſq; dicti Prouincialis conſenſu veſtiant, vel eos recipiant, ſed tantum liceat eidem Prouinciali, & Superioribus prædictis eoſdem veſtire, & recipere prout in patentibus literis ipſius Ioannis Miniſtri Generalis plenius dicitur contineri.

4 Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, dictus Petrus plurimum cupiat, conceſſiones, literaſq; patentes prædictas pro illarum firmiori ſubſiſtentia, & validitate Apoſtolicæ noſtrę confirmationis robore communiri, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, tibi in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos igitur dictum Petrum ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, &c. Huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſiones, ac deſuper confectas literas patentes huiuſmodi, omniaq; & ſingula illis diſpoſita, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſq; inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus; ac omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus.

6 Et nihilominus Modernis, & pro tempore exiſtentibus, Prouinciali, omnibuſq; Guardianis Domorum Fratrum dicti Tertij Ordinis S. Franciſci Reformatorum eiuſdem Regni Franciæ vt quaſcunq; vtriuſq; ſexus perſonas ad obſeruationem Regulæ per dictum Nicolaum prędeceſſorem, vt pręmittitur, editam, iuxta ſtatuta prædicta recipere, & ad habitum in dicta Regula deſcriptum admittere.

7 Et perſonę ſic admiſſę omnibus & ſingulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, indultis, & gratijs, quibus in alijs Regnis, & Prouincijs ad habitum huiuſmodi admiſſi de iure, vſu, conſuetudine, aut alijs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet

bet in futurum, & pariformiter. Quoad exemptionem tamen iuxta præſertim Lateranenſis Concilij vltimo loco celebrati, *vti, potiri*, & gaudere libere, & licite valeant auctoritate, & tenore præ-dictis concedimus, & indulgemus.

8 Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, dictiſq; Fratribus Reformatis in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignorante contigerit attentari.

9 Quocirca venerabilibus Fratribus Lugdunenſi, & Toloſano Archiepiſcopis, ac dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regno Franciæ pro tempore exiſtenti Nuntio per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunq; vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum Reformatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra, illos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper à quoquam quomodolibet indebite moleſtari.

10 Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo; inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

11 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictorum Ordinum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſuis perſonis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq;

12 Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij publicis ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides

in

in iudicio, & extra adhibeatur, quę ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die decima quarta Martij 1613. Pontificatus noſtri anno octauo. *Ordinis 393. Religionis autem 214.*

Extracta ex Bullario Gallicano fol. 1042. vbi Auctor teſtatur originaliter aſſeruari in eodem Conuentu Pariſino.

Priuilegia, quæ Tertiarijs huiuſmodi ſecularibus Pontifex concedit, nullius fere momenti ſunt, lege Bullam ſupra ſub num. CXCVIII. Leonis X. ex qua habes ſolum collegialiter, vel cum clauſtralibus degentes gaudere priuilegijs.

BVLLA CCLXIV.

P*Aulus V. licentiam puniendi Eremitas portantes habitum ſimilem, vel quaſi habitui Reformatorum Franciæ conceſſam horum Prouinciali in Francia confirmauit Prouinciali eidem.*

1 Ex paſtoralis officij noſtri debito, illis, quæ pro tollendis abuſibus, & ſcandalis euitandis prouide facta fuiſſe dicuntur Apoſtolicæ confirmationis robur libenter adijcimus.

2 Exponi ſiquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus de Villars Tertij Ordinis Fratrum S. Franciſci de Pænitentia Reformatorum nuncupati in Regno Franciæ profeſſor, & eiuſdem Ordinis in Romana Curia Procurator, quod dilectus etiam filius Ioannes del Hierro Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſeruantia, etiam nuncupatorum Miniſter Generalis, cui dicti Fratres Reformati Apoſtolica auctoritate ſubiecti exiſtunt, prouide conſiderantes, quod in dicti Regni Prouincijs complures habitum Ereiniticum ſimilem, vel quaſi ſimilem dictorum Fratrum portantes, non ſine graui ſcandalo male viuunt, & per dictum Regnum vagantur, auctoritate ſui officij, & inhærens priuilegijs à Sede Apoſtolica dicto Ordini conceſſis, nunc & pro tempore exiſtenti Prouinciali dicti Tertij Ordinis, quoſcunq; habitum Ereniticum ſimilem, vel quaſi ſimilem habitui dictorum Fratrum Reformatorum portantes, non ſine graui ſcandalo male viuentes, & per dictum Regnum Franciæ vagantes, prædicto habitu ſpoliandi, caſtigandi, & incarcerandi, iuxta Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum priuilegia eiſdem Ordinibus conceſſa, auctoritatem ſuam, licentiamq; conceſſit. 3

3 Prohibuit etiam Fratribus ſui Ordinis, ne quemquam abſq; prædicti Prouincialis conſenſu veſtiant, aut recipiant, prout in patentibus literis ipſius Miniſtri Generalis deſuper confectis plenius dicitur contineri.

4 Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, dictus Petrus plurimum cupiat licentiam, facultatem, & prohibitionem præfatas; necnon literas patentes deſuper confectas eiuſmodi pro illarum firmiori ſubſiſtentia, & validitate Appoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, vt ſuper præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

5 Nos igitur dictum Petrum ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, &c. Huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, licentiæ impertitionem, & prohibitionem, ac literas patentes deſuper confectas prædictas, omniaq; & ſingula in eis contenta, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus; illiſq; inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. Ac omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus.

6 Et nihilominus dicti Tertij Ordinis nunc, & pro tempore exiſtenti Prouinciali, & quibſcunq; habitum Eremiticum ſimilem, vel quaſi ſimilem habitui Fratrum Reformatorum huiuſmodi portantes, & cum graui ſcandalo male viuentes, ac per dictum Regnum vagantes habitu huiuſmodi ſpoliare, & caſtigare, ac etiam carceribus mancipare libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore prædictis facultatem concedimus, ac impertimur.

7 Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, ac fore, dictiſq; Fratribus Reformatis in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

8 Quocirca Venerabilibus Fratribus Lugdunenſi, & Toloſano Archiepiſcopis, ac dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regno Franciæ pro tempore exiſtenti Nuntio per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunq; vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum

rum Fratrum Reformatorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra illos præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari.

9 Contradictores quoslibet, & rebelles, &c. *Quæ ſequuntur eadem omnino ſunt verba, quæ in præcedentibus, ideo omittuntur.* Datum Romæ apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris die decima quarta 1613. Pontificatus noſtri anno octauo. *Ordinis 393. Religionis vero 214.*

Extracta ex eodem Bullario Gallicano fol. 107. vbi exprimitur originaliter cuſtodiri in eodem Conuentu Pariſino.

Bullas, in quibus datur facultas corrigendi Eremitas vagantes, vt hic dicitur, retuli duas, prima incipit: Paſtoralis officij *ſub num.* *Secunda incipit:* Sedes Apoſtolica *ſub num.* *Et hanc rem tetigi tom. 2. Reſolut. 75. num. 108.*

BVLLA CCLXV.

P*Aulus V. confirmat Statuta per Reformatos Tertij Ordinis in Francia edita, referendo ſigillatim capita eorundem, præcipiendo, vt ab omnibus etiam Nouitijs obſeruentur, nec à quoquam poſſe mutari, vel alterari.*

1 Gratos Domino, & Regno Franciæ, totiq; Reipublicæ Chriſtianæ vtiles fructus, qui ex Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia, ſtrictioris Obſeruantiæ nuncupati, in dicto Regno inſtitutione, ac felici progreſſu prouenire noſcimus, intra cordis noſtri, Arcana reuoluentes, his, quæ pro huiuſmodi Ordinis regimine, & propagatione, diuiniq; cultus augmento, necnon animarum ſalute prouide ſtatuta, atq; ordinata fuiſſe dicuntur, dum à Nobis petitur Apoſtolici muniminis adijcimus firmitatem.

2 Sane pro parte dilecti filij F. Petri de Villars dicti Ordinis in Regno prædicto profeſſoris, et eiuſdem Ordinis in Curia Romana Procuratoris exhibita Nobis nuper petitio continebat, quod Superiores, et aliæ perſonæ eiuſdem Ordinis capitulariter congregatæ, ea, quæ ad reformationem neceſſaria, et ipſius Ordinis regimini-

gimini communi iudicio conducere viſa ſunt, tractarunt; et ex ijs decreta, et conſtitutiones, ac ſtatuta compegerunt, eaq; quia paſſim erant diſperſa, varijſq; libellis diſtincta; ac diuerſa, ut in oculis, ac manibus Religioſorum frequentes eſſe poſſent, in compendium, & certam methodum redegerunt, ſuperfluis amputatis, addendis additis, moderandis moderatis; et ijs, quæ contraria uidebantur reconciliatis.

3 Videlicet circa ſeculares ad probationis habitum admittendos; ac de ijs, qui pro laicis recipiendi ſunt; necnon de Conuentibus ad nouitios educandos eligendis, et de ijs, quę in nouitiatus exordio, et alijs, quæ quotidie, iterumq; alijs, quæ in hebdomada, menſe, & anno nouitijs agenda, prout etiam de ijs, quæ tempore nouitiatus eiſdem cauenda ſunt, ac de officijs nouitiatus, zelatoris ſcilicet, & Sacriſtæ, ac Magiſtris ipſorum nouitiorum, eiſdemq; nouitijs ad profeſſionem admittendis; & de iuuenibus profeſſis, & clericis, qui ſacris ſunt initiandi; necnon de veſtimentorum ratione, colore, & qualitate; ac de tonſura, & voto mandatorum Dei, ac ſatisfaciendi tranſgreſſionibus, diſtinctione culparum, & pænitentijs propter illas imponendis; de voto obedientiæ, ac reuerentia, & ſubmiſſione Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, cæteriſq; Prælatis, & Superioribus dicti Ordinis exhibenda; de voto Paupertatis, de laboritijs, & negotijs ad honeſtatem minime pertinentibus; de elemoſinis pro Prædicatoribus, & confeſſoribus oblatis; ipſiſq; elemoſinis quærendis; de fabricis, & fundationibus, ac pijs legatis recipiendis; de ſyndicis ſecularibus, vel Procuratoribus Fratrum; de Prouiſoribus Conuentuum, de ſubſtitutis Syndicorum ſecularium; de debitis non contrahendis, & de ſoluendis iam contractis; de depoſitis nullo in loco recipiendis; de expenſis pro euntibus ad Capitulum Generale faciendis; de computis ſingulis menſibus reddendis; de Conſeruatoribus deligendis; & de patentibus literis pro illis delectis; de Archiuijs, & illis, quæ in eis ſunt aſſeruanda; de voto Caſtitatis, & de ſuſpectis conſortijs euitandis; de ieiunio, de ſilentio, de examine conſcientiæ; de Sacroſancta miſſa celebranda, & audienda, de verbo Dei Fratribus proponendo; de diuino officio tam Clericorum, quam Laicorum; de confeſſione, de caſibus reſeruatis, prima quidem eorum, qui ſecundum conſtitutionem felicis recordationis Clementis Papæ VIII. prædeceſ-

Digitized by Google

deceſſoris noſtri Generali, aut Prouincialibus Miniſtris, altera vero tabellis eorum, qui ex generalibus Ordinis conſtitutionibus eiſdem Miniſtris Prouincialibus, ac etiam Cuſtodibus reſeruantur.

4 Necnon de Sacra Communione, de Prælatorum, & officiorum ordinatione, de electionibus in genere, & quot debeant eſſe numero, & à quibus eligendi, ſeu inſtituendi ſint Inquiſitores; & de qualitatibus eorum, qui ad prædicta officia promouendi ſunt; & de Generali Miniſtro, eiuſq; officio, & poteſtate, de modo, quo Generalis Miniſter in vnoquoq; dicti Ordinis Conuentu recipi debeat; ac de frequentioribus comitijs, ſeu Congregationibus, & ijs, quæ ante Congregationem Generalem agenda, & quæ in ea peragenda ſunt; itemq; illis, qui ad Congregationem Generalem ſunt conuocandi, & de Cuſtodibus eligendis, ac de forma generalis abſolutionis in omnibus Capitulis tam Generalibus, quam Prouincialibus ante electionem canonice, & rite celebrandis ſeruata; de habentibus votum in electione Viſitatoris Generalis, illiuſq; publicationis forma, de Definitoribus in Capitulo, & Congregatione Generali eligendis, & de ijs, quæ poſt electionem Viſitatoris Generalis, & Definitorum peragi debent; de Patrum acclamationibus, & ſequentibus illas ſuffragijs. De Viſitatore Generali, eiuſq; officio, & poteſtate, & de his, quæ ad Prouincialia Capitula, quouis iure, vel conſuetudine accedere debent, de habentibus in eis votum, eorumq; qualitate, qui ad prædicta officia ſunt promouendi, necnon Cuſtodibus, cæteriſq; officialibus in Capitulis Prouincialibus eligendis, de Definitoribus Prouincialibus, & ijs, quæ poſt electionem eiuſmodi agenda ſunt, & quales Guardiani ſint inſtituendi, de Miniſtris Prouincialibus, eorumq: officio, & poteſtate, & illis, qui iam officio functi ſunt, & ijs, qui ex hac vita in officio decedunt, de Capitulis localibus, etiam pro electione Capitularis Diſcreti, de reſidentia, & titulis, de præcedentia, de ſigillis, ac de modo interius, & exterius conuerſandi.

5 Ac de Fratribus quauis de cauſa ad curias accedentibus, de vanis, & curioſis vitandis, de cura infirmorum, de viſitatione, quam Prælati debent facere circa Fratres, & Sorores, de venerabili Sacramento, Sanctorum reliquijs, & oleo ſancto, ſacriſq: Altaribus, & Capellis, ſedibus, confeſſionalibus, de Eccleſijs generatim, de

Sacriſtia, de loco infirmariæ, aromataria, & hoſpitijs, ac viſitandis Fratrum cellis, de Fratribus coram Viſitatore viſitationis gratia ſingillatim euocandis, de incorrigibilibus debite compeſcendis, vel ab ordine eijciendis, de apoſtatis, de officijs mortuorum, de ſepulturis, de obligatione contentorum in Regula, ac de ipſiſmet decretis, conſtitutionibus, & ſtatutis, necnon de ſubornatoribus, & reuelantibus ſecreta, necnon de verbis indebite prolatis, ac minis, & manibus violentis, & conſpirationibus, ac ordinis diuiſionem, ſeu nouitatem in eo procurantibus, & ad tribunalia ſecularia, ac fauores recurrentibus, & falſificatoribus, ac literas intercipientibus, necnon in iudicio deponentibus, de ſimoniacis, necnon libellis famoſis, & Fratrum defectibus opportune detegendis, ac ludis euitandis, & criminibus in genere, & Fratribus ad triremes, aut ad perpetuos carceres damnatis, & ijs, qui apud Sanctiſſimum Inquiſitionis officium abiurauerint, ac de ſpurijs, necnon punitionibus non differendis, ac hoſpitibus, & diuerſis delinquentibus, ac rebellantibus, necnon pænis impoſitis, & appellatione. Necnon ſecularibus Tertij Ordinis vtriuſq; ſexus recipiendis, ac eiuſdem Tertij Ordinis Monialibus, & ipſorum decretorum, conſtitutionum, & ſtatutorum obſeruatione facta, omnium præſertim inſigniorum grauiſſimis culpis debitarum.

6 Videlicet priuationis actiuæ, & paſſiuæ vocis, & actuum legitimorum, & officiorum Ordinis, ac proprietariorum, & carceris, necnõ contra inobedientes, & contumaces, ac talionis, & apoſtaticæ, necnon excommunicationis, & earum, quibus Prælati, & Patres qualificati ſunt afficiendi, et contra infamatores, et falſos teſtes præſcriptarum, ac denique in genere pænarum recapitulatione, et repetitione, prout in eiſdem decretis, conſtitutionibus, et ſtatutis plenius dicitur contineri.

7 Cum autem dicta decreta, conſtitutiones, et ſtatuta de mandato noſtro per dilectos filios noſtros S.R.E. Cardinales, ſuper cauſis, et controuerſijs ad Epiſcopos, et Regulares ſpectantibus præpoſitos examinata, et approbata fuerint, pro parte eiuſdem Petri fuit Nobis humiliter ſupplicatum, quatenus decretis, conſtitutionibus, et ſtatutis prædictis robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, aliiſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

8

Digitized by Google

8 Nos igitur dicti Tertii Ordinis, ac illius Fratrum in dicto Regno felici ſtatui, et augmento conſulere cupientes, ipſumq; Petrum à quibuſuis excommunicationis, etc. Ac decretorum, conſtitutionum, et ſtatutorum huiuſmodi tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, et ſingula decreta, conſtitutiones, et ſtatuta prædicta, vt præmittitur, compacta, et redacta, dummodo non ſint reuocata, nec ſub reuocationibus ſimilium gratiarum comprehenſa, ſacriſq; canonibus, et conſtitutionibus Apoſtolicis, ac decretis Concilii Tridentini, necnon dicti Ordinis inſtitutis regularibus non repugnent, Apoſtolica auctoritate, ac tenore præſentium perpetuò approbamus, et confirmamus. Omneſq; et ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui interuenerint, aut interueniſſe dici poſſent in eiſdem ſupplemus.

9 Et nihilominus omnibus, et ſingulis dicti Ordinis ſuperioribus, Fratribus, Monialibus, Nouitiis, et perſonis, quatenus decreta, conſtitutiones, et ſtatuta prædicta libenter ſuſcipiant, et amplectentur, ac tamquam legem, et normam vitæ ſuæ inuiolabiliter obſeruent, in virtute S. Obedientiæ eiſdem auctoritate, et tenore præcipimus, et mandamus.

10 Ita tamen, vt ſi quis contra decreta conſtitutiones, et ſtatuta huiuſmodi deliquerit, alij pænæ, quam quę in ipſis decretis, conſtitutionibus, et ſtatutis comminatur, non ſubiaceat, aut obligetur.

11 Ipſaque decreta, conſtitutiones, et ſtatuta nullo vnquam tempore à ſuperioribus eiuſdem Ordinis, vel aliis quauis auctoritate fungentibus, inconſulta Sede Apoſtolica, abrogari, reſcindi, aut in aliquo immutari, vel alterari poſſe.

12 Sicq; per quoſcunq; Iudices, et Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, iudicari, et definiri debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, et inane decernimus.

13 Quocirca omnibus, et ſingulis Archiepiſcopis, et Epiſcopis in dicto Regno exiſtentibus, eorumq; officialibus, ac dilecto filio noſtro, et Sedis Apoſtolicę in eodem Regno Nuntio per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium præſentes literas, et in eis contenta quęcunq; vbi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte prędicti Petri, ſeu

aliorum dicti Ordinis Superiorum, et Fratrum, ac Monialium fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra, Superiores, & Fratres, ac Moniales huiuſmodi præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper à quaquam quauis auctoritate indebitè moleſtari.

14 Contradictores quoſcunq; per cenſuras, aliaſq; pænas eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, *appellatione poſtpoſita*, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

15 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictiq; Tertij Ordinis, & illius Domorum regularium, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis antiquis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis Tertio Ordini, & illius Domibus regularibus, Superioribus, Fratribus, Monialibus, & alijs quibuſcunq; perſonis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales, mentio, ſeu quælibet alia expreſſio habenda eſſet, aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret; eorum omnium, & ſingulorum tenores etiam præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus; contrarijs quibuſcunq; aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à Sede prædicta ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

16 Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Romæ, apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1613. decimoſexto Calendas Maij. Pontificatus noſtri anno octauo. *Ideſt 16. Aprilis Ordinis 393. Religionis vero 214.*

Extracta ex eodem Bullario Gallicano in fine fol. 121. vbi dicitur conſeruari in Conuentu S. Mariæ de Gratia Pariſijs.

BVL-

BVLLA CCLXVI.

PAulus V. ſcribit Vicario Generali Placentino, vt approbet conceſſionem Eccleſiæ, Conuentus, & Hoſpitalis S. Antonij Abbatis prope Placentiam per Marſilium Epiſcopum Vigleuani, & Glicerium Landrianum Clericum Mediolanenſem, eius Præceptores ſucceſſiue, ſeu Commendatarios factam Generali, & F. Donadeo, cæteriſq; Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci à pluribus annis introductis, qui ſucceſſerant Fratribus S. Auguſtini Prouinciæ Bononienſis, cum pactis ibidem expreſſis.

1 Sacræ Religionis ſinceritas ſub qua dilecti filij Tertij Ordinis Sancti Franciſci de Pænitentia nuncupati Profeſſores deuotum, & ſedulum impendunt Altiſſimo famulatum merito nos inducunt, vt illa quæ inſtituti ſui propagationem, ac diuini cultus, ſpiritualibuſq; operum incrementum, necnon publicam vtilitatem, & ſalutem concernunt ipſis gratioſè concedamus, ac in his paſtoralis officij noſtri partes fauorabiliter interponamus, prout rerum locorum, & perſonarum qualitatibus debitè penſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

2 Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Vicarij Generalis dicti Ordinis, ac Donadei, & aliorum Fratrum eiuſdem Ordinis in Domo Sancti Antonij propè, & extrà muros Placentinos Prouinciæ Bononienſis Ordinis S. Auguſtini, ad præſens degentium petitio continebat, quod alias bonæ memoriæ Marſilius Epiſcopus Vigleuanenſis, qui tunc inhumanis agens Præceptoriam dictæ Domus in Commendam ad eius vitam ex diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, prouide conſiderans nonnullos Fratres Tertij Ordinis huiuſmodi in dictam Domum à Religioſis dicti Ordinis Sancti Auguſtini deſtitutam pro illius ſeruitio, diuiniq; cultus in ea exercitio de ſuperiorum ſuorum licentia ipſius Marſilij Epiſcopi, & Ordinarij loci conſenſu ſeu permiſſione à pluribus annis introductos fuiſſe, ac ibidem miſſis, diuina officia, & ſpiritualibus miniſterio celebrando, & peragendo cum bonæ famæ odore, & fidelium ad ipſam eccleſiam deuotionis gratia confluentium ſpirituali conſolatione aſſiduè vacando multiplicis fructus in vinea Domini attuliſſe, & in dies eorum doctrina, & exemplari vita afferre.

3 Hiſce permotus Domum, & Eccleſiam huiuſmodi, illorumq; Clauſtrum, Sacriſtiam, Hoſpitale, Cæmiterium, Viridarium, Piſcinam vſq;ad illius exteriorem ripam cum horto cæmiterio contiguo, Iuribuſq;& pertinentijs ſuis vniuerſis ſpiritualibus, & temporalibus,ac paramentis, & ornamentis vtenſilibus, ſupellectilibus tam ſacris,quam profanis,cæteriſq;rebus mobilibus in eccleſia, ſacriſtia, & hoſpitali prædictis tunc exiſtentibus,& ſub inuentario deſuper faciendo conſignandis, necnon elemoſinis tam eccleſiæ,& hoſpitali huiuſmodi ex quacunq; cauſa elargiendis, quã per Inſtrumentum in dicta Domo pro tempore degentes per Ciuitatem, & Diœceſim Placentinam ſua impenſa de licentia Ordinarij ſeruata forma Concilii Tridentini colligendis, percipiendis, ac exigendis, & ſeu ipſis,aut eccleſiæ vel hoſpitali huiuſmodi per viam legati, ſeu vltimæ voluntatis faciendis Tertio Ordini præſcripto, illiuſq; Fratribus in dicta Domo nunc,& pro tempore degentibus, ac pro eis dicto Donadeo tanquam eorundem Fratrum Miniſtro,& Procuratori.

4 Titulo tamen denominatioac ſitu, & eſſentia dictæ Præceptoriæ, illiuſq; Præceptoris, & Commendatarii, & quibuſcunq;aliis proprietatibus,fructibus,redditibus,prouentibus,Iuribus,iuriſdictionibus, honoribus, pertinentiis, & prærogatiuis ad præceptoriam illiuſq;Præceptorum, & Commendatariarum huiuſmodi nunc, & pro tempore ſpectantibus,ac illis competentibus,necnon ſtantiis, & habitationibus eiuſdem Præceptoriæ, ſiue Domus proſpectum verſus hortum præſcriptum habentibus, ac eidem ſtabulo, & cuſina quandocunq; dictum Præceptorem, ſeu Commendatorem pro tempore exiſtentem illuc diuertere, aut aliquem ex ſuis mittere contingeret, ac horreo in præſcripto Hoſpitali exiſtentem pro granis ſuarum poſſeſſionum in eo reponendis Præceptoriæ illiuſq; Præceptori, ſeu Commendatario pro tempore exiſtenti ſaluis, & illęſis remanentibus.

5 Et cum hoc vt ſi quicquam ex redditibus, &bonis cuiuſcumque ſpeciei, & qualitatis exiſtentibus eidem Præceptoriæ ſpecialiter relictum ſeu legatum fuerit dictus Præceptor, ſeu Commendatarius pro tempore exiſtens illud ſibi vendicare, et pro ſe retinere, uel etiam ad fauorem Eccleſię, ſeu Hoſpitalis, uel Fratrum prędictorum arbitrio ſuo diſponere libere, et licite poſſit.

Digitized by Google

6 Et ſi miſſis, uel alijs diuinis officijs in dicta eccleſia, ac tam intus, quam extra illius chorum pro tempore celebrandis interuenire vellet, ipſe ibidem locum digniorem ad eius beneplacitum etiam ſi Miniſter Generalis, aut alij Superiores dicti Tertij Ordinis præſentes eſſent habere.

7 Fratres vero prædicti ſtantijs, & habitationibus dicto Preceptori, ſeu Commendatario reſeruatis pro maiori illius commoditate alias duas ſtantias, ſeu cameras, quibus etiam ipſi extra caſus proximè expreſſos vti, & potiri valerent adiungere, & pro illis cõſtruendis ſtabulum, & fenile demoliri facere dictuſq; Marſilius Epiſcopum locum, ſeu ſitum ad aliorum ſtabuli, & fænilis conſtructionem idoneam dare, & aſſignare deberent.

8 Inſuper dicti Fratres ſuis ſumptibus, & expenſis apud eccleſiam, & in Domo huiuſmodi quattuor ad minus Presbiteros dicti Tertij Ordinis Profeſſores pro miſſis, & aliis diuinis officiis dietim in dicta eccleſia celebrandis perpetuo manutenere.

9 Ac in hoſpitali prædicto debitam hoſpitalitatem modo, & forma quibus eatenus ſeruata fuerat conſeruare, ac de infirmario, medicis, medicinis, cibariis, vtenſilibus, ac aliis neceſſariis ad hoc vt infirmi in eodem hoſpitali, ſeu illius infirmaria exiſtentes cum charitate, & diligenter curentur prouidere.

10 Necnon reparationes, & reſtaurationes, quæ tam in eccleſia, quã Domo, & Hoſpitali prædictis, eorumq; ſtructuris edificiis pro tempore neceſſariç forent facere.

11 Ac poſt obitum dicti Marſilj Epiſcopi ſingulis annis in perpetuũ duo Anniuerſaria pro illius animæ ſalute, & refrigerio celebrare tenerentur ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito eorumdem Fratrum etiam ſumptibus, & expenſis impetrando perpetuo conceſſit, & aſſignauit, prout in publico deſuper confecto Inſtrumentum dicitur contineri.

12 Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat conceſſio, & aſſignatio huiuſmodi in diuini cultus, & Sacræ Religionis, necnon ſpiritualium Miniſteriorum incrementum ceſſiſſe, & cedere noſcantur, ac in Domo huiuſmodi duodecim ad minus Fratres dicti Tertij Ordinis ibidem miſſarum, & horarum Canonicarum, alioſque diuinorum officiorum celebrationibus, fidelium confeſſionibus audiendis, Sacramentis eccleſiaſticis adminiſtrandis, verbi

Dei

Dei concionibus habendis, alijsq; ſalutaribus operibus, & piæ vitæ ſtudiis ſedulò inſiſtentes ad præſens commorentur.

13 Ac dilectus filius Glicerius Landrianus Clericus Mediolanenſis dicti Marſilii Epiſcopi in Preceptoria huiuſmodi ſucceſſor conceſſionem, & aſſignationem predictas ratas, et gratas habuerit, et habeat.

14 Ac pro ſtabulo, et fenili vt ſupra ædificandis concedat ſitum inter dictum hoſpitale, et columbariam conſiſtens vſque ad vicinum aquæductum, ſeu Canale Sancti Antonii nuncupatum duntaxat cum domuncula exiſtentem inter Hoſpitale, et Canale huiuſmodi necnon præſentem ſitum, et viam publicam. Ita quod dicti Fratres ad eorum arbitrium in loco dictæ domunculæ exitum ſitas ſic conceſſe immediate verſus ſtratam publicam Romanam nuncupatam pro ſeruitio etiam Præceptoris, ſeu Commendatarij pro tempore exiſtentis dum eum illuc diuertere, ſeu aliquem ex ſuis eo mittere contigerit aperire ac ſtabulo, & fenili huiuſmodi, vt præſcribitur fabricatis illis etiam in præſentia eiuſdem Præceptoris, ſeu Commendatarij pro tempore exiſtentis libere vti, & gaudere poſſint, & valeant.

15 Quare pro parte tam Vicarij, ac Donadei, & aliorum Fratrum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus præmiſſis annuere, ac deſuper opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

16 Nos igitur, qui diuini cultus incrementum ſinceris deſideramus affectibus, certam de præmiſſis notitiam non habentes ipſoſq; Vicarium Generalem, ac Donadeum ac alios Fratres in dicta Domo ad præſens degentes, eorumq; ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint euocandi de præmiſſis te diligenter informes, & ſi per informationem huiuſmodi præmiſſa eſſe vera repereris.

17 Domum, & Eccleſiam, ac Hoſpitale huiuſmodi cum clauſtro, ſacri-

ſacriſtia, cemiterio, viridario, piſcina, horto, ſitu, iuribus, pertinentijs, paramentis, ornamentis, vtenſilibus, ſupellectilibus, eleemoſinis, alijſq; bonis, & rebus tam per Marſilium Epiſcopum, quam Glicerium eius ſucceſſorem, præſentem conceſſis, necnon ſub pactis, & conditionibus, ac alias modo, & forma ſuperius expreſſis Tertio Ordini præſcripto illiuſq; Guardiano, ſeu Miniſtro, & Fratribus in dicta Domo nunc, & pro tempore degentibus de nouo dicti Glicerij adhoc expreſſo accedente conſenſu, ſine tamen omnium, & quorumcumq; Iurium Monaſterij eiuſdem Sancti Antonij de Sancto Antonio dicti Ordinis Viennenſis Diœc. à quo dicta Preceptoria dependet etiam diſeruiendi Domui, & Eccleſiam Præceptoriæ huiuſmodi, quatenus de iure, & non alias de præſenti competat, quibus per præſentes tacite, & expreſſe derogatum, neq; iura huiuſmodi diminuta ſint, minuſq; aucta in aliqua parte vllatenus cenſeatur, & cuiuſuis alterum præiudicio auctoritate noſtra earummet tenore præſentium perpetuo concedas, & aſſignes.

18 Ipſaſq; preſentes validas, & efficaces fore, & eſſe ac ab omnibus, ad quos nunc ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit inuiolabiliter obſeruari, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, ac pro tempore exiſtentibus Guardiano, ſeu Priori, & Fratribus in Domo, & apud Eccleſiam huiuſmodi nunc, & pro tempore exiſtentibus perpetuo ſuffragari.

19 Sicq; per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos dictæq; Sanctæ Sedis nuncios iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit dicta auctoritate noſtra decernas.

20 Non obſtantibus præmiſſis, ac Lateranenſis Concilij nouiſſime celebrati vniones perpetuas niſi in caſibus à iure permiſſis fieri prohibentis, necnon fœl. recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, qua prohibetur ne ordinum Mendicantium Profeſſores noua loca ad habitandum recipere præſumant ac Apoſtolicis, necnon in Synodalibus, & Prouincialibus, ac Vniuerſalibus Concilijs editis ſpiritualibus, vel generalibus Conſti-

rutionibus, & ordinationibus necnon ordinum, ac Monaſterij,& Domus huiuſmodi iuramento Confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę milleſimo ſexcenteſimo tertio decimo, nonas Decembris Pontificatus noſtri anno nono. *Ideſt quinto Decembris, Ordinis 393. Religionis verò 214.*

Extracta ex Archiuio eiuſdem Conuentus S. Antonij Abbatis ab vrbe Placentiæ Lombardiæ Ducatus Sereniſſimi Ducis Ranutij II. Farneſij.

BVLLA CCLXVII.

P*Aulus V. per obitum Ioannis Baptiſtæ Prouenzani Generalis creauit Sanctorum Pecorellam Vicarium Apoſtolicum Generalem cum ea omni poteſtate, quam habent ſimiles ſuperiores.*

1 Cum per obitum quondam Ioannis Baptiſtæ Prouenzani, dum vixit Tertij Ordinis Fratrum S. Franciſci per Italiam Viſitatoris Generalis nuper ad Sedem Apoſtolicam defuncti, ordo prędictus Superiore Generali in Italia deſtitutus ſit.

2 Nos pro noſtro paſtoralis officij munere dicti Ordinis, ne aliqua in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta patiatur, felici regimini prouidere volentes, ac de tuis fide, prudentia, integritate, & religionis zelo plurimum in Domino confiſi Motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaq; deliberatione noſtra, deq; Apoſtolicę poteſtatis plenitudine Te in Vicarium Apoſtolicum Generalem dicti Ordinis in Italia vſq; ad nouam electionem Viſitatoris Generalis in Capitulo Generali, iuxta ſtatuta, & ordinationes prędicti Ordinis faciendam, cum poteſtate dictum Ordinem in Italia, vt præfertur, regendi, moderandi, & gubernandi, ac alijs facultatibus.

3 Necnon omnibus, & ſingulis priuilegijs, honoribus, oneribus, prę-eminentijs, & prerogatiuis, quibus alij, qui pro tempore fuerunt eiuſdem Ordinis Vicarij Apoſtolici Generales vti, frui, potiri, et gaudere conſueuerint, tenore preſentium creamus, facimus, conſtituimus, et deputamus.

4 Mandantes in virtute S. Obedientię, ac ſub arbitrij noſtri penis, omnibus, et ſingulis Prouincialibus, et alijs quocunq; nomine nuncu-

nuncupatis dicti Ordinis Officialibus, Superioribus, et Fratribus, alijſq; illius perſonis in Italia exiſtentibus quibuſcunq; et ſibi in omnibus, quæ eis ordinanda, mandanda, & per eos exequenda duxeris, humiliter pareant, & obediant; tuaq; iuſſa, monita, & mandata ſuſcipiant reuerenter, & efficaciter adimplere procurent; alioquin ſententiam, ſeu pœnam, quam rite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino vſq; ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari.

5 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus cęteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romę apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris die quinta Maij 1614. Pontificatus noſtri anno nono. *Ordinis 394. Religionis vero 215.*

Collecta ex Commentarijs ſuper Regulam Italorum Reuerendiſſimi Magiſtri F. Antonij de Sillis fol. 39.

BVLLA CCLXVIII.

PAulus V. ſcribit Vicario Generali Placentino, ut tranſactionem factam per Clericum Præceptorem S. Antonij Abbatis cum F. Donadeo de Hoſpitali transferendo, & de quindennio, ac Miſſa quotidiana ſoluendis in Oratorio S. Antonij Abbatis extra Caſtrum Arquatum, approbet, & ratam habeat.

1 Ex debito paſtoralis officij, quo nobis dominici gregis cura commiſſa eſt circa vniuerſorum Chriſtifidelium prelertim eccleſiaſticarum, & religioſarum perſonarum ſub ſuaui Religionis iugo Altiſſimo famulantium ſolicitis ſtudiis intendentes, ea, quę inter ipſos Chriſtifideles ſemotis litium, quę deſuper oriri poſſent occaſionibus concordia terminata eſſe dicuntur, vt firma, perpetua, & illibata perſiſtant; cum a Nobis petitur, apoſtolici ſtmuidamus adijci muniminis firmitatem.

2 Sane pro parte dilectorum filiorum Glicerii Landriani Clerici Mediolanenſis, qui Præceptoriam Domus S. Antonii propę, & extra muros Placentinos Prouinciæ Bononienſis Ordinis S. Auguſtini in commendam ad ſui vitam ex conceſſione Apoſtolica obtinet, ac Donadei Guardiani, & Procuratoris Fratrum Tertii

Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati in prædicta Domo degentium petitio continebat, quod cum pridem bonæ memoriæ Marſilius Epiſcopus Vigleuanenſis, qui tunc in humanis agens Præceptoriam prædictam, & in commendam ad ſui vitam ex diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, certis tunc expreſſis rationibus, & cauſis adductis, Domum, Eccleſiam, Clauſuram, Sacriſtiam, Hoſpitale, Cemeterium, Viridarium, & Piſcinam dictę Pręceptoriæ vna cum ſuppellectilibus, cæteriſq; rebus, & bonis vniuerſis tam ſacris, quam profanis in Eccleſia, Sacriſtia, & Hoſpitali prædictis tunc exiſtentibus dicto Ordini S. Franciſci dicta Domo religioſis præfati Ordinis S. Auguſtini iam pridem deſtituta pro illius ſeruitio, & diuini cultus exercitio de ſuperiorum ſuorum licentia, ac dicti Marſilij Epiſcopi, & Ordinarii loci pro tempore exiſtentis conſenſu, ſeu permiſſione degentibus.

3 Non tamen denominatione, ſtatu, & eſſentia dictę Pręceptorię illius Præceptoris, ſeu Commendatarij, ac quibuſcumq; proprietatibus, fructibus, iuribus, iuriſdictionibus, honoribus, prœminentiis, & prærogatiuis ad Præceptoriam, illiuſq; Præceptorem, ſeu Commendatarium huiuſmodi nunc, & pro tempore exiſtentem ſpectantibus, necnon ſtantijs, & habitationibus eiuſdem Præceptoriæ, ſeu Domus proſpectum verſus Hortum dicto cemeterio contiguum habentibus, earumq; ac ſtabuli, & culmæ, quando ipſum Præceptorem, ſeu Commendatarium illuc diuertere, aut aliquem ex ſuis illuc mittere contingeret, ac Horreo ſuper dicto Hoſpitali conſiſtentis pro vſu Præceptoriæ, illiuſq; Præceptoris, ſeu Commendatarij pro tempore exiſtentis, ſaluis, & illæſis remanentibus.

4 Cum hoc inter cætera, quod dicti Fratres in prædicto Hoſpitali debitam hoſpitalitatem modo, & forma, quibus illa eatenus ſeruata fuerat, ac de Infirmario, medicis, medicinis, cibarijs, vtenſilibus, & alijs neceſſarijs prouidere tenerentur, ac ſub certis alijs tunc expreſſis conditionibus, & pactis, reſeruatoq; noſtro, & Sedis Apoſtolicę beneplacito, conceſſiſſet, & aſſignauiſſet, & dictus Glicerius, ipſiuſq; Marſilij Epiſcopi in prædicta Præceptoria ſucceſſor conceſſionem, & aſſignationem huiuſmodi ratas, & gratas habuiſſet.

5 Nos tunc exiſtentis Vicarii Generalis eiuſdem Ordinis S. Franciſci.

ſci, ac Guardiani, & Fratrum prædictorum ſupplicationibus in alia in hac parte porrectis inclinati, illas per alias noſtras literas auctoritate Apoſtolica approbauiſſemus, & confirmauiſſemus, omneſq; & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui deſuper interueniſſent, ſuppleuiſſemus; & nihilominus Domum, Eccleſiam, & Hoſpitale prædictum, vna cum Cemiterio, Viridario, Piſcina, ſuppellectilibus, aliiſq; rebus & bonis ſub conceſſione, & aſſignatione huiuſmodi comprehenſis, ac ſub conditionibus, et pactis præmiſſis dicto Ordini S. Franciſci illiuſq; Fratribus in prædicta Domo exiſtentibus; necnon dicti Glicerii ad id expreſſe accedente conſenſu dicta auctoritate perpetuo conceſſiſſemus, et approbauiſſemus, ac aſſignauiſſemus prout in publico deſuper confecto inſtrumento, ac dictis literis Apoſtolicis plenius continentur.

6 Vſu, & experientia familiari compertum fuit, Hoſpitalitatem in his ædibus, in quibus de præſenti exercetur, quæ intra portam habitationis dictorum Fratrum exiſtunt, & ad quas ſæpius mulieres in earum infirmitatibus deferri; in eiſq; recipi, et curari conſueuerunt, nequaquam commode, & decenter exerceri, et ex hoc ſucceſſu temporis in eis leuia ſcandala, & inconuenientia facile oriri poſſe; vnde Glicerius, ac Guardianus, et Fratres prędicti omni eorum fomiti, et occaſioni ſalubri aliqua ratione prouidere, paciq; et quieti Fratrum huiuſmodi, ac bono hoſpitalitatis huiuſmodi exercitio conſulere volentes, hinc inde nonnullis tractatibus; ſeu deliberationibus præhabitis, tandem ad infraſcriptam ſub noſtro, et Sedis Apoſtolicæ beneplacito, verbo, vel in ſcriptis deuenerunt inter ſe concordiam, ſeu tranſactionem.

7 Videlicet quod in Domo, Cæmeterio contigua, quam qui de cognomento Paueſium de præſenti habitat nouum Hoſpitale conſtrui, et ad illud prædicta Hoſpitalitas, illiuſq; exercitium transferri, et ſuper illo horreum ad vſum dicti Præceptoris, ſeu Commendatarii pro tempore exiſtentis ędificari, eoq; abſente Fratres prædicti pro tempore exiſtentes ſtantiis huiuſmodi ad eorum beneplacitum gaudere, ac frui, ſtantiæ autem dicto Præceptori, ſeu Commendatario in conceſſione, et aſſignatione prędictis reſeruatæ, quæ Dormitorio contiguę, et ſuper Refectorio dictorum Fratrum ſitæ exiſtunt, eiſdem Guardiano, et Fratribus libere, et expedite remanere debeant. 8

8 Et inſuper prædictus Guardianus, eiuſq; ſucceſſores pro tempore exiſtentes poſſint, & debeant ſexto quoq; menſe ad dictum Præceptorem, ſeu Commendatarium accedere, & bona omnia ad dictam Abbatiam, ſeu Præceptoriam ſpectantia recognoſcere, & ipſum certiorem facere, an ſint meliorata, ſeu deteriorata.

9 Cæterum dictus Glicerius terras quadringenta perticarum vel circa partim cultarum, partim gerbidarũ in territorio Caſtri Arquati Placentinæ diæceſis dictæ Prouinciæ iuxta *ſuos notiſſimos* fines ſitas cum Domo, & Oratorio ſuper eis *exiſtentibus, ac pro*uentibus, & emolumentis ad dictum Oratorium ſpectantibus, vt in inſtrumento locationis cum dictis Fratribus iam factæ valoris in proprietate quadringentorum, annui vero redditus ſterili cum fertili computato viginti quatuor ſcutorum monetę Romanæ, & cum omnibus iuribus alias quoquomodo competentibus, & quæ competere poſſunt eidem Oratorio, vel de illo pro tempore *pro*uiſo Guardiano, & Fratribus prædictis in emphiteoſim perpetuã ſub annuo canone quindecim ſcutorum dictę monetæ dare, & concedere.

10 Guardianus vero, & Fratres in dicto Oratorio, in quo antea vna miſſa dumtaxat quolibet anno celebrabatur, deinceps in perpetuum miſſam quotidie celebrari facere, idemq; Oratorium, ac Domum ſuper territorio huiuſmodi, vt præfertur, exiſtentem reſarcire, & manutenere debeant, & teneantur, prout in dicta concordia, ſeu tranſactione dicitur contineri.

11 Quare pro parte dicti Glicerij, ac Donadei prædictorum aſſerentium concordiam, ſeu tranſactionem huiuſmodi ex iuſtitia, rationibus ex cauſis initam eſſe, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus illam pro firmiori eius ſubſiſtentia, & obſeruatione inuiolabili noſtro, ac Sedis prędictæ patrocinio communire aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

12 Nos igitur certam notitiam de præmiſſis non habentes, ipſoſq; Glicerium, & Donadeum, ac eorum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, &c. huiuſmodi ſupplicationibus inclinati ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium negotijs Regularium præfectorum Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, ſi eſt ita, concordiam, ſeu tranſactio-

ſactionem prædictam cum omnibus, ac ſingulis inde ſequutis ſe-
cutis, ac ſequendis auctoritate noſtra perpetuò approbes, & con-
firmes, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis apoſtolicæ firmitatis robur
adijcias.

13 Omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti, ac ſolemnitatum qua-
rumcunq; de iure, vſu, vel conſuetudine, aut alia quomodolibet
requiſitarum, uel neceſſariarum, ac quoſuis alios, ac quantumcis
ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuene-
rint ſuppleas, ipſaq; concordiam, ſeu tranſactionem perpetuò ua-
lidam, & efficacem eſſe, ac fore, ſuoſq; plenarios, & integros effe-
ctus ſortiri, & obtinere, ac tam à Donadeo Guardiano, & Fratri-
bus, ac Glicerio, eorumq; ſucceſſoribus prædictis, quam quibuſ-
uis alijs, ad quos nunc quomodolibet ſpectat, ſeu ſpectare potue-
rit quomodolibet in futurum perpetuò, firmiter, & inuiolabiliter
obſeruari, & adimpleri debere, & quicquid ſecus ſuper his à quo-
quam quauis auctoritate ſcienter, & ignoranter attentari conti-
gerit, irritum, & inane dicta auctoritate decernas.

14 Non obſtantibus præmiſſis, ac apoſtolicis, necnon in ſynodali-
bus, Prouincialibus, & uniuerſalibus concilijs editis, conſtitutio-
nibus, & ordinationibus, necnon Præceptoriæ, & ordinum prædi-
ctorum iuramento, confirmatione apoſtolica, uel quauis firmita-
te alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq; contrarijs
quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis
Dominicæ, milleſimo ſexcenteſimo quinto decimo Calend. Apri-
lis, Pontificatus noſtri anno decimo. *Idest 24. Martij Ordinis 395.
Religionis vero 216.*

*Extracta ex Archiuio eiuſdem Conuentus S. Antonij Abbatis Placenti-
ni. Superior nuncupatus Guardianus ex imperitia informantium, vo-
cabatur enim aut Miniſter ex Regula, aut Prior ex probato vſu.*

BVLLA CCLXIX.

P*Aulus V. venditionem Domus S. Pauli de Arenula in Vrbe per Fra-
tres Diſcalceatos S. Auguſtini Fratribus Tertij Ordinis approbat
pro pretio quatuor mille quingentorum ſcutorum moneta Romana.*

1 Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij Diffinitores, ac Viſita-
tor Generalis Fratrum Diſcalceatorum nuncupatorum Ordinis

Sancti

Sancti Auguſtini Congregationis Italiæ, quod cum alias ipſis Eccleſia Sancti Pauli de Arenula de vrbe conceſſa fuiſſet nec in quadam ipſius Eccleſiæ domo propter illius anguſtiam habitare poſſent diuerſas domos ibi contiguas, in quibus dormitorium, & habitationes cum omnibus officinis neceſſarijs, & opportunis pro quadraginta Fratribus ſufficientes, ædificarunt, necnon quatuor apothecas pro annua penſione nonaginta quinque ſcutorum monetæ Romanę locari ſolitas in eadem regione, *iuxta ſua notiſſima* latera ſitas in pluribus uicibus emerunt, ac poſtea unam ad caput domorum pro inſtituendo ibi nouitiatu, & reliquas domos regulares in regione campi Martij de eadem urbe, conſtruxerunt, ſeu coſtrui facere intendunt, unde æs alienum uſque ad ſummam decem millium ſcutorum monetę, & ultra contraxerunt, quare ut ęs alienum huiuſmodi facilius diſſoluere ualerent, & alias ut ſuam, & dictę Congregationis conditionem efficerent meliores domos, & habitationes prope dictam Eccleſiam, necnon dictas apothecas per eos ut præſcribitur emptas & conſtructas, necnon melioramenta quęcunque in dictis domibus, & quatuor apothecis quomodolibet facta cum omnibus, & quibuſcunque eorum iuribus, membris, & pertinentijs uniuerſis.

2 Dilectis etiam Fratribus Tertij Ordinis Sancti Franciſci Prouinciæ Siciliæ pro pretio quatuor millium, & quingentorum ſcutorum ſimilium reſeruato noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, ac ad fauorem Fratrum eiuſdem Congregationis dominio, & ſpeciali hipotheca domorum apothecarum habitationum fabricarum, & melioramentorum vendiderunt ceſſerunt, & conceſſerunt prout in publico deſuper confecto inſtrumento plenius dicitur contineri.

3 Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat Diffinitores, ac Viſitator, & alij Fratres, præſenti plurimum cupiant venditionem ceſſionem, ac conceſſionem huiuſmodi pro illarum validitate, & ſubſiſtentia Apoſtolicæ confirmationis robore communiri, nobis propterea humiliter ſupplicare fecerunt, vt ſuper præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur Diffinitores ac Viſitatorem, & alios Fratres prędictos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis,

&

Digitized by Google

& interdicti alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, & ad effectum pręſentium duntaxat conſequendū harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati venditiones ceſſiones, & conceſſiones prędictas, ac prout illas concernunt omnia, & ſingula in dicto Inſtrumento contenta, licita tamen, & honeſta apoſtolica auctoritate tenore pręſentium approbamus, & confirmamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos, tam iuris quam facti defectus ſiquidem ſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus.

§ Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrarijs quiquſcunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die decima ſexta Martij 1619. Pontificatus noſtri anno decimo quarto.

Scipio Cardinalis Sanctę Suſannæ Adamus loco ✠ annuli Piſcatoris cum pręſentia Illuſtrisſimi, & RR. Odoardi Vbaldeſchi Illuſtrisſimi, & Reuerendisſimi D. Cardinalis Vicarii Secretarii cępit, & accepit poſſesſionē realem corporalem, & actualem Eccleſiæ, et Monaſterii Sancti Pauli de Arenula. Anno millesimo ſexcenteſimo decimo nono Indictione ſecunda die vero nona Aprilis, et prout in actis Curię Cardinalis Vicarii, ex inſtrumento quondam Auguſtini Tullij Notarii cabitolini.

Et Bulla Sanctiſſimi D. N. Vrbani VIII. ſuper Conuentu S. Pauli de Arenula confecta ſub die 4. Auguſti 1631. ad inſtantiam Reuerendiſſimi Patris Santori Pecorelle, & Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci Prouinciæ Sicilia.

Tam ipſum Conuentum, quam eius Superiores, et Fratres pro tempore exiſtentes ijdem priuilegiis, indultis, fauoribus, et gratiis quibus cetere domus regiminis Tertii Ordinis Prouincię Sicilię de iure, vſu, conſuetudine, ac aliis quomodolibet vtuntur, fruuntur, et gaudent, ac vti, frui, et gaudere poſſunt, et poterunt quomodolibet in futurum, ſimiliter, et pariformiter ac ſine vlla prorſus differentia in omnibus, et per omnia, perinde ac ſi eadem domus regularis Sancti Pauli intra dictam Prouinciam Sicilię constructa foret vti, potiri, et gaudere libere, et licite poſſe, et valere, etc. et irritum, et inane quidquid ſecus, ſuper his à quoquam quauis

uis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Geſtatio habitus Romæ uniformis.

FAbritius Miſeratione diuina tituli S. Auguſtini S. R. E. Cardinalis Verallus totius Ordinis S. Franciſci Minorum Obſeruantiæ Protector, Corrector, & Gubernator.

Vniuerſis, & ſingulis Fratribus Prouinciæ Siciliæ Tertij Ordinis S. Franciſci Regularis Obſeruantiæ Romæ in Conuentu S. Pauli della Regola nuncupati, quem de noſtro conſenſu, ſicut de licentia illorum Patris Generalis pro eorum Prouincia Siciliæ ſub obedientia illius Prouincialis, ac aliorum Superiorum Generalium ipſius Religionis recipere poſſe concedimus, de familia permanſuris, eorumq; Superioribus ibidem commoraturis, harum noſtrarum auctoritate in virtute S. Obedientiæ præcipimus, & mandamus, & ſub quouis præcextu poſt decem tranſactos dies ab ipſorum aduentu in dicto conuentu habitum, ſiue tunicam in Prouincia Siciliæ ordinariam, quam vulgo vocant Arbaſcio, minime portare præſumant, ſed uniformiter ac Fratres Romanæ Prouinciæ eius Ordinis veſtiant, nec circa indumenta aliquam aliam diſſimilitudinem admittere audeant, in ea præſenti Ciuitate, vbi vnus erit omnium veſtiendi mos, eademq; veſtimentorum qualitas, quarum vna eſt Regula, ac beneuiuendi vnus itidem eſt modus. In fidem, &c. Datum Romæ in Palatio noſtræ reſidentiæ die 17. Nouembris 1618.

Cardinalis Verallus Protector.

Phil. Santinus Secret.

GREGORIVS PAPA XV.

ALexander filius Pompei Ludouiſius Bononienſis, Archiepiſcopus ibidem, Cardinalis S. Mariæ in Transpontina creatus fuit Papa octauo Februarij coronatus vero decimo quarto eiuſdem 1621. Vixit duos annos menſes quinque, & dies ſex. Obijt decimo ſeptimo Iulij 1623. ſepultus in Baſilica Sancti Petri.

BVL-

Digitized by Google

BVLLA CCLXXI.

GRegorius XV. concedit Indulgentiam Plenariam perpetuam viſitantibus Eccleſias Fratrum, & Monialium Tertij Ordinis in feſtis Sanctorum Franciſci, Antonij, Bonauentuæ, Ludouicis, Bernardini, & Claræ.

1 Splendor paternæ glorię, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementiſſima eius maieſtate ſperantium, tum præcipue benigno fauore proſequitur, cum deuota ipſorum humilitas ſanctorum precibus, & meritis adiuuatur, volentes igitur Eccleſias tam erectas, quam erigendas, ad earum aliquam tam Fratrum, quam Monialium Tertij Ordinis Sancti Franciſci, vbique exiſtentes aliquo ſpirituali munere illuſtrare.

2 De Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi precibus quoque dilecti filij Matthei Montefani dicti Ordinis Generalis nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui vere pænitentes, & confeſſi, ac ſacra communione refecti diebus feſtis Sanctorum Franciſci, Antonij de Padua, Bonauenturæ, Ludouici Epiſcopi, & Confeſſoris, & Bernardini eaſdem Eccleſias dicti Tertij Ordinis, necnon die feſto Sanctæ Claræ, etiam Eccleſiam Monialium eiuſdem Tertij Ordinis, vbique conſtitutas, à primis Veſperis, uſque ad occaſum ſolis dierum huiuſmodi ſingulis annis deuote uiſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia hereſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſię exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quolibet die prędictorum id egerint, Plenariam omnium ſuorum peccatorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Pręſentibus perpetuis futuris temporibus ualituris.

* adde dic S. P. de Alcantara a Clem. IX. indulgentia simili decoratum.

3 Volumus autem ut ſi alias Chriſtifidelibus dictas Eccleſias uiſitantibus aliquam aliam indulgentiam perpetuo, uel ad tempus, nondum elapſum duraturam conceſſerimus, illa nulla ſit, atque etiam quod pręſentium tranſumptis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis ſigillo, & alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſticæ conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, uel oſtenſæ. Datum Romę apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die

31. Auguſti 1621. Pontificatus noſtri Anno 1. *Ordinis* 401. *Religionis* 222,

Ex Archiuio Conuentus Romani SS. Coſmæ, & Damiani ex Statutis Congregat. Zepperenſis fol. 113.

BVLLA CCLXXII.

GRegorius XV. concedit licentiam Generali erigendi Confraternitatem Cordigerorum in ſuis Eccleſijs, vbi Conuentualium, & de Obſeruantia Conuentus non exiſtunt. & erectam aggregandi Archiconfraternitati in Eccleſia S. Franciſci Fratrum Minorum Conuentualium Aſſiſij.

1 Alias à fel. rec. Sixto Papa V. prędeceſſore noſtro emanarunt literę tenoris ſubſequentis, videlicet. Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex supernæ diſpoſitionis arbitrio gregi Dominico pręſidentes, inter curas multiplices, quę ex paſtoralis officij miniſterio nobis incumbunt, illam libenter amplectimur, per quam omnium Chriſtifidelium, pręſertim ſub ſuaui religionis iugo, & uexillo Altiſſimo famulantium animarum ſalus cum diuini cultus incremento proueniat, ipſoſq; Chriſtifideles, ut eorum uoto ad id facilius concurrant, ſpiritualibus muneribus, indulgentijs, uidelicet, & peccatorum remiſſionibus in apricum eis, adducendo, iuſtos varijs ſignis, & miraculis corruſcantes inuitamus, & confouemus, ac alias deſuper diſponimus, prout ad eorundem Chriſtifidelium ſpiritualem deuotionem conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

2 Cum itaque Beatus Franciſcus, à quo Ordo dilectorum filiorum Fratrum Minorum inſtitutus fuit, quique inter cæteros in numerum Sanctorum cooptatos, ſignis, & miraculis maxime claruit, ita vixerit, vt pene omnes ad ſui deuotionem, & imitationem pertraxerit, multiq; ex ipſis Chriſtifidelibus cordam ſimilem ei qua ipſe, dum in hoc ſæculo verſaretur, cinctus erat, hodie deferant; quin etiam plures eius laudabile inſtitutum amplexi, & ſub ſuaui iugo religionis ab eo inſtitutæ, diuerſiſq; Sanctæ Romanæ Catholicæ Eccleſiæ Prelatis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & poſtea ad ſummi Apoſtolatus apicem euectis, illuſtratæ, militantes, tantumq; uitum imitati innumerum eorundem Sanctorum relati fuerint.

3

Digitized by Google

3 Nos, qui etiam à teneris annis ſingularem deuotionis affectum erga ipſum S.Franciſcum, cuius corpus ſub altari maiori Eccleſiæ Domus Fratrum Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium,nũcupatorum,Aſſiſieñ.quæ inibi inſignis, maximeq; celebris, & diuerſis priuilegijs decorata extſtit, requieſcit, ſub habitu dicti Ordinis ſui incedentes,geſsimus, cupientes Domum, & Eccleſiam huiuſmodi amplius decorari, pietatiſq; & Chriſtianæ charitatis opera vbique cum diuini cultus augmento, ac ad eiuſdem S.Frãciſci honorem,& venerationem, animarumq; ſalutem exerceri,fideleſq;ipſos ad faciendum ea,per quæ ad æternam beatitudinem valeant facilius prouenire,mediis opportunis excitare,infraſcriptum Fratrem Clementem Magiſtrum Generalem, ac ſingulares perſonas,Conuentus, Domus prædictæ à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris,& pænis à iure,vel ab homine quauis occaſione,vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutasfore cenſentes.

4 Motu proprio, non ad alicuius nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, in Eccleſia Domus,& ad altare huiuſmodi vnam Archiconfraternitatem vtriuſque ſexus Chriſtifidelium, qui cordam per eiuſdem Ordinis Fratres geri ſolitam, ex illorum deuotione deferant, ac illa cingantur ſub inuocatione eiuſdem S. Franciſci Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus.

5 Vt autem ipſa Archiconfraternitas Confratrum Cordigerorum prædictæ cordę numero in dies magis ampliata decoretur, ipſiq; Confratres ad piorum operum exercitium propenſiores reddantur, ac ad Eccleſiam, & altare huiuſmodi deuotionis cauſa confluant, quo per hoc ſi maiora cœleſtis gratiæ dona cognouerint adipiſci. De Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, auctoritate confiſi, omnibus,& ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui vere pænitentes. & confeſſi,ac prędictam cordam,quę prius à Superioribus dicti Ordinis benedici debeat ad reuerentiam, & memoriam eiuſdem S. Franciſci gerentes, ſacraq; communione refecti, prędictam Confraternitatem ingredientur, die primi illorum ingreſſus, in mortis

ipſorum articulo nomen Ieſu ore, vel corde inuocantibus, ſi etiam vere penitentes, & confeſſi fuerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remisſionem.

6 Et inſuper eidem Archiconfraternitati, illiuſq; Confratribus omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac relaxationes Archiconfraternitati Confalonis Beatę Marię Virginis in Eccleſia Sanctæ Luciæ de Vrbe inſtitutæ, necnon prædicto Ordini, ac illius Fratribus, & perſonis quandocunque, & per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam per nos conceſſas, quoad illas tantum, quæ hactenus reuocatæ non fuerunt: Motu, & auctoritate, ac tenore ſimilibus etiam perpetuo concedimus, & elargimur, ac communicamus.

7 Poſtremo dilecto filio Fratri Clementi Bontadoſio, nunc, & pro tempore exiſtenti dicti Ordinis Generali Magiſtro Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium nuncupatorum, quaſcunque Cōfraternitates vtriuſque ſexus Chriſtifidelium Cordigerorum huiuſmodi in quibuſcunque Eccleſijs Domorum, tam Minorum Conuentualium, quam Cappuccinorum, & de Obſeruantia nuncupatorum, Fratrum prædictorum, in quibuſcunque Mundi partibus, & locis pro tempore erigendis, & inſtituendis, erigendi, & inſtituendi, illaſq; poſtquam erectę, & inſtitutę fuerint, prædictę Archiconfraternitati per præſentes erectæ, & inſtitutæ cum omnibus, & ſingulis indulgentijs, peccatorum remiſſionibus, & relaxationibus aggregandi, ac ipſas indulgentias illis, & earum Confratribus communicandi, pariter concedendi, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem damus, & concedimus, prout nos eaſdem omnes Confraternitates ex nunc, prout ex tūc, poſtquam erectę, & inſtitutę fuerint, ipſi Archiconfraternitati per pręſentes erectę, & inſtitutę hujuſmodi aggregamus, prædictaſq; indulgentias illis, & earum Confratribus communicamus, & concedimus.

8 Decernentes eaſdem pręſentes litteras nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis, ſeu quopiam alio defectu notari, impugnari, vel retractari, aut reuocari vllatenus poſſe, neque debere, ſed ſemper, & in perpetuum validas, & efficaces exiſtere, ſuoſq; plenarios effectus ſortiri debere.

9

Digitized by Google

9 Non obſtantibus præmiſſis, ac regula noſtra de indulgentijs ad inſtar non concedendis; ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.

10 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, erectionis, inſtitutionis, conceſſionum, elargitionis, communicationum, dationis, aggregationis, & decreti infringere, aut ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Calendis Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.

11 Et nuper nobis pro parte dilectorum filiorum Superiorum, & Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci expoſito, quod ipſi in diuerſis Italię Prouincijs multas Domos, & alia regularia loca habebant, & propterea ſibi, vt infra per nos indulgeri deſiderabant; Nos ſupplicationibus eorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, moderno, & pro tempore exiſtenti Tertii Ordinis huiuſmodi Magiſtro Generali, quod extunc de cætero in Domorum, & locorum regularium dicti Tertij Ordinis Eccleſijs ijs tamen in locis exiſtentibus, vbi Minorum Conuentualium, ac de Obſeruantia, & Capuccinorum nuncupatorum, Fratrum prædictorum Domus, ſeu Conuentus, & alia regularia loca non eſſent Confraternitates vtriuſque ſexus Chriſtifidelium Cordigerorum huiuſmodi erigere, & inſtituere, illaſq; ſic erectas, & inſtitutas præfatæ Archiconfraternitati, vt ſupra erectæ, cum omnibus, & ſingulis indulgentijs, ac peccatorum remiſſionibus, ac pœnitentiam relaxationibus in præinſertis literis conceſſis, ſeruata tamen forma conſtitutionis fel. rec. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri deſuper editæ, aggregare, ipſaſque indulgentias illis, & earum Confratribus communicare libere, & licite valerent apoſtolica auctoritate conceſſimus, & indulſimus, ac facultatem tribuimus, & impartiti ſumus, prout in noſtris deſuper in ſimili forma Breuis litteris, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

12 Cum autem ſicut nomine eorundem Superiorum, & Fratrum Tertij Ordinis huiuſmodi nobis nuper denuo expoſitum fuit, ipſi in

diuerſis Terris.& locis,in quibus Domus,ſeu Conuentus Fratrum Capuccinorum prædictorum dumtaxat reperiuntur, multas Domos,& alia regularia loca habeant, Fratres vero Capuccini prædicti Confraternitates Cordigerorum huiuſmodi in Eccleſijs eorum Domorum, ſeu Conuentuum prędictorum erigere, & inſtituere non couſueuerint, cupiantq; propterea Superiores, & Fratres prædicti,ſibi per nos vt infra indulgeri.

13 Nos Superiores, & Fratres prædictos amplioribus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti,alijſq;Eccleſiaſticis ſententijs,cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtũt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, moderno, & pro tempore exiſtenti Tertij Ordinis huiuſmodi Magiſtro Generali, quod in Domorum, & aliorum locorum regularium dicti Tertij Ordinis Eccleſijs, ijs etiam in locis exiſtentium,vbi Fratrum Capuccinorum prædictorum dumtaxat, Domus, ſeu Conuentus, & alia regularia loca exiſtunt, Confraternitates Cordigerorum huiuſmodi erigere, & inſtituere, illaſq; ſic erectas,& inſtitutas præfatę Archiconfraternitati,modo,&forma pręmiſſis aggregare, ac prędictas indulgentias, illis, & earum Confratribus communicare libere ſimiliter, & licite valeant, auctoritate prædicta tenore præſentium concedimus, & indulgemus, ac facultatem tribuimus, & impartimur.

14 Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus illis,quæ in dictis litteris noſtris voluimus non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 27. Iunij 1622. Pontificatus noſtri anno ſecundo. *Ordinis* 402. *Religionis* 223.

Extracta ex Archiuio Conuentus Romani; & ex Statutis Congregationis Zepperenſis fol. 97.

FORMA

Digitized by Google

FORMA.

Literarum, per quam Generalis Tertij Ordinis S. Franciſci inſtituere, & erigere poteſt Confraternitatem Cordigerorum in ſuis Eccleſijs.

Frater Franciſcus Guaſtamilius Bononienſis Religionis Tertii Ordinis S. Franciſci de Pænitentia Miniſter Generalis dilecto in Chriſto Confratribus, & Conſororibus Confraternitatis Cordigerorum in noſtra Eccleſia N. N. in Domino ſalutem.

Religio noſtra cum inter alia priuilegia, quibus à Sede Apoſtolica decorata eſt, facultatem habeat ſecularium perſonarum vtriuſq; ſexus Confraternitates ſub inuocatione Cordigerorum Seraphici Patris Beati Franciſci, ex conſtitutione Sanctiſſimi Domini Noſtri Gregorij XV. in his inſerenda inſtituendi, & erigendi in proprijs ſui Ordinis Eccleſijs in illis locis, in quibus Minores Conuentuales, nec de Obſeruantia degunt, ad formam Conſtitutionis Clementis VIII. incip. *Quæcunq;* ſub datum 24. Decembris 1604. & eaſdem ſic inſtitutas, & erectas aggregandi Archiconfraternitati Cordigerorum S. Franciſci inſtitutæ ad Altare Maius Eccleſiæ eiuſdem S. Franciſci Aſſiſij, ſubtus quod eiuſdem ſacrum corpus requieſcit, & veneratur, Minorum Conuentualium, cum omnibus, & ſingulis indulgentijs, & peccatorum remiſſionibus, quib. gaudent Confratres, & Conſorores præfatæ Archiconfraternitatis eis conceſſis à Sixto V. per ſuam conſtitutionem inſerendam in præcitata Gregorij Papæ XV.

Nos itaq; ſperantes fore, vt ex hac ſpiritualium gratiarum participatione Chriſtifideles ad deuotionem, & pietatem magis excitentur pro ſalute animarum ſuarum, & nonnullorum Religionis noſtræ deuotis petitionibus annuentes, auctoritate nobis à Sede Apoſtolica, vt infra, conceſſa, de præuio conſenſu Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D.D.N.N. Confraternitatem Cordigerorum ab eo laudatam, & approbatam, prout in eius literis deſuper confectis latius continetur, in noſtra Eccleſia N.N. ad Altare S. N. per præſentes noſtras inſtituimus, & erigimus, atq; præfatæ Archiconfraternitati S. Franciſci Ciuitatis Aſſiſij aggregamus; omnibuſq; & ſingulis Confratribus, & Conſororibus præſentibus, & futuris ingreſſis, & in futurum ingrediendis communicamus omnes, & ſingulas indulgentias, priuilegia, & gratias, ad tenorem, & formam

conſtitutionum prælibatorum Summorum Pontificum Sixti V. & Gregorij XV. tenoris ſequentis. *Hic inſeritur Bulla ſupradicta ad verbum, & poſtea ſic concluditur.*

In quorum inſtitutionis, erectionis, & aggregationis huiuſmodi Confraternitatis Cordigerorum fidem, has noſtras literas fieri mandauimus per nos ſubſcriptas, ac ſigillo noſtro munitas expediuimus in noſtro Conuentu N.N. die menſe & anno

BVLLA CCLXXIII.

G*Regorius XV. dat formam electionis Definitorum Generalium per turnum Prouinciarum ſucceſſiue facienda.*

1 Ex iniuncto nobis deſuper apoſtolicæ ſeruitutis officio Chriſtifidelium quorumlibet, præſertim ſub ſuaui religionis iugo Altiſſimo famulantium felici ſtatui, & quieti libenter conſulimus, prout conſpicimus ſalubriter in Domino expedire.

2 Supplicationibus itaque dilecti filij Miniſtri Generalis Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Diffinitores Generales dicti Ordinis per turnum Prouinciarum eligi, quodq; electiones huiuſmodi, primo ex ijs Prouincijs, quæ nunquam Diffinitores habuerunt, & ex illis ſucceſſiue, quæ Diffinitoribus diutius caruerunt fieri debeant.

3 Præſentes vero litteras ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos ſpectat, inuiolabiliter obſeruari debere, irritumque, et inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, uel ignoranter contigerit attentari apoſtolica auctoritate, tenore preſentium decernimus, et declaramus.

4 Non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus apoſtolicis, ac dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, et conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, et litteris apoſtolicis in contrarium premiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, et innouatis.

5 Quibus omnibus, et ſingulis eorum tenoribus, præſentibus pro plene, et ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore

per-

Digitized by Google

permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, et expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 20, Septembris 1622. Pontificatus noſtri anno ſecundo. *Ordinis 402. Religionis 223.*

Extracta ex Archiuio Conuentus Romani Sanctorum Coſmæ, & Damiani.

Turnum autem in electionibus Definitorum Generalium in Capitulis Generalibus ſic exercetur ſucceſſiue.

Sub primo continentur Prouinciæ Calabriæ, Napolitana, Apratina, & Marchiana.

Sub ſecundo recenſentur Bononienſis, Vmbrienſis, Romana, & Dalmatina.

Sub tertio numerantur Brixienſis, Mediolanenſis, Veneta, & Siculana.

Hoc igitur Ordine eliguntur Definitores Generales in Capitulis Generalibus, is autem Ordo cæpit obſeruari in Capitulo Generali Romæ peracto anno 1628. iuxta primum turnum, in libro actuum Capitulorum Generalium fol. 15.

VRBANVS PAPA VIII.

MAphæus Antonij Barberini filius Florentinus Cardinalis Presbiter S. Onophij creatus ſexto Auguſti 1623. coronatus vigeſimo nono Septembris, Vixit annos viginti, menſes vndecim, & dies vigintitres. Obijt vigeſimo nono Iulij 1644. ſepultus in Baſilica S. Petri.

BVLLA CCLXXIV.

VRbanus VIII. indultum recitandi Officium, & Miſſam de Beata Margarita de Cortona Monialis Tertij Ordinis S. Franciſci pro omnibus tam viris, quam mulieribus dicti Ordinis vbiq; exiſtentibus.

Cæleſtis aquæ flumen, quod ab inexauſto vitæ fonte procedens impetu perpetuo ſiluit, fidelium mentes ſeptem cariſmatum donis felici inondatione fæcundans multo cernitur admirabilior, cum erga vaſcula infirmiora, & ſexum conſilij imbecilioris apponens cor ſuum miſericordiarum ſuarum diuitias ſuperabundanter elargitur.

1 Alias ſiquidem felicis recordationis Leo X. prædeceſſor noſter

Digitized by Google

ex præclaris atteſtationibus à piæ memorię Bonifacio VIII. & Eugenio IV. Romanis Pontificibus etiam prædeceſſoribus noſtris de Beata Margarita de Cortona Moniali Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia probatis motus, quod feſtum ipſius Beatę Margaritæ cum officio Cortonenſis ſingulis annis die vigeſima ſecunda menſis Februarij celebrari, eademq; Beata Margarita à quibuſuis Chriſtifidelibus in Ciuitate prędicta, & in diæceſi priuatim, & publice venerari libere, & licite valeret, *Apoſtolica* auctoritate indulſit, prout in ſuis exinde confectis *literis* plenius continetur.

2 Nuperrime vero Congregatio Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper Sacris Ritibus deputatorum conſiderata ſanctitate prędictæ Beatæ Margaritæ, quæ à trecentis annis, & vltra continuo miraculorum ſplendore coruſcat; necnon illius mirabili illius corporis integritate, quæ his etiam diebus ſupra naturæ vires odorem efflat ſuauiſſimum, ad inſtantiam non ſolum cleri, & populi Cortonenſis, ſed etiam Fratrum Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia nuncupatorum dilectorum filiorum ad omnes eiuſdem Ordinis S. Franciſci viros, & mulieres indultum prædictum extendi poſſe, habito ſuper hoc felicis memoriæ Gregorij Papæ XV. ſimiliter prædeceſſoris noſtri beneplacito, ac omnibus eiuſdem S.R.E. Cardinalibus vnanimiter conſentientibus, decreuit.

3 Quare pro eorundem Cleri, & Populi, & Fratrum parte Nobis nuper fuit humiliter ſupplicatum, quatenus pro eorum deſiderio vt infra, annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur attendentes, quod ſicut ipſa Beata Margarita corruſcat in cælis, ita quaſi multiplici rutilantium honore gemmarum corona decora, cęli vniuerſo præfulgeat, cleri, & populi, ac Fratrum prædictorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, &c. Necnon literarum prædictarum, & inde ſecutorum quoruncunq; tenores præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de voto eiuſdem Congregationis S.R.E. Cardinalium ſuper Ritibus Eccleſiæ deputatorum, indultum, & deſuper confectas literas huiuſmodi ad omnes, & ſingulas perſonas, tam viros videlicet, quam mulieres nunc, & pro tempore exiſtentes eiuſdem Ordinis S. Franciſci, earunq; Eccleſias,

ſias,

Digitized by Google

ſias;tam in Italia,quam extra eam vbicumq;conſiſtentes,ita quod ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus poſſint huiuſmodi feſtum dictę Beatæ Margaritæ in earum Eccleſijs huiuſmodi quotannis dicta die vigeſima ſecunda Februarij cum officio nec virginis, nec martyris celebrare, & eandem beatam Margaritam priuatim, & publice venerari libere, & licite poſſint, & valeant, auctoritate prædicta extendimus, ac extenſam, & extenſas ex nūc eſſe, & fore; dictaſq; perſonas deſuper à quoquam quouis prętextu,colore,vel ingenio moleſtari, perturbari, aut quoquomodo impediri nullatenus vnquam poſſe.Necnon quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane dicta auctoritate decernimus.

5 Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, repula noſtra de gratijs ad inſtar non concedendis, alijſq;quibuſcunq;conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; necnon omnibus illis, quæ dictus Leo prædeceſſor in dictis literis voluit non obſtare, cæteriſq;contrarijs quibuſcunq;

6 Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Romæ apud S.Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1623. idibus Decembris, Pontificatus noſtri anno primo *Ordinis* 403. *Religionis* 224.

Extracta ex Bullario Romano Bulla 8.

BVLLA CCLXXV.

V*Rbanus VIII. Antonio Senece Epiſcopo Anagnina mandauit, vt Præſidens Capitulo Generali celebrato anno* 1625. *die* 17. *Maij.*

1 Cum ſicut accepimus Capitulum Generale Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati in Domo Sanctorum Coſmæ,& Damiani de Vrbe eiuſdem Ordinis propediem celebrandum ſit.

2 Nos cupientes vt Capitulum huiuſmodi recte, & feliciter ad Dei laudem, & Ordinis prædicti vtilitatem celebretur, Te, de cuius pietate,prudentia,integritate,& religionis zelo plurimum in Domino confidimus in prædicto Capitulo Generali noſtro, & Apoſtolicæ Sedis nomine Præſidentem cum auctoritate, facultatibus, iuriſdictione, honoribus, & oneribus ſimilibus Præſidentibus competentibus, ac alias ſolitis, & conſuetis; & cum facultate,

quando

quando Tu actibus Capitularibus intereſſe non poteris, aliquam perſonam Tibi bene viſam in ſui locum ad huiuſmodi Præſidentatus munus obeundum ſubſtituendi Apoſtolica auctoritate tenore præſentium conſtituimus, & deputamus.

3 Teque in Domino hortamur, & monemus, vt Capitulum huiuſmodi feliciter regere, ac in illo omnia, quæ ad proſperum totius Ordinis huiuſmodi regimen, & gubernationem pertinent, decerni, ſtatui, & ordinare cures, & facias.

4 Mandantes propterea in virtute S. Obedientię *dilectis filijs* Miniſtro Generali, aliiſq; Superioribus dicti Ordinis quocunq; nomine nuncupatis, cæteriſq; Fratribus, ac ſpecialiter vocalibus in dicto Capitulo congregatis; aliiſq; ad quos pertinet, vt Te in eiuſdem Capituli, noſtro, dictæq; ſedi nomine Pręſidentem reuerenter recipiant. Tibiq; ac per Te ſubſtituendę perſonæ huiuſmodi in omnibus ad Præſidentis huiuſmodi officium pertinentibus pareant, obediant, & aſſiſtant. Tuaq; & eiuſdem perſonæ à Te ſubſtituendæ ſalubria monita, & iuſſa ſuſcipiant, reuerenter, & efficaciter adimplere procurent.

5 Non obſtantibus conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & dicti Ordinis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoq; indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, et expreſſe derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 13. Maii 1625. Pontificatus noſtri anno ſecundo. *Ordinis* 405. *Religionis* 226.

Extracta ex libro Actorum Capitulorum Generalium fol. 13. Tunc erat Protector Cardinalis Verallus, qui ob mortem eius Capitulo intereſſe non potuit. Aliæ duæ emanarunt eiuſdem tenoris, vna ſub fol. 17. directa ad Eminentiſſimum Franciſcum S. Laurentij in Damaſo Diaconum Cardinalem Barberinum ſecundum carnem ex fratre germano nepotem S. R. E. Vicecancellarium Protectorem ſub die ſecunda Iunij 1634. vigore cuius celebratum fuit Capitulum Generale in Conuentu Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe die tertia Iunij eiuſdem anni;

in

Digitized by Google

in quo electus fuit Generalis Magiſter F. Gregorius de Albertis de Maſſa Vmbriæ. Altera ſub fol. 21. data fuit eidem Protectori die 21. Maij 1638. qui præfuit Capitulo in eodem loco celebrato 1638. die 22. Maij, in quo ſecunda vice electus fuit Generali P. F. Franciſcus Guaſtamilius Bononienſis de Curla.

BVLLA CCLXXVI.

VRbanus VIII. indulſit, vt de S. Corrado Confeſſore Tertij Ordinis S. Franciſci fiat officium ab omnibus, & ſingulis Fratribus Ordinis Minorum.

1 Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſuos æternę glorię pręmia donat in Cælis, vices quanquam immeriti, gerentes, ex iniuncto nobis paſtoralis officij debito procurare tenemur, vt eorumdem ſeruorum Chriſti debita veneratio in dies magis promoueatur, & laudetur Dominus in Sanctis ſuis: quamobrem fidelium quorumlibet, pręſertim vero ſub ſuaui religionis iugo altiſſimo famulantium votis, quæ peculiarem Sanctorum huiuſmodi Cultum reſpiciunt libenter annuimus, pro vt conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

2 Sane nomine dilectorum filiorum Miniſtri Generalis, ac Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci Capuccinorum nuncupatorum nobis nuper expoſitum, quod ipſi ex peculiari, quem erga Sanctum Conradum Tertii Ordinis eiuſdem S. Franciſci dum vixit profeſſorem, gerunt deuotionis ſtudium accendant, officium de eodem S. Conrado die eius feſto ſub ritu ſemiduplici recitare poſſe ſummopere deſiderant. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, vt de opportuna in præmiſſis licentia prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur Miniſtri Generalis, et Fratrum pręd ictorum laudabile eiuſmodi deſiderium plurimum in Domino commendantes, illoſq; ſpecialibus fauoribus, et gratiis proſequi volentes, et eorum ſingulares perſonas, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, et interdicti aliiſq; eccleſiaſticis ſententiis cenſuris, et pęnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, et abſolutas fore cenſe-

cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati de Vener. Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpoſitorum Conſilio, vt de eodem Sancto Conrado die eius feſto ab omnibus, & ſingulis Ordinis Minorum S. Franciſci Religioſis vbiq; exiſtentibus officium ſub ritu ſemiduplici de communi vnius Cōfeſſoris, non Pontificis, iuxta Rubricas Breuiarij Romani recitari libere, & licite poſſint, & valeant Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium licentiam, & facultatem perpetuo concedimus, & indulgemus: non obſtan. conſtitutionibus, &c. contrarijs quibuſcunq; Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius, &c. Si forent exibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 12. Septemaris 1625. Pontificatus noſtri anno tertio. *Ordinis* 405. *Religionis vero* 226.

Extracta ex tomo 4. Vading. anno 1351. ſub num. 36.

BVLLA CCLXXVII.

VRbanus VIII. declarat S. Eliſabetham alias Portugalliæ fuiſſe, & eſſe profeſſam Tertium Ordinem S. Franciſci.

1 Cum ſicut dilectus filius Ioannes de S. Bernardino Procurator Generalis Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantia Nobis nuper exponi fecit S. Eliſabetham Reginam, dum vixit, Portugalliæ, quam Nos alias diuina aſpirante gratia in Sanctorum retulimus numerũ Tertiũ Ordinẽ S. Frãciſci expreſſe profeſsã fuiſſe plene conſtiterit, prout in proceſſu, alijſq; informationibus deſuper fabricatis latius continetur; & propterea dictus Ioannes, ne vlli in hoc dubitationi locus vnquam eſſe poſſit, per Nos, vt infra, opportune prouidere ſummopere deſideret.

2 Nos eundem Ioannem ſpecialiter fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, &c. ſupplicationibus eius. Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabilium Fratrum noſtrorum S.R. E. Cardinalium ſacris ritibus præpoſitorum conſilio, candem Sanctam Eliſabetham Tertij Ordinis S. Franciſci huiuſmodi fuiſſe, & eſſe, atq; in omnibus pro tali vbiq; haberi, & reputari; ſicq; & non aliter per quoſcunq; iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores

res iudicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari Apoſtolica Auctoritate tenore præſentium perpetuo decernimus, & declaramus; In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 22. Aprilis 1626. Pontificatus anno tertio. *Ordinis 406. Religionis 227.*

Extracta ex Vadingo tom. 3. ad annum 1325. ſub num. 23.

BVLLA CCLXXVIII.

VRbanus VIII. confirmat ſtatuta, & ordinationes factas per Fratres Franciæ Reformatos Tertij Ordinis S. Franciſci prohibendo eorum immutationem, & alterationem, derogando antiquis poſterioribus contrarijs.

1 Diuinæ maieſtatis arbitrio ad ſummum Apoſtolatus faſtigium euecti ſuper vniuerſos Regulares orbis Ordines, & in eis voto Religionis adſtrictos noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum; ea, quę pro felici ſtatu, & ſaluti directione Ordinum huiuſcemodi, & perſonarum in eis piæ vitæ ſtudijs vacantium prouide facta fuiſſe ſolerti indagine comperimus, vt firma, & illibata perſiſtant, Apoſtolico præſidio fauorabiliter communimus, ac in his officij noſtri partes, prout rerum, locorum, & perſonarum qualitatibus debite penſatis, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire, interponimus.

2 Sane pro parte dilecti filij Ambroſij Lexouienſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati ſtrictioris obſeruantiæ Congregationis Galliæ profeſſoris, totiuſq; eiuſdem Congregationis in Romana Curia Procuratoris Generalis exhibita Nobis nuper petitio continebat, quod pridem dilecti filij Patres Definitores, & alij Superiores Ordinis, & Congregationis eiuſmodi ſtatuta, ordinationes, & capitula dudum Apoſtolica auctoritate approbata, & confirmata, in aliqua eorum parte, reformatione, ſeu moderamine indigere, illaq; in parte immutanda, vel etiam alia antiquis de nouo addenda eſſe in Capitulo eorum Generali nouiſſime in Domo eorum Regulari Pariſienſi conuocato, atq; habito; ac propterea ſtatuta, ordinationes, & capitula præfacta præuia Cong-

nis Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium nego-tijs Regularium præpoſitiorum licētiā, reponerent, & renouarent, ſeu potius alia de nouo ex integriori, certis ſectionibus, ac paragraphis diſtincta pro feliciori regimine, & gubernatione Ordinis, & Congregationis huiuſmodi, illiuſq; Domorum Regularium, ac Fratrum, aliorūmq; Miniſtrorum, ac perſonarum eiuſdem Ordinis.

3 Præſertim ſuper admiſſione, & receptione ſecularium Fratrum Oblatorum, ſiue Seruientium; necnon electione, ſiue deſignatione Domorum Regularium ad Nouitiorum educationem, & ſuper his, quæ illi agere, & à quibus etiam è conuerſo abſtinere debeant, eorumq; admiſſione ad profeſſionem, modoq; & forma illam emittendi, ac Officialium nempe Zelatoris, & Sacriſtæ, ac Magiſtri Nouitiorum electione; necnon iuuenum ad literarum ſtudia promotione, ac Fratrum amictu, & tonſura ab ijs deferenda, ac ſuper votis mandatorum Dei, & modo ſatisfaciendi tranſgreſſionibus, itidemq; Fratrum obedientia, eorum paupertate, fabricarum quoq; & Domorum Regularium, ſiue Conuentualium acceptatione, Syndicorum, & Prouiſorum deputatione, debitorum, ſiue æris alieni contractuum celebratione, fundationum, ſuffragiorūq; adimplemento, Archiuiorum inſtitutione, caſtitatis, ieiuniorum, & ſilentij obſeruatione, necnon conſcientiæ examine, Miſſarum celebratione, verbiq; Dei propoſitione, & prædicatione, ac diuini officij recitatione, & mentali oratione, necnon Sacramentalis cōfeſſionis auditione, caſuum quoq; Viſitatori Generali aut Miniſtris Prouincialibus reſeruatione, & Sacræ Communionis ſumptione, & adminiſtratione.

Prælatorum quoq; & officiorum ordinatione, ac qualitatibus votum actiuum, & paſſiuum habentium, necnon Miniſtri Generalis, & Diſquiſitorum electione, ac modo, & forma electionum, & conuocatione, ſeu celebratione tam Generalis, quam Prouincialium Capitulorum, & electionibus in eis faciendis, & ijs, quæ poſt electionem fieri debent, necnon miniſterio Viſitatoris Generalis, Capitulorum quoq; localium frequentia, & conuocatione, ac Diſcreti Capitularis electione, ſigillorum vſu, & varietate, & literarum miſſiuarum receptione, & tranſmiſſione, necnon interiori, & exteriori conuerſatione, ac fine, & ſpiritu Congregationis, quo-

tidiana

tidiana quoq; exercitatione, & infirmorum cura, hoſpitumq: exceptione, ac Domorum Regularium viſitatione, pænarum quoq: ob grauia quædam peccata, ſeu delicta imponendarum impoſitione, illarumq: definitionibus, atq: vſu, & appellatione, necnon animaduerſione in turbulentos, & incorrigibiles, ac officiorum mortuorum recitatione, eorumq: ſepulturis, ac etiam Regularum, & conſtitutionum obſeruatione, & illarum obligatione.

4 Necnon Sanctimonialium ipſius Ordinis regimine, ac Tertiariorum ſecularium receptione, horum quoq: ſtatutorum, & nonnullorum aliorum, donec quatuor Prouinciæ completæ ſint, & in qualibet Prouincia ſaltem decem Domus Regulares, & totidem Conuentus exiſtant, obſeruatione, rebuſq: alijs inde dependentibus ediderunt, atq: condiderunt, eaq: in quodam libello contenta, & deſcripta in eadem Congregatione S.R.E. Cardinalium negotijs præpoſitorum, apud quam illarum exemplar, ſeu copia de verbo ad verbum remanſit.

5 Qui quidem Cardinales præuio illorum examine, illa vt pote rationabilia, & rationi conſentanea per Nos approbari, & confirmari poſſe cenſuerunt, prout ex voto eiuſdem Congregationis per Venerabilem Fratrem noſtrum Octauium Epiſcopum Portuenſem eiuſdem S.R.E. Cardinalem Bandinum nuncupatum tamquam ipſius antiquiorem ſubſcripto, & in fine huiuſmodi libelli appoſito apparet, examinanda exhibuerunt.

6 Cum autem ſicut eadem ſubiungebat expoſitio, firmiora ſint ea, quæ Sedis Apoſtolicæ munimine, & patrocinio roborantur. Et propterea dilectus Frater Ambroſius procuratorio nomine huiuſmodi ad hoc, vt eiuſmodi ſtatuta, ordinationes, & capitula firmius ſubſiſtant, illaq; ab eiuſdem Ordinis, & Congregationis religioſis Fratribus, & alios, ad quos ſpectat melius obſeruentur, cupiat illa per Nos, vt infra, antiquis ſtatutis, & capitulis prædictis, vt præfertur approbatis, & hiſce poſterioribus contrarijs prorſus abrogatis, approbari.

7 Quare pro parte eiuſdem Ambroſij procuratorio huiuſmodi nomine Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus poſteriora ſtatuta, ordinationes, & capitula prædicta approbare, & confirmare, alijſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

8 Nos igitur, qui in paſtoralis officij debito regularem diſciplinam, & obſeruantiam in quibuſuis regularibus ordinibus noſtris temporibus vigere ſinceris exoptamus affectibus, Ambroſium, Fratres, & ſingulares perſonas Ordinis, & Congregationis eiuſmodi, à quibuſuis excommunicationis, &c. ac poſteriorum ſtatutorum, decretorum, capitulorum, & conſtitutionum in libello huiuſmodi contentorum, & excommunicatorum, vt præfertur etiam veriores præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati ex voto Congregationis eorumdem Cardinalium, poſteriora ſtatuta, ordinationes, & capitula nouiſſime, vt præmittitur, edita, & condita, vt præfertur examinata duntaxat.

9 Dummodo tamen Sacris Canonibus, Concilij Tridentini decretis, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & inſtitutis regularibus Ordinis, & Congregationis huiuſmodi non ſint contraria, præuia, prædictorum illis forſan contrariorum perpetua abrogatione.

10 Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus; eiſq; perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus.

11 Omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti, & ſolemnitatum, et alios quantumuis ſubſtantiales defectus, ſi qui forſan deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus.

12 Decernentes poſteriora ſtatuta, decreta, ordinationes, & capitula perpetuo valida, & efficacia eſſe, ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ab omnibus, & ſingulis quorum intereſt, intererit, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum ſub pænis in eis contentis ad vnguem obſeruari, & adimpleri debere; nec ab alijs vllo vnquam tempore, quouis etiam enormiſſimæ læſionis prætextu, aut alia quauis iuridica recedi, vel reſiliri, minuſue illa inconſulta Sede Apoſtolica abrogari, reſcindi in totum, vel in parte etiam minima, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, pænis per quoslibet contrafacientes eo ipſo incurrendis, immutari poſſe.

13 Sicq; per quoſcumq; iudices ordinarios, vel delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, ac Sedis Apoſtolicæ nuntios, iudicari, & definiri debere. Ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quocunq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

14

Digitized by Google

14 Quocirca dilectis filijs Venerabilium Fratrum noſtrorum Pariſienſis, & Lugdunenſis Archiepiſcopis, & Epiſcopi Tullenſis Officialibus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium præſentes literas, & in eis contenta quæcunq; vbi, & quando opus fuerit, et quoties pro parte dicti F. Ambroſij Procuratoris, ſeu aliorum dicti Ordinis Superiorum, & Fratrum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præſentes literas, et in eis contenta quæcunq; per eos Superiores, & Fratres Ordinis, et Congregationis huiuſmodi, ac alios, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, firmiter, et inuiolabiliter obſeruari. Eoſq; etiam in futurum illis omnibus pacifice frui, et gaudere; necnon permittentes ipſos, vel eorum quempiam deſuper per quoſcunq; contra earundem præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari.

15 Contradictores per cenſuras aliaſq; pœnas eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, et facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

16 Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis Apoſtolicis, necnon in Synodalibus, Prouincialibuſq; et vniuerſalibus Concilijs editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, et ordinationibus; necnon quibuſcunq; alijs Ordinis, et Congregationis huiuſmodi, illorumq; Domorum Regularium, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus; priuilegiis quoq; indultis, ac literis Apoſtolicis, illis, illorum Superioribus, ac perſonis ſub quibuſcunq; eorum totis tenoribus, et forma, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliis efficacioribus, et inſolitis clauſulis, et irritantibus decretis in genere, uel in ſpecie; aut alias quomodolibet conceſſis, approbatis, et innouatis.

17 Quibus omnibus, et ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, illorumq; totis tenoribus ſpecifica, et indiuidua, ac de uerbo ad uerbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, aut quæuis alia expreſſio habenda foret, illis etiam in ſuo robore permanſuris, hac uice duntaxat, harum ſerie ſpecialiter et expreſſe derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcunq; aut ſi ali-

quibus

quibus communiter, aut diuiſim à ſede prædicta ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, uel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes expreſſe mentionem.

18 Volumus autem quod ſtatuta, ordinationes, et capitula huiuſmodi ſic, ut præfertur, examinata ſub pœnis prędictis typis nonquam excudi, nec etiam manu ſcripta publicari poſſint, niſi prius à noſtro, et Sedis Apoſtolicę Nuntio in Regno Franciæ nunc, et pro tempore recognita fuerint, eademq; cum libello prædicto tamquam illorum originali in omnibus, et per omnia concordare compertum fuerit.

19 Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrę abſolutionis, approbationis, confirmationis, ſupplicationis, præcepti, mandati, decreti, derogationis, ac uoluntatis infringere, uel auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc, ac tale attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud S. Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicę 1626. nono Calendas Iulii, Pontificatus noſtri anno tertio. *Idest 24. Iunij. Ordinis 406. Religionis vero 227.*

Decretum Sacræ Congregationis, de quo ſit mentio in prædicta Bulla.

Si Sanctiſſimo Domino noſtro placuerit, Sacra Congregatio Cardinalium negotiis, Regularium pręposita, Illuſtriſſimo Bentiuolo referent e confirmari poſſe cenſuit, ut petitur. Romæ 24. Martii 1626.

Octauius Cardinalis Bandinus. A. Epiſcopus Caſert. Secretar.

Extracta ex eiuſdem Congregationis Franciæ libello inſcripto: Regulæ, & Conſtitutiones Generales Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci, &c. Pariſijs. De Confirmatione aliarum antiquarum nunc reuocatarum habes Bullam ſupra CCLXIV.

BVLLA CCLXXIX.

V*Rbanus VIII. Indulgentiam perpetuam à S. Gregorio Papa conceſſā pro defunctis ad Altare Maius Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe confirmauit pro omnibus Sacerdotibus tam ſecularibus, quam regularibus ibidem celebrantibus pro defunctis.*

1 Omnium Saluti paterna caritate intenti, ſacra interdum loca ſpi-

ritua-

ritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fideli-
um defunctorum animæ Domini Noſtri Ieſu Chriſti, eiuſq; Sanctorum ſuffragia meritorum conſequi, & illis adiutæ ex Purgatorij pænis ad æternam ſalutem per Dei miſericordiam perduci valeant.

2 Volentes igitur Eccleſiam Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe Domus Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci, & in ea ſitum Altare Maius, quod olim à S. Gregorio Papa ſimili priuilegio, vt infra, decoratum fuiſſe, pie creditur, hoc ſpeciali dono illuſtrare, Auctoritate Nobis à Domino tradita, ac de Omnipotenti Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, auctoritate, confiſi.

3 Vt quandocunq; Sacerdos aliquis ſecularis, ſiue ex cuiuſuis Ordinis regularis miſſam defunctorum pro anima cuiuſcunq; fidelis, quæ Deo in caritate coniuncta ab hac luce migrauerit, ad prædictum Altare celebrabit, anima ipſa de theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragii Indulgentiam conſequatur, itaut eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctorumq; omnium meritis ſibi ſuffragantibus à Purgatorij pænis liberetur, concedimus, & indulgemus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunq; Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris die trigeſima Auguſti MDCXXXI. Pontificatus noſtri anno nono. *Ordinis 411. Religionis vero 232.*

Extracta ex Archiuio eiuſdem Conuentus Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe. Nota autem, quod Eccleſia horum Sanctorum duplex eſt, antiqua inferior, & noua ſuperior, vna ſupra aliam, ac proinde idem duplicatur Altare maius eorundem Sanctorum, & vtrinq; eſt priuilegiatum beneficio defunctorum.

BVLLA CCLXXX.

VRbanus VIII. ob graſſationem contagij prorogauit Generalatum cum cæteris ſuis officialibus.

1 Alias per noſtras in ſimili forma Breuis expeditas literas ex cauſis tunc expreſſis celebrationem Capituli Generalis Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci in feſto Pentecoſtes anni proxime præteriti

celeb-

celebrandi ad annum ab eodem feſto computandum ſub certis modo, & forma tunc ſimiliter expreſſis Apoſtolica auctoritate extendimus, & prorogauimus, & alias prout in dictis literis, quarum tenores pro expreſſis haberi volumus plenius continetur.

2 Nunc autem graſſantis adhuc contagij impedimentis, præſentium temporum commodis attentis Miniſtrum Generalem, & Fratres dicti Ordinis amplioribus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, celebrationem Capituli Generalis huiuſmodi, in quo, vt aſſeritur iuxta dicti Ordinis conſuetudinem Miniſter Generalis in officio pro ſecundo triennio confirmari, & quatuor Definitores Generales eligi conſueuerunt ad annum per nos vt ſupra prorogatum, ac deſuper confectas literas prædictas ad alium annum à fine anni prorogati huiuſmodi auctoritate prædicta tenore præſentium extendimus pariter, & prorogamus.

3 Necnon dicti Ordinis ſuperiores, & officiales in eodem capitulo eligi ſolitos in eorum officijs cum omnibus facultatibus, auctoritatibus, honoribus, præeminentijs, & prærogatiuis, quibus hactenus officiorum ſuorum ratione vti, & gauiſi ſunt, ac vti, & gaudere potuerunt ad annum per præſentes prorogatum huiuſmodi confirmamus.

4 Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ dicti Ordinis Fratrib. cæteriſq; ad quos ſpectat, vt ſuperiores, & officiales per Nos ſupra confirmatos admittant, ac habeant, & recognoſcant, eiſq; reſpectiue obediant, faueant, & aſſiſtant, non obſtantibus omnib. illis, quæ in dictis literis volumus non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 24. Ianuarij 1632. Pontificatus noſtri anno nono. *Ordinis* 412. *Religionis* 233.

Extracta ex Archiuio conuentus Romani SS. Coſmæ, & Damiani, tunc propter peſtilentiale prorogatum fuit officium Generalatus cum alijs Officialibus in perſona Magiſtri Ludouici Ciotti Romani.

BVL-

Digitized by Google

BVLLA CCLXXXI.

VRbanus VIII. Spolia Fr. decedentium intra clauſtra, immobilium per quadriennium, mobilium vero per decennium applicat fabricę Domus SS. Coſmæ, & Damiani de Vrbe.

1 Nuper pro parte dilecti filij Ludouici Ciotti Miniſtri Generalis Tertij Ordinis S. Franciſci, nobis expoſitum fuit, quod cumplurimum inteſt, vt ſicut Eccleſia Domus Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe ex noſtra munificentia reſtauratur, domus ipſa, in qua Capitula Generalia dicti Ordinis celebrari ſolent, etiam reſtaurentur.

2 Idcircò dictus Ludouicus quo reſtauratione huiuſmodi facilius conſultum ſit ſpolia Fratrum dicti Ordinis intra clauſtra morientium, de quibus Miniſter Generalis dicti Ordinis vigore conſtitutionum regularium eiuſdem Ordinis Apoſtolica auctoritate confirmatarum ad fauorem loci, ſeu vſus pij ſibi plene viſi diſponendi facultatem habet fabricę dictæ domus per nos vt infra applicari ſummopere deſiderat. Quare Nobis humiliter ſupplicari fecit, vt in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur dictum Ludouicum Miniſtrum Generalem ſpecialib. fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pęnis, à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Spolia Fratrum huiuſmodi intra clauſtra decedentium mobilia videlicet ad decennium, ſtabilium vero ab eis relictorum fructus, & alios redditus ad quadriennium fabricæ dictæ domus, ita quod fabrica huiuſmodi durante dicto decennio facta præſens gratia expiret eo ipſo Apoſtolica auctoritate tenore præſentium applicamus.

4 Decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ac à pro tempore exiſtente Miniſtro Generali dicti Ordinis alijſq; ad quos ſpectat, & ſpectabit ſub excommunicationis maioris, ac priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ eo ipſo incurrendis inuiolabiliter obſeruari. Nnnn 5

5 Sicq; per quoſcunque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi quid ſecus, ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

6 Non obſtantibus præmiſſis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis apoſtolicis in communium præmiſſorum quomodolibet conceſſis confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis illorum tenore præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 5. Iunij 1632. Pontificatus noſtri anno nono. *Ordinis 412. Religioni vero 233.*

Extracta ex Archiuio eiuſdem Conuentus Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe.

BVLLA CCLXXXII.

VRbanus VIII. confirmat Nouitiatus erectos in conuentibus Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe, Miſericordiæ Panormitano, & S. Mariæ de Conſolatione Nicoſienſi in Sicilia.

1 Nuper pro parte dilecti filij Miniſtri Generalis Tertii Ordinis Sācti Franciſci Nobis expoſitum fuit quod bo: me: Fabritius Cardinalis Verallus nuncupatas dum viueret dicti Ordinis Protector à fel. rec. Paulo V. prædeceſſore noſtro viuę vocis oraculo ſibi concedi obtinuit in Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe, ac de Miſericordia nuncupatum Panormitanum, ac Conſolationis etiam nuncupatum Nicoſiæ domibus Regularibus dicti Ordinis Nouitiatus fieret; Ibiq; Nouitij habitum Regularem ſuſciperent, Idq; hactenus obſeruatum fuit.

2 Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat ſuper oraculis huiuſmodi nulla ſcriptura authētica reperiatur ordinationes vero de Nouitiis veſtiendis, à dicto Cardinale miſſæ, vel deperditæ, vel combuſtæ tempore peſtis fuerint, ac propterea ad euitandos tumultus, ac inquietudines nonnullorum qui ſub prætextu quod

de

de dictis Nouitiatibus literæ Apoſtolicæ non appareant, è dicto ordine egredi prætendunt, cupiat per nos in præmiſſis opportune vt infra prouideri.

3 Nos illum ſpecialibus fauoribus, et gratiis proſequi volentes, et à quibus excommunicationis, ſuſpenſionis, et interdictis, aliiſq; eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis, à iure ſeu ab homine quauis occaſione, uel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus illius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinatis. De Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis regularium prępoſitorum conſilio, attentis narratis Nouitiatus huiuſmodi in dictis domibus regularibus vt pręſcribitur erectos dummodo ex confirmatione huiuſmodi, loca Nouitiatus in ordine pręſcripto non multiplicétur, ac dummodo in eis Nouitii recipiantur, et educentur.

4 Seruata omnino forma decreti noſtri vltimo loco hac de re editi, necnon fel. rec. Sixti V. atq; aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, & decretorum ſimilis mem: Clem: VIII. inſtitutionumq; generalium ſuper receptione, et educatione Nouitiorum eiuſdem Clementis, necnon Pauli V. Rom: Pont: pręd eceſſorum noſtrorum auctoritate editarum Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium approbamus, et confirmamus, iiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et ſingulos tam iuris, quam facti defectus ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus.

5 Decernentes pręſentes literas, ualidas, firmas, & efficaces exiſtere, et fore, et ab omnibus ad quos ſpectat, et pro tempore ſpectabit inuiolabiliter obſeruari.

6 Sicq; per quoſcunq; Iudices Ordinarios, et delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores iudicari, & difiniri debere, ac irritum, et inane ſi ſecuus ſuper his, à quoque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

7 Non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus, priuilegiis, quoque indultis, et literis Apoſtolicis in contrarium pręmiſſo-

miſſorum quomodolibet conceſſis; confirmatis,& innouatis quibus omnibus, & ſingulis eorum tenore præſentibus pro plene, & in totũ expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 19. Iulij 1632. Pontificatus noſtri anno nono. *Ordinis 412. Religionis 233.*

Extracta ex Archiuio Conuentus SS. Coſmæ, & Damiani de Vrbe.

De alijs Nouitiatibus erectis virtute Reſcriptorum Sacræ Congregationis infra ſuis locis agetur. De erectione Nouitiatus in conuentu Ziſæ extra Panormum ſupra CCXLVII.

BVLLA CCLXXXIII.

VRbanus VIII. F. Paulum Anſalonum Neapolitanum facit Adminiſtratorem perpetuum conuentus S. Antonij de Padua de Puſilipo extra Neapolim, quem ipſe à fundamentis contraxerat.

1 Religionis zelus, vitæ ac morum honeſtas, aliaq; laudabilia probitatis, & virtutum merita, ſuper quibus apud nos fide digno cõmendaris teſtimonio, nos inducunt, vt ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequamur.

2 Exponi ſiquidem Nobis nuper feciſti, quod dilectus etiam filius Ludouicus Ciottus Tertij Ordinis Sancti Franciſci Miniſter Generalis viſis meritis tuis, ac conſtructione nouæ Domus, & Eccleſiæ ſub inuocatione Sancti Antonij de Padua, eiuſdem Ordinis extra Ciuitatem Neapolitanam in loco Poſilipo nuncupato ex pecunijs per te legitime acquiſitis, & alijs piorum eleemoſynis à fundamentis facta, te Domus, & Eccleſiæ huiuſmodi Moderatorem, & Adminiſtratorem ad triennium, & deinceps quoad vixerit elegit, & deputauit prout in ipſius Ludouici deſuper confectis patentibus literis plenius dicitur contineri.

3 Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, tum plurimum cupias præmiſſa pro firmiori eorum ſubſiſtentia apoſtolicæ noſtræ confirmationis robore communiri. Nos te præmiſſorum meritorum tuorum intuitu, ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & penis à iure, vel

ab

Digitized by Google

ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus excommunicationis ad effectum præſentium dũtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus tuo nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. Electionem, & deputationem de perſona tua in Domus, & Eccleſiæ prædictorum Moderatorem, & Adminiſtratorem ad tui vitam vt ſupra factam, ac deſuper confectas patentes literas prædictas apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſq; inuiolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus.

5 Decernentes te deſuper à quoquam quauis auctoritate quomodolibet indebite moleſtari, vel inquietari nullatenus poſſe, ac præſcriptas, & præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exercere, & fore, tibiq; pleniſſime ſuffragari, irritumq; & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

6 Non obſtare conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium tenore præſentibus pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris die vltima Auguſti 1632. Pontificatus noſtri anno decimo. *Ordinis 412. Religionis vero 223.*

Extracta ex Monumentis eiuſdem conuentus.

BVLLA CCLXXXIV.

VRbanus VIII. ſcribit Vicario Generali Veronæ, vt conceſſionem Domus & Eccleſiam S. Margaritæ per Monachos Oliuetanos factam Tertiarijs confirmet ſine præiudicio Rectoris, & Confraternitatis Mortis in ea erectæ.

1

1 Ex debito paſtoralis officij Nobis ab alto commiſſi, ad ea, per quę perſonarum quarumlibet præſertim Altiſſimo ſub religionis iugo famulantium commoditatibus, religioniſq; propagationi ac diuini cultus augmento conſulitur, propenſis ſtudiis intendentes, iiſq; propterea facta fuiſſe dicuntur, vt perpetuo firma, & illibata præſiſtant, libenter cum à Nobis petitur Apoſtolici muniminis adijci firmitatem.

Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Monachorum Monaſterij S. Mariæ de Organis nuncupatæ Veronenſis Ordinis S. Benedicti, Congregationis Oliuetanæ; ac Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſcj, necnon Lelii Salis moderni Rectoris ſine cura, ac perſonalem reſidentiam non requirentis Eccleſiæ S. Margaritæ Veronenſis, petitio continebat, quod ipſi Abbas, & Monachi, ad quos dictæ Eccleſiæ, dum pro tempore vacat, collatio, prouiſio, & omnimoda alia diſpoſitio, ceſſantibus reſeruationibus, & affectionibus Apoſtolicis ſpectare dignoſcitur; necnon prædictus Lelius prouide conſiderantes, Fratres Tertii Ordinis in illis partibus Paduana, & Vicentina, ac aliis ſtatus Veneti Ciuitatibus, & Oppidis diuerſas Domus Rectorales habere, ac pro negotiis ipſius Tertii Ordinis in illis partibus pertractandis, aſſidue contingere, ipſos Fratres Ciuitatem Veronæ pertranſire, ac ibidem perpluries pernoctare, & pro eo, quod nulla in dicta Ciuitate Veronæ Tertii Ordinis Domus regularis adeſt, neceſſe eſſe, eoſdem Fratres ſecularibus promiſceri in ſecularium tabernarum domibus, ac eorum hoſpitiis, cum non modico eorundem Fratrum incommodo, populiq; ſcandalo morari: Propterea ab incommodis, ſcandaliq; huiuſmodi opportune obuiandum non mediocriter expedire, vt in ipſa Ciuitate Veronenſi vnum Tertii Ordinis Hoſpitium, ſeu Domus Regularis erigatur, & inſtituatur.

3 His, & aliis rationabilibus cauſis eiſdem Abbati, & Monachis ex parte Fratrum prædictorm propoſitis adducti, eiſdem Fratribus rem gratam facere, ac omnemq; circa præmiſſa ſcandali occaſionem è medio tollere volentes. Fratribus Tertii Ordinis huiuſmodi eiuſmodi ſine cura Eccleſiæ perpetuum vſum duntaxat, vna cum illius domo tantum, ex qua ſi locaretur duo ducati auri de camera circiter annuatim perciperentur, & non aliis reddit ibus,

quos

quos dicta Eccleſia habet, qui vt antea pro illius Rectore pro tempore exiſtenti reſeruati ſint, & remaneant, ad effectum inibi vnum eiuſdem Tertij Ordinis Hoſpitium, ſeu Domum regularem conſtitui faciendi, iure conferendi Abbati, & Monachis prædictis, vt præmittitur, competente; necnon titulo collationis eiuſdem Eccleſiæ ſaluis, & illæſis vt prius remanentibus.

4 Et ſine vllo dilectorum filiorum Confratrum Confraternitatis mortis & orationis nuncupatæ in eadem Eccleſia canonice inſtitutarum præiudicio perpetuo conceſſerunt, prout in ſcripturis deſuper confectis plenius dicitur contineri.

5 Quare pro parte Abbatis, & Monachorum, necnon Fratrum, & Lelij prædictorum aſſerentium conceſſionem huiuſmodi pro Fratrum Tertij Ordinis huiuſmodi commoditate, & religionis propagatione, diuiniq; cultus in prædicta Eccleſia augmento factam fuiſſe, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus illam approbare, & confirmare, aliaſq; in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

6 Nos igitur, qui diuini cultus augmentum, & religionis propagationem noſtris potiſſimum temporibus ſinceris deſideramus affectibus, Abbatem, & Monachos, & Fratres, ac Lelium prædictos, eorumq; ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, &c. Necnon dictarum ſcripturarum tenores etiam veriores præmiſſis tamen non contrarios præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati.

7 Diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus conceſſionem huiuſmodi, ac prout illam concernunt deſuper confecta deſuper ſcripta huiuſmodi, & in eis contenta quæcunq; licita tamen, & honeſta, auctoritate noſtra perpetuo ſine alicuius præiudicio, & ſaluo remanente titulo collatiuo dictæ Eccleſiæ approbes, & confirmes, eiſq; inuiolabilis Apoſtolicæ Sedis firmitatis robur adijcias.

8 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & Monaſterij, & Ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Domini 1633. decimo quarto Calendas Martij, Pontificatus noſtri anno decimo.

Ideſt 16. Februarij; Ordinis autem 413. Religionis verò 234.
Extracta ex Monumentis eiuſdem Conuentus S. Margaritæ Veronæ.

Laurus Arrigonus V. I. D. ad quem huiuſmodi literæ directæ fuerunt Vicentinus Vicarius Generalis Epiſcopi Veronæ præſentes literas executus fuit fauore Fratrum mittens eos in poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ die quarta Aprilis eiuſdem anni 1633.

BVLLA CCLXXXV.

VRbanus VIII. per obitum Magiſtri Gregorij de Maſſa Vmbriæ creauit Vicarium Generalem Apoſtolicum Franciſcum de Guaſtamilijs vſq; ad futurum Capitulum Generale celebratum anno 1638.

1 Cum ſicut accepimus, per obitum quondam Gregorij de Maſſa Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci, dum vixit, Miniſtri Generalis nuper defuncti Tertius Ordo prædictus Miniſtro Generali deſtitutus remanſerit.

2 Nos pro noſtri paſtoralis officij debito Tertij Ordinis prædicti ne aliqua propterea in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta patiatur felici regimini prouidere, ac Te, qui vt ſimiliter accepimus, alias Miniſtri Generalis dicti Tertij Ordinis munere per integrum ſexennium laudabiliter functus eſt; & de cuius fide, prudentia, integritate, & religionis zelo plurimum in Domino confidimus, ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & quibuſuis excommunicationis, &c. Te Vicarium Apoſtolicum Generalem vniuerſi Tertij Ordinis huiuſmodi vſq; ad nouam electionem Miniſtri Generalis in Capitulo Generali in feſto Pentecoſtes anni proximi futuri 1638. benedicente Domino in Domo regulari Sanctorum Coſmæ, & Damiani eiuſdem Ordinis de Vrbe celebrando iuxta ſtatuta, & conſtitutiones prædicti Tertij Ordinis Apoſtolica auctoritate confirmando faciendo, cum poteſtate vniuerſum Tertium Ordinem huiuſmodi regendi, moderandi, & gubernandi, alijſq; facultatibus, necnon omnibus, & ſingulis priuilegijs, honoribus, oneribus, præeminentijs, prærogatiuis, quibus alij, qui pro tempore fuerunt eiuſdem Tertii Ordinis Vicarii Apoſtoſici Generales, vti, frui, potiri, & gaudere conſueuerunt auctoritate Apoſtolica tenore præſentium creamus, conſtituimus, & deputamus.

Man-

Digitized by Google

Mandantes in virtute S. Obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, aliiſq; arbitrio noſtro imponendis pœnis, omnibus, & ſingulis Prouincialibus, & aliis quocunq; nomine nuncupatis Superioribus, & Fratribus quibuſcunq; dicti Tertij Ordinis, cæteriſq; ad quos ſpectat, vt Tibi in omnibus, quæ eis ordinanda mandaueris, & per eos exequenda duxeris humiliter pareant, & obediant, tuaq; mandata, & iuſſa ſuſcipiant reuerenter, & efficaciter adimplere procurent, alioquin ſententiam, ſiue pœnam, quam tuleris, ſeu ſtatueris, in rebelles ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, vſq; ad ſatisfactionem condignam inuiolabiter obſeruari.

Non obſtantibus conſtitutionibus, &c. *Vt ſupra in alia ſimili ſub. num.*

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die ſexta Nouembris 1637. Pontificatus noſtri anno decimo quinto. *Ordinis* 417. *Religionis vero* 238.

Extracta ex libro Actorum Capitulorum Generalium fo l. 20. Anno ſequenti 1638. F. Franciſcus Guaſtamilius de Curla Bononienſis, ad quem directæ fuerunt præſentes litteræ, per quas fuit creatus Vicarius Apoſtolicus Generalis ab Vrbano VIII. fælicis recordationis, die 22. Maij ſecunda vice recognitus fuit à Religione ob eius merita in ſuum Miniſtrum Generalem.

BVLLA CCLXXXVI.

Vrbanus VIII. in forma ſpecifica confirmat Conſtitutiones Generales Romanas editas die 12. Martij anno 1639. eaſdem ad verbum inſerendo in ſua confirmatoria.

1 Sacroſanctum ſupremi Apoſtolatus officium humilitati noſtræ per ineffabilem diuinæ ſapientiæ prouidentiam commiſſum iugiter Nos admonet, vt inter grauiſſimas multipliceſq; Apoſtolicæ ſeruitutis curas, illam peculiari ſtudio amplectamur, per quam Chriſtifideles ſub ſuaui Religionis iugo virtutum Domino famulantes ſub prouide ordinatis ſtatutis, & conſtitutionibus ſanctitate, & iuſtitia fælicioribus in dies proficiant incrementis, ac proinde ijs, quæ propterea in eorum Capitulis generalibus ſtatuta, & ordinata ſunt, vt ab omnibus, ad quos ſpectat, inuiolabiliter ſeruentur, perpetuaque firmitate ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis robur adijcimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

2 Sane dilectus filius Marcus Antonius Bottonius Bononienſis in Sacra Theologia Magiſter, & Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci Commiſſarius, & Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, quod pro fælici, & proſpero dicti Ordinis regimine, & gubernio nonnullæ Conſtitutiones in Capitulo Generali eiuſdem Ordinis de menſe Maij proxime præterito celebrato editæ, & à dilecto filio noſtro Franciſco Sancti Laurentij in Damaſo Diacono Cardinale Barberino nuncupato S. R. E. *Vicecancellario noſtro* ſecundum carnem ex fratre germano nepote dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectore recognitæ, & approbatæ, eiuſque manu ſubſcriptæ fuerunt tenore ſubſequentis videlicet. *Omittuntur ne opus vltra terminum excreſcat.*

3 Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, dictus Marcus Antonius Commiſſarius, & Procurator generalis præinſertis conſtitutionibus pro perpetua illarum ſubſiſtentia, & inuiolabili obſeruantia Apoſtolici muniminis firmitatem per nos adijci ſummopere deſideret. Nobiſque propterea humiliter ſupplicari fecerit, vt in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

4 Nos exactæ earumdem Conſtitutionum obſeruationi, quantum Nobis ex alto conceditur, conſulere, dictumque Marcum Antonium Commiſſarium, & Procuratorem ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eum à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequentes harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Præinſertas Conſtitutiones Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint in eiſdem ſupplemus.

5 Decernentes eaſdem Conſtitutiones, necnon præſentes litteras ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, necnon in dicto ordine ab omnibus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit inuiolabiliter ſub pœnis in eiſdem conſtitutionibus con-

comminatis obſeruari, & adimpleri debere; ac quoſcunque eiuſdem Ordinis Fratres, & perſonas ad illarum obſeruationem opportunis iuris, & facti remedijs cogi, & compelli poſſe.

6 Sicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

7 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſuis alijs dicti ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis eidem ordini, illiuſque ſuperioribus, fratribus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis.

8 Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenore præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.

9 Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ preſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 8. Iulii 1639. Pontificatus noſtri anno decimo ſexto. *Ordinis 419. Religionis vero 240.*

Extracta ex libro earundem Conſtitutionum vulgari idiomate expreſſarum.

BVLLA CCLXXXVII.

VRbanus VIII. confirmat Decretum Sacræ Congregationis circa delationem habitus geſtandi à Fratribus.

1 Nobis pro parte dilecti filii Marci Antonii Bottoni Bononienſis Tertii Ordinis Sancti Franciſci Commiſſarii Generalis, & Procuratoris nuper expoſitum fuit, quod inter generalia dicti Ordinis ſtatuta apoſtolica auctoritate confirmata reperitur infraſcriptum, videlicet.

2 Religioni conſulentes decernimus, vt iuxta noſtra apoſtolica priuilegia, noſtratum habitus, ſit tunica talaris cum ſcapulari, veſte, ſiue cuculo vtrinque angulari, poſteriori tamen angulo funiculum attingenti, Pallium vero inſtar impluuiæ, nulla vel coloris, vel formæ differentia, vt eodem modo, & colore, quem vulgò Beretinum appellamus, omnes veſtiantur.

3 Verum quia Fratres dicti Ordinis alicubi aliquando à Fratribus Ordinis Minorum eiuſdem Sancti Franciſci Conuentualium nuncupatorum ſuper hoc de facto perturbantur; Nobis propterea dictus Exponens ad obuiandum controuerſiis, & litibus quibuſcunque humiliter ſupplicari fecit, vt præfatum decretum pro illius firmiori ſubſiſtentia apoſtolicę confirmationis patrocinio communire de benignitate apoſtolica dignaremur.

4 Nos igitur eundem Exponentem ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, *ſuſpenſionis*, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum preſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati. De Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negociis Regularium Prępoſitorum conſilio.

5 Decretum præfatum cum omnibus, & ſingulis in eo contentis apoſtolica auctoritate tenore preſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inuiolabilis apoſtolicę firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus. Decernentes illud, nec non præſentes litteras valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore,

ſuoſ-

ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac primo dictis Fratribus in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis inuiolabiliter obſeruari, nec eos à quoquam quauis auctoritate fungente quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari poſſe, vel debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

6 Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, vel alia quauis firmitate roboratis, ſtatutis, et conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, et litteris apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, et innouatis.

7 Quibus omnibus, et ſingulis illorum omnium tenores preſentib. pro plene, et ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad pręmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 9. Septembris 1639. Pontificatus noſtri anno decimo ſeptimo. *Ordinis* 419. *Religionis* 240.

Extracta ex Archiuio Conuentus Romani Sanctorum Coſmæ, & Damiani.

BVLLA CCLXXXVIII.

VRbanus VIII. confirmat priuilegia Ordinis eiſdem verbis, & tenore, quibus vſus fuit Paulus V. & hoc ſub die decima Ianuarij 1642. Ideo omittitur, habetur ad calcem Conſtitutionum Romanarum, de quibus ſupra Bulla.

Indulgentiam Perpetuam in Eccleſijs Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci pro feſto Portiuncula.

1 Cum ſicut dilectus filius Ioannes de Solis Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci Prouinciæ Andaluſiæ, & Regni Granaten. in Hiſpania Procurator Generalis ſuo, & eorundem Fratrum nominibus Nobis nuper exponi fecit, alias fel. rec. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter per quaſdam ſuas literas incipientes. *Ea eſt Officij noſtri*

ratio

uatio, Fratribus Tertij Ordinis eiuſdem Sancti Franciſci eorumque Eccleſijs omnia, & ſingula priuilegia, diſpenſationes, indulgentias, & indulta Apoſtolica Dilectis filijs Fratribus Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia nuncupatorum, & eorum Eccleſijs conceſſa, & concedenda, multique alij, & præſertim Paulus V. & Gregorius XV. Romani Pontifices etiam Prædeceſſores noſtri omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui prædictas eorundem Fratrum Minorum Eccleſias die ſecunda Auguſti à primis Veſperis vſque ad occaſum Solis diei huiuſmodi ſingulis annis deuote viſitauiſſent, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effudiſſent Plenariam omnium ſuorum peccatorum indulgentiam, & remiſſionem perpetuo duraturam miſericorditer in Domino reſpectiue conceſſerint.

2 Quia vero dicta Plenaria Indulgentia perpetuo nominatim, & expreſſe Fratribus dicti Tertij Ordinis per literas eorundem Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum conceſſa non reperitur Chriſtifideles ad eorundem Tertiariorum Eccleſias die præfata non confluunt. Nobis propterea per eundem Ioannem Procuratorem Generalem huiuſmodi dictis nominibus ſupplicatum fuit, vt in præmiſſis opportune vt infra prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur eundem Ioannem Procuratorem Generalem huiuſmodi ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati. Quod omnes & ſinguli vtriuſque ſexus Chriſtifideles vere pœnitentes, & confeſſi, ac ſacra Communione refecti, qui Eccleſias Fratrum Tertiariorum huiuſmodi vbilibet exiſtentes dicta ſecunda die Auguſti à primis Veſperis, vſque ad occaſum Solis eiuſdem diei viſitauerint, & ibi orauerint, vt petitur, pariformiter, & abſque vlla prorſus differentia eandem Plenariam

pec-

peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem conſequantur, perinde, ac ſi præmiſſa in Eccleſijs prædictorum Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia peragerent Apoſtolica auctoritate tenore præſentium declaramus, concedimus, & indulgemus.

4 Non obſtantibus omnibus, & ſingulis illis, quæ dicti Romani Pontifices Prædeceſſores voluerunt non obſtare, ac quatenus opus ſit regula noſtra de non concedendis indulgentijs ad inſtar, ac quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis.

5 Quibus omnibus, & ſingulis illorum omnium tenore præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

6 Volumus autem vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus adhibeatur fides, quæ adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 13. Ianuarij 1643. Pontificatus noſtri anno vigeſimo *Ordinis 423. Religionis vero 244.*

Extracta ex Archiuio Conuentus Romani Sanctorum Coſmæ, & Damiani.

BVLLA CCLXXXIX.

VRbanus VIII. concedit vt celebrari poſſit Miſſa, & Officium Sanctorum Tertij Ordinis S. Franciſci.

1 Saluatoris, & Domini Noſtri Ieſu Chriſti, qui ſeruos ſuos eternæ gloriæ præmio donat in Cælis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, ex iniuncto nobis deſuper Paſtoralis officii debito procurare tenemur, vt eorumdem Sanctorum Chriſti debita veneratio in dies magis promoueantur, laudeturque Dominus in Sanctis eius. Quamobrem fidelium quorumlibet, præſertim vero ſub ſuaui Religionis iugo Altiſſimo famulantium votis, quæ peculiarem Sanctorum huiuſmodi cultum reſpiciunt libēter annuimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Google

2 Sane pro parte dilectorum filiorum Fratrum Tertij Ordinis Sancti Franciſci Nobis nuper expoſitum fuit, quod pro eo, quo erga Sanctos dicti Ordinis à Sede Apoſtolica aprobatum gerunt deuotionis affectum,& ad augendum Chriſti fidelium erga illos deuotionem, officium, & miſſarum de Sanctis huiuſmodi vt infra recitare et celebrare reſpectiue poſſe ſummopere deſiderant. Nobis propterea eorundem Fratrum nomine fuit humiliter ſupplicatum vt oportunum ad id licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur Fratrum prædictorum votis hac in re annuere, illosque ſpecialibus fauoribus, et gratiis proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, et interdicti, aliiſq; eccleſiaſticis ſententiis,cenſuris,et pænis à iure,vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum preſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, et abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium ſacris ritibus Præpoſitorum conſilio.

4 Vt de Sanctis prædicti Ordinis S. Franciſci, approbatis tamen à Sede Apoſtolica, in diebus eorum feſtis, poſſit per dictos Fratres recitari officium, et celebrari miſſa iuxta rubricas Breuiarii Romani auctoritate apoſtolica, tenore præſentium licentiam, et facultatem concedimus,et impartimur.

5 Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Voſumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fideſque adhiberetur præſentibus,ſi forent exhibitæ,vel oſtenſe. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 18. Ianuarii 1643. Pontificatus noſtri anno vigeſimo. *Ordinis 433. Religionis 244.*

Extracta ex eodem Archiuio Conuentus Romani SS. Coſmæ, & Damiani, Procurante Ioanne de Solis, de quo in præcedenti Bulla.

INNO-

INNOCENTIVS PAPA X.

IOannes Baptiſta Pamphilius filius Camilli Romanus, Cardinalis S. Euſebij. Patriarcha Conſtantinopolitanus. creatus quintodecimo Septembris, coronatus quarto Octobris 1644. Vixit annos decem menſes ferè quatuor. Obijt die ſeptima Ianuarij 1655. ſepultus in latericio S. Petri.

BVLLA CCXC.

INnocentius X. confirmat priuilegia omnia alias conceſſa, & confirmata à ſuis prædeceſſoribus cum clauſulis limitatiuis.

1 Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Marcus Antonius Bottonus Bononienſis Tertij Ordinis S. Franciſci Regularis obſeruantiæ nuncupat. Miniſter Generalis, quòd ipſe pro fælici dicti Ordinis gubernio, atque directione priuilegia, & indulta alias à diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris eidem Ordini conceſſa, & confirmata reſpectiuè, quò firmiora perſiſtant, & ab omnibus exactius obſeruentur apoſtolicæ noſtræ confirmationis patrocinio communiri ſummopere deſiderat.

2 Nos eiuſdem Ordinis proſpero ſtatui quantum cum Domino poſſumus benignè conſulere, ipſumq; Marcum Antonium ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus eiuſdem Marci Antonij nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati.

3 Priuilegia, & indulta prædicta, dummodo tamen in vſu, ac licita ſint & honeſta, & non ſint reuocata, aut ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, Sacriſque Canonibus, & Concilij Tridentini decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis, regularibuſque dicti Ordinis inſtitutis non aduerſentur apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus illiſque inuiolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus.

Digitized by Google

4 Decernentes illa, necnon præſentes litteras deſuper, & perpetuo valida firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſq, plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & in futurum pro tempore ſpectabit inuiolabiliter, & inconcuſſe obſeruari.

5 Sicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & innane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: In contrarium facientes non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die v. Nouembris 1648. Pontificatus noſtri anno quinto. *Ordinis 428. Religionis vero 249.*

Extracta ex libro Conſtitutionum Ordinis.

BVLLA CCXCI.

I*Nnocentius X. confirmat ſeptem Decreta excerpta ex conſtitutionibus approbatis in Capitulo Generali Bononiæ celebrato die octaua Iunij* 1647. *ſed non promulgatis.*

1 In his Paſtoralis noſtræ ſollicitudinis partes libenter interponimus per quæ religioſorum ordinum quorumlibet ſtatus proſpere dirigantur.

2 Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filij Fratres Tertij Ordinis Sancti Franciſci Italiæ, quod ipſi in eorum Capitulo Generali die 8. Iunij 1647. celebrato nonnulla Statuta, ſeu Conſtitutiones proſperum, & fœlix regimen, quietemq; dicti Ordinis concernentia ab omnibus, & ſingulis Capitularibus eiuſdem Capituli acceptata, Conſtitutionibuſq; generalibus dicti Ordinis in forma ſpecifica à fæl. rec. Vrbano Papa VIII. Prædeceſſore noſtro per ſuas in ſimili forma Breuis ſub data die 8. Iulij 1639. emanatas confirmatis addenda condiderunt, Nos à Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus negocijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitis examinari, corrigique mandauimus, & interea ſeptem præ cæteris reperiuntur articuli tenoris ſubſequentis, videlicet.

Decre-

Digitized by Google

Decreta Capituli Generalis 1647. addenda Conſtitutionibus Vrbanis, Tertij Ordinis Sancti Franciſci in Italia.

3 PRimo; Ad tollenda incommoda quę oriri ſolent ex frequentia Capitulorum Generalium tam propter diſſidia, & contentiones Fratrum, quam ob magnas impenſas quæ fieri debent, in præſenti potiſſimum anguſtia temporum, quibus & Conuentus noſtri diminuti, & prope exhauſti ſunt, necnon ad conſeruandam debitam auctoritatem Superiorum Generalium, & vt Religio noſtra Inſtitutis cæterorum Ordinum Seraphici Patris noſtri ſe conformet ſtatuimus, & ordinamus, vt impoſterum Capitulum generale ſingulo quoque ſexennio celebretur, vel in Conuentu Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe, vel alibi locorum prout in Capitulo Generali præcedenti, vel in Congregatione intermedia ad finem triennij deinceps celebranda, Definitorium (hoc eſt vocales eiuſdem Congregationis) iudicauerint expedire; Porro ſupradictæ Congregationi interueniant Generalis, quatuor Definitores (qu pariter per ſexennium tantum durabunt) Procurator Generalis, Prouincialis, & Prior Conuentus ad celebrationem dictæ Congregationis deſtinati; Et pro hac prima vice inſtituetur Conuentus Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe.

Secundo, Pro expenſis Capituli generalis taxentur in ipſo Capitulo à vocalibus Prouinciæ, quoad ſumptus itinerum ſtetur conſuetudini Prouinciarum, & ſi adſint abuſus corrigantur, Concionatores, & cathedratici ſuæ Prouinciæ impenſis ad Capitulum proficiſcantur de quibus omnibus accurata, & diſtincta in Definitorio ſubducenda erit ratio.

4 Tertio, Liceat Generali cum ſuis Definitoribus interpretari Regulam, & Conſtitutiones Ordinis in omnibus dubijs ad verum ſenſum tamen, & mentem earundem, & non alias, nulla facta immutatione, necnon ſuſpendere ab officijs quoſcumque etiam Prouinciales, ſi ita neceſſitas, & iuſtitia requiſierit quin immo etiam priuare, iuridice tamen, & cum cauſæ plenaria cognitione, ſalua ſemper Capituli generalis auctoritate.

5 Quarto, Dignitates titulares Prouincialium reducantur ad duas, videlicet Patrimonij, & Montis Feltri, quorum priuilegia eadem eſſe intelligantur, quæ Fratribus Ordinis Minorum Conuentua-

Digitized by Google

lium Sancti Franciſci conceſſa ſunt per Conſtitutiones Vrbanas cap.8. tit. 21.

6 Quinto, Generalis poſt expletum officij ſui ſexennium, vacare omnino debeat per alios ſex annos, verum vnum Conuentum ſibi deſigere poſſit diſciplinæ Regulari quam maxime accomodatum iuxtam laudabilem conſuetudinem Fratrum Minorum Conuentualium in cap.8.conſt. Vrban. tit.28. vbi manere poſſit ad vitam, & a quo omnia tam ad victum, quam ad veſtitum neceſſaria ipſiuſque ſtatui religioſo congrua recipiat, ac ibidem Superior à Capitulo generali, ſeu Congregatione intermedia deputandus vir grauis, eidemque Generali bene affectus conſtituatur.

7 Sexto, Nullus præſumat libros, vel à ſe, vel ab alijs compoſitos, ſine Generalis licentia typis mandare; Folia vero ſeu libelli paruuli imprimi poſſint de Prouincialis facultate, ſeruata ſemper forma à Sac.Conc. Tridentino præſcripta.

8 Septimo, Non poſſit Generalis cuipiam ad conſequendum Magiſterij lauream licentiam impartiri iuxta facultates à Conſtit. Vrbanis ſibi conceſſas, niſi prius laureandus in prælegendo Philoſophiæ ſtudio triennium percurrerit, & onere ſuſcepto, vt poſt obtenta Doctoratus inſignia alium in Theologica facultate curſum docendo abſoluere teneatur; quod qui prſtare neglexerit loco, & priuilegijs, quę Doctoribus competunt, eo ipſo priuatus cenſeatur abſque vlla ſpe diſpenſationis.

9 Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat præmiſſa quo firmius ſubſiſtant Apoſtolicæ noſtræ confirmationis patrocinio cōmuniri ijdem exponentes ſummopere deſiderent. Idcirco nos eoſdem Exponentes ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pænis à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati.

10 De eorumdem Cardinalium viſis per eos Conſtitutionibus generalibus dicti Tertij Ordinis S. Franciſci in Italia ab eodem Vrbano Prædeceſſore de dicto anno 1639. in forma ſpecifica confirma-

firmatis, vt petitur, quæ tamen Superiorum incuria nondum publicata, vel vſu recepta fuerunt, conſilio quæcumque noua ſtatuta edita à Capitulo generali proxime præterito eiuſdem Ordinis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reijcimus exceptis tamen dictis ſeptem articulis præinſertis quos auctoritate, & tenore præſentium confirmamus, & approbamus, & in calce prædictarum generalium Conſtitutionum ita tamen omnia ſimul, & coniunctim quam primum typis impreſſa in ſingulis Conuentib. dicti Tertij Ordinis Italiæ ſtatim publicari, & inuiolabiliter obſeruari debeant ſub priuationis officiorum, vociſq; actiuæ, & paſſiuæ, & alijs arbitrio eorundem Cardinalium infligendis pœnis addi volumus, & mandamus; Salua tamen ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

11 Decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere.

12 Sicq; per quoſcunque Iudices, Ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane ſi quid ſecus ſuper his à quoque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

13 Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Tertij Ordinis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſuis dicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & perſonis ſub quibuſcunque tenoris, & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatorijs alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis in contrarium premiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis.

14 Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenoris præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 6. Nouembris 1648. Pontificatus noſtri anno quinto.

Ordinis 428. Religionis vero 249.

Extracta ex eodem libro Conſtitutionum.

BVL-

BVLLA CCLXXXXII.

INnocentius X. vniuit, & incorporauit Fratres Religionis Tertij Ordinis S. Franciſci Congregationis Zepperenſis in Belgio Fratribus eiuſdem Ordinis in Italia exiſtentibus.

1 Pro noſtri Paſtoralis officij debito ad ea libenter intendimus, per quę Religioſorum Ordinum proſpero regimini, & gubernio opportune conſulitur, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire.

2 Cum itaque ſicut dilectus filius Lazarus Marcquis Profeſſor Tertii Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati Congregationis Zepperenſis in Belgio ſui Superioris Generalis, & Fratrum Congregationis huiuſmodi nominibus Nobis nuper exponi fecit, in Capitulo generali dictę Congregationis in illius Conuentu Campi S. Hieronymi nouiſſime celebrato, decretum fuerit, communi eorumdem Fratrum ſuffragio expedire felici, proſperoque eiuſdem Congregationis regimini, & gubernio, vt illius Fratres prædicti Fratribus Italię dicti Ordinis vniantur, & incorporentur, ac directioni illius pro tempore exiſtentis Superioris Generalis iuxta dicti Ordinis Conſtitutiones à felicis recordationis Vrbano Papa VIII. prędeceſſore noſtro primum approbatas, & ſubinde à Nobis confirmatas ſubiiciantur Nobis propterea idem Lazarus humiliter ſupplicari fecit, vt in prę miſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

3 Nos igitur, qui eiuſdem Congregationis felicem ſtatum, & directionem ſinceris deſideramus affectibus, eumdem Lazarum ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prępoſitorum conſilio.

4 Prędictos dictę Congregationis Fratres Fratribus eiuſdem Ordinis Italię, ita tamen, vt prędicta Prouincia ſubiacere debeat omnimo-

nimo-

nimodo iuriſdictioni nunc, & pro tempore exiſtentis Superioris Generalis dicti Ordinis, ac ſe conformare cæteris illius Prouincijs ad præſcriptum prædictarum Conſtitutionum ab eodem Vrbano prædeceſſore, & nuper à Nobis confirmatarum, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, ſalua tamen ſemper in præmiſſis auctoritate eorundem Cardinalium, vnimus, & incorporamus.

5 Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; ſicque & non aliter in præmiſſis per quoſcūque iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

6 Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, & Congregationis huiuſmodi etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis.

7 Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenoribus præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque.

8 Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 27. Iunij 1650. Pontificatus noſtri anno ſexto. *Ordinis 430 Religionis vero 251.*

Extracta ex eodem libro Conſtitutionum.

ALE

ALEXANDER PAPA VII.

Alexander VII. Fabius Chiſius Senenſis, vtriuſq; Signaturæ Referendarius, Ferrariæ Prolegatus, Melitenſis Quæſitor, Neritonenſis in Calabria Epiſcopus, Nuntius Apoſtolicus in Germania, ex Cardinali titulo S. Mariæ de Populo & Epiſcopo Imolenſi ad Pontificatum electus ſeptimo, & coronatus vndecimo April. 1655. nunc feliciter regnat.

BVLLA CCXCIII.

Aegidius de Camerata deputatus Procurator Generalis ob vacationem eius officij in perſona M. Antonij Bottoni promoti ad Epiſcopatum.

1 Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem Religionis zelus literarum Scientia vitæ, ac morum honeſtas aliaq; laudabilia probitatis, & virtutum merita; Super quibus apud nos fidedigno commendaris teſtimonio Nos inducunt, vt te ſpiritualibus fauoribus, & gratijs proſequamur.

2 Cum itaq; ſicut nobis nuper exponi feciſti officium Procuratoris Generalis Fratrum Tertii Ordinis Sancti Franciſci quod ante hac dilectus filius Marcus Antonius Bottonus dicti Ordinis Profeſſor ſuſtinebat per illius ad Epiſcopatum promotionem vacauerit, & vacet ad præſens.

3 Nos eidem officio Procuratoris huiuſmodi de perſona idonea, per quam illud circumſpecte regi poſſit vſq; ad proxime futuri Capituli Generalis dicti Ordinis celebrationem in Alma Vrbe noſtra faciendam prouidere, teq; ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pænis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus tuo nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati.

4 Te dicti Ordinis Procuratorem Generalem vſq; ad proximè futuri dicti Ordinis Capituli Generalis celebrationem, vt præfertur cum auctoritate, facultatibus, honoribus, & oneribus, priuilegijs,

gra-

Digitized by Google

gratijs, & indultis ſolitis, & conſuetis, dictoq; muneri Procuratoris Generalis huiuſmodi competentes, & quibus dicti Ordinis Procuratores Generales, qui pro tempore fuerunt, tam de iure, vſu, conſuetudine, quam alias quomodolibet vſi, & gauiſi fuerunt, ſeu vti, & gaudere potuerunt, ac etiam debuerunt Apoſtolica auctoritate tenore præſentium facimus, & deputamus.

5 Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis alijſq; arbitrij noſtri pœnis quibuſcumq; dict Ordinis Superioribus, Fratribus, & perſonis, cæteriſq; ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, vt te durante dicto tempore, ad præſcriptum Procuratoris Generalis huiuſmodi munus, & officiũ illiuſq; liberum exercitium abſq; vlla contradictione iuxta tenorem præſentium recipiant, & admittant, ac in omnibus, & ſingulis ad dictum Procuratoris Generalis huiuſmodi munus, & officium quomodolibet pertinentibus prompte tibi pareant, faueant, & aſſiſtant, teq; debita honorificentia proſequantur.

6 Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis.

7 Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenore præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die tertia Septembris 1655, Pontificatus noſtri anno primo G. Gualterius loco ✠ Annuli Piſcatoris. *à tergo* Dilecto filio Egidio Cigno de Camerata Tertij Ordinis S. Franciſci Profeſſoris. *Ordinis* 435. *Religionis vero* 256.

Extracta ex libro Actorum officij Procuratoris Generalis in Curia Romana in conuentu Romano Sanctorum Coſma, & Damiani commorantis.

COLLECTIO II.

Nonnullorum priuilegiorum Principum Secularium fauore Tertij Ordini S. Franciſci.

ANDREÆ VENDRAMINI SERENISSIMI VENETORVM DVCIS PRIVILEGIVM.

In quo concedit brachium ſeculare Generalibus pro tempore viſitantibus in Statu Veneto.

ANdreas Vendraminus Dei Gratia Dux Venetiarum, &c. Vniuerſis, & ſingulis Poteſtatibus, Capitaneis, cæteriſq; Rectorib. noſtris Paduæ, Vincentiæ, Veronæ, Brixię, ac Bergomi, & Cremę, cæteriſq; officialibus agrorum prædictorum fidelibus dilectis, ſalutem, & dilectionis affectum. Venerabilis Frater Ioannes de ciuitate noſtra Veronæ Viſitator Tertij Ordinis Diui Franciſci regularis obſeruantiæ apoſtolica authoritate per totam Italiam viſitaturus concedit ad præſens ad ipſas terras noſtras, vt inobedientes, & contrafacientes literis ordinis prædicti, in ordinem, & verã obſeruantiam redigat, alia quoq; ſubminiſtret, quę ſibi de mandato ſunt corrigenda, & prouidenda. Et quoniam in his, & circa hęc exequenda requiritur, atq; opus eſt brachio, & fauore ſeculari, quem à nobis ſumma inſtantia expetiuit, vobis omnib. & veſtrum cuilibet mandamus, quatenus ad omnem ipſius Viſitatoris requiſitionem prętare, & prętari facere debeatis omnem opportunum fauorem veſtrorum officialium, & commilitonum. Quo mediante circa ea, quę ad eius officium pertinent, ex intentione Bullarum Apoſtolicarum operã ſuam ſtrenue nauare poſſit, & imperata exequi valeat. Volentes, vt pręſentes literę noſtrę tam pro pręſenti Viſitatore, quam futuro alio, quiſquis fuerit in futurum eiuſdem Ordinis cum literis apoſtolicis eundem locum, authoritatem, poteſtatem, atque effectum habere intelligantur, & valeant. Veſtra igitur intererit parere, & exequi, ſicut pro veſtra ſolita obedientia facere conſueuiſtis. Datum in noſtro Ducali Palatio die 7. Octobris, indictione vndecima. Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

C A-

CAROLI V. IMPERAT.

PRIVILEGIVM.

Per quod mandat diuerſas literas Apoſtolicas executioni mandari in Regnis vtriuſq, Siciliæ, & Sardiniæ.

1 CArolus Diuina fauente clementia, & Romanorum Rex, & F. Imperator ſemper Auguſtus, Ioanna, & idem Carolus Dei gratia Reges Caſteliæ, Legionis, Aragonum, vtriuſq, Siciliæ, Hieruſalem, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallitiæ, Maioricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennis, Algarbij Algecoriæ, Gibraltaris, & inſularum Canariæ, necnon inſularum Indiarum, & terræ firmæ maris Oceani, Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, & Barbantiæ, Comites Barchinonæ, Flandriæ, & Tiroli, Domini Viſcayæ, & Molinæ, ac etiam Duces Athenarum, & Neopatriæ, Comites Roſilionis, & Ceritaniæ, Marchiones Oriſtani, & Gociani, Reuerendis in Chriſto Patribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Canonicis, Clericis, et alijs quibuſcunq; eccleſiaſticis perſonis dictorum Regnorum noſtrorum vtriuſque Siciliæ, & Sardiniæ ſalutem. Illuſtribus inſuper ſpectabilibus, et Magnificis viris eorundem regnorum, Viceregibus, et Locatenentibus generalibus, Prouinciarum Gubernatoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, terrarumq; dominis, et dominabus, cæteriſque demum vniuerſis, et ſingulis officialibus, et ſubditis noſtris maioribus, et minoribus quocunq; nomine nuncupatis, officio, titulo, authoritate, dignitate, poteſtate, præeminentia, et iuriſdictione fungentibus in dictis regnis conſtitutis, et conſtituendis, præſentibus, et futuris, ad quos, ſeu quem ſpectabit, preſenteſq; peruenerint, et fuerint quomodolibet preſentatæ, fidelibus noſtris dilectis gratiam noſtram, et bonam voluntatem.

2 Nuper venerabilis Frater Petrus Albericus de Cutrono, ſeu de Caſobino Frater Tertii Ordinis Sancti Franciſci ſub habitu heremitico de pænitentia nuncupati congregationis Lombardiæ nomine, et pro parte totius dictæ congregationis expoſuit maieſtatibus noſtris, quemadmodum.

Paulus II. Summus Pontifex per ſuas opportunas literas ſub Dat. Romæ apud Sanctum Marcum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo, ſeptimo Ca-
2 lend. Iunii omnia, & ſingula priuilegia, indulta, facultates, & gratias, quas, & quæ.

3 Eugenius IV. Summus Pontifex per ſuas literas ſub datum Florentię anno Incarnat. Dom. 1441. octauo idus Februarii.

4 Et Nicolaus V. per eius literas ſub datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarn. Dom. 1450. nono Calend. Maii. Fratribus Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati, ille in Regnis Caſtellæ, & Legionis iſte in dięceſi Leodienſi commorantibus conceſſerunt, ad fratres congregationis Lombardiæ ſub habitu heremitico viuentes, necnon ad alios fratres aliorum locorum dicti ordinis eandem congregationem ipſorum fratrum Lombardiæ in poſterum ingredientium, extendit, & illas eis conceſſit, & inſuper per eaſdem pręcalendatas literas fratribus dictæ congregationis conceſſit, quod gaudere poſſent, ac vterentur, & gauderent omnibus gratiis, indulgentiis, libertatibus, exemptionibus, & priuilegiis fratribus eiuſdem ordinis quomodolibet conceſſis in omnibus, & per omnia quę ſupradicta omnia eiſdem fratribus confirmata fuerunt per.

5 Sixtum quartum Pontificem per eius literas ſub Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo, tertio Calend. Decembris, & per.

6 Iulium ſecundum per ſuas literas ſub datum Romæ apud Sanctũ Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octauo, ſexto idus Ianuarij, & quod dictus Papa.

7 Sixtus per eaſdem præcalendatas literas conceſſit Viſitatori, ſeu Miniſtro principali eiuſdem ordinis licentiam viſitandi, & reformandi omnia loca Fratrum dicti Ordinis habitum heremiticum gerentium, etiamſi non dictæ congregationis fuerint, vbicunque ſint in Italia, ac etiam omnes perſonas eorum tam in capite, quam in membris in ſpiritualibus, & temporalibus corrigendi, & delinquentes puniendi, & exinde amouendi, necnon omnes portantes habitum heremiticum uagantes caſtigandi, & habitu prædicto ſpoliandi, & quod idem.

8

8 Iulius II. per alias ſuas literas ſub Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die vigeſimo ſexto Februarij Milleſimo quingenteſimo nono prædictis fratribus eiuſdem congregationis conceſſit, quod ad inſtantiam Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci directe vel indirecte moleſtari non poſſint, ſed Viſitator dictæ congregationis, & ab eo deputandi de Fratribus ipſis, eorumq; rebus, & negotijs cognoſcere debeant, prout in præcalendatis literis dictorum Summorum Pontificum nobis in probanti forma præſentatis hæc, & alia latius continentur.

9 Supplicauitq; propterea Maieſtatibus noſtris idem Frater Petrus, vt omnia ſupradicta, & alia in præcalendatis literis contenta, debite executioni demandari, ac eaſdem literas obſeruari in dictis noſtris vtriuſq; Siciliæ & Sardiniæ Regnis prouidere dignaremur.

10 Nos vero volentes cum apoſtolica ſede reddere nos conformes, tenore præſentium de certa noſtra ſciẽtia deliberate, & conſulto, ac ex regia noſtra auctoritate vos prædictas eccleſiaſticas perſonas requirimus & hortamur, cæteris vero vobis omnibus, & ſingulis prædictis ſubditis, & officialibus noſtris dicimus, & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſinatis, & libere permittatis eoſdem Fratres præſentes, ſcilicet, & futuros iam dictis gratijs, indulgentijs, libertatibus, exemptionibus, & priuilegijs eis, vt ſupra conceſſis gaudere, frui, & potiri: necnon eis ad vnguem, & inuiolabiliter obſeruetis, & obſeruari faciatis præcalendatas literas, & omnia, ac ſingula in eis contenta, & circa præmiſſorum, & aliorum in eiſdem præcalendatis literis contentorum executionem, quoties requiſiti fueritis, præſtetis eis omne auxilium, conſilium, & fauorem neceſſarium opportunum, & debitum: & contrarium non faciatis, aut fieri permittatis ratione aliqua ſiue cauſa pro quanto vos prædictæ eccleſiaſticæ perſonæ nobis me[illegible]gerere cupitis.

11 Cæteri vero officiales, & ſubditi noſtri g[illegible]ſtram caram habetis, iramq; & indignationem noſtram [illegible]torum mille cupitis euitare. In quorum fidem p[illegible]uſſimus magno negotiorum citerioris Siciliæ Regni, quo antequam ad Regnum Romanorum, ſacrumq; Imperium electi eſſemus, vtebamur ſigillo, quoniam nondum alia fabricata fuerunt, noſtro pendenti munitas. Datum in loco de Molin de Rey vigeſima die mẽſis Nouembris anno à natiuitate Domini Milleſimo quingenteſi-

mo decimonono, Reſinorum q; noſtrorum, videlicet Regni Romanorum, ac electionis Imperij anno primo, Regnæ caſtellæ, legionis, Granatæ anno ſexto decimo, Nauarræ quinto, Aragonum vtriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, & aliorum quarto, Regis vero omnium quarto.

YO EL REY.

Sacra Caſarea, & Catholica Maieſtas mandauit mihi Petro Garcia.

Supradicta duo Priuilegia reſcripſi ex libello Priuilegiorum eiuſdem Ordinis compilato per Reuerendiſſimum de Sillis olim Generalem, & de Religione valde benemeritum. Illud autem Caroli V. emendauimus ad veriorem tenorem Bullarum in eo citatarum. Quarum prima Pauli II. recenſetur ſupra ſub num. CIX. Secunda regiſtratur ſub num. CVI. Eugenij IV. Tertia Nicolai V. habetur CXXXIV. Quarta Iulij II. refertur ſub num. CXC. & CXCI. Quinta demum Sixti IV. reponitur ſub num. CLVIII.

Nota, quod Frater Petrus Albericus erat de Caſtro nuncupato Caſolione à mari diſtante per ſeptem milliaria ſub Metropoli de Crotone, ſeu Cruto in Calabria. Ita F. Hieronymus Maraſſiottus Minorum de Obſeruantia in Cronicis Calabriæ vulgari idiomate congeſtis fol. 204.

PRIVILEGIVM.

DVorum Ducum, Lotharingiæ, Brabantiæ, & Lymburg, qui appellantur Ioannes eximentium Fratres Tertij Ordinis dictos Begardos ab oneribus in Conuentibus Antuerpienſi, & Thenenſi.

Vniuerſis præſentes literas viſuris, Nos Ioannes Dei gratia Dux Lotharingiæ, Brabantiæ, & Lymburg notum facimus, quod Nos Fratres Begardos manentes in Conuentu eorum apud Antuerpiam, atq; res eorum vſquequaq; ſub noſtra protectione ſuſcipentes abſoluimus ab omni ſeruitio talliarum, precariarum, exactionum, & expeditionum Nobis, aut noſtris faciendo, & quietos eſſe volumus liberos, & ſolutos: dantes ſibi has manuſcriptas literas ſigillatas in teſtimonium ſuper eo. Antuerpiæ anno Domini MCC. nonageſimo ſexto die veneris ante feſtum Beatæ Mariæ Magdalenæ.

Vniuerſis præſentes literas inſpecturis, Nos Ioannes Dei gratia Lotharin-

tharingiæ, Brabantię, & Lymburg notum facimus, quod Nos Fratres Tertij Ordinis manentes in Conuentu eorum apud Antuerpiam, atq; res eorum vſquequaq; ſub noſtra protectione ſuſcipientes abſoluimus ab omni ſeruitio talliarum, precariarum, exactionum, & expeditionum Nobis, aut noſtris faciendo, & quietos eſſe volumus liberos, & ſolutos, ſecundum quod in literis cariſſimi Domini, ac Patris noſtri P. M. dictis Fratribus ſuper eo traditis, & conceſſis eſt expreſſum, atq; declaratum, dantes ſibi has noſtras literas noſtro ſigillo ſigillatas in teſtimonium ſuper eo. Bruxellæ anno Domini MCCC. vigeſimo quinto in Feſto Epiphanię Domini.

Vniuerſis, ad quorum viſum, & auditum preſens ſcriptum peruenire contigerit Franciſcus dictus Angelus, & Franciſcus dictus Ludouicus Scabini Thanenſes ſalutem, & noſcere veritatem.

Noueritis Nos literas illuſtris noſtri Principis D. Ducis Lotharingię, & Brabantię non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte viſitatas vidiſſe, & audiuiſſe infraſcriptam ſeriem continentes: Nos Ioannes Dei gratia Dux Lotharingię, & Brabantię notum facimus vniuerſis preſentes literas viſuris, quod Nos Fratres Beggardos manentes in Conuentu eorum apud Thenas, atq; res eorum ſub noſtra vſquequaq; recipimus protectione, & abſoluimus eos ab omni ſeruitio talliarum, precariarum, exactionum, & expeditionum Nobis, & noſtris faciendo. Confirmamus etiam eiſdem literas Scabinorum, Conſulum, & Communitatis Thenenſis nuper iure fundi, & domorum dicti Conuentus datas Fratribus memoratis preſentium teſtimonio literarum. Datum Bruxellis in craſtino Beati Egidij, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto. Noſq; Scabini pręnotati, quia pręmiſſas literas in forma pręnotata vidimus, et audiuimus ſigillo noſtro duximus appendendo. Datum anno Domini 1286. Feria ſecunda poſt Feſtum Beati Petri Apoſtolorum ad Vincula.

Nos Ioannes Dei gratia Dux Lotharingię, et Brabantię notum facimus vniuerſis preſentes literas viſuris, quod Nos Fratres Beggardos manentes in Conuentu eorum apud Thenas, atq; res eorum ſub noſtra vſquequaq; recipimus protectione, et abſoluimus ab omni ſeruitio talliarum, precariarum, exactionum, et expeditionum Nobis, aut noſtris faciendo. Confirmamus etiam iiſdem literas

literas Scabinorum, Conſulum, et Communitatis Thenenſis ſuper iure fundi, & domorum dicti Conuentus datas Fratribus memoratis, præſentium teſtimonium literarum. Datum Bruxellis in craſtino Beati Ægidij anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto. Vniuerſis præſentes literas inſpecturis Nos Iohannes Dei gratia Dux Lotharingiæ, Brabantiæ, & Lymburg. notum facimus, quod Nos omnes literas, conceſſiones, ſiue chartas Fratribus Begardis Thenenſibus à noſtro Patre, & Domino dudum piæ memoriæ conceſſas, ſiue datas laudamus, & approbamus, & tenore præſentium confirmamus, in cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus literis duximus apponendum. Datum Bruxellæ die Dominica poſt Aſcenſionem Domini, anno milleſimo treceteſimo tertio.

Extracta ſunt hæc priuilegia ex libro eorundem Begardorum Tertij Ordinis S. Franciſci in Belgio, qui nuncupantur Congregationis originem trahentis ex Agro S. Hieronymi in diœceſi Leodienſi. Liber autem continet Statuta eorundem typis impreſſus Antuerpiæ MDCXLI. Ex quibus patet Tertium Ordinem in communi conuentu uixiſſe ante præcitatum annum 1286. immo 1277 ut ibidem legitur fol. 16.

De priuilegijs religioſorum eis per commune Parmæ conſeruandis.

Religioſis Fratribus Domus Fratrum Humiliatorum, Sororibus S. Dominici, Sororibus Minoribus Fratribus Tertij Ordinis Seraphici S. Franciſci, qui appellantur Fratres de Pænitentia, & Fratribus Hoſpitalis Rodulphi Tancij de Parma, & cuilibet dictorum locorum debeant obſeruari inuiolabiliter per D. Poteſtatem, & quoſcunq; Officiales Communis Parmæ, & iudicem Gabellæ Groſſæ, & dicti Communis, præſentes, & futuros, omnia priuilegia eis, & cuilibet eorum ab Eccleſia Romana conceſſa, ita quod contra formam dictorum priuilegiorum realiter, vel perſonaliter aliquatenus grauari, inquietari, vel moleſtari non poſſint, & idem locum habeat, & ſeruetur in omnibus alijs, & ſingulis religioſis, pijs locis, ac perſonis, quæ habent priuilegia eis à Romana Curia conceſſa.

Ex libro primo Statutorum Parmæ fol. 39, Parmæ 1580.

COL-

COLLECTIO III.

Diuerſorum Inſtrumentorum ſpectantium ad Fundationem Conuentuum Fratrum Regularium Tertij Ordinis S. Franciſci.

INSTRVMENTVM I.

IN quo Engelbertus Epiſcopus Leodienſis conſtitutiones pro Fratribus Tertij Ordinis in eius diæceſi commorantibus ab Adulpho eius prædeceſſore editas anno 1323. confirmat anno 1350.

Vniuerſis præſentes literas inſpecturis Engelbertus Dei gratia Epiſcopus Leodienſis in Chriſto ſalutem. Cum bonæ memoriæ D. Adulphus Dei gratia Leodienſis Epiſcopus prædeceſſor noſter, & patruus ſuper Statuta Fratrum Pænitentiæ, qui de Tertio Ordine S. Franciſci vocantur, nonnullas ordinationes olim fecerit ſub hac forma.

Vniuerſis præſentes literas inſpecturis Adulphus Dei gratia Leodienſis Epiſcopus in Chriſto ſalutem. Religioſam vitam eligentibus congrua nos oportet conſideratione proſpicere, ne cuiuſquam neglectus occaſio deſides eos faciat, aut robur, quod abſit, ſanctæ conuerſationis infringat.

Quamuis itaq; Fratribus Pænitentiæ, qui de Tertio Ordine S. Franciſci fore noſcuntur in eorum Regula per Sedem Apoſtolicam approbata, multa ſint ad honorem Dei, necnon ad ſalutem animarum ſuarum indicta. Nos tamen expreſſius honeſtati Fratrum, & ſtatui prouidere volentes tenore præſentium.

Ordinamus, quod Fratres ipſi vnicum duntaxat in ſingulis locis noſtræ diæceſis, in quibus ſcilicet ijdem Fratres pariter conuerſantur, Miniſtrum habeant; quem de ſuo conuentu Miniſtratus officium duxerint eligendum; qui etiam Fratres ipſos de culpis quotidianis, & leuibus exceſſibus corrigere ſtudeat, reſeruatis culpis grauioribus eorundem correctioni ſui Viſitatoris pro ali-

 ius

us, qui quo ad huiuſmodi fuerit ſuperior deputatus.

Fratres Domum non exeant abſq; Miniſtri licentia, vel alterius à Miniſtro ſuper hoc poteſtatem habentis; nec per vices aut vias, niſi bini procedant.

Diebus Dominicis, & feſtiuis vadant ad vtraſque veſperas matutinas, & miſſam. Non comedant extra Refectorium; nec Dormitorium dormiant, ſeruentq; ſilentium in vtroq; niſi hoc de licentia Miniſtri, vel ſui vices gerentis obmittant. Calceis corrigatis vtantur. Mulieres in locis priuatis, & temporibus incongruis non receptent, nec eas in ſuis conuentibus ad comedendum habeant, vel inuitent.

Mercaturas non exerceant, ſed corporali labore ſibi neceſſaria non habentes aquirant, aliaque in præmiſſa eorum Regula conſtituta; necnon à Miniſtris eorum, prout eis de ſeniorum Fratrum conſilio expedire videbitur, ſalubriter ordinanda, diligenter obſeruent, quæ ſi quiſquam ex eis præmiſſa, vel aliqua ad ſui ſtatus pertinent honeſtatem damnabiliter non curauerit obſeruare pro ſui quantitate reatus eum corrigat Miniſter, vel eius Viſitator, cui præſentium tenore committimus, quod per eccleſiaſticam cenſuram, ſi oporteat, compeſcere poteſt auctoritate noſtra rebelles. Ita tamen quod in arduis ad nos ſemper volumus haberi recurſum. In quorum omnium teſtimonium, & munimen ſigillum noſtrum ad cauſas præſentium literarum duximus appendendum. Datum anno Domini MCCCXXIII. in octaua Pentecoſtes.

Non ordinationes præmiſſas, quantum ad nos pertinet approbantes, & perpetuo robur habere volentes vnicuique ſingulis Fratribus dicti Ordinis Nobis ſubiectis ubilibet infra noſtram diœceſim conſtitutis, qui in diuerſis Conuentibus, ſiue Domibus conuentualiter commorantur, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ordinationes huiuſmodi diligenter obſeruent, ſuiſque Miniſtris, & Viſitatoribus humiliter obediant, in hac parte ſcituri, quod ſi de cuiuſquam ex eis inobedientia fuerit ad Nos delata quærela, Nos contra talem acriter procedamus; in cuius rei teſtimonium præſentes literas ſigilli noſtri ad cauſas duximus munimine roborandas. Datum anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo die XXIII. menſis Auguſti.

Extractum ex libro Statutorum eorundem Fratrum diœceſis Leodienſis fol. 22.

INSTRVMENTVM II.

IN quo Ioannes Erchel Epiſcopus Leodienſis refert Clementem V. in conſtitutione contra Beginas non comprehendi Tertij Ordinis Fratres, qui Regulam continentes & ſub obedientia ſui ſuperioris in communi vitam degunt, quorum ordinationes factas à ſuis prædeceſſorib. confirmat anno 1372.

1 Ioannes Dei Gratia Epiſcopus Leodienſis dilectis Nobis in Chriſto Miniſtris, & Fratribus Tertij Ordinis Beati Franciſci Conuentuum, ſeu Domorum in Oppido Louanienſi, Theniſmontenſi, Dieſtenſi, Traiectenſi S. Trudonis, LeeVVenſi, Ruremondenſi de Aerſcalt de Buſcoducis, & in vrbe Aquenſi, ceteriſq; locis noſtræ Leodienſis diœceſis in obſeruantia Regulę dicti Tertij Ordinis degentibus in dictis Domibus, Conuentibus, & Locis in communi ſalutem in Chriſto ſinceram.

2 Petitio Nobis per uos oblata continuit, quod licet felicis recordationis Nicolaus Papa IV. ordinem à Beato Franciſco inſtitutum approbauerit, & confirmauerit, ac etiam diuerſis priuilegijs communiuerit, prout etiam fecere Sanctiſſimi Pontifices Romani eius ſucceſſores, & inter alia etiam bonę memorię Ioannes Papa XXII. dudum dubitatione exorta ſuper ſtatu dicti Ordinis occaſione conſtitutionis felicis recordationis Clementis V. Papę promulgatæ in Concilio Viennenſi per eum celebrato contra quaſdam mulieres, quę vulgariter Beginæ nuncupantur, quę non profitentur Regulam approbatam; quam conſtitutionem nonnulli ſatagebant extendere ad Fratres Ordinis antedicti, Ordinem prelibatum approbando, confirmando, & certis priuilegijs communiendo declarauit extendi minime debere, præcipiens, dictos Fratres in nullo moleſtari debere.

3 Romaniq; Pontifices dictorum prędeceſſorum ſuorum ſucceſſores prę miſſis inherendo prelibatos Ordinem, & Fratres ſub obedientia, & regulari diſciplina viuentes, eorundem loca, in quibus ſub communi uita degunt cum omnibus bonis, quę in pręſenti poſſident, & in futurum poterunt adipiſci ſub Beati Petri, & ſub

Digitized by Google

protectione ſuſcepere, & premiſſum Ordinem approbando etiam confirmarunt, & communierunt; necnon priuilegia, & indulgentias ipſis Ordini, & Fratribus, ac eorum Domibus conceſſas cum libertatibus, & exemptionibus ſecularium Exactionum à Romanis Pontificibus alias eis indultis. Concedendo inſuper Miniſtris Domorum, & locorum predictorum officium correctionis, illudq; exequendi libere in corrigendo exceſſus ſuorum Fratrum.

Quodq; R. R. Fratres Epiſcopi Leodienſes noſtri predeceſſores conſiderantes premiſſa, & dictos Miniſtros, & Fratres predictorum Domorum, & locorum uiuere in eiſdem in continentia, & ſub obedientia regulari uictum manibus querendo propriis, uolentes, eoſdem benigno proſequi fauore, & honeſtati, & ſtatui ipſorum amplius prouidere, ordinauerunt, quod predicti Fratres duntaxat in ſingulis locis ſue diœceſis, in quibus ſecum iidem Fratres pariter conuerſantur Miniſtrum haberent, quem de ſuo conſenſu ad Miniſtratus officium duxerint eligendum, qui etiam ipſos Fratres de culpis quotidianis, & leuibus exceſſibus corrigere haberet, *& hic ſubiungitur precedens*. Datum anno à Natiuitate Domini 1372. menſis Iulij die tertia.

Extractum ex eodem libro Statutorum, ubi dicitur, eam copiam contineri in libro Bullarum, & Priuilegiorum Conuentuum Zepperenſis, & Antuerpienſis fol. 25.

INSTRVMENTVM III.

IN quo Ioannes Epiſcopus Leodienſis Campum S. Hieronymi in Parochia villæ Septemburgis alias Sepperen donatum à Ioanne Gorre vt ibi fabricetur Conuentus in quo maneant viginti Fratres, & ab eo congregatio Tertij Ordinis in diœceſi Leodienſi cognomen accipiat, confirmat, & dat licentiam conſtruendi conuentus, & recipiendi Nouitios ad numerum predictum.

1 Vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis Ioannes de Heynſberg Dei gratia Epiſcopus Leodienſis, & Comes Loſſenenſis ſalutem in Domino ſempiternam, & religionis augmentum.

2 Si locis cultui diuino mācipā lis aliquid impendimus augmēti remunerationis æterne meritū inde ſperamus recepturos. Petitionis ſiquidē dilectorū in Dn̄o Ioan. de Colonia Presbiteri incole ville

de

de Septemburgis noſtræ diæceſi; necnon Fratrum Ioannis de Dorſten, & Ægidij de S. Trudone profeſſorum Tertij Ordinis de Pænitentia nuncupati ſeries continebat, qualiter certus campus continens in ſe quaſi tria cum dimidio bouaria terræ iacens in Parochia dictæ villæ de Septemburgis alias dictæ Sepperis prope S. Trudonem eiuſdem noſtræ diæceſis per diſcretum virum Ioannem Gorrem incolam villæ antedictæ donatus eſſet, & aſſignatus ad honorem Omnipotentis Dei, Beati Hieronyimi Doctoris, & S. Franciſci Confeſſoris, vt inibi Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati locarentur, & habitarent, ac manibus ſuis, donec abundantius eiſdem prouideret diuina gratia victum quærerent.

3 Ipſis propter hoc, vt in dicto Campo inſimul habitaturis, ipſamq; Congregationem Campum S. Hieronymi nominari, & vſq; ad numerum viginti perſonarum ſecundum eiuſdem Ordinis inſtituta ad ſe recipere valerent, licentiam, & noſtram ordinariam auctoritatem impartiri dignaremur.

4 Nos igitur inſtantiam perſonarum, & deuotionis zelum perſpicientes, cupienteſq; Religionis cultum noſtris augeri temporibus, deuotorum ſupplicantium votis annuentes, ipſis Fratribus dictum Campum, quem ex nunc in antea Campum S. Hieronymi appellari volumus acceptandi, inhabitandi, conueniendi, atq; cohabitandi ſecundum Regulam Tertij Ordinis antedicti, & eius inſtituta viuendi.

5 Et etiam quoſcunq; bonos Chriſtianos bonæ vitæ, & honeſtæ conuerſationis nulla perfidiæ macula repertos vſq; ad numerum viginti perſonarum, ſi cum eiſdem habitare voluerint acceptandi, vt petitum exiſtit, licentiam impartimur per præſentes; dictaſq; donationem, & acceptationem huiuſmodi Campi S. Hieronymi noſtra ordinaria auctoritate ex certa ſcientia confirmamus, &c. In quorum omnium, & ſingulorum præmiſſorum teſtimonium ſigillum noſtrum ad cauſas preſentibus duximus apponendum. Datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo viceſimo quinto, menſis Februarij quinta decima.

Extracta ex eodem libro Statutorum, ubi dicitur originale conſeruari in Conuentu Antuerpienſi fol. 29.

INSTRVMENTVM IV.

IN quo multa priuilegia Tertiarijs Sepperenſibus conceduntur, præſertim emittendi tria uota ſubſtantialia, recipiendi Sacramenta à ſuis, cum ſepultura eccleſiaſtica in eorum Eccleſia, & alia ut hic dicitur.

1 Ioannes Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Leodienſis dilectis Nobis in Chriſto Fratribus ſub obſeruantia Tertię Regulæ S. Franciſci Ordinis de Pœnitentia nuncupati Domus, ſiue Conuentus Campi S. Hieronymi ſituati in Parochia S. Seruatij villæ de Sepperen noſtrę diœceſis Leodienſis, pariter in communi vita viuentibus præſentibus, & futuris ſalutem in Domino ſempiternam.

2 Vt vos veſtriq; conſimiles, ac ſequaces Oratorium, Altaria, & Cemeterium infra ſepta Domus veſtræ erigere, habere, & conſecrari facere. Quodq; Capitulum culparum, & alia loca dicto Ordini veſtro congrua ſeruare, habitumq; Ordinis prædicti ad inſtar formæ, & habitus Fratrum eiuſdem Ordinis Conuentuum Traiectenſis diœceſis, iuxta ſtatuta, & conſuetudines Ordinis, & Regulæ prædictorum.

3 Et quod in eodem Ordine ſub prædicta Regula tria ſubſtantialia vota profiteri licitè poſſitis, & valeatis auctoritatem, & licentiam tenore præſentium concedimus, & impartimur.

4 Volumus inſuper, & mandamus pro conſeruatione vitæ ſpirituales in dicta Domo veſtra, quatenus vnum ex Prælatis alicuius approbati Ordinis obſeruatorem diſciplinæ regularis in veſtrum Viſitatorem, & reformatorem eligatis, & procuretis, donec, & quouſque Domus veſtra aſſumpta, & incorporata fuerit Generali Capitulo Tertij Ordinis dictorum Fratrum diœceſis Traiectenſis prædictæ; ad quod conſequendum debito tempore noſtrum aſſenſum, & conſenſum præſtabimus gratioſe.

5 Veſtrarum quoq; profeſſionum receptionem ad prædictum veſtrum Viſitatorem, vel cui ipſe duxerit committendum uolumus pertinere. Cui ſiquidem Viſitatori pro tempore exiſtenti Nos de vberiori dono gratię, vos, veſtroſq; conſimiles, & ſequaces ſingulis annis, tam in capite, quam in membris viſitandi, defectus, & exceſſus corrigendi; ordinationeſq; & ſtatuta ſalubria condendi, & faciendi Miniſtrum cum conſilio ſanioris partis veſtri Conuentus inſtituendi, vel deſtituendi. 6

6 Similiter Confeſſorem, ſeu Confeſſores bonę famę etiam cum conſilio ſenioris partis veſtri Conuentus ponendi, ſeu eoſdem, ſi neceſſe fuerit, deponendi; qui veſtris, ac veſtrorum familiarium, & commenſalium auditis confeſſionibus etiam in caſibus Nobis reſeruatis, de peccatis ſibi confeſſis abſoluere, & penitentiam ſalutarem iniungere. Vota vero minora, ſi quæ emiſeritis in alia pietatis opera cõmutare. Miſſas, & alia diuina officia in veſtro Oratorio, ſeu loco alio honeſto, & ad hoc deputato, etiam in Altari portatili conſecrato, campanæ pulſu adhibito celebrare, ſeu per alium Presbiterum celebrari facere, etiam tempore Interdicti, ianuis tamen clauſis, vobis, veſtriſq; familiaribus domeſticis tantum præſentibus, dummodo cauſam non dederitis Interdicto.

7 Sacramenta quoq; Eccleſiaſtica videlicet Sanctæ Euchariſtiæ, & Extremæ Vnctionis, & Sepulturam Eccleſiaſticam rite miniſtrare, aquam benedicere, & verbum Dei ibidem prædicare valeat, & valeant, quoties opportunum fuerit, plenam, & liberam in prædictis concedimus facultatem, iuribus matricis Eccleſię S. Seruatij prędictę ſaluis, & illęſis permanentibus.

8 Volumus inſuper, & mandamus vobis, et ſucceſſoribus veſtris dictum Ordinem, et habitum in futurum aſſumpturis, quod prędicto veſtro pro tempore exiſtenti Viſitatori, ac veſtris confeſſorib. tamquam Nobis in omnibus licitis, et honeſtis obediatis, ipſorumq; pręceptis, et mandatis pareatis. Cuius ſiquidem Viſitatoris veſtri conſcienciam dum per vos, ſeu per curam veſtram gerentes debite requiſitus fuerit quantum ad pręmiſſa circa Domum veſtram, veſtras perſonas, ac ſequaces rite exequenda, in virtute S. obedientiæ diſtricte præcipiendo, quantum in Nobis eſt, oneramus, et obligamus; concedendo eidem Viſitatori, vos, veſtroſq; familiares, ac ſequaces, ſi qui ex vobis, quod abſit, inobedientes, et rebelles fueritis per cenſuras eccleſiaſticas poteſtatem noſtra auctoritate ordinaria compellendi, et compeſcendi.

9 Inſuper vero quatenus eo quietius Deo abſq; omnium moleſtatione viuere, et deſeruire valeatis, vt vos, veſtræq; habitationis locus, veſtriq; ſequaces, bona quoq; veſtra temporalia præſentia, et futura eccleſiaſtica libertate gaudere, quemadmodum in alijs approbatis Monaſterijs fieri conſuetum eſt, vti de cætero valeatis, et valeant vos, et omnia, et ſingula veſtra bona ſub protectione Glo-

rioſiſſimi Martyris, et Pontificis Beati Lamberti Patroni noſtri ſuſcipientes, de ſpeciali gratia, quantum in nobis eſt concedimus, & elargimur.

10 Præterea vobis, veſtriſq; Confeſſoribus, & veſtris familiaribus, ac domeſticis, cæteriſq; eiuſdem Tertij Ordinis veſtri vtriuſq; ſexus in noſtra Leodienſi diæceſi pariter in communi viuentibus præſentibus, & futuris noſtra antedicta auctoritate ordinaria, quatenus in omnibus, & per omnia omnibus, & ſingulis priuilegijs, & gratijs antedictis Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati in diæceſi Traiectenſi prędicta pariter in communi viuentibus, & eorum cuilibet à Romanis Pontificibus, & ipſorum loci ordinarijs prout nunc, & in antea conceſſis quorum copiam volumus hic habere pro inſertis libere vti, & gaudere, quantum in Nobis eſt, miſericorditer indulgemus, decernimus, & approbamus, ac ex certa ſcientia noſtra per præſentes declaramus. Noſtra tamen, & ſucceſſorum noſtrorum Epiſcoporum Leodienſium Iuriſdictione, & viſitatione ordinaria, & reformatione in præmiſſis, & circa illa ſemper ſaluis, & reſeruatis. Et vt hæc prædicta omnia robur obtineant firmitatis perpetuæ has præſentes litteras noſtras ſigilli noſtri ad cauſas fecimus appenſione muniri. Datum anno à Natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quinto, menſis Iunij die viceſima ſecunda.

Recompilatum ex eodem libro Statutorum eiuſdem Congregationis Sepperenſis fol. 31.

INSTRVMENTVM V.

IN quo Capitulum Generale ſingulis annis celebrandum deputatur in Conuentu Zepperenſi eſſe deinceps faciendum.

1 Ioannes Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Leodienſis dilecti Nobis in Chriſto Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Domorum Louanienſis, Buſcodienſis, Aquenſis, Traiectenſis Lerrenſis, Ruremondenſis, Arſchotenſis S. Iudoci, & de Zepperen. in noſtra Leodienſi diæceſi conſtitutarum ſaluificam in crucifixo ſalutem.

2 Licet pridem, vt inter dictam noſtram diæceſim ſingulis annis Generale Capitulum celebrare poſſitis vobis gratioſe inter cete-

ra conceſſerimus, ac in vim huiuſmodi conceſſionis, & pro conſeruatione religioſæ obſeruantiæ veſtræ, & commodum veſtrum præfatum Generale Capitulum ſingulis annis Dominica die, qua canitur in Eccleſia Dei, *Cantate*, in aliquo loco noſtræ diœceſis huiuſmodi, ſicut videbatur tenueritis: Veruntamen attendentes, quod aliqua loca ex prędictis in finib. noſtræ diœceſis conſiſtere dignoſcuntur, ita quod ſine uerisimili incommodo ad illa loca prouincialia nequeatis conuenire. Hinc in quo conceſſionem noſtram prelibatam in ea parte innouando, uobis tam cõiunctim, quam diuiſim in uirtute S. Obedientiæ diſtricte præcipiendo mãdamus, quatenus pro huiuſmodi ueſtro Generali Capitulo celebrando in Domo de Zepperen. prædicta ſufficienter accommoda à tempore datæ præſentium, & de cætero expenſis communibus abſq; onere eiuſdem Domus in Domino conueniatis.

3 Nos enim eandem Domum de Zepperen pro loco præfati Generalis Capituli ueſtri alijs noſtris conceſsionibus uobis ſaluis remanentibus ex certa noſtra ſcientia deputandam duximus, & pro uobis, ueſtriſq; Domibus prænominatis, ac alijs, ſi quæ infra dictam noſtram diœceſim reformari uniri uobis contingat, excluſis, & dimisſis Domibus Fratrum aliarum diœceſum Tertij Ordinis antedicti in ſolidum deputamus harum noſtrarum tenore literarum, ſigillo noſtro ad cauſas ſigillatarum. Sub anno à Natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo, menſis Aprilis die decima ſexta.

Ex eodem libro præſens copia extracta fuit fol. 39.

INSTRVMENTVM VI.

Bonora q. Hondedei de Villa Leuræ Caſtri Montisflorum concedit Oratorium S. Mariæ extra dictum Caſtrum poſitum F. Petro Prouinciæ Montisfeltri cum pactis in eo expreſſis.

In nomine Domini, Amen. Anno eiuſdem 1409. indictione 2. tempore Pontificatus Gregorij diuina prouidentia Papæ XII. & die 7. menſis Octobris.

2 Bonora q. Hondedei Bonoræ de Villa Leuræ Caſtri Montisflorũ, & nunc habitator in Capella S. Mariæ curiæ dicti Caſtri per ſe, & ſuos hæredes dedit, tradidit, atq; donauit pure, libere, atque ſim-

ſimpliciter, & irreuocabiliter inter viuos iure proprio, & in perpetuum F. Petro q. Antonij de Luceria Saracenorum tunc Miniſtro Tertij Ordinis de Penitentia S. Franciſci Prouinciæ Montiſfeltri præſenti, ſtipulanti vice, & nomine ſuorum ſucceſſorum, ac etiam præſenti, ſtipulanti, & recipienti vice, & nomine dicti Tertij Ordinis ſummæ pænitentiæ S. Franciſci, & pro ipſis ſtipulantibus vnam domum, ſiue cellam, ſiue Oratorium muratum circum circa cum tribus ſtantijs partitis, vna illarum picta cum figuris noſtri Domini, ac ſuæ matris Virginis Mariæ, & aliarum figurarum in dicta ſtantia pictarum coopertam de cupis cum vno modico terreni circum circa dictam domum cum horticellis, & fraſchis exiſtentibus in dicto terreno; cui domui, & terreno à primo latere, & à ſecundo, & tertio ſunt viæ, & à quarto iura Eccleſiæ S. Martini, & fundo Montis Ripæ; item vnum petium terræ hortiuę poſitum in dicta Capella S. Martini cum ſummitate dicti Montis Ripæ, cui terreno à primo, & ſecundo latere ſunt viæ, à tertio Antonius Colebenche, & à quarto idem Antonius, & hæredes Damiani Calce. Cum hoc pacto, & conditione inter ipſos facto, & conuento; videlicet, quod idem Bonora poſſit ſtare, habitare manutenere, cultiuare, atq; omnes fructus in dicto terreno, & horto exiſtentes per ſe recipere, atq; habere abſq; vlla contradictione ſupradicti F. Petri promittentis per ſe, & vice, & nomine aliorum ſuorum ſucceſſorum dicti Tertij Ordinis ſummæ pęnitentię S. Franciſci Montiſfeltri, donec idem Bonora vixerit; neq; quod ab ipſa domo *poſſit* expelli, atq; compelli donec vixerit; nec rationem dictorum fructuum in dicto terreno, & horto per eum collectorum dicto F. Petro, & ſuis ſucceſſoribus aſſignare; nec per dictum F. Petrum, & ſuos ſucceſſores peti poſſint.

Ad habendum, & poſſidendum, &c. Et quicquid dicto F. Petro, & ſuis ſucceſſoribus perpetuo deinceps placuerit faciendum, cum omnibus, & ſingulis, quæ infra quatuor prædictos continentur confines, vel alios, ſi qui forent veriores cum acceſſibus, & egreſſibus ſuis vſq; in viam publicam, & cum omnibus, & ſingulis, quæ dicta domus, ſiue cella, ſiue Oratorium, hortus, & terrenum donatum, haberet ſuper ſe, infra ſe, ſeu infra, in integrum, omniq; iure, actione, vſu, ſeu requiſitione ſibi ex eis rebus, aut ipſis rebus modo aliquo pertinentibus, & ſpectantibus, ipſam domum, terrenum,

quim, & hortum idem Bonora nomine dicti F. Petri, & ſuorum ſucceſſorum conſtituit poſſidere, donec ipſarum rerum poſſeſſionem acceperit corporalem, quam accipiendi, & ſua propria auctoritate retinendi, ei, & ſuis ſucceſſoribus licentiam omnimodam dedit, atq; conſulit, promittens idem Bonora per ſe, & ſuos hæredes eidem F. Petro præſenti, & accipienti vice, & nomine ſuorum ſucceſſorum, ac etiam vice, & nomine Tertij Ordinis ſummæ Pœnitentię S. Franciſci Prouincię Montisfeltri, prædictam donationem, & omnia, & ſingula in præſenti contractu contenta firma rata, & grata habere, tenere, & obſeruare, & in nullo contrafacere, &c. Pro quibus omnibus, et ſingulis firmiter obſeruandis, & adimplendis obligauit idem Bonora omnia ſua bona, &c.

Actum in Burgo Caſtri Montisflorum in domo M. Bartoli q. Binatti, &c. Et ego Iulianus de Leccardellis à Monteflorum publicus Apoſtolica auctoritate Notarius rogatus extiti, etc.

INSTRVMENTVM VII.

Abbas S. Mercurialis Foroliuienſis Ordinis Vallis Vmbroſæ inueſtit F. Petrum q. Pauli Nigri de Sergna ad eius vitam de Hoſpitali S. Mariæ Vallis Viridis anno 1438 cum recognitione, de quo Hoſpitali antea inueſtiti fuerant F. Onophrius q. Franciſci, & Catilina eius uxor anno 1415.

1 In Chriſti nomine, Amen. Anno ab eiuſdem Natiuitate 1438. indict. 1. tempore Pontificatus Eugenij IV. die 22. menſis Iunij Foroliuij in Cancellaria infraſcripti Monaſterij poſita in infraſcripto Monaſterio ſub ſcala, per quam itur ad Altare S. Stephani, & iuxta Clauſtrum, et Eccleſiam, et alios.

2 Comparuit, et ſe præſentauit coram Reuerendo in Chriſto Patre D. Ioanne de Bononia Dei gratia Abbate Monaſterij S. Mercurialis Foroliuienſis Ordinis Vallis Vmbroſę, necnon Syndico, et Procuratore dicti Monaſterij, et Capituli, et Conuentus eiuſdem, habente ad infraſcripta plenum, et ſpeciale mandatum, vt de dicto mandato plene conſtat manu mei Notarij infraſcripti.

3 Religioſus vir F. Petrus q. Pauli Nigri de Sergna Rector, et Gubernator Hoſpitalis S. Marię Vallis Viridis de Foroliuio, dixit, et expoſuit præfato D. Abbati, et in præſentia mei ſupradicti Notarij,

rii, et tertium infraſcriptum; quod ipſe F. Petrus habuerat, et habuit à Ser Iacobo q. Paganini, et à Tomaſio q. Ioannis olim Tomaſii de Foroliuio tanquam Patronibus ipſius Hoſpitalis in vita ipſius tantum, vt de dicta electione aſſeruit conſtare inſtrumento publico manu Ser Iacobi de Tornellis, et dixit, dictum Hoſpitale habuiſſe, et recepiſſe, vt ſupra, à dictis ſaluo iure Monaſterii S. Mercurialis prædicti. Et quod etiam dicta D. Catilina vxor q. Honophrii Franciſci, quod de dicto habuerat electionem à prædictis, et etiam renouationem à dicto Monaſterio, renuntiauerat iuribus ſuis; vt aſſeruit, patere per inſtrumentum publicum manu prędicti. Qua occaſione petit à D. Abbate de dicto Hoſpitali renouari in vita ſua tantum, vt ſupra, datum, et conceſſum fuit.

4 Qui D. Ioannes Abbas prædictus, viſis, et auditis prædictis, et habita plena informatione à dicto F. Petro confidens plurimum de honeſtate, et diſcretione ipſius F. Petri, et quia eſt effectus Heremita, per quem credit, et ſperat dictum, et infraſcriptum Hoſpitale, et eius iura bene regi, et ſalubriter gubernari, et cum etiam in dicto Hoſpitali ædificia multa facere, et habita plena informatione de renouatione dictæ D. Catarinę, quę de nouo innouata fuerat à dicto Monaſterio; et viſam petitionem dicti F. Petri eſſe iuſtam, et æquam, et iuri conſonam, et per conſequens admittendã, non tamen habito reſpectu aliquo alicui conceſſioni, et dationi factę prędicto F. Petro per prędictos Tomaſium, et Ser Iacobum de dicto Hoſpitali aſſertos Patronos, cui conceſſioni, et dationi non conſentit, ſed tamquam rem propriam de dominio, et proprietate dicti Monaſterii, et ad dictum Monaſterium ſpectantem, et pertinentem.

5 Per ſe, et ſucceſſores ſuos pręfatus D. Abbas, et nomine, et vice, ac ſyndicario, et procuratorio nomine dicti ſui Monaſterii, et Capituli, et Conuentus eiuſdem ſcilicet in vita ſua tantum infraſcripti F. Petri dedit, et conceſſit eidem F. Petro prędenti pro ſe, et in vita ſua tantum recipienti Hoſpitale S. Mariæ Valliſuiridis de Foroliuio cum omnibus domibus ſuis, terreno, horto, et ędificiis poſitum in Ciuitate prędicta in contrata Feliceti iuxta viam communis canalis communis, et terrenum Hebręorum, & alias, de quo innouati fuerunt à dicto Monaſterio F. Honophrius, et D. Catalina prędicta an. 1415. Indict. 8. vt patet inſtrumento publico manu

Ser

Ser Sanctis de Lugano Notarij Foriliuienſis; cum introitu, & exitu ſuo, & omnibus ſibi pertinentibus.

6 Ad habendum, tenendum, fruendum, & in omnibus meliorandum, ſub penſione annua ſoluenda dicto Monaſterio in feſto S. Mercurialis in ſignum dominij, & renouationis, vnius libræ ceræ nouę tempore renouationis viginti ſolidorum Rauennatenſium.

7 Quam rem non liceat F. Petro dare, vel relinquere vlli alij venerabili loco pio, & religioſo vllo titulo, niſi ſupradicto Monaſterio, cuius confeſſus fuit eſſe eius dominium, & proprietatem rei prædictæ. Nec ipſam vendere, aut alienare, vel obligare, nec de ipſo, aut aliqua eius parte aliquem contractum facere ſine expreſſa licentia dicti D. Abbatis, aut ſucceſſorum eius, qui pro tempore fuerint, niſi primo petita, & obtenta.

8 Et quia item F. Petrus erat in quaſi poſſeſſione rei prædictæ dictus D. Abbas, & Syndicus ipſum in ea confirmauit pro eo; quia confeſſus fuit ſe habuiſſe, & recepiſſe à dicto F. Petro dante, & ſoluente nomine mercedis huius conceſſionis; & renouationis rei prædictæ ſolidos viginti Rauennatenſes; exceptioni ſibi non datę, non ſolutę, non habitę, & non receptæ dictę mercedis, & omni alij legum, & iuris auxilio omnino renuntians.

9 Necnon promittens idem D. Abbas, & Syndicus rem prædictam contra omnes perſonas in iudicio, & extra ad rationem defendere, &c. auctorizare, &c. disbrigare, &c.

10 Quę omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta promittunt dictę partes ſibi inuicem ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde interuenientibus, perpetuo firma, & rata, atq; grata habere, tenere, obſeruare, & adimplere, & non contrafacere, vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios aliqua ratione, vel cauſa, vel ingenio, de iure, vel de facto ſub pæna decem librarum Rauennatenſium ad inuicem inter ipſos ſolemni ſtipulatione pręmiſſa, quæ pæna toties exigi poſſit, quoties contrafactum fuerit in ſingulis capitulis huius contractus, & refectione hinc inde damnorum, & expenſarum, ac intereſſe litis, & extra, & obligatione etiam vtriuſq; partis bonorum mobilium, & immobilium præſentium, & futurorum, & pęna prędicta ſoluta, vel non, nihilominus prædicta omnia, & ſingula ſupraſcripta perpetuo firma, & rata perdurent.

Ex rogitu Ser Ludouici de Ruſſis. Conſeruatur in Archiuio eiuſdem Conuentus. Dictus F. Petrus de Sernia eſt de Ciuitate Luceria, vt colligitur ex ſequenti inſtrumento, ea autem Ciuitas eſt in Apulia ex Plinio lib. 3. cap. 11.

INSTRVMENTVM VIII.

ABbas S. Mercurialis Foroliuienſis eidem F. Petro, de quo in praecedenti inſtrumento conceſſit vnum petium terra hortiua perticarum vltra ſex, & eius ſucceſſoribus contiguum Hoſpitali S. Mariæ Valliſuiridis per annos ſexaginta futuros ad innouandum.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate 1454. Indict. 2. Nicolai Papæ V. die duodecima Octobris.

1 Reuerendus in Chriſto Pater D. Hieronymus de Tagliacozzo Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas Monaſterij S. Mercurialis Foroliuienſis Ordinis Vallis Vmbroſæ, nec non Syndicus, & Procurator eiuſdem Monaſterij, Capituli, & Conuentus habens ad infraſcripta plenum, & ſpeciale mandatum, prout de ſuo mandato conſtat publico inſtrumento ſcripto, & rogato manu mei Notarij infraſcripti, dicto ſyndicario, & procuratorio nomine dicti ſui Monaſterij; Capituli, & Conuentus, ac vice, & nomine dictorum, per ſe, & ſuos ſucceſſores iure pacti in annis ſexaginta proxime venientibus ad innouandum dedit, & conceſſit F. Petro q. Pauli de Sergna de regimine Neapolis Tertij Ordinis S. Franciſci Procuratori Loci pij Hoſpitalis S. Mariæ Valuiridis de Foroliuio præſenti pro ſe, & nomine, & vice aliorum Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci commorantium in dicto Hoſpitali S. Mariæ de Valuiridi. & aliorum eius ſucceſſorum recipienti vnum petium terreni, ſeu vnam petiam terræ hortiuæ ſex perticarum, & duorum pedum, ſaluo iure pluris, vel minoris, quæ pars fuit vnius petiæ terræ hortiuæ viginti trium perticarum cum dimidia poſita in Ciuitate Foroliuii in contrata S. Ioannis Euangeliſtæ iuxta Canale commune verſus Fauentiam, viam vicinalem de Santucciis verſus Rauennam, & iura Capituli Dominorum Canonicorum Foroliuienſium S. Crucis à duobus lateribus verſus Cæſenam, & verſus Montunas per reſiduum dictæ petiæ terræ.

2 Quam dictus F. Petrus Procurator prædictus titulo emptionis aquiſi-

Digitized by Google

acquiſiuit à dicto Capitulo Dominorum Canonicorum S. Crucis de Foroliuio, prout de inſtrumento emptionis apparet manu Ser Philippi q. Maxii de Haſtis à me Notario infraſcripto viſo, & lecto. Et qui Domini Canonici, ſeu Capitulum S. Crucis olim innouationem fecerunt de ipſa cum reſiduo, quod remanet ipſis Dominis Canonicis, & Capitulo à dicto Monaſterio de anno præſenti, & die quinto præſentis menſis Octobris ex inſtrumento publico, & rogato manu mei Notarii infraſcripti, cum introitu, & exitu ſuo, omnibuſq; ſibi pertinentibus, &c.

3 Ad habendum, tenendum, vtendum, & fruendum, & in omnibus meliorandum. Sub penſione annua ſoluenda, & aſportanda dicto Monaſterio in menſe Martii, vel intra indictionem illius anni vnius denarii Rauennatenſis ad rationem perticæ; tempore verò renouationis duodecim denariorum Rauennatenſium ad dictam rationem pertinentium.

4 Quam rem non liceat dicto F. Petro, nec dictis aliis Fratribus, nec ſuis ſucceſſoribus dare, vel relinquere vlli alii venerabili loco, vel religioſo vllo titulo niſi ſupraſcripto Monaſterio, cuius dictus F. Petrus Procurator prædictus confeſſus fuit eſſe dominium, & proprietas rerum prædictarum; nec ipſam vendere, alienare, vel obligare ſine expreſſa licentia dicti D. Abbatis, vel eius ſucceſſorum, qui pro tempore fuerint, primò petita, & obtenta; & ſi ceſſauerint per triennium ſoluere penſiones, ſeu canones dictos, vt leges cenſent, cadant à iure ſuo.

5 Et quia dictus F. Petrus Procurator prædictis nominibus eſt quaſi in poſſeſſione rei prędictę, ideo dictus D. Abbas, & Syndicus ipſum dictis nominibus in eis confirmauit, pro eo, quia confeſſus, & contentus fuit habuiſſe, & recepiſſe à dicto F. Petro dante, & ſoluente nominibus, quibus ſupra, nomine mercedis huius conceſſionis, & renouationis rei prædictæ ſolidos ſex, & duos denarios Rauennatenſes. Exceptioni ſibi non datæ, non habitæ, & non receptæ dictæ mercedis, & omni alii auxilio omnino renuntians.

6 Necnon promittens dictus D. Abbas, & Syndicus dicti Monaſterii dictam petiam terrę contra omnes perſonas in iudicio, & extra defendere, auctorizare, & disbrigare.

7 Quę omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta promiſerunt dictę partes ſibi ad inuicem ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde, &c. *vt habetur in pręced. ſub num. 10.* *Actum*

Ex rogitu Ser Ludouici de Ruſſis. Conſeruatur in Archiuio eiuſdem Conuentus. Dictus F. Petrus de Sernia eſt de Ciuitate Luceria, vt colligitur ex ſequenti inſtrumento, ea autem Ciuitas eſt in Apulia ex Plinio lib. 3. cap. 11.

INSTRVMENTVM VIII.

Abbas S. Mercurialis Foroliuienſis eidem F. Petro, de quo in præcedenti inſtrumento conceſſit vnum petium terræ hortiuæ perticarum vltra ſex, & eius ſucceſſoribus contiguum Hoſpitali S. Mariæ Valliſuiridis per annos ſexaginta futuros ad innouandum.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate 1454. Indict. 2. Nicolai Papæ V. die duodecima Octobris.

1 Reuerendus in Chriſto Pater D. Hieronymus de Tagliacozzo Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas Monaſterij S. Mercurialis Foroliuienſis Ordinis Vallis Vmbroſæ, necnon Syndicus, & Procurator eiuſdem Monaſterij, Capituli, & Conuentus habens ad infraſcripta plenum, & ſpeciale mandatum, prout de ſuo mandato conſtat publico inſtrumento ſcripto, & rogato manu mei Notarij infraſcripti, dicto ſyndicario, & procuratorio nomine dicti ſui Monaſterij; Capituli, & Conuentus, ac vice, & nomine dictorum, per ſe, & ſuos ſucceſſores iure pacti in annis ſexaginta proxime venientibus ad innouandum dedit, & conceſſit F. Petro q. Pauli de Sergna de regimine Neapolis Tertij Ordinis S. Franciſci Procuratori Loci pij Hoſpitalis S. Mariæ Valuiridis de Foroliuio præſenti pro ſe, & nomine, & vice aliorum Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci commorantium in dicto Hoſpitali S. Mariæ de Valuiridi, & aliorum eius ſucceſſorum recipienti vnum petium terreni, ſeu vnam petiam terræ hortiuæ ſex perticarum, & duorum pedum, ſaluo iure pluris, vel minoris, quæ pars fuit vnius petiæ terræ hortiuæ viginti trium perticarum cum dimidia poſita in Ciuitate Foroliuii in contrata S. Ioannis Euangeliſtæ iuxta Canale commune verſus Fauentiam, viam vicinalem de Santucelis verſus Rauennam, & iura Capituli Dominorum Canonicorum Foroliuienſium S. Crucis à duobus lateribus verſus Cæſenam, & verſus Montunas per reſiduum dictæ petiæ terræ.

2 Quam dictus F. Petrus Procurator prædictus titulo emptionis aquiſi-

acquiſitâ à dicto Capitulo Dominorum Canonicorum S. Crucis de Forolinio, prout de inſtrumento emptionis apparet manu Ser Philippi q. Maxii de Haſtis à me Notario infraſcripto viſo, & lecto. Et qui Domini Canonici, ſeu Capitulum S. Crucis olim innouationem fecerunt de ipſa cum reſiduo, quod remanet ipſis Dominis Canonicis, & Capitulo à dicto Monaſterio de anno præſenti, & die quinto præſentis menſis Octobris ex inſtrumento publico, & rogato manu mei Notarii infraſcripti, cum introitu, & exitu ſuo, omnibuſq; ſibi pertinentibus, &c.

3 Ad habendum, tenendum, vtendum, & fruendum, & in omnibus meliorandum. Sub penſione annua ſoluenda, & aſportanda dicto Monaſterio in menſe Martii, vel infra indictionem illius anni vnius denarii Rauennatenſis ad rationem perticæ; tempore verò renouationis duodecim denariorum Rauennatenſium ad dictam rationem pertinentium.

4 Quam rem non liceat dicto F. Petro, nec dictis aliis Fratribus, nec ſuis ſucceſſoribus dare, vel relinquere vlli alii venerabili loco, vel religioſo vllo titulo niſi ſupraſcripto Monaſterio, cuius dictus F. Petrus Procurator prædictus confeſſus fuit eſſe dominium, & proprietas rerum prædictarum; nec ipſam vendere, alienare, vel obligare ſine expreſſa licentia dicti D. Abbatis, vel eius ſucceſſorum, qui pro tempore fuerint, primo petita, & obtenta; & ſi ceſſauerint per trienium ſoluere penſiones, ſeu canones dictos, vel leges cenſent, cadant à iure ſuo.

5 Et quia dictus F. Petrus Procurator prædictis nominibus eſt quaſi in poſſeſſione rei prædictæ, ideo dictus D. Abbas, & Syndicus ipſum dictis nominibus in eis confirmauit, pro eo, quia confeſſus, & contentus fuit habuiſſe, & recepiſſe à dicto F. Petro dante, & ſoluente nominibus, quibus ſupra, nomine mercedis huius conceſſionis, & renouationis rei prædictæ ſolidos ſex, & duos denarios Rauennatenſes. Exceptioni ſibi non datæ, non habitæ, & non receptæ dictæ mercedis, & omni alii auxilio omnino renuntians.

6 Necnon promittens dictus D. Abbas, & Syndicus dicti Monaſterii dictam petiam terræ contra omnes perſonas in iudicio, & extra defendere, auctorizare, & disbrigare.

7 Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta promiſerunt dictæ partes ſibi ad inuicem ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde, &c. *vt habetur in præced. ſub num. 10.*

Actum

Actum Foroliuij in Clauſtris Monaſterij iuxta oſtium Cancellariæ. Ego Andreas Iuliani de S. Ægidio publicus, &c. conſeruatum in Archiuio eiuſdem Conuentus, ſeu tunc Hoſpitalis.

INSTRVMENTVM IX.

ABbas S. Mercurialis Foroliuij concedit F. Ambroſio q. Perini de Mediolano Hoſpitale S. Mariæ Valliſuiridis cum horto contiguo, acceptanti pro ſe, & in vita ſua, de quibus antea inueſtitus fuerat F. Petrus, de quibus in præcedentibus inſtrumentis.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate 1472. indict. 5. tempore Sixti Papæ IV. die vero tredecimo menſis Nouembris.
1 Reuerendus in Chriſto Pater D. Baptiſta de Pontibus de Tagliacotio, decretorum Doctor, ac Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas Monaſterij S. Mercurialis de Foroliuio Ordinis Vallis Vmbroſanæ, nec non Syndicus, & Procurator dicti Monaſterij, Capituli, & Conuentus eiuſdem habens ad infraſcripta ſpeciale, & ſolemne mandatum ſcriptum, & rogatum manu mei Franciſci Notarij infraſcripti per ſe, & ſuos ſucceſſores, & dicto ſyndicario, & procuratorio nomine, & vice dicti Monaſterij, Capituli, & Conuentus eiuſdem dedit, & conceſſit venerabili religioſo
2 F. Ambroſio q. Perini de Mediolano Magiſtro Hoſpitalis S. Mariæ Valliſuiridis de Foroliuio præſenti, recipienti, & acceptanti pro ſe, in vita ſua tantum videlicet Hoſpitale S. Mariæ Valliſuiridis de Foroliuio prædicto, cum omnibus domibus ſuis, & terreno, & horto, & ædificijs ſuis poſitum in Ciuitate Foroliuij in contrata Fericeti iuxta viam communis ab vno latere verſus Fauentiam, & Canale Communis ab alio latere verſus Ceſenam, & terrenum Hebræorum ab alio latere verſus Montaneas, & alios ſuos confines, de quo Hoſpitali alias inueſtitus fuit à dicto Monaſterio F. Petrus q. Pauli Nigri de Sergna, vt conſtat inſtrumento publico manu Ser Ludouici de Ruffis de anno 1438. die 22. Iunij à me Notario infraſcripto viſo, & lecto.
3 Item iure pacti in annis ſexaginta proxime venientibus ad renouandum dedit, & conceſſit dicto F. Ambroſio præſenti, & acceptanti pro ſe, & ſuis in dicto Hoſpitali legitimis ſucceſſoribus, videlicet, vnam petiam terræ aratiuæ, ſeu hortiuæ vnius tornaturæ

culta ſola

ſex pedum vnius vnciæ, & punctorum octo ſaluo pluri, vel minori, poſitam in Ciuitate Foroliuij in contrata S. Ioannis Euangeliſte, & fundo Paſtine iuxta viam publicam verſus Rauennam, & iura Capituli Eccleſiæ Cathedralis S. Crucis de Foroliuio pro iuribus, quæ fuerunt Monialium Santinarum ab alio latere verſus Cæſenam, & Canale Communis verſus Fauentiam, & carrariam vicinalem illorum de Gambaraldis ab alio latere verſus Montaneas, & alios ſuos confines; quod terrenum hortiuum in tribus vicibus prædicti *F.* Petrus, & *F.* Ambroſius titulo emptionis, & donationis aquiſierunt à prædicto Capitulo S. Crucis vt conſtat in inſtrumentis publicis manu Ser. Philippi de Haſtis Notarij publici Foroliuij à me Notario infraſcripto viſis, & lectis, de quo terreno hortiuo dictum Capitulum innouatum fuit à dicto Monaſterio, vt conſtat inſtrumento publico innouationis manu Ser Andreæ Bonomi olim Notarij publici Foroliuij à me Notario infraſcripto viſo, & lecto, videlicet in anno 1454. die quinto menſis Octobris. Cum introitibus, & exitibus ſuis omnibuſq; ſibi pertinentibus.

4 Ad habendum, tenendum, vtendum, & fruendum, & in omnibus meliorandum. Sub penſione annua ſoluenda dicto Monaſterio pro dicto Hoſpitali in feſto S. Mercurialis in ſignum dominij, & renouationis vnius libræ ceræ nouæ; tempore vero renouationis ſolidorum viginti Rauennatenſium; & pro dicta terra hortiua ſub penſione ſoluenda dicto Monaſterio in menſe Martii, vel infra indictionem illius anni vnius denarij Rauennatenſis pro ſingula pertica ad rationem perticarum.

5 Quas res non liceat dicto F. Ambroſio, nec eius ſucceſſoribus dare, vel relinquere, &c. *Quæ ſequuntur habentur eiſdem verbis extenſa in præcedentibus Inſtr. 17. & ideo omittuntur.*

Actum Foroliuij in Cancellaria Monaſterij S. Mercurialis de Foroliuio poſita in dicto Monaſterio, & iuxta Campanile magnum, & clauſtrum eiuſdem Monaſterij, præſentibus, &c.

Et ego Franciſcus filius Ioannis Petrutij à Pontibus de Forol.

Inſtrumentum hoc conſeruatur cum alijs ſupradictis in vtroque conuentu Sancti Mercurialis, & S. Mariæ Viridis Foroliuij.

INSTRVMENTVM X.

Abbas S. Mercurialis Foroliuij poſt mortem F. Ambroſij de Mediolano de eodem Hoſpitali cum cæteris inueſtiuit F. Ioannem q. Pauli de Verona Viſitatorem Generalem pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, & alijs Fratribus.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate 1478. Indict. 11. tempore Sixti Papæ IV. die vigeſima quinta menſis Martij.

1 Reuerendus in Chriſto Pater D. Nicolaus de Bardolinis de Foroliuio, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Abbas S. Mercurialis, &c. ſuper re deuoluta ad dictum Monaſterium propter mortem F. Ambroſij q. Petrini de Mediolano, iure pacti in annis LX. proxime aduenientibus dedit, & innouando conceſſit.

2 F. Ioanni q. Pauli de Verona Viſitatoris Generalis totius Ordinis Fratrum S. Franciſci in Heremitica obſeruantia de voluntate Summi Pontificis Prouinciæ Italiæ, præſenti pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus in dicta dignitate, & pro alijs Fratrib. habitantibus in dicto loco de voluntate Viſitatoris Generalis prædicti, vel eius ſucceſſoribus Regularis obſeruantiæ Congregationis Lombardiæ ſtipulanti, & conducenti videlicet Hoſpitale S. Mariæ Vallis viridis de Foroliuio cum omnibus domibus ſuis, & terreno, & horto, & ædificijs ſuis poſitum in Ciuitate Foroliuij in contrata Feliceti iuxta viam Communis verſus Fauentiam, Canale communis verſus Cæſenam terrenum Hebræorum verſus Montes, & alios ſuos confines prout eodem modo, & pacto, dedit, & innouando conceſſit dicto F. Ioanni Viſitatori Generali ſtipulanti nominibus, quibus ſupra vnam petiam terræ aratiuæ, ſeu hortatiuæ vnius tornaturæ ſex pedum, vnius vnciæ, & dimidia, ſaluo pluri, vel minori, poſitam in Ciuitate Foroliuij in contrata S. Ioannis Euangeliſtę in fundo Paſſine iuxta viam communis verſus Rauennam, iura Capituli Eccleſię Cathedralis S. Crucis de Foroliuio pro iuribus, quæ fuerunt Monialium Santucinarum verſus Cæſenam, canale communis uerſus Fauentiam carrariam uicinalem illorum de Gambaraldis uerſus Montes, & alios ſuos confines. De quibus omnibus innouatus fuit dictus F. Ambroſius de anno 1472. die 13. Nouembris, cum introitibus, &c.

Ad habendum, tenendum, &c. *Quæ omittuntur hic, quia in præcedentibus habentur ſub eiſdem verbis.* Actum

Digitized by Google

Actum Foroliuij in Camera reſidentię prefati D. Abbatis Ego Andreas q. Iuliani de S. Ægidio de Foroliuio publicus, &c.

Conſeruatur cum praecedentibus in eiſdem Monaſterijs vtriuſq; Ordinis.

INSTRVMENTVM XI.

Canonici Catedralis Foroliuij de Conſenſu Epiſcopi Eccleſia Foroliuienſis conceſſerunt, & donauerunt vnum petium terra contiguũ Conuentui Fratribus hic nominatis, ſaluo iure Abbatis S. Mercurialis.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate 1465. Indict. 13. tempore Pauli Papæ II. die 26. menſis Iunij.

1 Congregatio, conuocato, & coadunato Capitulo Eccleſiæ Cathedralis S. Crucis de commiſſione, & mandato infraſcripti, D. Archidiaconi, & in loco infraſcripto, & maxime pro habenda pręſentia, & auctoritate, & uoluntate infraſcripti D. Epiſcopi, in quo quidem Capitulo interfuerunt uenerabilis, & eximius Decretorũ Doctor D. Alexander q. Guglielmi de Homis Archidiaconus Foroliuienſis, D. Siluester q. Magnifici Ioannis de Foroliuio; D. Ioannes q. Iacobi Caxini de Forol. D. Iacobus q. magnifici Antonij Guarini de Forol. D. Iacobus filius Michaelis de Maſſa; D. Franciſcus q. magnifici Luce de Forol. D. Andreas q. Ioannis de Ambroſijs de Forol. D. Franciſcus q. Donati de Forol. D. Nicolaus filius magnifici Antonij de Fauentia; & D. Antonius filius Ioannis Matthęi de Forol. Decretorum Doctor. omnes Canonici dictę Eccleſię Cathedralis Foroliuienſis; abſente D. Pighino q. Checchi de Cultrarijs de Forol. alio Canonico infirmo, qui etiam fuit citatus, & propter ſenium etiam, ſe præſentare, & uenire non poteſt; facientes, & repręſentantes totum Capitulum dictę Eccleſiæ Cathedralis Foroliu. ſedentes ſuper duabus Banchis ſitis in camera inferiori Palatij Epiſcopalis Foroliuienſis poſiti in ciuitate Foroliuij in contrata uineę Epiſcopi iuxta uiam à tribus Canale, & alias. Et in pręſentia uenerandi in chriſto Patris, & Domini D. Iacobi Palatini Epiſcopi Foroliuienſis Dei, et Apoſtolicę ſedis gratia ſedentis ſuper quadam Cathedra in dicta camera, & in pręſentia dicti D. Epiſcopi, & Canonicorum, & Capituli

2 Dictus D. Archidiaconus dicit, & propoſuit, quod pluries fuit habitum ratiocinatum, & tractatum in dicto Capitulo, & colloquiũ

ſimpliciter, & irreuocabiliter inter viuos iure proprio, & in perpetuum F. Petro q. Antonij de Luceria Saracenorum tunc Miniſtro Tertij Ordinis de Penitentia S. Franciſci Prouinciæ Montiſfeltri præſenti, ſtipulanti vice, & nomine ſuorum ſucceſſorum, ac etiam præſenti, ſtipulanti, & recipienti vice, & nomine dicti Tertij Ordinis ſummæ pænitentiæ S. Franciſci, & pro ipſis ſtipulantibus vnam domum, ſiue cellam, ſiue Oratorium muratum circum circa cum tribus ſtantijs partitis, vna illarum picta cum figuris noſtri Domini, ac ſuæ matris Virginis Mariæ, & aliarum figurarum in dicta ſtantia pictarum coopertam de cupis cum vno modico terreni circum circa dictam domum cum horticellis, & fraſchis exiſtentibus in dicto terreno; cui domui, & terreno à primo latere, & à ſecundo, & tertio ſunt viç, & à quarto iura Eccleſię S. Martini, & fundo Montis Ripę; item vnum petium terræ, hortiue poſitum in dicta Capella S. Martini cum ſummitate dicti Montis Ripæ, cui terreno à primo, & ſecundo latere ſunt viæ, à tertio Antonius Colebenche, & à quarto idem Antonius, & hæredes Damiani Calce. Cum hoc pacto, & conditione inter ipſos facto, & conuento; videlicet, quod idem Bonora poſſit ſtare, habitare manutenere, cultiuare, atq; omnes fructus in dicto terreno, & horto exiſtentes per ſe recipere, atq; habere abſq; vlla contradictione ſupradicti F. Petri promittentis per ſe, & vice, & nomine aliorum ſuorum ſucceſſorum dicti Tertij Ordinis ſummæ penitentię S. Franciſci Montiſfeltri, donec idem Bonora vixerit; neq; quod ab ipſa domo poſſit expelli, atq; compelli donec vixerit; nec rationem dictorum fructuum in dicto terreno, & horto per eum collectorum dicto F. Petro, & ſuis ſucceſſoribus aſſignare; nec per dictum F. Petrum, & ſuos ſucceſſores peti poſſint.

Ad habendum, & poſſidendum, &c. Et quicquid dicto F. Petro, & ſuis ſucceſſoribus perpetuo deinceps placuerit faciendum, cum omnibus, & ſingulis, quæ infra quatuor prædictos continentur confines, vel alios, ſi qui forent veriores cum acceſſibus, & agreſſibus ſuis vſq; in viam publicam, & cum omnibus, & ſingulis, quæ dicta domus, ſiue cella, ſiue Oratorium, hortus, & terrenum donatum, haberet ſuper ſe, infra ſe, ſeu infra, in integrum, omniq; iure, actione, vſu, ſeu requiſitione ſibi ex ijs rebus, aut ipſis rebus modo aliquo pertinentibus, & ſpectantibus, ipſam domum, terrenum,

rum, & hortum idem Bonora nomine dicti F. Petri, & ſuorum ſucceſſorum conſtituit poſſidere, donec ipſarum rerum poſſeſſionem acceperit corporalem, quam accipiendi, & ſua propria auctoritate retinendi, ei, & ſuis ſucceſſoribus licentiam omnimodam dedit, atq; conſuluit, promittens idem Bonora per ſe, & ſuos hæredes eidem F. Petro præſenti, & accipienti vice, & nomine ſuorum ſucceſſorum, ac etiam vice, & nomine Tertij Ordinis ſummæ Pęnitentię S. Franciſci Prouincię Montisfeltri, prædictam donationem, & omnia, & ſingula in pręſenti contractu contenta firma rata, & grata habere, tenere, & obſeruare, & in nullo contrafacere, &c. Pro quibus omnibus, et ſingulis firmiter obſeruandis, & adimplendis obligauit idem Bonora omnia ſua bona, &c.

Actum in Burgo Caſtri Montisflorum in domo M. Bartoli q. Binatti, &c. Et ego Iulianus de Lucardellis à Monteflorum publicus Apoſtolica auctoritate Notarius rogatus extiti, etc.

INSTRVMENTVM VII.

Abbas S. Mercurialis Foroliuienſis Ordinis Vallis Vmbroſæ inueſtit F. Petrum q. Pauli Nigri de Sergna ad eius vitam de Hoſpitali S. Mariæ Vallis Viridis anno 1438 cum recognitione; de quo Hoſpitali antea inueſtiti fuerant F. Onophrius q. Franciſci, & Gutilinaccius uxor anno 1415.

1 In Chriſti nomine, Amen. Anno ab eiuſdem Natiuitate 1438 indict. 1. tempore Pontificatus Eugenij IV. die 22. menſis Iunij Foroliuij in Cancellaria infraſcripti Monaſterij poſita in infraſcripto Monaſterio ſub ſcala, per quam itur ad Altare S. Stephani, & iuxta Clauſtrum, et Eccleſiam, et alios.

2 Comparuit, et ſe præſentauit coram Reuerendo in Chriſto Patre D. Ioanne de Bononia Dei gratia Abbate Monaſterij S. Mercurialis Foroliuienſis Ordinis Vallis Vmbroſę, necnon Syndico, et Procuratore dicti Monaſterij, et Capituli, et Conuentus eiuſdem, habente ad infraſcripta plenum, et ſpeciale mandatum, vt dicto mandato plene conſtat manu mei Notarij infraſcripti.

3 Religioſus vir F. Petrus q. Pauli Nigri de Sergna Rector, et Gubernator Hoſpitalis S. Mariæ Vallis Viridis de Foroliuio, dixit, et expoſuit præfato D. Abbati, et in pręſentia mei ſupradicti Notarij,

rii, et tertium infraſcriptum; quod ipſe F. Petrus habuerat, et habuit à Ser Iacobo q. Paganini, et à Tomaſio q. Ioannis olim Tomaſii de Foroliuio tamquam Patronibus ipſius Hoſpitalis in vita ipſius tantum, vt de dicta electione aſſeruit conſtare inſtrumento publico manu Ser Iacobi de Tornellis, et dixit, dictum Hoſpitale habuiſſe, et recepiſſe, vt ſupra, à dictis ſaluo iure Monaſterii S. Mercurialis prædicti. Et quod etiam dicta D. Catilina vxor q. Honophrii Franciſci, quod de dicto habuerat electionem à prædictis, et etiam renouationem à dicto Monaſterio, renuntiauerat iuribus ſuis; vt aſſeruit, patere per inſtrumentum publicum manu prędicti. Qua occaſione petit à D. Abbate de dicto Hoſpitali renouari in vita ſua tantum, vt ſupra, datum, et conceſſum fuit.

4 Qui D. Ioannes Abbas prædictus, viſis, et auditis prædictis, et habita plena informatione à dicto F. Petro confidens plurimum de honeſtate, et diſcretione ipſius F. Petri, et quia eſt effectus Heremita, per quem credit, et ſperat dictum, et infraſcriptum Hoſpitale, et eius iura bene regi, et ſalubriter gubernari, et cum etiam in dicto Hoſpitali ædificia multa facere, et habita plena informatione de renouatione dictæ D. Catarinę, quę de nouo innouata fuerat à dicto Monaſterio; et viſam petitionem dicti F. Petri eſſe iuſtam, et æquam, et iuri conſonam, et per conſequens admittendā, non tamen habito reſpectu aliquo alicui conceſſioni, et dationi factę prędicto F. Petro per prędictos Tomaſium, et Ser Iacobum de dicto Hoſpitali aſſertos Patronos, cui conceſſioni, et dationi non conſentit, ſed tamquam rem propriam de dominio, et proprietate dicti Monaſterii, et ad dictum Monaſterium ſpectantem, et pertinentem.

5 Per ſe, et ſucceſſores ſuos prefatus D. Abbas, et nomine, et vice, ac ſyndicario, et procuratorio nomine dicti ſui Monaſterii, et Capituli, et Conuentus eiuſdem ſcilicet in vita ſua tantum infraſcripti F. Petri dedit, et conceſſit eidem F. Petro preſenti pro ſe, et in vita ſua tantum recipienti Hoſpitale S. Mariæ Valliſuiridis de Foroliuio cum omnibus domibus ſuis, terreno, horto, et ędificiis poſitum in Ciuitate prędicta in contrata Feliceti iuxta viam communis canalis communis, et terrenum Hebręorum, & alias, de quo innouati fuerunt à dicto Monaſterio F. Honophrius, et D. Catalina prędicta an. 1415. Indict. 8. vt patet inſtrumento publico manu

Ser

Ser Sanctis de Lugano Notarij Foriliuienſis, cum introitu, & exitu ſuo, & omnibus ſibi pertinentibus.

6 Ad habendum, tenendum, fruendum, & in omnibus meliorandum, ſub penſione annua ſoluenda dicto Monaſterio in feſto S. Mercurialis in ſignum dominij, & renouationis, vnius libræ ceræ nouę tempore renouationis viginti ſolidorum Rauennatenſium.

7 Quam rem non liceat F. Petro dare, vel relinquere vlli alij venerabili loco pio, & religioſo vllo titulo, niſi ſupradicto Monaſterio, cuius confeſſus fuit eſſe eius dominium, & proprietatem rei prædictæ. Nec ipſam vendere, aut alienare, vel obligare, nec de ipſo, aut aliqua eius parte aliquem contractum facere ſine expreſſa licentia dicti D. Abbatis, aut ſucceſſorum eius, qui pro temporæ fuerint, niſi primo petita, & obtenta.

8 Et quia idem F. Petrus erat in quaſi poſſeſſione rei prædictæ dictus D. Abbas, & Syndicus ipſum in ea confirmauit pro eo, quia confeſſus fuiſſe habuiſſe, & recepiſſe à dicto F. Petro dante, & ſoluente nomine mercedis huius conceſſionis, & renouationis rei prædictæ ſolidos viginti Rauennatenſes; exceptioni ſibi non datę, non ſolutę, non habitę, & non receptæ dictę mercedis, & omni alij legum, & iuris auxilio omnino renuntians.

9 Necnon promittens idem D. Abbas, & Syndicus rem prædictam contra omnes perſonas in iudicio, & extra ad rationem defendere, &c. auctorizare, &c. disbrigare, &c.

10 Quę omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta promittunt dictę partes ſibi inuicem ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde interuenientibus, perpetuo firma, & rata, atq; grata habere, tenere, obſeruare, & adimplere, & non contrafacere, vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios aliqua ratione, vel cauſa, vel ingenio, de iure, vel de facto ſub pæna decem librarum Rauennatenſium ad inuicem inter ipſos ſolemni ſtipulatione premiſſa, quæ pæna toties exigi poſſit, quoties contrafactum fuerit in ſingulis capitulis huius contractus, & refectione hinc inde damnorum, & expenſarum, ac intereſſe litis, & extra, & obligatione etiam vtriuſq; partis bonorum mobilium, & immobilium præſentium, & futurorum, & pœna prędicta ſoluta, vel non, nihilominus prædicta omnia, & ſingula ſupraſcripta perpetao firma, & rata perdurent.

Ex rogitu Ser Ludouici de Roſſis. Conſeruatur in Archiuio eiuſdem Conuentus. Dictus F. Petrus de Serna eſt de Ciuitate Luceria, vt colligitur ex ſequenti inſtrumento, ea autem Ciuitas eſt in Apulia ex Plinio lib. 3. cap. 11.

INSTRVMENTVM VIII.

ABbas S. Mercurialis Foroliuienſis eidem F. Petro, de quo in præcedenti inſtrumento conceſſit vnum petium terræ hortiuæ perticarum vltra ſex, & eius ſucceſſoribus contiguum Hoſpitali S. Mariæ Valliſuiridis per annos ſexaginta futuros ad innouandum.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate 1454. Indict. 2. Nicolai Papæ V. die duodecima Octobris.

1 Reuerendus in Chriſto Pater D. Hieronymus de Tagliacozzo Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas Monaſterij S. Mercurialis Foroliuienſis Ordinis Vallis Vmbroſæ, necnon Syndicus, & Procurator eiuſdem Monaſterij, Capituli, & Conuentus habens ad infraſcripta plenum, & ſpeciale mandatum, prout de ſuo mandato conſtat publico inſtrumento ſcripto, & rogato manu mei Notarij infraſcripti, dicto ſyndicario, & procuratorio nomine dicti ſui Monaſterij; Capituli, & Conuentus, ac vice, & nomine dictorum, per ſe, & ſuos ſucceſſores iure pacti in annis ſexaginta proxime venientibus ad innouandum dedit, & conceſſit F. Petro q. Pauli de Sergna de regimine Neapolis Tertij Ordinis S. Franciſci Procuratori Loci pij Hoſpitalis S. Mariæ Valuiridis de Foroliuio præſenti pro ſe, & nomine, & vice aliorum Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci commorantium in dicto Hoſpitali S. Mariæ de Valuiridi. & aliorum eius ſucceſſorum recipienti vnum petium terreni, ſeu vnam petiam terræ hortiuæ ſex perticarum, & duorum pedum, ſaluo iure pluris, vel minoris, quæ pars fuit vnius petiæ terræ hortiuæ viginti trium perticarum cum dimidia poſita in Ciuitate Foroliuii in contrata S. Ioannis Euangeliſtæ iuxta Canale commune verſus Fauentiam, viam vicinalem de Santuceſis verſus Rauennam, & iura Capituli Dominorum Canonicorum Foroliuienſium S. Crucis à duobus lateribus verſus Cæſenam, & verſus Montunas per reſiduum dictæ petiæ terræ.

2 Quam dictus F. Petrus Procurator prædictus titulo emptionis aquiſi-

acquiſiuit à dicto Capitulo Dominorum Canonicorum S. Crucis de Rotolinio, prout de inſtrumento emptionis apparet manu Ser Philippi q. Maxii de Haſtis à me Notario infraſcripto viſo, & lecto. Et qui Domini Canonici, ſeu Capitulum S. Crucis olim innouationem fecerunt de ipſa cum reſiduo, quod remanet ipſis Dominis Canonicis, & Capitulo à dicto Monaſterio de anno præſenti, & die quinto præſentis menſis Octobris ex inſtrumento publico, & rogato manu mei Notarii infraſcripti, cum introitu, & exitu ſuo, omnibuſq; ſibi pertinentibus, &c.

3 Ad habendum, tenendum, vtendum, & fruendum, & in omnibus meliorandum: Sub penſione annua ſoluenda, & aſportanda dicto Monaſterio in menſe Martii, vel infra indictionem illius anni vnius denarii Rauennatenſis ad rationem perticæ, tempore verò renouationis duodecim denariorum Rauennatenſium ad dictam rationem pertinentium.

4 Quam rem non liceat dicto F. Petro, nec dictis aliis Fratribus, nec ſuis ſucceſſoribus dare, vel relinquere vlli alii venerabili loco, vel religioſo vllo titulo niſi ſupraſcripto Monaſterio, cuius dictus F. Petrus Procurator prædictus confeſſus fuit eſſe dominium, & proprietatem rerum prædictarum; nec ipſam vendere, alienare, vel obligare ſine expreſſa licentia dicti D. Abbatis, vel eius ſucceſſorum, qui pro tempore fuerint, primo petita, & obtenta, & ſi ceſſauerint per trienium ſoluere penſiones, ſeu canones dictos, vel leges cenſent, cadant à iure ſuo.

5 Et quia dictus F. Petrus Procurator prædictis nominibus eſt quaſi in poſſeſſione rei prędictę, ideo dictus D. Abbas, & Syndicus ipſum dictis nominibus in eis confirmauit, pro eo, quia confeſſus, & contentus fuit habuiſſe, & recepiſſe à dicto F. Petro dante, & ſoluente nominibus, quibus ſupra, nomine mercedis huius conceſſionis, & renouationis rei prædictæ ſolidos ſex, & duos denarios Rauennatenſes. Exceptioni ſibi non datæ, non habitæ, & non receptæ dictæ mercedis, & omni alii auxilio omnino renuntians.

6 Necnon promittens dictus D. Abbas, & Syndicus dicti Monaſterii dictam petiam terrę contra omnes perſonas in iudicio, & extra defendere, auctorizare, & disbrigare.

7 Quę omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta promiſerunt dictę partes ſibi ad inuicem ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde, &c. *vt habetur in pręced. ſub num. 10.*

Actum

Actum Foroliuij in Clauſtris Monaſterij iuxta oſtium Canzellariæ Ego Andreas Iuliani de S. Ægidio publicus, &c. conſeruatum in Archiuio eiuſdem Conuentus, ſeu tunc Hoſpitalis.

INSTRVMENTVM IX.

Abbas S. Mercurialis Foroliuij concedit F. Ambroſio q. Perini de Mediolano Hoſpitale S. Mariæ Vallisuiridis cum horto contiguo, acceptanti pro ſe, & in vita ſua; de quibus antea inueſtitus fuerat F. Petrus, de quibus in præcedentibus inſtrumentis.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate 1472. indict. 5. tempore Sixti Papæ IV. die vero tredecimo menſis Nouembris.

1 Reuerendus in Chriſto Pater D. Baptiſta de Pontibus de Tagliacotio, decretorum Doctor, ac Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas Monaſterij S. Mercurialis de Foroliuio Ordinis Vallis Vmbroſanæ, nec non Syndicus, & Procurator dicti Monaſterij, Capituli, & Conuentus eiuſdem habens ad infraſcripta ſpeciale, & ſolemne mandatum ſcriptum, & rogatum manu mei Franciſci Notarij infraſcripti per ſe, & ſuos ſucceſſores, & dicto ſyndicario, & procuratorio nomine, & vice dicti Monaſterij, Capituli, & Conuentus eiuſdem dedit, & conceſſit venerabili religioſo

2 F. Ambroſio q. Perini de Mediolano Magiſtro Hoſpitalis S. Mariæ Vallisuiridis de Foroliuio præſenti, recipienti, & acceptanti pro ſe, in vita ſua tantum videlicet Hoſpitale S. Mariæ Vallisuiridis de Foroliuio prædicto cum omnibus domibus ſuis, & terreno, & horto, & ædificijs ſuis poſitum in Ciuitate Foroliuij in contrata Fericeti iuxta viam communis ab vno latere verſus Fauentiam, & Canale Communis ab alio latere verſus Ceſenam, & terrenum Hebræorum ab alio latere verſus Montaneas, & alios ſuos confines, de quo Hoſpitali alias innouatus fuit à dicto Monaſterio F. Petrus q. Pauli Nigri de Sergna, vt conſtat inſtrumento publico manu Ser Ludouici de Ruffis de anno 1438. die 22. Iunij, à me Notario infraſcripto viſo, & lecto.

3 Item iure pacti in annis ſexaginta proxime venientibus ad renouandum dedit, & conceſſit dicto F. Ambroſio præſenti, & acceptanti pro ſe, & ſuis in dicto Hoſpitali legitimis ſucceſſoribus, videlicet, vnam petiam terræ aratiuæ, ſeu hortiuæ vnius tornaturæ

ſex pedum vnius vnciæ, & punctorum octo ſaluo pluri, vel minori, poſitam in Ciuitate Foroliuij in contrata S. Ioannis Euangeliſtę, & fundo Paſtine iuxta viam publicam verſus Rauennam, & iura Capituli Eccleſiæ Cathedralis S. Crucis de Foroliuio pro iuribus, quæ fuerunt Monialium Santinarum ab alio latere verſus Cæſenam, & Canale Communis verſus Fauentiam, & carrariam vicinalem illorum de Gambaraldis ab alio latere verſus Montaneas, & alios ſuos confines; quod terrenum hortiuum in tribus vicibus prædicti *F.* Petrus, & *F.* Ambroſius titulo emptionis, & donationis aquiſierunt à prædicto Capitulo S. Crucis vt conſtat in inſtrumentis publicis manu Ser. Philippi de Haſtis Notarij publici Foroliuij à me Notario infraſcripto viſis, & lectis, de quo terreno hortiuo dictum Capitulum innouatum fuit à dicto Monaſterio, vt conſtat inſtrumento publico innouationis manu Ser Andreæ Bonomi olim Notarij publici Foroliuij à me Notario infraſcripto viſo, & lecto, videlicet in anno 1454. die quinto menſis Octobris. Cum introitibus, & exitibus ſuis omnibuſq; ſibi pertinentibus.

4 Ad habendum, tenendum, vtendum, & fruendum, & in omnibus meliorandum. Sub penſione annua ſoluenda dicto Monaſterio pro dicto Hoſpitali in feſto S. Mercurialis in ſignum dominij, & renouationis vnius libræ ceræ nouæ; tempore vero renouationis ſolidorum viginti Rauennatenſium; & pro dicta terra hortiua ſub penſione ſoluenda dicto Monaſterio in menſe Martii, vel infra indictionem illius anni vnius denarij Rauennatenſis pro ſingula pertica ad rationem perticarum.

5 Quas res non liceat dicto F. Ambroſio, nec eius ſucceſſoribus dare, vel relinquere, &c. *Quæ ſequuntur habentur eiſdem verbis extenſa in præcedentibus Inſtr. 17. & ideo omittuntur.*

Actum Foroliuij in Cancellaria Monaſterij S. Mercurialis de Foroliuio poſita in dicto Monaſterio, & iuxta Campanile magnum, & clauſtrum eiuſdem Monaſterij, præſentibus, &c.

Et ego Franciſcus filius Ioannis Petrutij à Pertibus de Forol.

Inſtrumentum hoc conſeruatur cum alijs ſupradictis in vtroque conuentu Sancti Mercurialis, & S. Mariæ Viridis Foroliuij.

INSTRVMENTVM X.

ABbas S. Mercurialis Foroliuij poſt mortem F. Ambroſij de Mediolano de eodem Hoſpitali cum cæteris inueſtiuit F. Ioannem q. Pauli de Verona Viſitatorem Generalem pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, & alijs Fratribus.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate 1478. Indict. 11. tempore Sixti Papæ IV. die vigeſima quinta menſis Martij.

1 Reuerendus in Chriſto Pater D. Nicolaus de Bardolinis de Foroliuio, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Abbas S. Mercurialis, &c. ſuper re deuoluta ad dictum Monaſterium propter mortem F. Ambroſij q. Perini de Mediolano, iure pacti in annis LX. proxime aduenientibus dedit, & innouando conceſſit.

2 F. Ioanni q. Pauli de Verona Viſitatoris Generalis totius Ordinis Fratrum S. Franciſci in Heremitica obſeruantia de voluntate Summi Pontificis Prouinciæ Italiæ, præſenti pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus in dicta dignitate, & pro alijs Fratrib. habitantibus in dicto loco de voluntate Viſitatoris Generalis prædicti, vel eius ſucceſſoribus Regularis obſeruantiæ Congregationis Lombardiæ ſtipulanti, & conducenti videlicet Hoſpitale S. Mariæ Vallis viridis de Foroliuio cum omnibus domibus ſuis, & terreno, & horto, & ædificijs ſuis poſitum in Ciuitate Foroliuij in contrata Feliceti iuxta viam Communis verſus Fauentiam, Canale communis verſus Cæſenam terrenum Hebræorum verſus Montes, & alios ſuos confines prout eodem modo, & pacto, dedit, & innouando conceſſit dicto F. Ioanni Viſitatori Generali ſtipulanti nominibus, quibus ſupra vnam petiam terræ aratiuæ, ſeu hortatiuæ vnius tornaturæ ſex pedum, vnius vnciæ, & dimidia, ſaluo pluri, vel minori, poſitam in Ciuitate Foroliuij in contrata S. Ioannis Euangeliſtę in fundo Paſſine iuxta viam communis verſus Rauēnam, iura Capituli Eccleſię Cathedralis S. Crucis de Foroliuio pro iuribus, quæ fuerunt Monialium Santucinarū verſus Cæſenam, canale communis uerſus Fauentiam carrariam uicinalem illorum de Gambaraldis uerſus Montes, & alios ſuos confines. De quibus omnibus innouatus fuit dictus F. Ambroſius de anno 1472. die 13. Nouembris, cum introitibus, &c.

Ad habendum, tenendum, &c. *Quæ omittuntur hic, quia in præcedentibus habentur ſub eiſdem verbis.*

Actum

Digitized by Google

Actum Foroliuij in Camera reſidentię prefati D. Abbatis Ego Andreas q. Iuliani de S. Ægidio de Foroliuio publicus, &c.

Conſeruatur cum præcedentibus in eiſdem Monaſterijs vtriuſq; Ordinis.

INSTRVMENTVM XI.

CAnonici Catedralis Foroliuij de Conſenſu Epiſcopi Eccleſiæ Foroliuienſis conceſſerunt, & donauerunt vnum petium terræ contiguũ Conuentui Fratribus hic nominatis, ſaluo iure Abbatis S. Mercurialis.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate 1465. Indict. 13. tempore Pauli Papæ II. die 26. menſis Iunij.

1 Congregatio, conuocato, & coadunato Capitulo Eccleſiæ Cathedralis S. Crucis de commiſſione, & mandato infraſcripti, D. Archidiaconi, & in loco infraſcripto, & maxime pro habenda pręſentia, & auctoritate, & uoluntate infraſcripti D. Epiſcopi, in quo quidem Capitulo interfuerunt uenerabilis, & eximius Decretorũ Doctor D. Alexander q. Guglielmi de Homis Archidiaconus Foroliuienſis, D. Silueſter q. Magnifici Ioannis de Foroliuio; D. Ioannes q. Iacobi Caxini de Forol. D. Iacobus q. magnifici Antonij Guarini de Forol. D. Iacobus filius Michaelis de Maſſa; D. Franciſcus q. magnifici Luce de Forol. D. Andreas q. Ioannis de Ambroſijs de Forol. D. Franciſcus q. Donati de Forol. D. Nicolaus filius magnifici Antonij de Fauentia; & D. Antonius filius Ioannis Matthei de Forol. Decretorum Doctor. omnes Canonici dictę Eccleſię Cathedralis Foroliuienſis; abſente D. Pighino q. Checchi de Cultrarijs de Forol. alio Canonico infirmo, qui etiam fuit citatus, & propter ſenium etiam, ſe præſentare, & uenire non poteſt; facientes, & repręſentantes totum Capitulum dictę Eccleſiæ Cathedralis Foroliu. ſedentes ſuper duabus Banchis ſitis in camera inferiori Palatij Epiſcopalis Foroliuienſis poſiti in ciuitate Foroliuij in contrata uineę Epiſcopi iuxta uiam à tribus Canale, & alias. Et in pręſentia uenerandi in chriſto Patris, & Domini D. Iacobi Palatini Epiſcopi Foroliuienſis Dei, et Apoſtolicę ſedis gratia ſedentis ſuper quadam Cathedra in dicta camera, & in pręſentia dicti D. Epiſcopi, & Canonicorum, & Capituli

2 Dictus D. Archidiaconus dicit, & propoſuit, quod pluries fuit habitum ratiocinatum, & tractatum in dicto Capitulo, & colloquiũ

Digitized by Google

de dando,ac donando infraſcriptæ Societati,Hoſpitali,& ſeu Eccleſiæ S.Mariæ de Valleuiridi de Forol.Tertij Ordinis S.Franciſci de Pęnitentia amore Dei, & cum conſenſu, & voluntate venerādi P.D.Baptiſtæ de Vetulis de Tagliacotio Dei gratia Abbatis Monaſterij S. Mercurialis de Forol. Ordinis Vallisumbróſę. Requiſitumq;fuit ex parte dictor. Fratrũ dicti Tertii Ordinis S. Franciſci ſtantium, & commorantium in domib. & Eccleſia S.Marię Vallisuiridis, vt præfati Domini Archidiaconus, & Canonici, & Capitulum dignetur, & velit dictis Fratribus, & Eccleſię Sanctæ Marię Vallisuiridis amore Dei, & intuitu Virginis Marię vnũ petium terreni dare. Et cum hoc ſit,quod in dicto Capitulo fuit deliberatum,cōdeſcendendo,& annuendo petitioni dictor. Fratr. donare,& erogare amore Dei eiſdem infraſcriptũ petiũ terreni dicti Capituli;ſalua dicti Monaſterii S.Mercurialis in pēſione, et renouatione,et pro rata accedēte etiā cōſenſu,et pręſētia D.Epiſcopi.

3 Et propter dicti D. Archidiaconus, et Domini Canonici Capitulum,ſponte, deliberate, et ex certa ſcientia,nullo iuris,aut facti errore ducti per ſe, et ſuos ſucceſſores, et Capitulum,et nomine ſuo, et dicti Capituli,et ſuorum ſucceſſorum, dederunt,et tradiderunt, et donauerunt, et ex cauſa donationis amore Dei, et intuitu Glorioſæ Virginis Mariæ Fratribus Gulielmo q. Alberti de Nazano, et Iuliano q. Vecenti de Foroliuio Ordinis Tertii S.Franciſci,cōmorantibus, ſtantibus, et habitantibus in domibus, ac Eccleſia S. Marię Vallisuiridis de Foroliuio, et mihi Philippo de Haſtis de Forol. Notario præſentibus, ſtipulantibus, et recipientibus,et acceptātibus pro venerabili viro F. Ambroſio filio q. Perini de Mediolano Miniſtro Monaſterii S. Marię de Valuiridi de Forol. F. Petro q. Pauli de Sergia, dicto F.Gulielmo, F.Ioanne q.Pauli de Placentia, et F.Iuliano, et in perpetuum pro eius ſucceſſoribus Tertii Ordinis S. Franciſci in vita Heremitica exiſtentibus.

4 Vnum petium terrę vnius perticæ venciarum ſex, et punctorum octo ex vna petia terræ dicti Capituli, quod petium terræ eſt poſitum in contrata S. Ioannis Euangeliſtæ iuxta canale, dictum Capitulum, et dicti Fratres pro certo muro contiguo dictæ petię terræ donatæ Fratribus, et in quantum tendit dictus murus incipiendo ab alia parte ab vno pede ſalicis exiſtens ſuper, et prope ripam canalis, et per rectum dicti ſalicis, et quo vſq;durat dictus murus, et alias, etc.

5

Digitized by Google

Ad habendum, tenendum, & poſſidendum, & quicquid dictis Fratribus, & eius ſucceſſoribus prædictis perpetuo placuerit faciendum cum omnibus, & ſingulis, quæ infra prædictos continentur confines, vel alios, ſi qui forent plures, vel veriores confines, & cum omnibus, & ſingulis, quæ dicta res donata ſuper ſe, infra ſe, ſeu infra ſe in integrum, omnique iure, & actione, vſu, ſeu requiſitione ſibi ex ea, vel pro ea re donata, aut ipſius rei donatæ modo aliquo pertinentibus.

6 Quam rem donatam dicti Domini Archidiaconus, & Canonici Capitulum dictæ Eccleſię S. Mariæ, & Fratrum prædictorum, & ſuorum ſucceſſorum dicti Ordinis conſtituunt tenere, & poſſidere donec dictæ rei poſſeſſionem acceperint corporalem, quam accipiendi ſua propria auctoritate, & de cætero retinendi omnimodam licentiam dederunt, contulerunt, & conceſſerunt dictis Fratribus Gulielmo, & Iuliano, & mihi Notario præſentibus, & vt ſupra, acceptantibus.

7 Promittentes dictis Domini Archidiaconus, Canonici, & Capitulum per ſe ſe, & ſuos ſucceſſores, & Capitulum dictis Fratribus Gulielmo, & Iuliano, & mihi Philippo de Haſtis Notario publicæ perſonæ præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus nomine, & voce dictorum Fratrum, & ſuorum ſucceſſorum dicti Ordinis, & dictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Valliuiridi litem, quæſtionem, cauſam, vel controuerſiam de dicta re dictis Fratribus, &c.

8 Pro quibus omnibus, & ſingulis firmiter attendendis, adimplendis, & obſeruandis obligauerunt dicti Domini Archidiaconus Canonici, & Capitulum dictis Fratribus Guglielmo, & Iuliano, & mihi Notario perſonæ publicæ præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus, vt ſupra, omnia, & ſingula ſua bona mobilia, & immobilia dicti Capituli.

9 Inſuper dicti Archidiaconus, & Canonici ponendo ſibi ipſis manus ad pectus iurauerunt prædicta omnia, & ſingula eſſe vera, & fuiſſe, & ea attendere, & obſeruare, & adimplere, & non contrafacere, vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios aliqua ratione, vel ingenio de iure, vel de facto ſub plena hypotheca, & obligatione prædictis, & pæna periurij. Quibus omnibus, & ſingulis ſic actis, & factis in præſentia D. D. Epiſcopi, præfatus D. Epiſcopus conſenſit, & ſuam, & Curię Epiſcopalis auctoritatem interpoſuit, & decrectum.

Digitized by Google

dinus Syndicus, & Procurator per ſe, & ſuos ſucceſſores ſibi inuicem, & viciſſim vna pars alij, & altera vni ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde interuenientibus promiſerunt perpetuo firma, rata, & grata habere, tenere, attendere, obſeruare, & adimplere, et adimpletis per ſe, vel alium, ſeu alios non contrafacere, vel venire ſub pœna librarum ducentum, qua pœna ſoluta, vel non commiſſa, vel non, prædicta omnia firma, et rata perdurent. Item reficere, et reſtituere omnia, & ſingula damna, expenſas, ac intereſſe litis. Pro quibus omnibus, et ſingulis firmiter obſeruandis, et adimplendis, etc. Et iurauerunt in pectora prædicta omnia fuiſſe, et eſſe vera, etc.

7 Qui D. Paulus de Haſtis Vicarius antedictus Reuer. in Chriſto Patris D. D. Thomæ de Haſtis, Dei, et Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Foroliuienſis exiſtens, vt ſupra, in dicto Capitulo, viſis, auditis, et intellectis prædictis omnibus per dictos DD. Archidiaconum, et Canonicos factis cum dicto F. Bernardino de Bononia Priore Eccleſiæ Vallisuiridis de Foroliuio, et Eccleſiæ SS. Iacobi, et Philippi, cum terreno ad ipſam Eccleſiam contiguum ſuum decretum, et auctoritatem interpoſuit in quantum de iure facere poteſt.

Actum vt ſupra in dicto Capitulo coadunato poſito in Sacriſtia Eccleſiæ S. Crucis de Foroliuio iuxta ipſam Eccleſiam, etc. Et ego Iacobus q. Iacobi de Moratinis de Foroliuio publicus, etc.

BVLLA ALEXANDRI VI.

IN qua Papa confirmat donationem Eccleſiæ Sanctorum Iacobi, & Philippi per Canonicos Foroliuienſes factam Fratribus B. Mariæ Vallis viridis Foroliuij.

Dilectis filijs Miniſtro, et Fratribus Domus B. Mariæ Vallisuiridis de Penitentia nuncupatis Ordinis S. Franciſci Foroliuienſis, Dilecti filij ſalutem, et Apoſtolicam benedictionem.

1 Exponi Nobis fecerunt dilecti filij Capitulum Eccleſiæ vnita, in qua nonnulli Confratres laici Ciuitatis Forol. certis diebus cuiuslibet hebdomadę deuotionis cauſa conuenire ſolebant, et cenſum annuum medię librę cerę laboratæ ipſi Capitulo perſoluebant ruinam minari videretur, et ex eius vicinitate impedimentum

otum præſtaretur vobis pro conſtructione Eccleſiæ, et domus veſtrę, auctoritate ad id, et decreto dilecti filij Vicarij venerabilis Fratris moderni Epiſcopi Foroliu. in ſpiritualibus Generali interuenientibus Eccleſiam prædictam SS. Iacobi, et Philippi, cum quodam terreno et contiguo pro veſtris vſu, et habitatione perpetuis habendam, et poſſidendam, reſeruatis alijs illius bonis pro dicta menſa Capitulari, dederunt, et conceſſerunt, hoc adiecto, quod vos ſingulis annis eidem Capitulo mediam, et Epiſcopo prefato pro tempore exiſtenti aliam mediam libram cerę laboratę in certis tunc expreſſis terminis perſoluere, et omnia, ad quæ ipſum Capitulum ratione dictæ vnionis tenebantur facere, et obſeruare teneamini, prout in quodam publico inſtrumento (*eſt præcedens*) deſuper confecto plenius dicitur contineri. Cum autem tam vos, quam Capitulum prefati ſupplicari Nobis humiliter feceritis dignaremur conceſſioni predictę pro eius ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicę confirmationis adijcere.

2 Nos huiuſmodi ſupplicationibus inclinati conceſſionem prædictam, & prout illam concernunt omnia, & ſingula in dicto inſtrumento contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus; ſupplentes omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Cóſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum, & Ordinis prædictorum; iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq; in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die quarta Octobris 1492. Pontificatus noſtri anno primo.

Extracta ex Archiuio eiuſdem Conuentus S. Mariæ Vallis Viridis Foroliuienſis.

INSTRVMENTVM XIII.

IN quo Epiſcopus Bellicaſtrenſis dat licentiam conſtruendi conuentum cum Eccleſia ſub inuocatione S. Mariæ de Spiritu Sancto, & S. Franciſci in loco dicto Seauigna, agente F. Petro de Pedacijs.

1 In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio; regnante

Actum Foroliuij in Clauſtris Monaſterij iuxta oſtium Cancellariæ. Ego Andreas Iuliani de S. Ægidio publicus, &c. conſeruatum in Archiuio eiuſdem Conuentus, ſeu tunc Hoſpitalis.

INSTRVMENTVM IX.

Abbas S. Mercurialis Foroliuij concedit F. Ambroſio q. Petrini de Mediolano Hoſpitale S. Mariæ Vallisuiridis cum horto contiguo, acceptanti pro ſe, & in vita ſua, de quibus antea inueſtitus fuerat F. Petrus, de quibus in præcedentibus inſtrumentis.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate 1472. indict. 5. tempore Sixti Papæ IV. die vero tredecimo menſis Nouembris.
1 Reuerendus in Chriſto Pater D. Baptiſta de Pontibus de Tagliacotio, decretorum Doctor, ac Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas Monaſterij S. Mercurialis de Foroliuio Ordinis Vallis Vmbroſæ, necnon Syndicus, & Procurator dicti Monaſterij, Capituli, & Conuentus eiuſdem habens ad infraſcripta ſpeciale, & ſolemne mandatum ſcriptum, & rogatum manu mei Franciſci Notarij infraſcripti per ſe, & ſuos ſucceſſores; & dicto ſyndicario, & procuratorio nomine, & vice dicti Monaſterij, Capituli, & Conuentus eiuſdem dedit, & conceſſit venerabili religioſo
2 F. Ambroſio q. Petini de Mediolano Magiſtro Hoſpitalis S. Mariæ Vallisuiridis de Foroliuio præſenti, recipienti, & acceptanti pro ſe, in vita ſua tantum videlicet Hoſpitale S. Mariæ Vallisuiridis de Foroliuio prædicto cum omnibus domibus ſuis, & terreno, & horto, & ædificijs ſuis poſitum in Ciuxate Foroliuij in contrata Ferіceti iuxta viam communis ab vno latere verſus Fauentiam, & Canale Communis ab alio latere verſus Ceſenam, & terrenum Hebræorum ab alio latere verſus Montaneas, & alios ſuos confines; de quo Hoſpitali alias innouatus fuit à dicto Monaſterio F. Petrus q. Pauli Nigri de Sergna, vt conſtat inſtrumento publico manu Ser Ludouici de Ruffis de anno 1438. die 22. Iunij à me Notario infraſcripto viſo, & lecto.
3 Item iure pacti in annis ſexaginta proxime venientibus ad renouandum dedit, & conceſſit dicto F. Ambroſio præſenti, & acceptanti pro ſe, & ſuis in dicto Hoſpitali legitimis ſucceſſoribus, videlicet, vnam petiam terræ aratiuæ, ſeu hortiuæ vnius tornaturæ

ſex pedum vnius vnciæ, & punctorum octo ſaluo pluri, vel minori, poſitam in Ciuitate Foroliuij in contrata S. Ioannis Euangeliſtę, & fundo Paſtine iuxta viam publicam verſus Rauennam, & iura Capituli Eccleſiæ Cathedralis S. Crucis de Foroliuio pro iuribus, quæ fuerunt Monialium Santinarum ab alio latere verſus Cæſenam, & Canale Communis verſus Fauentiam, & carrariam vicinalem illorum de Gambaraldis ab alio latere verſus Montaneas, & alios ſuos confines; quod terrenum hortiuum in tribus vicibus prædicti *F*. Petrus, & *F*. Ambroſius titulo emptionis, & donationis aquiſierunt à prædicto Capitulo S. Crucis vt conſtat in inſtrumentis publicis manu Ser. Philippi de Haſtis Notarij publici Foroliuij à me Notario infraſcripto viſis, & lectis, de quo terreno hortiuo dictum Capitulum innouatum fuit à dicto Monaſterio, vt conſtat inſtrumento publico innouationis manu Ser Andreæ Bonomi olim Notarij publici Foroliuij à me Notario infraſcripto viſo, & lecto, videlicet in anno 1454. die quinto menſis Octobris. Cum introitibus, & exitibus ſuis omnibuſq; ſibi pertinentibus.

4 Ad habendum, tenendum, vtendum, & fruendum, & in omnibus meliorandum. Sub penſione annua ſoluenda dicto Monaſterio pro dicto Hoſpitali in feſto S. Mercurialis in ſignum dominij, & renouationis vnius libræ ceræ nouæ; tempore vero renouationis ſolidorum viginti Rauennatenſium; & pro dicta terra hortiua ſub penſione ſoluenda dicto Monaſterio in menſe Martij, vel infra indictionem illius anni vnius denarij Rauennatenſis pro ſingula pertica ad rationem perticarum.

5 Quas res non liceat dicto F. Ambroſio, nec eius ſucceſſoribus dare, vel relinquere, &c. *Quæ ſequuntur habentur eiſdem verbis extenſa in præcedentibus Inſtr. 17. & ideo omittuntur.*

Actum Foroliuij in Cancellaria Monaſterij S. Mercurialis de Foroliuio poſita in dicto Monaſterio, & iuxta Campanile magnum, & clauſtrum eiuſdem Monaſterij, præſentibus, &c.

Et ego Franciſcus filius Ioannis Petrutij à Pontibus de Forol.

Inſtrumentum hoc conſeruatur cum alijs ſupradictis in vtroque conuentu Sancti Mercurialis, & S. Mariæ Viridis Foroliuij.

INSTRVMENTVM X.

Abbas S. Mercurialis Foroliuij poſt mortem F. Ambroſij de Mediolano de eodem Hoſpitali cum cæteris inueſtiuit F. Ioannem q. Pauli de Verona Viſitatorem Generalem pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, & alijs Fratribus.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate 1478. Indict. 11. tempore Sixti Papæ IV. die vigeſima quinta menſis Martij.

1 Reuerendus in Chriſto Pater D. Nicolaus de Bardolinis de Foroliuio, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Abbas S. Mercurialis, &c. ſuper re deuoluta ad dictum Monaſterium propter mortem F. Ambroſij q. Perini de Mediolano, iure pacti in annis LX. proxime aduenientibus dedit, & innouando conceſſit.

2 F. Ioanni q. Pauli de Verona Viſitatoris Generalis totius Ordinis Fratrum S. Franciſci in Heremitica obſeruantia de voluntate Summi Pontificis Prouinciæ Italiæ, præſenti pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus in dicta dignitate, & pro alijs Fratrib. habitantibus in dicto loco de voluntate Viſitatoris Generalis prædicti, vel eius ſucceſſoribus Regularis obſeruantiæ Congregationis Lombardiæ ſtipulanti, & conducenti videlicet Hoſpitale S. Mariæ Vallis viridis de Foroliuio cum omnibus domibus ſuis, & terreno, & horto, & ædificijs ſuis poſitum in Ciuitate Foroliuij in contrata Feliceti iuxta viam Communis verſus Fauentiam, Canale communis verſus Cæſenam terrenum Hebræorum verſus Montes, & alios ſuos confines prout eodem modo, & pacto, dedit, & innouando conceſſit dicto F. Ioanni Viſitatori Generali ſtipulanti nominibus, quibus ſupra vnam petiam terræ aratiuæ, ſeu hortatiuæ vnius tornaturæ ſex pedum, vnius vnciæ, & dimidia, ſaluo pluri, vel minori, poſitam in Ciuitate Foroliuij in contrata S. Ioannis Euangeliſtę in fundo Paſſine iuxta viam communis verſus Rauēnam, iura Capituli Eccleſię Cathedralis S. Crucis de Foroliuio pro iuribus, quæ fuerunt Monialium Santucinarum verſus Cæſenam, canale communis uerſus Fauentiam carrariam uicinalem illorum de Gambaraldis uerſus Montes, & alios ſuos confines. De quibus omnibus innouatus fuit dictus F. Ambroſius de anno 1472. die 13. Nouembris, cum introitibus, &c.

Ad habendum, tenendum, &c. *Quæ omittuntur hic, quia in præcedentibus habentur ſub eiſdem verbis.* Actum

Actum *F*oroliuij in Camera reſidentię pręfati D. Abbatis Ego Andreas q. Iuliani de S. Ægidio de *F*oroliuio publicus, &c.

Conſeruatur cum præcedentibus in eiſdem Monaſterijs vtriuſq; Ordinis.

INSTRVMENTVM XI.

Canonici Catedralis Foroliuij de Conſenſu Epiſcopi Eccleſiæ Foroliuienſis conceſſerunt, & donauerunt vnum petium terræ contiguũ Conuentui Fratribus hic nominatis, ſaluo iure Abbatis S. Mercurialis.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate 1465. Indict. 13. tempore Pauli Papæ II. die 26. menſis Iunij.

1 Congregatio, conuocato, & coadunato Capitulo Eccleſiæ Cathedralis S. Crucis de commiſſione, & mandato infraſcripti, D. Archidiaconi, & in loco infraſcripto, & maxime pro habenda pręſentia, & auctoritate, & uoluntate infraſcripti D. Epiſcopi, in quo quidem Capitulo interfuerunt uenerabilis, & eximius Decretorũ Doctor D. Alexander q. Guglielmi de Homis Archidiaconus *F*oroliuienſis, D. Silueſter q. Magnifici Ioannis de *F*oroliuio; D. Ioannes q. Iacobi Caxini de *F*orol. D. Iacobus q. magnifici Antonij Guarini de Forol. D. Iacobus filius Michaelis de Maſſa; D. Franciſcus q. magnifici Luce de Forol. D. Andreas q. Ioannis de Ambroſijs de Forol. D. Franciſcus q. Donati de Forol. D. Nicolaus filius magnifici Antonij de Fauentia; & D. Antonius filius Ioannis Matthęi de Forol. Decretorum Doctor. omnes Canonici dictę Eccleſię Cathedralis Foroliuienſis; abſente D. Pighino q. Checchi de Cultrarijs de Forol. alio Canonico infirmo, qui etiam fuit citatus, & propter ſenium etiam, ſe præſentare, & uenire non poteſt; facientes, & repręſentantes totum Capitulum dictę Eccleſiæ Cathedralis Foroliu. ſedentes ſuper duabus Banchis ſitis in camera inferiori Palatij Epiſcopalis Foroliuienſis poſiti in ciuitate Foroliuij in contrata uineę Epiſcopi iuxta uiam à tribus Canale, & alias. Et in pręſentia uenerandi in chriſto Patris, & Domini D. Iacobi Palatini Epiſcopi Foroliuienſis Dei, et Apoſtolicę ſedis gratia ſedentis ſuper quadam Cathedra in dicta camera, & in pręſentia dicti D. Epiſcopi, & Canonicorum, & Capituli

2 Dictus D. Archidiaconus dicit, & propoſuit, quod pluries fuit habitum ratiocinatum, & tractatum in dicto Capitulo, & colloquiũ

de dando, ac donando infraſcriptæ Societati, Hoſpitali, & ſeu Eccleſiæ S. Mariæ de Valleuiridi de Forol. Tertij Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia amore Dei, & cum conſenſu, & voluatate venerãdi P. D. Baptiſtæ de Vetulis de Tagliacotio Dei gratia Abbatis Monaſterij S. Mercurialis de Forol. Ordinis Vallisumbroſę. Requiſitumq; fuit ex parte dictor. Fratrũ dicti Tertii Ordinis S. Franciſci ſtantium, & commorantium in domib. & Eccleſia S. Marię Vallisuiridis, vt præfati Domini Archidiaconus, & Canonici, & Capitulum dignetur, & velit dictis Fratribus, & Eccleſię Sanctæ Marię Vallisuiridis amore Dei, & intuitu Virginis Marię vnũ petium terreni dare. Et cum hoc ſit, quod in dicto Capitulo fuit deliberatum, cõdeſcendendo, & annuendo petitioni dictor. Fratr. donare, & erogare amore Dei eiſdem infraſcriptũ petiũ terreni dicti Capituli; ſalua dicti Monaſterii S. Mercurialis in pẽſione, et renouatione, et pro rata accedẽte etiã cõſenſu, et pręſẽtia D. Epiſcopi.

3 Ea propter dicti D. Archidiaconus, et Domini Canonici Capitulum, ſponte, deliberate, et ex certa ſcientia, nullo iuris, aut facti errore ducti per ſe, et ſuos ſucceſſores, et Capitulum, et nomine ſuo, et dicti Capituli, et ſuorum ſucceſſorum, dederunt, et tradiderunt, et donauerunt, et ex cauſa donationis amore Dei, et intuitu Glorioſæ Virginis Mariæ Fratribus Gulielmo q. Alberti de Nazano, et Iuliano q. Vecenti de Foroliuio Ordinis Tertii S. Franciſci, cõmorantibus, ſtantibus, et habitantibus in domibus, ac Eccleſia S. Marię Vallisuiridis de Foroliuio, et mihi Philippo de Haſtis de Forol. Notario præſentibus, ſtipulantibus, et recipientibus, et acceptãtibus pro venerabili viro F. Ambroſio filio q. Perini de Mediolano Miniſtro Monaſterii S. Marię de Valuiridi de Forol. F. Petro q. Pauli de Sergia, dicto F. Gulielmo, F. Ioanne q. Pauli de Placentia, et F. Iuliano, et in perpetuum pro eius ſucceſſoribus Tertii Ordinis S. Franciſci in vita Heremitica exiſtentibus.

4 Vnum petium terrę vnius perticæ vnciarum ſex, et punctorum octo ex vna petia terræ dicti Capituli, quod petium terræ eſt poſitum in contrata S. Ioannis Euangeliſtæ iuxta canale, dictum Capitulum, et dicti Fratres pro certo muro contiguo dictæ petię terræ donatæ Fratribus, et in quantum tendit dictus murus incipiendo ab alia parte ab vno pede ſalicis exiſtens ſuper, et prope ripam canalis, et per rectum dicti ſalicis, et quo vſq; durat dictus murus, et alias, etc. 5

Digitized by Google

Ad habendum, tenendum, & poſſidendum, & quicquid dictis Fratribus, & eius ſucceſſoribus prædictis perpetuo placuerit faciendum cum omnibus, & ſingulis, quæ infra prædictos continentur confines, vel alios, ſi qui forent plures, vel veriores confines, & cum omnibus, & ſingulis, quæ dicta res donata ſuper ſe, infra ſe, ſeu infra ſe in integrum, omnique iure, & actione, vſu, ſeu requiſitione ſibi ex ea, vel pro ea re donata, aut ipſius rei donatæ modo aliquo pertinentibus.

6 Quam rem donatam dicti Domini Archidiaconus, & Canonici Capitulum dictæ Eccleſię S. Mariæ, & Fratrum prædictorum, & ſuorum ſucceſſorum dicti Ordinis conſtituunt tenere, & poſſidere donec dictæ rei poſſeſſionem acceperint corporalem, quam accipiendi ſua propria auctoritate, & de cætero retinendi omnimodam licentiam dederunt, contulerunt, & conceſſerunt dictis Fratribus Gulielmo, & Iuliano, & mihi Notario præſentibus, & vt ſupra, acceptantibus.

7 Promittentes dictis Domini Archidiaconus, Canonici, & Capitulum per ſeſe, & ſuos ſucceſſores, & Capitulum dictis Fratribus Gulielmo, & Iuliano, & mihi Philippo de Haſtis Notario publicæ perſonæ præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus nomine, & voce dictorum Fratrum, & ſuorum ſucceſſorum dicti Ordinis, & dictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Valliuiridi litem, quæſtionem, cauſam, vel controuerſiam de dicta re dictis Fratribus, &c.

8 Pro quibus omnibus, & ſingulis firmiter attendendis, adimplendis, & obſeruandis obligauerunt dicti Domini Archidiaconus Canonici, & Capitulum dictis Fratribus Guglielmo, & Iuliano, & mihi Notario perſonæ publicæ præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus, vt ſupra, omnia, & ſingula ſua bona mobilia, & immobilia dicti Capituli.

9 Inſuper dicti Archidiaconus, & Canonici ponendo ſibi ipſis manus ad pectus curauerunt prædicta omnia, & ſingula eſſe vera, & fuiſſe, & ea attendere, & obſeruare, & adimplere, & non contrafacere, vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios aliqua ratione, vel ingenio de iure, vel de facto ſub plena hypotheca, & obligatione prædictis, & pœna periurij. Quibus omnibus, & ſingulis ſic actis, & factis in præſentia D. D. Epiſcopi, præfatus D. Epiſcopus conſenſit, & ſuam, & Curię Epiſcopalis auctoritatem interpoſuit, & decrectum.

Prædicta acta fuerunt in Palatio, &c.

Ego Philippus q. Maxij de Haſtis de Foroliuio publicus, &c.

Originale conſeruatur in dicta Curia, & Conuentu Fratrum.

INSTRVMENTVM XII.

Canonici Catedralis Foroliuienſis Eccleſiolam SS. Iacobi, & Philippi Apoſtolorum donarunt F. Bernardino q. Ioannis de Bononia Priori S. Mariæ Vallis viridis cum terreno contiguo eius Conuentui, & Eccleſiæ.

In Chriſti nomine, Amen. Anno ab ipſius Natiuitate, 1492. Indict. 10. tempore Alexandri Papæ VI. die 21. menſis Auguſti.

1 Cum verum ſit, quod Eccleſia Sanctorum Iacobi, & Philippi de Forol. vnita menſę Capitulari Eccleſiæ Foroliuienſis auctoritate Apoſtolica, minetur ruinam, & à longe retroactis temporibus fuerit tempta per quandam Societatem Laicorum deuotorum de Foroliuio, qui ibi conueniebant ad faciendum quoſdam eorum deuotiones certis diebus in hebdomada, quibus fuerat conceſſa per dictum Capitulum ſub annuo cenſu vnius medię librę cerę laboratæ. Et dicta Eccleſia ſit derelicta per eos, & ſit vicina Eccleſiæ Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci ſub habitu Heremitico degentium, quæ prædictis Fratribus impedit augmentum ipſorum Eccleſiæ, & officinarum, quas fabricare prædicti Fratres deſiderant.

2 Vnde coadunato, & collegialiter congregato Capitulo Eccleſiæ Cathedralis S. Crucis de Foroliuio de mandato eximij vtriuſq; iuris D. Pauli de Haſtis Canonici Foroliu. Reuerendiſſimi in Chriſto Patris D. D. Thomæ de Haſtis Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Foroliuienſis Vicarius Generalis ad ſonum Campanellæ, vt moris eſt, in Sacriſtia dictæ Eccleſiæ S. Crucis ad locum conſuetum, vbi talis adunatio fieri ſolet. In quo Capitulo interfuerunt omnes infraſcripti, præfatus D. Paulus Vicarius eximius Decretorum Doctor. D. Rugerius q. Gulielmi de Homais Archidiaconus; D. Iacobus de Thimideis Canonicus eximius Decretorum Doctor, D. Antonius Ioannis Matthæi, et eximius Decretorum D. Marius Ioannis Picinini; D. Andreas à Sellis; D. Petrus Paulus Paponi; D. Nicolaus Amatoris; D. Laurentius dè

Flo-

Floretis; D. Bartolomæus Moreſinus; et D. Petrus Antonius de Bartolis, omnes Canonici dictæ Eccleſiæ Cathedralis de Foroliuio. In quo Capitulo interfuerunt vltra duas partes facientes, et repræſentantes totum dictum Capitulum dicti Domini Canonici, et omnes alij exiſtentes in Ciuitate Foriliuij, et non abſentes legitime citati, et muniti per D. Ludouicum de Thomuſalis de Foroliuio Sacriſtam, primo ipſe retulit in præſentia mei Notarij, et dictorum Dominorum Canonicorum.

3 Prædicti Domini Archidiaconus, et Canonici, et Capitulum dictæ Eccleſiæ Catedralis S. Crucis volentes annuere deſiderijs dictorum Fratrum, vt fabricam ſuam valeant reficere, conſenſerunt omni meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, & melius de iure facere poſſunt F. Bernardino q. Ioannis de Bononia Priori, & Syndico dictorum Fratrum, & dictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Valliuiridi præſenti, recipienti, & acceptanti pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, & dictę Eccleſiæ Valliſuiridis, quod dicti Fratres, & Eccleſia habeant, teneant, poſſideant dictam Eccleſiam Sanctorum Iacobi, & Philippi cum terreno eidem contiguo, eiſq; vtantur, & fruantur perpetuis futuris temporibus, reſeruato eidem Capitulo alijs bonis dictæ Eccleſiæ.

4 Cum hac conditione; quod dicti Fratres impetrent diſpenſationem aquirendi dicto Monaſterio dictam Eccleſiam cum terreno aſſenſu Apoſtolico, vel ab alio auctoritatem habente, & vt dictum Capitulum non minuatur in redditibus, & bonis.

5 Dictus Prior dictis nominibus ſolemni ſtipulatione promittit per ſe, & ſucceſſores ſuos dictis DD. Archidiacono, & Canonicis preſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus pro ſe, & eorum ſucceſſoribus, & dicto eorum Capitulo eiſdem ſoluere quolibet anno mediam libram ceræ laboratæ nomine cenſus in die feſtiuitatis S. Crucis, & Reuer. D. Epiſcopo Foroliu. ac eius ſucceſſorib. aut alijs pro eis legitime recipienti quolibet anno aliam libram mediam ceræ laboratæ. Necnon facere, attendere, & adimplere & obſeruare omnia alia, ad quæ dicti Canonici teneantur, & obligati ſunt vigore dictæ vnionis, quia ſic inter ipſas partes actum extitit, & conuentum.

6 Quæ omnia, & ſingula dictæ partes, videlicet DD. Archidiaconus, & Canonici per ſe, & eorum ſucceſſores, ac dictus F. Bernardinus

dinus Syndicus, & Procurator per ſe, & ſuos ſucceſſores ſibi inuicem, & viciſſim vna pars alij, & altera vni ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde interuenientibus promiſerunt perpetuo firma, rata, & grata habere, tenere, attendere, obſeruare, & adimplere, et adimpletis per ſe, vel alium, ſeu alios non contrafacere, vel venire ſub pæna librarum ducentum, qua pæna ſoluta, vel non commiſſa, vel non, prædicta omnia firma, et rata perdurent. Item reficere, et reſtituere omnia, & ſingula damna, expenſas, ac intereſſe litis. Pro quibus omnibus, et ſingulis firmiter obſeruandis, et adimplendis, etc. Et iurauerunt in pectora prædicta omnia fuiſſe, et eſſe vera, etc.

7 Qui D. Paulus de Haſtis Vicarius antedictus Reuer. in Chriſto Patris D. D. Thomæ de Haſtis, Dei, et Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Foroliuienſis exiſtens, vt ſupra, in dicto Capitulo, viſis, auditis, et intellectis prædictis omnibus per dictos DD. Archidiaconum, et Canonicos factis cum dicto F. Bernardino de Bononia Priore Eccleſiæ Valliſuiridis de Foroliuio, et Eccleſiæ SS. Iacobi, et Philippi cum terreno ad ipſam Eccleſiam contiguum ſuum decretum, et auctoritatem interpoſuit in quantum de iure facere poteſt.

Actum vt ſupra in dicto Capitulo coadunato poſito in Sacriſtia Eccleſiæ S. Crucis de Foroliuio iuxta ipſam Eccleſiam, etc. Et ego Iacobus q. Iacobi de Moratinis de Foroliuio publicus, etc.

BVLLA ALEXANDRI VI.

IN qua Papa confirmat donationem Eccleſiæ Sanctorum Iacobi, & Philippi per Canonicos Foroliuienſes factam Fratribus B. Mariæ Vallis viridis Foroliuij.

Dilectis filijs Miniſtro, et Fratribus Domus B. Mariæ Valliſuiridis de Penitentia nuncupatis Ordinis S. Franciſci Foroliuienſis, Dilecti filij ſalutem, et Apoſtolicam benedictionem.

1 Exponi Nobis fecerunt dilecti filij Capitulum Eccleſiæ vnita, in qua nonnulli Confratres laici Ciuitatis Forol. certis diebus cuiuslibet hebdomadę deuotionis cauſa conuenire ſolebant, et cenſum annuum medię librę cerę laboratæ ipſi Capitulo perſoluebant ruinam minari videretur, et ex eius vicinitate impedimentum

tum

Digitized by Google

tum præſtaretur vobis pro conſtructione Eccleſiæ, et domus veſtrę, auctoritate ad id, et decreto dilecti filij Vicarij venerabilis Fratris moderni Epiſcopi Foroliu. in ſpiritualibus Generali interuenientibus Eccleſiam prædictam SS. Iacobi, et Philippi, cum quodam terreno ei contiguo pro veſtris vſu, et habitatione perpetuis habendam, et poſſidendam, reſeruatis alijs illius bonis pro dicta menſa Capitulari, dederunt, et conceſſerunt, hoc adiecto, quod vos ſingulis annis eidem Capitulo mediam, et Epiſcopo pręfato pro tempore exiſtenti aliam mediam libram cerę laboratę in certis tunc expreſſis terminis perſoluere, et omnia, ad quæ ipſum Capitulum ratione dictæ vnionis tenebantur facere, et obſeruare teneamini, prout in quodam publico inſtrumento (*eſt præcedens*) deſuper confecto plenius dicitur contineri. Cum autem tam vos, quam Capitulum pręfati ſupplicari Nobis humiliter feceritis dignaremur conceſſioni prędictę pro eius ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicę confirmationis adijcere.

2 Nos huiuſmodi ſupplicationibus inclinati conceſſionem prædictam, & prout illam concernunt omnia, & ſingula in dicto inſtrumento contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus; ſupplentes omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Cõſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum, & Ordinis prædictorum, iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq; in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumq; Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die quarta Octobris 1492. Pontificatus noſtri anno primo.

Extracta ex Archiuio eiuſdem Conuentus S. Mariæ Vallis Viridis Foroliuienſis.

INSTRVMENTVM XIII.

In quo Epiſcopus Bellicaſtrenſis dat licentiam conſtruendi conuentum cum Eccleſia ſub inuocatione S. Mariæ de Spiritu Sancto, & S. Franciſci in loco dicto Scanigna, agente F. Petro de Pedacijs.

1 In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio; regnante

gnante Sanctiſſimo Patre noſtro Eugenio Papa IV. ac in Regno huius Siciliæ Regni citraq; vltra Pharum regnante Rege Alphonſo de Aragonia.

2 Ad Nos......Dei gratia Epiſcopum Bellicaſtrenſem venit quidam pauper Tertij Ordinis S. Franciſci F. Petrus nomine cum intimatione rogationis, explicanſq; ſe velle ſecundum totum ſuum propoſitum conari locum quendam in territorio, ac tenimento huius Ciuitatis Bellicaſtri noſtræ diæceſis conſtruere Virginis ad honorem S. Mariæ de Spiritu Sancto, & S. Franciſci, ac ex alijs bonis Ciuitatis ciuibus Nobis extitit hominibus præuentum, vt eorum omnibus, precibuſq; rogationibus concedere dignaremur conſtruendi opus ſalutaris perfectionis.

3 Nos autem, vt tenemus, ac debemus vnicuiq; Conſilium inire, & ad ſalutarem ſemitam conſtituere, vt opus augumentaretur cotidianum, ne in tremendo iudicio animæ pereant populorum, ac eorum ſanctis, & dignis precibus inclinati concedimus, ac exhortati fuimus locum ædificandi talem Eccleſiã id quantum ſufficit, ac auctoritate, qua fungimur in hoc opere ædificandi concedimus, & quam poſſumus, & valemus cum totius Cleri conſenſu, ac velle & conſultu, vt ex hoc opere ſalutaris effectum animi ſine debito habeatur. Ac etiam cunctis manus præbentibus adiutrices, extendimuſq; conſtruentibus dictam Eccleſiam dies quadraginta indulgentiarum futuris concedimus, quam perpetuis temporibus duraturam noſtra largitate, largiente auctoritate operibus eccleſiaſticis completuris.

4 Locus vero conſtruendi Eccleſiam vbi Scauigna nominatur prope Serram Altam, & quæ pluribus alijs ſuis finibus limitatur; & ad eorum cautelam, præcipue F. Petri de Pedagijs Tertij Ordinis S. Franciſci fieri fecimus has præſentes literas noſtris ſubſcriptionibus roboratas, noſtroq; nitio, quo in talibus vtimur nitiatas.

5 Datum in noſtro Epiſcopali Palatio die ſeptimo menſis Ianuarij octauæ indictionis, Pontificatus ſupradicti Sanctiſſimi Patris Eugenij Papæ IV. diuina ſibi præſtante prouidentia, anno tertiodecimo feliciter, Amen.

Fundum, ſuper quem fundata fuit hæc Eccleſia, donauerunt Dominicus, & Nicolaus de Clana ſecundum carnem Fratres, ſuper quem dictus F. Petrus de Pedacijs. Inſtrumentum hoc vade, & inſultum à legibus

Gram-

Grammaticæ, & rectæ locutionis alienum pront iacet reſcripti. Super dictum conuentum noſtris mota fuit lis anno 1592. à Patribus Conuentualibus Minorum, & diu litigatum fuit, agente F. Alfonſo de Barto, qui anno præcedenti erat Commiſſarius in toto Regno Neapolitano, & Calabro, eiuſque de loco Cropani. Tandem Franciſcus Cardinalis Alciatus Preſbiter tituli S. Mariæ in Porticu Ordinis Minorum Protector tulit ſententiam pro noſtris contra Conuentuales confirmatoriam alias latam per D. Vincentium Caputum Vicarium Generalem Bellicaſtri. Huiuſmodi autem confirmatio facta fuit anno 1578. die duodecima Decembris. Modo eſt inter ſuppreſſos ab Innocentio X.

INSTRVMENTVM XIV.

IN quo Generalis Bartolomeus de Bonamatis Piſanus cum ſuis quatuor Definitoribus Generalibus facit F. Andream de Mediolano Procuratorem contra rebelles, & inobedientes Fratres, & Bullæ Nicolai V. confectum in eorum Conuentu Continentium in Ciuitate Aſſiſij.

1 In nomine Domini, Amen, Anno Domini 1449. indictione duodecima, tempore Sanctiſſimi in Chriſto Patris, et Domini D. Nicolai diuina prouidentia Papæ V. & die quinta Auguſti. Actum Aſſiſij in Monaſterio Continentium Tertij Ordinis Beati Franciſci habitationis olim D. Thomaſſæ, cui à primo via publica, à ſecundo res Fraternitatis Diſciplinatorum S. Stephani Ciuitatis Aſſiſij, &c.

2 Exiſtentes perſonaliter conſtituti in dicto loco coram dictis teſtibus, et me Donato Notario infraſcripto F. Bartolomeus de Bonamatis de Peruſio Viſitator, et Pater Principalis in partibus Italiæ Tertij Ordinis Beati Franciſci, tam Fratrum nouiter inductorum Honeſtam, Caputium, et Cordonem, quam etiam Fratrum dicti Ordinis adhuc in habitu Eremitico exiſtentium. F. Franciſcus D. Antonij de Genua. F. Antonius q. Laurentij de Mildanio. F. Honofrius Antonij de Vrciis nouis, et F. Petrus Stephani de Piſis, quatuor deſcripti Definitores, et Conſiliarii dicti Tertii Ordinis, non vi, nec dolo ducti, omni meliori modo, via, iure, et forma, quibus magis, et melius de iure fieri poteſt, fecerunt, conſtituerunt, et ei eorum nominibus, et dicti Ordinis Procuratorem, etc. F. Andream de Franceſchinis à Mediolano præſentem, etc. contra rebelles,

belles, & inobedientes Fratres dicti Tertij Ordinis, & Bullæ Apoſtolicæ conceſſæ dicto Ordini per Summum Pontificem Nicolaum V. & generaliter ad omnia alia faciendum, &c.

Et ego Donatus q. D. Conſtantini Franciſci Angelutij Calzauerdis de Aſſiſio publicus imperiali auctoritate Notarius, &c.

Hoc inſtrumentum refert fere eiſdem verbis noſter de Sillis in Regulam fol. 31. aſſerens ſe collegiſſe ex Archiuio Conuentus Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe in carta pecorina, vbi tamen illud non inueni, ſed in cartacea huiuſmodi legalizata per officiales Ciuitatis Aſſiſij.

Nota hic primo, quod ibi eo tempore habebamus conuentum ſub nomine Continentium, quo nunc caremus alium tamen poſſidemus ſub nomine S. Antonij de Padua, de quo dicam ſuo loco. Secundo *ibidem fieri mentionem de habitu, ſcilicet Honeſta, Caputio, & Cordone, quibus dicuntur noniter induti, quibus Eremitæ non vtebantur, vt ex ea ſcriptura colligitur. An autem Honeſta ſit habitus diſtinctus à Caputio ibi dicto Caputeum, an vero idem cum Caputio, cuius ſit adiectiuum qualificatiuum? dicam ſuo loco cum de Caputio agam. Conſtat etiam mutatum tunc fuiſſe habitum, id quod præſcribitur in Bulla citando, vt eſſent differenter ab Eremitis non religioſis.* Tertio *ibi nominantur quatuor Definitores, in quibus diſcors ſum cum de Sillis, nam ipſe eos ſic nominat. F. Franciſcus de Genua. F. Antonius Laurentij. F. Honofrius de Mediolano, & F. Stephanus de Piſis. Ego autem ex Scriptura apud me conſeruata ſic collegi. F. Franciſcus Domini Antonij de Genua. F. Antonius q. Laurentij de Vrceis nouis, F. Honofrius Antonij de Mildanio. & F. Petrus Stephani de Piſis. Vtra ex his denominationibus ſit vera, ignoro; cum ſit quid facti, ſed hoc parum refert ad præſens, Sufficit ex hoc ſcire, tunc nos habuiſſe Generalem cum ſuis Definitoribus, & eodem tempore Aſſiſij extitiſſe conuentum.* Quarto demum *ea Bulla, de qua ibidem fit mentio ab omnib. obſeruanda, refertur per nos ſub n. CXXXIII.*

INSTRVMENTVM XV.

IN quo F. Matthæus de Ypporegia Miniſter Domus S. Agathæ extra Buxetum cum ſuis Fratribus nominatis hic facit Procuratores F. Petrum de Mediolano, F. Hieronimum de Salis, & F. Iacobum de Cremona ad obtinendum à Papa Calixto vnum ex ſuis Religioſorum in Prouincialem ſuper Fratres omnes, exceptis coniugatis, totius Prouinciæ Lombardiæ.

Digitized by Google

1 In nomine D. N. Ieſu Chriſti, Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem 1457. indictione quinta, die tertia menſis Septembris.

2 Actum Buſſeti diæceſis Cremonenſis, in domo mei Notarij infraſcripti ſcilicet in camera anteriori ignis præſentibus nobili, & ſapiente viro D. Antonio de Crottis Legum Doctore, ac Magiſtro Probo de Ferrarinis, & Genexio de Baccijs, omnibus habitatoribus dictæ Terræ Buſſeti teſtibus fide dignis, notis, vocatis, & ſpecialiter rogatis, & qui dixerunt ſe ſe cognoſcere infraſcriptos contrahentes.

3 Ibique conuenientibus, & congregatis Fratribus capitulariter Domus S. Agathæ de Buſſeto Tertij Ordinis S. Franciſci in habitu Eremitico nuncupatis de Pænitentia, de mandato, & iuſſu venerabilis P. F. Matthæi de Ypporegia Miniſtri Fratrum dictæ Domus, in qua quidem conuocatione, & congregatione aderant, ſunt, & fuerunt ipſe D. Miniſter, & cum eo diſcreti viri F. Gherardus & F. Angelus de Mantua, omnes Fratres profeſſi dictæ Domus facientes, & repręſentantes partem ſaniorem dictę Domus, ac Fratrum Capitularium eiuſdem, quia ibi nemo deerat, præter F. Saluaticum de Mediolano, & F. Chriſtophorum de Mediolano, qui ſtant ad dictam Domum S. Agathæ de Buſſeto cauſa cuſtodiæ Domus.

4 Et dixerunt ipſe D. Miniſter cum deliberatione dictorum Fratrum, & ipſi Fratres cum conſenſu dicti D. Miniſtri, & vnanimes, & concordes, eorum nemine diſcrepante, pluries per eos habito tractatu de re ſupra infraſcript., ſponte, & ex certa ſcientia, & non per errorem iuris, nec facti, et animo deliberato.

Fecerunt, &c. ſuos certos, ac dictæ Domus Procuratores, et Syndicos, etc. F. Petrum de Mediolano, et F. Hieronymum de Salis pręſentes, et acceptantes, et F. Iacobum de Cremona licet abſentem, et quemlibet eorum, etc. ad impetrandum, et obtinendum à Sanctiſſimo D. noſtro Caliſto Papa II. qualiter pro vtilitate eorum Domus, ac totius Ordinis prædicti, et animarum ſalute, vt dignetur concedere vniuerſitati Religionis, ſiue eligendi, conſtituendi, et deputandi vnum de ſua vniuerſitate, et religione, qui ſit Miniſter Prouincialis totius Prouinciæ Lombardiæ, et ſuper omnes Fratres, et Domos dictę Religionis, et Prouinciæ; exceptis coniugatis, qui non ſubſint dicto Miniſtro, nec Religioni, qui Miniſter

Pro-

Prouincialis poſſit, et habeat poteſtatem regendi, cogendi, emendandi, carcerandi, et puniendi omnibus remedijs iuris quoſcunq; Fratres Prouinciæ, et Religionis prædictæ de quibuſcumq; exceſſibus, defectibus, et delictis publicis de cætero committendis, et amouendi quoslibet Fratres ſic delinquentes, et eos ponendi in aliam Domum dummodo procedat de auctoritate Fratrum, ſeu maioris partis Fratrum ipſius Domus, in qua reſidebat talis delinquens.

Item ad ſupplicandum, ac impetrandum, & obtinendum à præfato D. noſtro quatenus dignetur, & velit pro vtilitate eorum Domus, & totius Ordinis, & Religionis prædictæ per quaslibet Domus dictæ Religionis idoneum in Miniſtrum eligendum per Fratres, & Capitulares illius Domus, vbi, & in qua reſidere debet ipſe Miniſter, qui regat, gubernet, cuſtodiat, ſaluet, & defendat Domum & Fratres ipſius Domus, vbi, & in qua Miniſter electus, & deputatus fuerit, & vniuerſa bona dictæ Domus.

Et occaſione præmiſſorum ad impetrandum, & obtinendum à præfato Domino noſtro quaslibet Bullas, priuilegia, literas, & reſcripta. Et ad agendum, &c.

Ego Vitalis de Michacijs fil. q. Gulielmi ad præſens habitator Terrę Buſſeti publicus imperiali auctoritate Notarius, &c.

Extractum ex eius originali, quod conſeruatur in hoc conuentu S. Mariæ Quarterij Parmæ.

Collige hinc, tunc temporis noſtrum Ordinem non habuiſſe Miniſtros Prouinciales, ideo ille Miniſter procumbat illorum inſtitutionem pro Lombardia. Tunc quoq; Tertiarij Regulares non erant diſtincti à Tertiarijs ſecularibus, eo ipſo, quod petebatur Prouincialis ſuper omnes Fratres exceptis coniugatis.

INSTRVMENTVM XVI.

IN quo Cardinalis Beſſarion Venetijs Legatus à Latere mandat Nicolæ Canonico Vicentino, vt ſi eſt ita, inueſtiat F. Ioannem de Leuco de Capella S. Mariæ de Angelis per ipſum fere à fundamentis erectam cum conſtructione Domus, communicando ei priuilegia eiuſdem Ordinis cum licentia recipiendi ad habitum duos aut tres de conſenſu Viſitatoris, qui ſecum habitent.

1 Beſſa-

Digitized by Google

1 Beſſarion miſeratione diuina Epiſcopus Tuſculanus S.R.E. Cardinalis, Patriarcha Conſtantinopolitanus, & in Ciuitate Venetiarum, locisq; omnibus inclito Venetorum dominio vbiq; ſubiectis Apoſtolicæ Sedis Legatus à Latere. Dilecto Nobis in Chriſto D. Nicolæ de Columbis Canonico Vicentino ſalutem in Domino ſempiternam.

2 Pijs fidelium deſiderijs libenter annuimus, his præſertim, qui ad diuinum cultum, & religionis augmentum reſpiciunt, fauorem opportunum, quantum cum Deo poſſumus, impartimur.

3 Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum Nobis in Chriſto deputatorum ad vtilia ciuitatis Vicentiæ petitionis ſeries continebat, quod quidem *F.* Ioannes de Leuco Eremita Tertij Ordinis S. Franciſci, bono Religionis zelo in ipſius pręfatę vrbis mœnibus loci inſulæ in fundo cuiuſdam turris, vbi à primordio Porta ciuitatis capellam quandam ſub titulo S. Mariæ de Angelis, plurimis ante annis conſtrui cæptam, & deinde tepeſcentibus animis tam vetuſtate, quam negligentia à cultu diuino ad officinam laſciuiæ in contemptum ipſius Virginis verſam, cum laboribus trium annorum aſperrimis frigoribus, & grauibus incommoditatibus ibidem perpeſſis adiutus ſuffragijs, & erogationibus fidelium ciuium ab ipſis quodammodo fundamentis reſtaurauit, & erexit, Cellulam quandam dictæ Capellæ vicinam ædificauit, multaq; alia de nouo conſtruxit, & miſſas quotidie inibi celebrare facit cum maxima populi deuotione.

4 Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, cupientes prędicti deputati, quod pręfata capella ſicut cępit, magis quotidie creſcat, ſimul cum populi deuotione, & per eundem Fratrem Ioannem, de cuius vita, religione, & probitate magnam in Domino fiduciam habent, augeatur Nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus auctoritate noſtrę Legationis, qua fungimur, dictam capellam præfato F. Ioanni nomine Fratrum Tertij Ordinis prædicti S. Franciſci concedere, & de eadem capella ipſum F. Ioannem inueſtire dignaremur.

5 Nos igitur de pręmiſſis certam notitiam non habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ auctoritate præfata per hæc ſcripta committimus, & mandamus, quod ſi eſt ita, dictis deputatis ciuitatis præfatę iurepatronatus prius reſeruato pręfatum

tum F. Ioannem nomine Tertij Ordinis S. Franciſci prædicti accipientem de dicta capella S. Mariæ de Angelis eadem auctoritate, per te, vel alium, vel alios inueſtias, & inueſtitum defendas.

6 Volumus enim, vt dictus F. Ioannes, poſtquam de dicta capella inueſtitus fuerit, & alii Fratres Tertii Ordinis in perpetuum qui pro tempore inibi reſidebunt, gaudeant omnibus priuilegiis, indulgentiis, gratiis, exemptionibus, & libertatibus, quibus cęteri Fratres Tertii Ordinis S. Franciſci gaudent, ipſi Fratri Ioanni unū, ſeu duos, aut tres in Ordinem prędictum licite accipiendi, & libere ueſtiendi, cum conſenſu tamen Viſitatoris, ſimili auctoritatę, tenore præſentium licentiam impartientes, non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcumq; In quorum fidem, & teſtimonium pręſentes noſtras literas fieri; eaſq; noſtri ſoliti ſigilli appenſione communiri iuſſimus. Datum Venetiis in conuentu S. Georgii Maioris anno Domini 1463. quarto Calend. Octobris, Pontificatus Sanctiſſimi in D. Patris, & D. N. D. Pii diuina Prouidentia Pii II. anno ſexto.

Extractum ex Archiuio eiuſdem Conuentus, ex quo apparet dictum F. Ioannem de Leuco .i. Lugo villa diœceſis Vicentinæ inueſtitum fuiſſe die decima Decembris eodem anno 1463. per dictum Canonicum qui eidem nomine prælibati Cardinalis communicauit priuilegia eiuſdem Ordinis cum licentia recipiendi ad habitum vſq; ad tres religioſos ſecum manſuros. Notarius fuit Chriſtophorus q. Ioannis Iacobi de Viano Vicentinus.

INSTRVMENTVM XVII.

Conceſſionis Eccleſiæ Parochialis S. Mariæ de Caritate intra Bononiam per F. Zenobium de Florentia Rectorem eius reſignatione facta F. Ioanni de Verona, & alijs ibidem nominatis.

1 Alexander de Longaris de Peruſio I. V. D. Reuerendiſſimi in Chriſto Domini D. Philippi miſeratione diuina tituli Sancti Laurentij in Lucina S. R. E. Presbiteri Cardinalis, & Epiſcopi Bononienſis, & Principis, eiuſq; Curiæ Epiſcopalis Vicario in ſpiritualibus, & temporalibus Generalis.

2 Dilecto Nobis in Chriſto venerabili, & religioſo viro F. Ioanni quondam Pauli de Verona Miniſtro Congregationis Fratrum

Ter-

Digitized by Google

Tertij Ordinis S. Franciſci ſalutem in Domino ſempiternam.
3 Religionis zelus, vitæ, ac morum honeſtas, aliaq; laudabilia probitatis, et virtutum merita, ſuper quibus apud Nos fide digno commendaris teſtimonio, Nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales.
4 Cum itaque Parochialis, et curata Eccleſia S. Mariç de Caritate Bononiæ per liberam reſignationem venerabilis viri F. Zenobij quondam Matthçi de Florentia vltimi, et immediati Rectoris eiuſdem Eccleſiæ in manibus noſtris ſponte factam, & de præſenti vacet. Nos volentes tam Te præmiſſorum tuorum intuitu meritorum fauore proſequi gratioſo, quam eidem Eccleſiæ de idoneo, & vtili prouidere Rectore, ne Eccleſia prædicta, ac etiam ædificia adhærentia, quæ gubernari, ac poſſideri per anteceſſorem, ſeu anteceſſores conſueuerunt, & quæ in dies vt plurimum ruinam minantur, niſi quam primum reparentur, ob diutinam vacationem vllum in ſpiritualibus, aut temporalibus detrimentum patiatur; ac ſperantes, quod perſona tua eidem Eccleſiæ vtilis erit, ac plurimum fructuoſa; quodq; Eccleſia ipſa ob deuotionem perſonarum ad illam confluentium per manus tuas in dies Deo dante ſuſcipiat incrementum.
5 Præfatam Eccleſiam S. Mariæ de Caritate Bononienſis, ſi præmiſſo, ſeu alio quouis modo, aut alterius cuiuſcunq; perſonæ, ſeu per ſimilem Rectoris eiuſdem, aut alterius cuiuſuis de illa extra Romanam Curiam etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam reſignationem, ſeu per conſtitutionem felicis recor. D. Ioannis Papæ XXII. quç incipit: *Execrabilis*, vacat; dummodo ipſius collatio, & diſpoſitio ad Nos ea vice pertineat, & tempore datæ præſentium non ſit in ea alteri ius quæſitum.
6 Cum eius iuribus, & pertinentijs vniuerſis auctoritate ordinaria, qua fungimur, & noſtri eiuſmodi Vicariatus officio, omniq; modo, via, iure, cauſa, & forma, quib. melius poſſumus, Tibi, quem ad hoc idoneum, & capacē eſſe comperimus diligenti examinatione, præmiſſa pro Te, & ſuis Fratrib. præſentib. & tecum commorātib. quorum nomina per præſentes explicari fecimus, videlicet F. Franciſcus de Monte Sacerdos, F. Iulianus de Lauellio, & F. Gulielmus de Vianino in habitu Eremitico exiſtentes, ac omnes profeſſi dicti Ordinis; necnon cæteris futuris perpetuis Fratrib. & Miniſtris dictæ Congregationis acceptanti tenore præſentium. Tttt 7

7 Conferimus, & de illa etiam gratioſe prouidemus, curam, regimen, ac gubernationem, & adminiſtrationem eiuſdem Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus Tibi, ſucceſſoribuſq;tuis antedictis plenarie committendo.

8 Conſtitutionibus, Synodalibus Curiæ Epiſcopalis prædictæ, cæteriſq; contrarijs nequaquam obſtantibus.

9 Volumus tamen, quod ſi ex carentia ſacerdotum idoneorum de proprijs veſtris Fratribus ſacedotem idoneum non habueritis, dicto caſu adueniente per alienum, ſeu extraneum ſacerdotem idoneum per vos, ſeu alium dicti Ordinis Fratrem deſeruire, ac onera conſueta ſupportare faciatis, quod ex nunc caſu adueniente, auctoritate, qua fungimur plenariam auctoritatem, & licentiam Vobis tenore præſentium indulgemus.

10 Quocirca vniuerſis, & ſingulis Presbiteris, & Clericis in ciuitate, & diæceſi Bononienſi conſtitutis, ad quos pręſentes peruenerint, auctoritate pręfata per hæc ſcripta committimus, & ordinamus, quatenus ipſi, ſeu alter ipſorum per ſe, vel alium, ſeu alios, Te, vel Procuratorem tuum pro Te, & tuo, ac electorum Fratrum nomine recipias, & ad corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem pręfatę Eccleſię, iuriumq; & pertinentiarum prędictarum inducant, ſeu inducat, inductumq; defendant, ſeu defendat, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem ex nunc amouemus, & amotum eſſe decernimus per pręſentes. Tibiq; ſeu dicto Procuratori tuo faciant, ſeu faciat de ipſius Eccleſiæ fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus exigere, & effectualiter reſpondere. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, auctoritate præfata compeſcendo.

11 In quorum fidem, & teſtimonium has noſtras pręſentes literas fieri, & ſigillo Curiæ Epiſcopalis Bononienſis iuſſimus appenſione muniri.

12 Datum Bononię in Epiſcopali Palatio anno à Natiuitate Domini Ieſu Chriſti 1464, Indictione 12. die 18. Iulij Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Pij diuina Prouidentia Papę II. anno ſexto. Pręſentibus honeſtis viris D. Ioanne Antonio Martini de S. Venerio Presbitero, & D. Matthęo Stephani, &c. Petrus Bottonus Notarius Camerę Epiſcopalis ſcripſi de mandato, &c.

Bulla

Digitized by Google

Bullæ, de qua fit mentio ſuperius habetur ſupra ſub num. CIVI. Ioannes de Verona alias nuncupatus filius Pauli fuit electus Generalis de anno 1472. in conuentu Florentino, vt refert Reuerendiſſimus de Sillis in Catalogo Generalium fol. 32. vbi illum per errorem vocat Ioannem Paulum, qui vere fuit Ioannes filius Pauli ex hoc inſtrumento. De quo fit etiam mentio in inſtrumento determinationis loci Capituli celebrãdi ob mortem Generalis tunc defuncti.

INSTRVMENTVM XVIII.

PRocuratorium, per quod F. Andreas de Mediolano Miniſter Conuentus S. Mariæ de Gineſtra Viterbienſis Generali Miniſtro ſubmittit omnia iura dictæ Eccleſiæ, reſeruato ſibi iure Monaſterij Saxi Viui in diœceſi Fulginenſi, Procurator conſtituens à quinque Fratribus ibi degentibus.

1 In nomine Domini. Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem 1468. prima indictione, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Pauli diuina Prouidentia Papę II. die 27. menſis Iulij.

2 Venerabiles, & religioſi viri F. Andreas de Mediolano Miniſter Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci in Eccleſia S. Marię de Geneſtra Viterbij commorantium, perſonaliter congregati in dicta Eccleſia, in loco capitulari, ad ſonum campanellę, ad tractandum vtilia, & neceſſaria pro dicta Congregatione, & Fratribus, ac Eccleſia; in quo quidem Capitulo interfuerunt prętatus F. Andreas Miniſter, F. & Presbiter Ioannes Antonius, Frater Franciſcus de Apulia, F. Georgius de Piemonte, F. Palmerius de Vetralla, & F. Bartolomeus de Ferraria, cum plures ad pręſens non ſint reſidentes.

3 F. Andreas Miniſter cum pręſentia, & conſenſu dictorum Fratrum, & ipſi Fratres cum pręſentia, & conſenſu dicti Miniſtri hinc inde dicentes notitiam habere cuiuſdam priuilegij Apoſtolici conceſſi Fratribus Tertii Ordinis S. Franciſci de Penitentia nuncupati infra Regionis, & Caſtellę Regna conſiſtentium, necnon Viſitatori, & Miniſtro Prouinciali, & Fratribus dicti Ordinis in diuerſis locis Lombardię, maxime in S. Maria de Pizighitono, de Vairano, & de Palzano, & S. Saluatore de Caſalbutano Laudenſis,

ſis, & Cremonenſis diœceſis, & S. Donati extra muros Cumanos commorantium in obſeruantia, & in communi viuentium prout, & ſicut in literis Apoſtolicis per recolendæ memoriæ Paulum II. Fratribus prædictis Prouinciæ Lombardiæ plenius continetur, ad quæ, & contenta in eis ſe referunt in omnibus, & per omnia, & prout, & ſicut in eis continetur, & prout, & ſicut dicto Procuratori videbitur, & placebit, & inter eos ad eorum intelligentiam pluries lectorum, de quibus dixerunt plenam habere notitiam.

4 Volentes enim Deo, & Beato Franciſco feruentius obedire, & animabus eorum ſalubrius conſulere, & ſub obedientia vitam degere, & omnia in communi habere, & ſtatuta, & reformationes in eorum Generali Capitulo celebratas obſeruare, ſponte, & non coacte quilibet eorum certa ſcientia, & non per errorem.

5 Fecerunt, creauerunt, & conſtituerunt multo inter eos conſenſu interueniente, eorum, & cuiuslibet eorum Procuratorem, factorem, actorem, & certum nuntium ſpecialem præfatam F. Andream de Mediolano Miniſtrum prædictum præſentem, & intelligentem ſpecialiter, & expreſſe ad conſignandum, & reſignandum, & ſubmittendum dictam Eccleſiam S. Mariæ de Gineſtra cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, rebuſque omnibus mobilibus, & immobilibus ad dictam Eccleſiam, & Fratres ſpectantibus, & pertinentibus, eorumque perſonas, & bona præſentia, & futura in perpetuum, reſeruato tamen iure Abbatiæ, & Monaſterij Saxi viui Fulginenſis diæceſis in cenſu, & redditu ſibi debito; præfato Viſitatori præfatæ Congregationis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia in partibus Lombardiæ iuxta eandem formam Statutorum in eorum Generali Capitulo celebrato, & prout contigerit celebrari in omnibus, & per omnia, & prout, & ſicut in præfatis literis, & priuilegio latius, & plenius continetur recolendæ memoriæ Pauli Papę II. ad quæ, & contenta in eis in omnibus, & per omnia, et prout in dictis literis, et priuilegio plenius apparet, in omnibus ſe referunt, ſubmittunt, emologant, & approbant.

Dantes, & concedentes præfato eorum Procuratori in prædictis, circa quodlibet prædictorum plenum, liberum, & ſpeciale mandatum cum plena, & libera adminiſtratione; ita quod præfatus Procurator poſſit, & valeat omnia, & ſingula facere, & libere exercere, quæ facere poſſent dicti conſtituentes, ſi perſonaliter intereſſent, & ſi talia eſſent, quæ ſpeciale requirerent mandatum, ponentes dictum Procuratorem in loco ipſorum conſtituentium, & cuiuslibet eorum promittentis mihi Notario infraſcripto legitime ſtipulanti pro omnibus, quorum intereſt, perpetuo, & omni tempore, ratum, gratum, & firmum habere, &c. De quibus omnibus rogauerunt me Notarium infraſcriptum, vt publicum conficerem inſtrumentum.

Acta ſunt hæc Viterbij in Eccleſia S. Mariæ de Geneſtra ſita iuxta, & prope dictam ciuitatem. Nicolaus q. Iacobi de Faianis Notarius Viterbienſis, &c.

Bulla Pauli hic citata eſt CIV. Capitulum, de quo hic fit mentio celebratum fuit in conuentu S. Rochi prope Montem Falchium die 25. Iulij 1468 & poſt biduum præſens inſtrumentum rogatum fuit. Eo tempore extabant conuentus Montiſbelli, Vairani, Plazani, Caſalbutani, & S. Donati extra Comum vt hinc colligitur.

Nota, quod in hoc inſtrumento nominantur Fratres diuerſarum nationum Franciſcus de Apulia, Georgius Pedemontanus, Palmerius de Vetralla, quæ eſt terra diſtans à Tuſcanella per octo Milliaria. & Bartolomeus de Ferraria, quæ nationes arguunt in illis locis tunc religionem habuiſſe diuerſos conuentus.

INSTRVMENTVM XIX.

ORatorium, ſeu Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ terræ S. Columbani in diæceſi Laudenſi Ducatus Mediolani vacans per renuntiationem F. Alonisij de Caſſa Ordinis Prædicatorum vltimi Rectoris conceſſa fuit Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci.

Carolus Marchio Pallauicinus Decretorum profeſſor, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Laudenſis, & Comes Dilectis Nobis in Chriſto F. Petro de Mediolano, F. Bartolomæo de Caſalibutano, & F. Bernardino de Placentia Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia in habitu Heremitico ſalutem in Domino.

1 Vacante Oratorio, ſeu Eccleſia S. Ioannis de S. Columbano diæceſis Laudenſis per renuntiationem F. Alouiſij de Caſſa Ordinis Prædicatorum S. Dominici, vltimi, & immediati Rectoris, ſeu Gubernatoris prædictæ Eccleſiæ; & ne ipſa Eccleſia diu vacet, nec in ſpiritualibus, & temporalibus ob diuturnam vacationem detrimentum patiatur, attendentes vitam veſtram laudabilem, mores, & geſtus optimos, ac conuerſationem honeſtam, & ſatis religioſam, & multa bona exempla ſanctimoniæ, & religionis in vobis vigere, & veſtris ſic exigentibus meritis, & ad inſtantiam etiam communis, & hominum dicti loci de S. Columbano.

2 Declarantes motu proprio, & ex certa ſcientia, & non per aliquẽ errorem iuris, nec facti, quod ipſi Fratres ſuperius nominati valeant, & libere poſſint in eodem loco, ſeu Oratorio, & Eccleſia, vt ſupra, vitam ſuam degere, morari, ſtare, & omnia alia, & ſingula exercere, facere, & gerere, quæ ad diuina officia pertinere noſcuntur; ijs modo, & forma, & prout iuxta ordines, conſuetudines, priuilegia, & iura ipſius Tertij Ordinis Beati Franciſci in habitu Heremitico hactenus cæteri Fratres in alijs locis commorantes faciunt, & facere poſſunt,

3 Non obſtantibus in prædictis aliqua noſtra iuriſdictione, et ſuperioritate quæ nobis competeret in, et ſuper eadem Eccleſia S. Ioannis, vt ſupra, directe, nec per indirectum, nec aliquo quæſito colore; itaut in aliquo non derogetur, nec derogari poſſit iuribus, immunitatibus, priuilegijs, et exemptionibus, et defenſorijs ipſorum Fratrum; cum intendamus ob eorum merita potius eorum iura conſeruare, augere, et manutenere, quam in aliquo diminuere, nec infringere tota noſtra poſſe, quantum ad nos pertinet, et ſpectat.

5 Cum etiam ipſi Fratres dicant, et affirment, non aliter, nec alio modo acceptare velle ipſum locum, ſeu Oratorium, niſi cum ea libertate, aditione, forma, vt ſupra, ipſum Oratorium, ſeu Eccleſiam ſic vacantem.

6 Et præſens regimen, curam, et adminiſtrationem tenore præſentium perpetuo vobis, et ſucceſſoribus veſtris committimus, et demandamus, et vitam veſtram plenius agnoſcentes, et meliora, et ſaluti animarum viciniora veriſimiliter de vobis expectantur. Poteſtatem quæſtuandi per totam diæceſim prædictam in forma alias conſueta vobis concedimus, et impartimur.

7

Digitized by Google

7 In quorum fidem hæc fieri iuſſimus, ſigillique noſtri munimine roborari. Datum Laudæ in noſtro Epiſcopali Palatio die ſexto menſis Martij 1466. quintadecima indictione.

Baſtianus de Brugaccijs Notar. et Cancell. Epiſcopalis curiæ Laud.

Extractum ex Archiuio eiuſdem conuentus.

INSTRVMENTVM XX.

PEr quod Fratres Saluatus Miniſter conuentus S. Hieronymi de Vrbe, & Prouincialis Prouinciæ Romanæ, & Ioannes de Verona Prouincialis in partibus Lombardiæ, & Andreas de Mediolano Miniſter conuentus Montiſbelli cum multis alijs Fratribus ob mortem F. Hieronymi de Caſtilione eorum Generalis, decreuerunt elig.re alium Generalem in Capitulo congregando in ciuitate Florentiæ die 24. menſis Septembris anno 1472. in quo nullus ſuffragetur niſi ſit expreſſe, & ſolemniter profeſſus.

1 In nomine Domini, Amen. Vniuerſis, & ſingulis venerabilibus, et religioſis viris Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupatis per vniuerſam Italiam, ac alias vbilibet conſtitutis, et cæteris quibuſcunq; præſens publicum inſtrumentum inſpecturis notum ſit, et manifeſtum. Quod annō à Natiuitate eiuſdem 1472. indictione quinta, die vero 19. menſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, et Domini noſtri D. Sixti diuina Prouidentia Papæ IV. anno primo.

2 In præſentia mei Notarij publici, et teſtium infraſcriptorum ad infraſcripta ſpecialiter vocatorum, et rogatorum perſonaliter conſtituti venerabiles, et religioſi viri F. Saluatus de Quartarijs de Roma Miniſter in loco S. Hieronymi de Vrbe, ac Vicarius Prouincialis in Prouincia Romana, ac Commiſſarius deputatus ad agendum quæcunq; vtilia, et neceſſaria dicti Ordinis à quondam Reuerendo in Chriſto Patre F. Hieronymo de Caſtilione dicti Ordinis Viſitatorem, et Miniſtrum Generalem Congregationis Lombardiæ per totam Italiam olim deputatus, ac F. Ioannes de Verona etiam Vicarius in partibus Lombardiæ in eodem Ordine per prælibatum D. Generalem deputatus, et F. Andreas de Mediolano Miniſter in loco S. Mariæ de Pizighitono Laudenſis diœceſis, Ordinis præfati, et dictæ Congregationis [illegible] ſo-

lemniter profeſſi vna cum pluribus alijs Fratribus ipſius Ordinis tanquam capitulariter congregati ad laudem Omnipotentis Dei, Omniſq; hu uſmodi augumentum, & honorem, diuina inſpirante gratia, dixerunt, quod cum nullum corpus ſine capite viuere poſſit, & ſicut Altiſſimo placuit, præfatus Reuerendus *F.* Hieronymus quondam Generalis, & Caput Ordinis prælibati, fuerit viam uniuerſę carnis ingreſſus, & vt filij patre carentes maneant deſolati, oueſq; abſq; paſtore errantes ne in fauces Luporum incident deuorandæ congruum eſſe, & laudabile, ut Patres, & Miniſtros Prouinciarum eiuſdem Ordinis ad certum locum, & diem pro Generali Capitulo eo faciendo ſuper electione Miniſtri, & Viſitatoris Generalis totius Italiæ uocarentur.

3 Qui pręfati Fratres Saluatus, Ioannes, & Andreas, quibus alij plures unanimiter annuentes, & conſentientes, ordinauerunt primo de loco Capituli, qui poſſet eſſe omnibus commodior, uidelicet, quod fiat in ciuitate *F*lorentię de menſe Septembris proximę futuri; & quod per ipſum *F.* Saluatum notificetur omnibus Patribus, & Miniſtris, qui ſunt in locis citra ciuitatem Florentię. Pręfati uero *F*ratres Ioannes, & Andreas notificent omnibus aliis Miniſtris, & *F*ratribus Ordinis, qui ſunt in locis ubilibet, ultra dictam ciuitatem in Italia tantum, quod in dicto menſe Septembri die 24. eiuſdem menſis debeant omnes in dicta ciuitate *F*lorentię conueniſſe pro dicto Capitulo celebrando, & Generali Ordinis eligendo.

4 Quodq; ordinauerunt, quod poſtquam fuerint ibidem *F*ratres congregati omnes Officiales Ordinis ſimul ordinent, & deputent unum Vicarium pro toto Ordine, cuius officium Vicariatus duret tantum uſq, ad factam electionem Generalis, & non ultra, niſi poſtea per Generalem fuerit aliter diſpoſitum.

5 Et quod in dicto Capitulo nullus ex Fratribus ad electionem huiuſmodi poſſit dare, uel recipere uocem capitularem niſi ſolemniter fuerit in manibus dicti Vicarij deputandi expreſſe Ordinem, & Regulam ipſius profeſſus, & poſt eam deſcriptus in libro Profeſſorum per Procuratorem Ordinis, ſeu alium deputandum, ne in electionibus huiuſmodi poſſit fraus, aut dolus interuenire.

6 Ordinauerunt etiam, quod Bulla expedienda per dictos *F*ratres Ioannem, & Andream expediatur, & poſtquam fuerit expedita dimit-

dimittant tranſumptum Romę in loco D. Hieronymi, & quod expeditio Bullarum, & confirmatio priuilegiorum fiant ſimplicibus Ordinis, vel alias iuxta quod Generali eligendo videbitur vtilius, & illa ad Capitulum portentur, & publicentur.

7 Ordinantes præfati venerabiles religioſi, quod interim iſto medio tempore durante ante Capitulum huiuſmodi, per Fratres Saluatum, ac Ioannem, & Andream in Prouincia citra, vel vltrà Florentiam, ac totam Italiam in dicto Ordine, vigore quarumcũque Bullarum nihil innouetur.

8 Conſentientibus ad prædicta omnia, & ſingula principalioribus religioſis viris dicti Ordinis, qui propterea fuerunt ibidem congregati. Et dicti venerabiles Fratres, Saluatus, Ioannes, & Andreas alias in manibus alterius promiſerunt, & iurauerunt, ac alij Fratres in manibus F. Saluati promiſerunt attendere, & obſeruare omnia, & ſingula prædicta, & non contrafacere, dicere, vel venire, nec contrauenienti in aliquo conſentire, nec auxilium, conſilium, vel fauorem dare ſub pœna periurij, & anatematis, &c.

9 De quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis rogauerunt me Notarium infraſcriptum, vt vnum, & plura conficiam inſtrumentum, & inſtrumenta ad opus ipſorum, & cuiuslibet eorum, ac totius Ordinis prælibatorum, & etiam ad opus omnium, & ſingulorum quorũm intereſt, intereſit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum.

10 Acta fuerunt hęc omnia Romæ publice in loco S. Hieronymi dicti Ordinis, præſentibus ibidem venerabilibus, & religioſis viris F. Anſelmo de Cariſari, & Leonardo de Dalmatia Ordinis S. Hieronymi in conuentu de Feſulis teſtibus ad pręmiſſa omnia, & ſingula vocatis ſpecialiter, & rogatis, &c.

11 Ego Antonius Iacobi de Cacijs Clericus Nouarienſis publicus Apoſtolica, & imperiali auctoritate Notarius, &c.

Extractum ex libro Inſtrumentorum Conuentus S. Mariæ Caritatis infra Bononiam.

Nota, quod Conuentus Florentiæ, in quo fuit celebratum Capitulum vocatur Sanctorum Iacobi, & Philippi, vbi Generalis electus fuit ſupradictus F. Ioannes de Verona, quem errore Noſter de Sillis vocat Ioannem Paulum, eſt enim Ioannes ſimpliciter nominatus illemet expreſſus in inſtrumento conceſſionis Conuentus Caritatis Bononiæ,

vbi

Digitized by Google

ubi vocatur Ioannes Pauli ſcilicet filius, vt etiam ibidem notauī.

INSTRVMENTVM XXI.

IN quo F. Saluatus Ordinis Vicarius, & à Sixto Papa IV. deputatus Commiſſarius ſuper Eremitas non profeſſos, & ſcandaloſos, committit horum punitionem cuidam Sacerdoti Eremitæ S. Pauli in loco S. Euſebij Sutrin. cum ſocio F. Ioanne ſecum commorante, vel alio per ipſum eligendo, in illis partibus ciuitatum, & diæceſum Sutrinenſis, & Nepeſinæ.

1 Nos F. Saluatus de Quartarijs Tertij Ordinis S. Franciſci humilis Miniſter, ac Prouinciæ Romanæ, & totius Italiæ eiuſdem Ordinis Vicarius, & Commiſſarius à Sanctiſſimo Domino noſtro Papa ſpecialiter deputatus Vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis viſuris pariter, & lecturis ſalutem in Domino, qui eſt omnium vera ſalus.

2 Ad audientiam ſiquidem noſtram nuperrime peruenit, quod nonnulli Fratres tam in Sutrinenſi, quam Nepeſina, & in ciuitatibus, & diæceſibus, ac Prouincia exiſtunt, qui ſe gerunt pro Fratribus eiuſdem Tertij Ordinis, & Eremitis, qui Dei ti more poſtpoſito, habitum ſuſceperunt, & illum geſtant, & nullam profeſſionem emiſerunt, ſed vagant cum habitu huiuſmodi in opprobrium totius Ordinis, & ſcandalum plurimorum aliorum bonorum religioſorum, & Eremitarum, in eorum animarum perniciem.

3 Nos cupientes quantum cum Domino poſſumus, tam commiſſione huiuſmodi Apoſtolica, quam paſtorali miniſterio præmiſſis obuiare, & ſuper hoc de remedio opportuno prouidere, de induſtria tamen, doctrina, fauoribus, & ſufficientia, ac conuerſatione religioſi viri Petri Presbiteri Eremitæ Ordinis S. Pauli in Eremitorio, ſiue loco S. Euſebij Sutrinenſis diæceſis degentis plurimum confidentes, ipſum in noſtra commiſſione ad infraſcripta peragenda per totam Prouinciam Romanam, & maxime Sutrinenſi, & Nepeſina ciuitatibus, & diæceſibus deputamus, conſtituimus, & ordinamus, dantes, & concedentes ſibi licentiam, facultatem, & auctoritatem vna cum diſcreto viro Ioanne Viterbienſi etiam Eremita, & in eodem loco degente, aut quocumq; alio, quem ad hoc duxerit eligendum, & deputandum.

4 Vt omnes, & ſingulos Fratres, & Eremitas, qui habitum Tertij Ordi-

Ordinis S. Franciſci, aut Eremiticum, quouis quæſito colore, vel ingenio, abſq; auctoritate noſtra, vel Generalis Miniſtri, ſeu cuiuſuis alterius Prælati ad hoc poteſtatem habentis ſuſceperunt, & profeſſionem non emiſerunt, in locisq; ac cum gentibus ſiue perſonis diſſolutis conuerſati fuerint, vel conuerſari repererit, ipſos habitu priuet, expoliet, puniat, corrigat, & caſtiget, adeo, & in tantum, quod alijs tranſeat ad exemplum, et honorem Religioſorum vitæ laudabilis, et honeſtæ conuerſationis, veniat in laudem, et honorem Dei, et Religionis.

5 Et quod ſuper præmiſſis per eundem Petrum noſtrum Commiſſarium ad hoc deputatum, ac per ſuum diſcretum ſocium peractum fuerit, ſiue geſtum, quantocius poterit Nos informet, et reddat certiores.

6 Supplicando nihilominus Reuerendis in Chriſto Patribus, et dictorum locorum Ordinarijs, ad quos ipſe Petrus Commiſſarius vna cum ſuo Diſcreto, quem ad hoc, vt præfertur, duxerit eligendum, ſi declinare contigerit, et quos duxerit requirendos, ipſum Petrum in ſuis peragendis negotijs ſuper præmiſſis in intuitum caritatis, et religionis, conſilium, auxilium, et fauorem præſtent, et ab alijs præſtare faciant. Certificantes omnes, et ſingulos ſupradictos, quod ſi religionis, et noſtræ contemplationis intuitu id fecerint, Nos eiſdem obnoxios, quamdiu in humanis vixerimus reputabimus prout nos reputamus per præſentes; in cuius rei teſtimonium præſentes literas fieri fecimus, noſtriq; ſigilli iuſſimus, et fecimus appenſione communiri.

Datum, et actum Romæ in conuentu noſtro S. Hieronymi de Vrbe prope Hoſpitale Angelorum, ſub anno à natiuitate Domini 1474. indictione ſeptima, die vero 24. menſis Februarij, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini noſtri D. Sixti diuina Prouidentia Papæ IV. anno tertio.

Ex eodem libro inſtrumentorum Conuentus Caritatis Bononia. Nota quod variant cognomen F. Saluati, modo de Quartarijs, modo de Quadratis, ego vſu priori vocabulo. Ex hac commiſſaria infertur, noſtros habuiſſe conuentus in illis partibus Sutrinenſium, & Nepeſinorum, non enim illi Eremitæ vagi, & ſcandaloſi noſtris præiudicarent, ſi in illis locis conuentus non haberent; iſti autem conuentus forſan erant vniti Prouinciæ Romanæ, aut Patrimonij S. Petri, cui vnicum conuentum aſſignat de Sillis, nempe Viterbienſem de quo ſub inſtrumento. IN-

INSTRVMENTVM XXII.

E*Celeſia S. Maria de Plazano diſtrictus Cremenſis precario conceditur Fratribus, & confirmatur.*

In Chriſti nomine, Amen, Anno Natiuitatis eiuſdem 1555. indictione 13. die 7. Octobris.

1 Cum alias bonæ memoriæ Reuerendiſſimus, et Illuſtriſſimus D. Gulielmus S. R. E. Cardinalis Rotomagenſis nuncupatus Monaſterij B. Mariæ de Cereto Ordinis Ciſtertienſis Laudenſis diæceſis perpetuus Commendatarius approbauerit, et confirmauerit conceſſionem factam per Reuer. Cardinalem Bononienſem prædeceſſorem ſuum Religioſis Fratribus S. Franciſci de Pænitentia de loco, et Eccleſia S. Mariæ de Plazano, quod dicti Monaſterij membrum exiſtit, modis, et conditionibus latius ſpecificatis, et expreſſis in patentibus literis prædicti Reuer. Cardinalis Rotomagenſis, quarum tenor videtur eſſe talis, et vt infra ſequitur, videlicet.

2 Gulielmus miſeratione diuina Epiſcopus Hoſtienſis S. R. E. Cardinalis Rotomagenſis vulgariter nuncupatus, et Monaſterij S. Mariæ de Cereto Ciſtertienſis Ordinis Laudenſis diæceſis perpetuus Commendatarius, vniuerſis, et ſingulis Religioſis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupatis in Eccleſia S. Mariæ de Plazano commorantibus ſalutem in Domino ſempiternam, et ſinceræ deuotionis affectum.

3 Quia dignum, et iuſtitiæ conſentaneum cenſemus de bene merentibus bene mereri, et ex eo fauoribus proſequi gratioſis. Hinc eſt, quod Nos intelligentes per literas ſuas conceſſionem vobis factam per Reuer. olim bonæ memoriæ D. Cardinalem Bononienſem prędeceſſorem noſtrum quanta cum ſolicitudine, et vigilantia reparationi prædictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Plazano, qui dicti Monaſterij noſtri membrum eſt, intenti eſtis, et ex elemoſinis per vos ex Chriſtifidelibus conquiſitis locum ipſum in ſuis ſtructuris, et ſedijs reparaſtis attendentes; et quod itidem per vos religio ſine intermiſſione ſeruatur, et diuinus cultus plurimum creſcit.

4 Nos igitur veſtigijs prædicti prædeceſſoris noſtri inhærentes, et vt veſtris laboribus requies aliqua corporis, et animi præſtetur, atq; ardentiores ſitis ad dicti loci manutenſionem, volumus, et

tenore

Digitized by Google

tenore præſentium vobis conceſſionem prædictam prædeceſſorum noſtrorum de dicto loco, & Eccleſia factam, vt in dicto loco quo ad vixeritis, vna cum receptis à vobis, ſeu recipiendis habitare poſſitis, nec inde non expoſcentibus demeritis veſtris expelli à quocumq; debeatis, liberaliter confirmamus, et approbamus.

5 Ita tamen, quod nullum propterea ius in dicto loco ex huiuſmodi habitandi conceſſione, et confirmatione vobis accreſcat niſi precario habitandi duntaxat.

6 Quodq; in recognitionem dominij, et ſuperioritatis prædicti Monaſterij noſtri duodecim libras ceræ laboratæ annis ſingulis in feſto Aſſumptionis B. M. V. perſoluatis eidem.

7 In quorum fidem, et teſtimonium præſentes literas fieri, et noſtro, quo in talibus vtimur rotundo ſigillo iuſſimus ſigillari. Datum Romæ apud S. Apollinarem in domibus noſtræ ſolitę habitationis, et reſidentię ſub anno 1477. die vero ſeptima menſis Iulij Pontificatus Sixti Papæ IV. anno ſexto.

8 Hinc eſt, quod Reuer. in Chriſto Pater Petrus Dominicus Ceſius I. V. D. Epiſcopus Narnienſis, prędictiq; Monaſterij perpetuus Commendatarius inhærendo veſtigijs prædeceſſorum ſuorum, et volens ſatisfacere vt aſſerunt, precibus Reuer. Patris D. F. Bonauenturę de Vicentia Commiſſarij, et Vicarij Generalis dictę Religionis, et Reuer. D. F. Michaelis de Crema Prioris in dicto loco S. Marię de Plazano, et D. F. Paſquini de Crema de dicta familia, et D. F. Valerij de Brixia de dicta Religione, qui plurimum apud dictum Reuer. Epiſcopum, et Commendatarium inſtiterunt, et inſtant pro infraſcripta confirmatione, et conceſſione, et etiam intuitu Reuer. Patris D. F. Magiſtri Antonij de Crema Tertij Ordinis S. Franciſci.

9 Qui Reuer. Domini Prouincialis, Prior, Paſquinus, et Valerius coram prędicto Epiſcopo præſentes, et me Notario ſtipulante pro infraſcripta gratia ſupplicarunt, conceſſionem, et confirmationem in ſupraſcriptis patentibus literis contentam de dicto loco, et Eccleſia, quę Monaſterij exiſtit membrum, confirmauit, et approbauit, confirmat, et approbat, ad hoc videlicet, vt prædicti Domini Fratres in dicto loco habitare poſſint, nec inde à quocumq; agente ſuæ Reuer. damnationis expelli, niſi expoſcentibus demeritis poſſint.

10 Ita tamen, quod nullum propterea ius in dicto loco ex huiuſmodi habitandi conceſſione, et confirmatione ipſis dictis Fratribus acreſcat niſi præcario nomine habitandi duntaxat.

11 Quodq; in recognitionem dominii, et ſuperioritatis prædicti Monaſterii B. Mariæ de Cereto libram vnam ceræ laboratæ ſingulo anno in feſto Aſſumptionis B. M. V. prędicto Reuer. Epiſcopo, et ſucceſſoribus eius perſoluant. Et ita promiſerunt dicti Domini Fratres prędicto Reuer. Epiſcopo Commendatario, et mihi Notario dicto nomine recipientibus.

12 Quæ omnia, et ſingula promiſerunt prænominati omnes Domini Fratres de Plazano habere, et tenere rata, grata, valida, et firma perpetuo, et omni tempore ſub obligatione bonorum ſuorum, refectione omnium damnorum, et intereſſe, etc.

Acta fuerunt hæc omnia in camera cubiculari Domorum prædicti Reuerend. Epiſcopi iuris olim Ioannis Iacobi Vicomercati viciniæ Alferiorum Portæ Serii Cremæ, præſentibus, etc.

Extractum fuit a Ioanne Baptiſta Guarino Notario Cremenſi Collegiato ab originali Inſtrumentorum rogatorum per hunc q. Deſiderium Guarinum eius patrem, ſub anno 1582. die quarta Decembris.

Cardinalis Bononienſis aſſertus hic Commendatarius, qui primo conceſſit locum Plazani, vocabatur Nicolaus Albergatus profeſſus Cartuſianus, Presbiter tituli S. Crucis in Hieruſalem promotus ſub Martino V.

INSTRVMENTVM XXIII.

INueſtitura, & poſſeſſionis Conuentus SS. Coſmę, & Damiani Regij Lombardie, antea Sororum Ordinis S. Dominici, nunc Corporis Chriſti ibidem nuncupatorum, recepta per F. Bernardum de Crema Generalem.

In Chriſti nomine, Amen Anno à Circumciſione eiuſdem 1489. indictione 7. die 21. Martij Pontificatus, &c, Innocentij Papæ VIII. anno V.

Reuer. in Chriſto Pater, & Decretorum Doctor D. Philippus de Zuboliis olim Abbas, ſubinde Commendatarius, & nunc vſufructuarius multorum bonorum Monaſterij S. Proſperi extra, & prope muros Regij ſiti, & Epiſcopus Comaclenſis, qui alias fundari, ædificari, & conſtrui fecit Monaſterium Corporis Chriſti ciuitatis

tis Regij, & in illud introduxit venerabiles, & religioſas Sorores, ſeu Moniales Monaſterij SS. Coſmæ, & Damiani dictæ ciuitatis. Quod Monaſterium dictæ Sorores receperunt, & acceptarunt, & earum antiquum Sanctorum eorundem monaſterium, ſed non bona ipſius in manibus præfati D. Epiſcopi tunc præſentis, & illud acceptantis ad effectum in id alios religioſos iuxta formam literarum Apoſtolicarum deſuper obtentarum introducendas dimiſerunt, tradiderunt, & aſſignauerunt, vt latius conſtat in actis rogatis per me Notarium publicum infraſcriptum in executione præfatarum literarum Apoſtolicarum, et ſecutorum ex eis.

2 Venerabiles, et religioſos Fratres Bernardum de Crema Viſitatorem Generalem, Miniſtrum Principalem per totam Italiam Fratrum Tertij Ordinis Beati Franciſci in habitu Heremitico ſub obedientia Regularis Obſeruantiæ, F. Laurentium de Bononia dicti Ordinis profeſſum, & ſacerdotem, & F. Sebaſtianum de Vicentia dicti Ordinis clericum præſentes, et omnes prænominatos in loco, vbi ſitum eſt dictum Monaſterium exiſtentes, ad Dei laudem, et eius Glorioſæ Matris, et diuini cultus augmentum in dictum Monaſterium SS. Coſmæ, et Damiani dictæ ciuitatis Regij, et Eccleſiam, et hortum, et alia ſua ędificia, in realem, et actualem, et corporalem ipſorum Monaſterij Eccleſiæ, horti, et ædificiorum poſſeſſionem, cum ſolemnitatibus in talibus fieri ſolitis, et conſuetis, introduxit, et poſuit.

Et idem Monaſterium cum dictis Eccleſia, ædificijs, et horto præfatis religioſis Fratribus pręſentibus, et acceptantibus, et recipientibus nominibus Fratrum Ordinis, et Congregationis prædictorũ, aſſignauit, ducendo ipſos Fratres acceptantes, vt ſupra, in dictam Eccleſiam, Monaſterium, et hortum in ſignum verę introductionis, et adeptæ poſſeſſionis huiuſmodi. Super quibus omnibus, et ſingulis pręfati Reuerendus D. Epiſcopus, et Fratres et quilibet eorum petierunt, et inſtiterunt ſibi à me Notario publico infraſcripto fieri, et tradi vnum, duo, aut plura, et tot quot expedierit, inſtrumentum, et inſtrumenta.

Acta fuerunt hęc omnia, et ſingula in ciuitate Regij, et locis prędictis pręſentibus, etc.

Ego Georgius fil. q. ſpectabilis, et clariſſimi Iuriſperiti viri D. Bartolomęi de Anguiſſolis ciuis, et habitator Regij vicinię S. Bartolomęi publicus, &c. *Extractum ex Archiuio Conuentus eiuſdem.* IN-

INSTRVMENTVM XXIV.

IN quo Alexander Cardinalis Farneſius concedit Generali Tertij Ordinis S. Franciſci Congregationis Lombardiæ Eccleſiam SS. Coſmæ, & Damiani de Vrbe, cuius erat ſecularis, cum omnibus ſuis ædificijs, reſeruatis Canonicatibus, & Præbendis pro eius Canonicis.

1 In nomine Domini, Amen. Anno Domini 1512. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Iulij diuina Prouidentia Papæ II, anno nono, indictione 15. menſis Ianuarij die quinta in præſentia mei Notarij, & teſtium infraſcriptorum.

2 Reuerendiſſimus Alexander miſeratione diuina tituli Sanctorum Coſmæ, & Damiani de Vrbe in Regione Montium, quæ titulus Cardinalatus ipſius D. Cardinalis, exiſtit, vt ad ea, quæ illi incumbunt peragenda, corde ſollicitus reddatur, & in eadem Eccleſia diuina officia, & Chriſti fidelium deuotio augeatur, propterea attendens, quod fructus, redditus, & prouentus Canonicatuum, & præbendarum dictę Eccleſiæ ſint tenues, & exigui, & propterea ipſius Eccleſiæ Canonici ex illis ſe decenter ſuſtentare, & pro eorum ſubſtentatione huiuſmodi ad alia loca diuertere neceſſario coguntur, & apud Eccleſiam ipſam reſidentiam facere, & illi in diuinis decenter deſeruire non poſſint; quo factum eſt, vt fidelium deuotio in eadem Eccleſia paulatim diminuta exiſtat, & continuo diminuatur in dies.

3 Cupiens ſuper hoc opportune prouidere, pariter, & ſperans, quod ſi Eccleſiam ipſam, Domum, & ædificia dictæ Eccleſiæ contigua cum hortis eiuſdem Domus venerabilibus viris Viſitatori, & vniuerſis Fratribus Congregationis Lombardiæ Tertij Ordinis S. Franciſci in habitu Eremitico de Pœnitentia, pro eorundem perpetuis vſu, & habitatione, cum onere celebrandi diuina officia in eadem Eccleſia adminiſtrandi, & exercendi concederetur, & huiuſmodi aſſidua, & diuina miſſarum, & aliorum diuinorum celebratione, & exemplari vita, & exhortationibus ad bene, & laudabiliter cum timore Domini viuendi, fideles ipſos ad frequentandam Eccleſiam prædictam congruis honoribus allicerentur ſuccederetq; exinde confluentis populi ad illud deuotionis incrementum cum animarum ſalute, dictæq; Congregationis propagatione.

4

4 Quapropter prædictus Reuer. D. Cardinalis habitis ſuper his pluribus tractationibus, et citatis, & conuocatis Canonicis dictæ Eccleſiæ opportune prouidens, dictam Eccleſiam Sanctorum Coſmæ, & Damiani, Domum, et ædificia dictæ Eccleſiæ contigua cum hortis eiuſdem, Viſitatori, & vniuerſis Fratribus Congregationis Lombardiæ Tertii Ordinis S. Franciſci in habitu Eremitico de Pænitentia nuncupatis tam præſentibus, quam futuris, et pro tempore exiſtentibus, abſentibus, tamquam præſentibus, ac me Notario infraſcripto, præſentibus, et recipientibus, ac legitime ſtipulantibus in mei, ac nomine dictorum Viſitatoris, et Fratrum dictę Congregationis, ac omnium, et ſingulorum, quorum nunc intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, ſaluo Sedis Apoſtolicæ beneplacito, quantum in eo eſt, dedit, et conceſſit pro eorum vſu, et habitatione.

5 Eccleſiam, Domum, ſtructuras, ædificia clauſtra cum horto, ſiue locum ad faciendum hortum extra, et contiguum dictæ Eccleſię cum omnibus officinis dictæ Eccleſiæ, et Domus.

6 Reſeruatis Canonicis eorum Canonicatibus, et præbendis, et prædicto D. R. Cardinali, et aliis pro tempore ſucceſſoribus exiſtentibus Canonicatis, et Præbendis quandocumq; ſucceſſiue, et reſpectiue contigerit conferendis.

8 Diſtrictius inhibendo dictis Canonicis, vt ſuis Prębendis contenti ſint, ac quod dicti Viſitator, & Fratres vſu, et habitatione Eccleſiæ, Domus, horti, et officinarũ huiuſmodi habere poterint, permittant, nullamq; moleſtiam inferant, nullumq; præſtent impedimentum, quo minus dictus Viſitator, et Fratres pro tempore exiſtentes poſſint in contemplationis ſuauitate in diuinis inibi vacare beneplacitis, vt optant. Et dicti Viſitator, et Fratres pro tempore exiſtentes poſſint eorum laudabiliorem inibi vitam ducere, et ea diligentia diuina in dicta Eccleſia celebrare ſtudeant, quod exinde optati fructus ſalutis animarum proueniant, quos ſperant.

Actum Romæ in domo dicti R. D. Cardinalis, etc. præſentibus, etc.

Et ego Peregrinus Magiſtri Baptiſtæ de Odoriſtis de Maurea ciuis Romanus in Regione Campi Martii publicus, etc.

Extractum ex Archiuio Romano. Erat tunc Generalis F. Leonardus de Vicentia ex Catalogo de Sillis fol. 32. Locus, quem habebant ad Ecle-

eleſiam S. Hieronymi prope Hoſpitale Anglorum dicta Eccleſia S. Stephani in Rotundo erat parum accommodatus pro Fratribus, & ibidem non erat populi frequentia, ideo eo relicto tranſierunt ad Eccleſiam Sanctorum Coſmæ, & Damiani in Campo Boario, commodiorem ipſis, & Christifidelibus pro diuinis officijs, & adminiſtratione Sacramentorum.

INSTRVMENTVM XXV.

Conceſſionis Eccleſiæ, & Domus S. Gregorij conſecratæ octauo Octobris in villa Dubioli, ſeu Martini Soverzano in Comitatu Bononienſi per nobiles Doctorem Legum Ludouicum Equitem de Bologninis, & Ioannam de Ludouiſijs iugales factæ F. Bernardo q. Chriſtophori de Crema, & eius fratribus exiſtentibus in Eccleſijs S. Mariæ Magdalenæ extra Portam S. Mamæ, & S. Mariæ Caritatis infra Bononiam.

Indictione prima, die nona menſis Iunij 1498. Pontificatus Domini Alexandri Papæ VI. Magnificus Eques, & Excellentiſſimus Iuris Ciuilis Doctor D. Ludouicus filius olim nobilis viri Ioannis de Bologninis Bononiæ Ciuis Capellæ S. Laurentij de Guerinis ſuo proprio, & principali nomine, voce, & nominibus; necnon nobilis, generoſa, & commendabilis D. Ioanna filia enim magnifici Equitis, & Comitis Ioannis de Ludouiſijs Bononiæ ciuis vxor dicti D. Ludouici, ob ſingularem deuotionem, dilectionem, & amorem, quem, & quam continue geſſerunt, & gerunt inter omnes alios religioſos viros de Obſeruantia, erga religioſos viros Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci Congregationis Lombardiæ degentes in habitu Eremitico, reſidentes Bononiæ in Eccleſia ſeu Monaſterio S. Mariæ Magdalenæ extra portam S. Mamæ aſſignatis dictis religioſis per dictum Ioannem, & alios conſortes de Bologninis, & etiam Bononiæ in alio loco dicto *la Carità* ſponte, & ex certa ipſius D. Ludouici ſcientia, & nullo iuris, aut facti errore ductus, animo deliberato, iure proprio, & in perpetuum.

Dederunt, & aſſignauerunt pro ſe, & eorum, & cuilibet ipſorum iuris proprium, & in perpetuum nominibus prædictis, dedit, & aſſignauit religioſo viro Viſitatori Generali dicti Ordinis per totam Italiam F. Bernardo q. Chriſtophori de Crema ibidem præſenti, & vice, & nominibus omnium Religioſorum Fratrum, & habitantiũ in dictis monaſterijs, & eorum ſucceſſorum in dicto Ordine receptu-

cepturis, & interponendo etiam vice, & nomine totius Ordinis, & Congregationis eorundem, prout dixit, & aſſeruit, ſe Notario, & teſtibus infraſcriptis habuiſſe in mandatis à ſuperioribus omnibus de Capitulo præſenti anno celebrato in dicto loco S. Mariæ de Caritate, in quo Capitulo de huiuſmodi aſſignatione, & acceptatione ad plenum tractatum fuit, & maxime deliberatum fuit.

Vnam Eccleſiam cura, & diligentia præfatorum D. Ludouici, & D. Ioannæ eius vxoris conſecratam vna cum Domo, ſeu Canonica pro habitatione Capellani dictæ Eccleſię contigua, per ipſos D. Ludouicum, & D. Ioannam omnibus eorum pręcipuis ſumptibus, & expenſis factam, & ædificatam, & conſtructam ab eius fundamentis ſub titulo, ſeu vocabulo S. Gregorij ſituata in villa Dulioli, ſeu S. Martini Souerzano Comitatus Bononiæ, cum cęmeterio, & alijs circumſtantijs comprehendendo ſolum, ſeu terrenum, & circum circa dictam Eccleſiam, &c.

Item omnes alios fructus naſcituros ſuper vna petia terrę viginti tornaturarum, &c. Item vnam caſtellatam vuarum toto tempore, &c.

Vice verſa dictus F. Bernardus promiſit, &c. celebrare, ſeu celebrari facere vnam miſſam in cantu in die conſecrationis eiuſdem Eccleſiæ, quæ eſt die octaua menſis Octobris cuiuslibet anni, &c.

Actum Bononiæ in capella S. Laurentij de Guerinis per rogitum Alberti de Angelota Notarij, &c.

Nota errorem, nam hæc dicuntur acta anno Domini 1498. *in libro Inſtrument. Archiuij Conuentus Charitatis Bononiæ, quo anno Bernardus prænominatus de Crema Generalis tunc non erat, ſed tantum ab anno* 1488. *vſq; ad annum* 1491. *vnde ſi ſub ipſo talis conuentus receptus fuit, vt aſſeritur in hoc inſtrumento, fuit vno anno ex illo triennio. Nec verum eſt, quod eo anno* 1498. *fuerit Bononiæ celebratum Capitulum Generalę Bononiæ, immo nullibi celebratum fuit, vt colligitur ex Catalogo Generalium apud noſtrum de Sillis fol.* 33. *Ludouicus autem Bologninus clarus Iuriſconſultus Equeſtri honore exornatus fuit ab Innocentio VIII. quem affinitate contingebat, ait Pancirolus de Claris legum interpretibus lib.* 2. *cap.* 130. *Ille autem Papa creatus fuit anno* 1484. *ac proinde cum Ludouicus in hoc inſtrumento nominetur Eques, & dicatur factum ſub Alexandro VI. creato anno* 1492. *inferendum eſt, inſtrumentum hoc confectum fuiſſe poſt annum* 1491. *Sed immorandum non eſt, ſufficit quod habeamus notitiam horum trium*

Conuentuũ, quorũ in bonis noſtris nunc eſt tantum Conuentus Caritatis.

INSTRVMENTVM XXVI.

IN quo Canonici Lateranenſes recipiunt Eccleſiam S. Mariæ de Colle Angelorum extra Oppidum Peſculi Sanſoneſchi in Abbatia S. Clementis Prouinciæ Aprutinæ eis oblatam à Fratribus vt reciperetur ſub eorum protectione, & conceſſione Indulgentiam viſitantibus dictam Eccleſiam Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci Prouinciæ Romanæ.

1 Capitulum, & Canonici Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ Religioſis viris, Congregationi, & Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci ſalutem, & ſinceram in Domino caritatem.

2 Cum Lateranenſis Sacroſancta Eccleſia ex Summorum Romanorum Pontificum indultis excellentiæ prærogatiua prætulgeat, vti Mater nouo quodam fætu Eccleſias, & alia pia loca in Chriſto parere poſſit, veſtra vota, & ſupplicationes libenter admiſimus, quibus pietas, religioq; propagari dignoſcuntur. Attendentes itaq; zelum veſtrum, pium propoſitum, & affectionem deuotam, quam ad noſtram præfatam Sacroſanctam Lateranenſem Eccleſiam habere dignoſcimini, prout veſtra petitio, & opera liquide manifeſtant, merito inducimur, veſtrum propoſitum, veſtras ſupplicationes gratioſe admittere.

3 Cum igitur ad dictam Later. Eccleſiam vos Religioſi viri Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci Prouinciæ Romanę habeatis ſpecialẽ deuotionis affectum, & pro animar. veſtrar. ſalute, & ob reuerentiam, & honorem intemeratę Virginis M. cumq; per Vniuerſitatẽ, & commune Terrę Peſculi Sanſoneſchii de Abbatia S. Clementis Aprutinenſis Prouinciæ, integritate veſtrę Religionis, & vitę probitate fueritis vos deputati, & ordinati in perpetuum ad adminiſtrationem, & omnimodam diſpoſitionem, & cohabitationẽ cuiuſdam Sacelli, Oratorii, ſeu futuræ Eccleſię pro deuotione dicti Oppidi ab ipſis oppidanis iam ædificati, & empti in quodam veſtro fundo per prædictam Vniuerſitatem, vobis procuratorio nomine donato, vt patet manu Franciſci Vandis clerici Lucenſis Notarii publici, &c. per religioſum virum F. Petrũ Gallum Religionis pręfatæ oppidi prædicti. Quod Oratorium prædictum ſitum eſt extra dictum oppidum in loco dicto Collis Angelorũ iuxta ſuos confines, vt clarius in donationis contractu apparet.

4

4 Quapropter Nobis humiliter ſupplicaſtis, vt Oratorium, ſiue Eccleſiam prędictam ſub vocabulo S. Mariæ de Colle Angelorum, vt ſupra vobis, at Congregationi veſtræ prædictę Tertij Ordinis S. Franciſci Prouinciæ Romanæ perpetuo concederemus nondum conſecratam exiſtentem cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis ad habendam, tenendam, regendam, & omnia alia faciendum, quæ de hujuſmodi re nobis donata, ſiue oblata de iure fieri poſſunt, quæ bona omnia ſic nobis, et Sacroſanctæ Lateranenſi Matri Eccleſiæ donata, & per Nos acceptata, pariter, et recepta ſunt; deinde pro parte veſtra deuote Nobis ſupplicatum eſt, vt ſupra, in ſolo noſtro Eccleſiam nondum perfectam S. Mariam de Collę Angelorum complendam, et augmentandam nos dignaremur facultatem vobis concedere, debitis, et conſuetis ſolemnitatibus fabricandam.

5 Nos igitur attendentes pium, ac ſanctum veſtrum propoſitum, et bonę menti, vt Nos decet, annuentes, ac Vniuerſitati, et Communi prædictis ſatisfacere cupientes, vna cum Reuer. in Chriſto Patre, et D.D. A. della Valle Epiſcopo..... pro Reuerendiſſimo in Chriſto Patre, et D.D. Sanctę Romanę Eccleſiæ Diacono Cardinali Farneſio Archipresbitero Lateran. Vicario Generali in loco noſtro Capitulari vnanimiter ad hoc de more congregati.

6 Eccleſiam, ſiue Oratorium prædictum S. Mariæ de Colle Angelorum ſitum, vt ſupra, Vobis, et Congregationi veſtrę Tertij Ordinis S. Franciſci Prouinciæ Romanæ in perpetuum concedimus, et annectimus, ampliandique, et augendi pro poſſe illud vobis admittimus, et mandamus, illudq; ſub noſtra protectione recipimus, noſtrarumq; Indulgentiarum, exemptionum, immunitatum, et gratiarum participes, noſtræq; Sacroſanctę Lateranenſis Eccleſiæ immediate ſubeſſe declaramus, et eiuſdem protectionem ſuſcipimus, et alijs membris noſtrę Sacroſanctę Eccleſię Lateranenſis vbique conſtitutis aggregamus. Itaut gaudere valeatis inter alias noſtras Eccleſias Lateranenſi Sacroſanctę Eccleſiæ adhęſiſſe. Licentiamq; Vobis, et ſucceſſoribus veſtris eiuſdem Congregationis, auctoritate Summorum Pontificum Romanorum concedimus ibidem miſſas celebrandi, Sacramenta miniſtrandi, confeſſiones audiendi ſecundum ritum, quem Romana Eccleſia ſeruat. Et ſi vobis videbitur, et placuerit, campanile cum campanis

conſtruere pro fidelium deuotione faciendi, ob decus, et gloriam Liberatoris noſtri Ieſu Chriſti.

7 Vobis igitur poſtquam prędictum Oratorium, ſeu Eccleſia prædicta cum Altaribus, Campanili, cęmeterio, & alijs neceſſarijs cõſtructa, & ampliata fuerit, mandamus, quam Domum Dei decet ſanctitudo, vt aliquem Catolicum Antiſtitem communionem, & gratiam Sedis Apoſtolicę habentem, quem vobis proprium duxeritis requiratis, qui dictum Oratorium, ſiue Eccleſiam S. Marię de Colle Angelorum Pontificali auctoritate conſecrari velit.

8 Volumus etiam, vt pro iuris, & dominij noſtri ſigno ſingulis annis in feſto Reſurrectionis D. N. Ieſu Chriſti, vos, & ſucceſſores veſtri perpetuis futuris temporibus libram vnam cum dimidio cerę laboratæ pro cenſu ſoluere debeatis Romę in manibus Camerariorum noſtrorum Canonicorum, qui pro tempore erunt, aut noſtri Viſitatoris legitimi, eunq; fratres recipere, & honorare debeatis.

9 Atque vt eo libentius Chriſti fideles ad præfatum noſtrum Oratorium, ſiue Eccleſiam S. Mariæ de Colle Angelorum poſtquam conſecrata fuerit donationis gratia, confluant, quo ſe indulgentiarum beneficia mouerint, Omnipotenti Deo Creatori complacere, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui prædictam Eccleſiam deuote quocunq; tempore viſitauerint, & manus porrexerint adiutrices, decem annos, & totidem quadragenas de iniuncta eis pænitentia relaxamus in Domino, ex conceſſione Summorum Pontificum.

10 Et nouiſſime per Leonem Papam X. in forma Eccleſiæ conſueta, quæ quidem Indulgentia in feſtis duplicibus, & Dominicis Quadrageſimæ duplicantur. In Natiuitate vero S. Ioannis Baptiſtæ, & S. Ioannis Euangeliſtæ, & Dedicationis Saluatoris noſtri, & Apoſtolorum Petri, & Pauli, & aliorum; & in feſtiuitatibus Glorioſæ Virginis, ac Natiuitatis Domini, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pẽtecoſtes, & in Dedicatione Eccleſiæ in Calendis Auguſti quadruplicantur, aliaſq; Indulgentias conſequuntur, ſecundum deuotionem attendentes, &c.

11 Si quis autem, quod abſit, auſu temerario Eccleſiæ noſtræ Beatę Marię bona tam mobilia, quam immobilia pręſentia, & futura, aut religioſos ſuos viros in ea degentes, et ſeruientes, quomodolibet

mo-

moleſtare preſumpſerint, preter excommunicationis cenſuram, quam ipſo facto incurrit, à quibus non niſi à Summo Pontifice licebit abſolutionem obtinere, & in extremi iudicij Dei die vltimo à Domino Ieſu Chriſto damnationis ſententiam reportabit, &c. In quorum omnium, & premiſſorum fidem, & robur, ac teſtimonium veritatis, &c. Datum Laterani decimo ſexto Calendas Decembris poſt ſalutem reparatam milleſimo quingenteſimo ſextodecimo, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Leonis diuina prouidentia Pape X. anno eius quarto.

Supradictum inſtrumentum eſt non tam prolixum, quam obſcurum contra illud: Obſcurus fio, dum breuis eſſe volo. *Quantum potui capere, videtur habere hunc ſenſum. Quod F. Petrus Gallus cognomine de dicto oppido conſtruxit illud Oratorium ſuper fundo Religioni donato per Vniuerſitatem Beſcali, & poſtea Fratres Oratorium cum ſuo fundo obtulerunt, & donauerunt Capitulo Lateranenſi eo fine, vt ſub eius protectione reciperetur, & concederetur priuilegia, & Indulgentiæ eidem Oratorio, vt factum fuit.*

INSTRVMENTVM XXVII.

Capitulum Lateranenſe dat licentiam Antonio Fiore conſtruendi Eccleſiam S. Antonij de Padua in territorio Auczani diœceſis Marſicanæ cum Domo, in qua, poſtquam profeſſionem emiſerit, collocandi, ponendi, & amouendi Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci de Indulgentijs.

1 Capitulum, & Canonici Sacroſanctę Lateranenſis Eccleſiæ, dilecto Nobis in Chriſto Antonio Flore alias Fiorenza Terræ Vezani Marſicanenſis diæceſis ſalutem, & ſinceram in Domino caritatem.

2 Sinceræ deuotionis affectus, quem tu ad Eccleſiam Lateranenſem, & Nos gerere comprobaris, Nos inducunt, vt ea Tibi, quæ ad populi deuotionem faciunt, quantum ex benignitate Sedis Apoſtolicæ poſſumus fauorabiliter annuamus.

3 Exhibita ſiquidem Nobis pro parte tua petitio continebat, Te in certo noſtro fundo ſito in Territorio Auezani in loco, qui dicitur Via Marſianę diæceſis ſuis finibus terminato per te nuper Nobis donatione, quę dicitur inter viuos, & irreuocabiliter donato, vt

patet publico inſtrumento, manu Domini Franciſci de Prato noſtri publici Notarij inde rogati, vnam Eccleſiam ſub vocabulo S. Antonij de Padua, ac Domum pro perpetuis vſu, & habitatione Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci Prouinciæ Romanæ, & cum tu in dicto Ordine profeſſionem emiſeris, fundare, erigere, & ædificare, ac erectam, & ædificatam de bonis tibi à Deo, & Chriſtifidelibus deuotionis cauſa collatis, Altaribus, & aliis eccleſiaſticis ornamentis ad populi deuotionem ornare deſideras, dummodo Tibi facultas eligendi, ponendi, & amouendi dictos Fratres in dicta Eccleſia, & Domo, per Nos concederetur, de quo Nobis ſupplicare feciſti.

4 Nos attendentes, huiuſmodi opus futurum non inutile Chriſtifidelibus, per quod diuini cultus honor augetur, & fidelium deuotio populorum procuratur, vna cum Reuer. in Chriſto Patre, & D. Andrea de Valle Epiſcopo Millet. Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, & D.D. Alexandri S. Euſtachij Diaconi Cardinalis de Farneſio Archipresbiteri Lateran. Vicario Capituli congregati, Tibi Antonio Fiore Eccleſiam, & Domum ſub vocabulo S. Antonij de Padua in dicto noſtro fundo cum Altaribus, campanili, campanis, cæmeterio, & alijs tam Eccleſiæ, quam Domui neceſſarijs membris, & officinis fundandi, erigendi, & ædificandi, ac erectam Calicibus, & alijs Eccleſiaſticis ornamentis decorandi, licentiam, & facultatem; necnon Eccleſiam, & Domum eaſdem præfatis Fratribus Tertij Ordinis pro eorum, & tua, poſtquam profeſſionem eandem emiſeris, perpetuis vſu, & habitatione. Ita quod Tu vt caput quoad vixeris facultatem habeas ibidem dictos Fratres ponendi, & amouendi auctoritate Nobis à Sede Apoſtolica in locis noſtris tantum, vel quæ pia largitione fidelium poterimus adipiſci, attributa, tenore præſentium concedimus, & elargimur.

5 Volumus autem, quod Tu, & Fratres prædicti pro recognitione ſoli, & dominij noſtri annis ſingulis in feſtiuitate S. Ioannis Baptiſtæ in manibus Camerariorum noſtrorum vnam libram ceræ laboratæ ſoluere; & ſingulo quoq; quintodecimo anno huius conceſſionis renouationem à Nobis petere teneantur; & Fratres pro tempore in dicta Eccleſia, & Domo reſidentes teneantur.

6 Et quia huiuſmodi fundationem benedictio primarij lapidis; & poſtquam Eccleſia ipſa ædificata fuerit illius conſecratio requirun-

runtur, cuicunq; Reuer. Antiſtiti, quo ad conſecrationem, & cuiuis Venerabili Presbitero ſeculari, vel dicti Tertij Ordinis, quo ad benedictionem huiuſmodi, quos per præſentes gratioſe requirimus ad huiuſmodi opera obeunda omnimodas noſtras vices, & facultates tradimus.

7 Et ad huiuſmodi Eccleſiam ædificandam Calicibus, & alijs eccleſiaſticis ornamentis decorandam eo libentius Chriſtifideles manus porrigant adiutrices, quo ex hoc dono cæleſtis gratię vberius conſpexerint ſe eſſe refertos, omnibus, et ſingulis Chriſtifidelibus vtriuſq; ſexus pro huiuſmodi ędificatione grata impendentibus ſubſidia, & poſtquam Eccleſia ipſa ędificata fuerit, eamq; deuote viſitantibus, & manus porrexerint adiutrices decem annos, et totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs in Domino relaxari, cęteraſq; Indulgentias, & animarum ſuarum ſalutem, iuxta ſubſidij quantitatem, & deuotionis affectum miſericorditer conſequi, ex plurimorum Romanorum Pontificum auctoritate eidem Lateranenſi Eccleſię, & ſuis membris iterato conceſſis ſignificamu. In quorum fidem, robur, & teſtimonium, &c.

Marcus Boccarius Canon. et Camer. Later.

Hieronymus Francus Canon. et Camer. Later.

Datum Laterani ſeptima Iulij milleſimo quingenteſimo decimo ſexto, Pontificatus Leonis X anno quarto.

INSTRVMENTVM XXVIII.

IN quo Aſcanius Columna Dux Talliacotij concedit Eccleſiam, & Conuentum ſub nomine S. Antonij de Padua F. Gulielmo Malparlante Galloiam introductum per Populum Terræ Scurculæ ſub dominio dicti Ducis.

Aſcanius Columna Dux Talliacotij, & Regni Sicilię Magnus Comes Stabilis.

1 Conuenientiſſima coſa è, et ad ciaſcuno prudentiſſimo Prencipe neceſſaria quelle coſe, che con maior feruore abraciar, e fauorir, che più merito, e laude ſe ne riporta, accioche ſotisfacendoſe ad vno, non manchi all'altro, et eſſendo le coſe della Sacroſanta Religione noſtra quelle, che più fruttuoſe, tanto per l'anima, come per la fama ſi conoſcono, meritamente debono

da

da ogni fedele di N. S. eſſere abracciate, e fauorite, le quali ancorche da ſupremiſſimo dipendano, accioche i maligni con loro male opere non cerchino tanto bene perturbare, hanno pure de biſogno del ſecular ſubſidio, conciosia, che quello, che per voluntà non vole vſar le parti ad ſe conuenienti per timore de ſuperiori habbiano da uſarle.

2 E però eſſendo nouamente edificato ſu lo Caſtello, ò Terra noſtra de Scurcola vn loco, ò Monaſterio in honor del Glorioſo S. Antonio de Padua dal Venerabile F. Guglielmo Malparlante de Francia, & hauendoli il popolo di detta Terra conceſſo il loco, doue detto Monaſterio, e Chieſa è fondato, per eſſer Noi patron di quello, col mero, & miſto imperio, acciò detta donatione habbia conueniente effetto, detto F. Guglielmo ce hà ſupplicato voleſſimo actoritate, qua fungimur, confirmar, roborar detta donatione, anzi deuemo corroborar, & adimplere quanto per la donatione popularia ſi dimoſtra.

3 Noi diuotiſſimo di tal Glorioſo Santo, & deſideroſiſſimi dell'acreſcimento della Sacra Religione, conſiderato il bene, che de queſto conſegue, uoluntariamente, & di proprio, e liberal moto ſe ne ſemo contentati. Vnde per uirtu della preſente damo in perpetuo, doniamo, & concediamo alla detta Religione ogni auctorità, facultà da noi ſpettante poſita in tutto quello terreno, che detta Eccleſia, & Monaſterio occupa. Et per ſegno d'inueſtitura ne inueſtimo detto F. Guglielmo col preſente calamo.

4 Ordinando à qualſiuoglia Officiale noſtro maiore, ò minore, preſente, e futuro, à quali queſta noſtra conceſſione ſarà moſtrata, debbano fauorire il manutenimento de lor poſſeſſioni in perpetuum, &c.

5 Solo ſe reſeruamo, che li Frati, che ſe ſtaranno ſiano amoreuoli di Noi, e noſtra caſa. Vero che non uogliamo receuino malfattori in detto loco, el che quante uolte ſe faceſſe dalli Frati, ſi trouino priuati di queſta noſtra conceſſione.

6 E perche è ſtato eletto Miniſtro de tale Eccleſia, & del tutto Apruzo il Vener. detto F. Guglielmo, e li Superiori ſuoi pregiamo tutti i Signori temporali debbano in quello li occorrerà fauorirli. Noi conoſcendo ſua bona uita non ſiamo per mancarli, anzi ordiniamo, e commandiamo à qualſiuoglia de noſtri Officiali,

quali

quali da detta ſaranno recercati debbano largamente in quello li occorrerà fauorirlo,& aiutarlo, non mancando per coſa alcuna. Et uoi uenerabil F. Guglielmo, & compagni attendete con la ſolita prudenza ad adimplir la Religione, & pregar N. S. Dio per Noi. Datum Talliacotij 26. Iulii milleſimo quingenteſimo uigeſimo.

Aſcanius Columna.

INSTRVMENTVM XXIX.

IN quo Petrus de Calderinis cum quatuor Definitoribus congregatis in Conuentu Placiani pro Prouincia Lombardię fecit Conſeruatores pro pro conuentu Sanctorum Iouitę, & Fauſtini extra Mediolanum, & pro alijs fabricatis, & fabricandis in diœceſi Mediolanenſi.

1 In Chriſti nomine, Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto, indictione ſecunda, die quinto Maii.

2 Reuerendus D. F. Petrus de Calderinis de Bergomo Generalis Viſitator Dominorum Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci in habitu Eremitico. Et venerabiles Domini Fratres Nicolaus de Cremona, Iulianus de Crema, Hieronymus de Foropompilii, & M. Antonius de Vincentia, omnes quatuor Definitores Capituli Prouinciæ Lombardiæ prędicti Ordinis regularis obſeruantiæ, quod celebratur in conuentu S. Mariæ Placiani eiuſdem Ordinis in territorio Oppidi Cremę, congregati in camera Definitorii dicti conuentus.

3 Et quibus D. Viſitatori Generali, & Definitoribus, ut ipſi aſſeruerunt, ſpectat tota poteſtas, et auctoritas dicti Capituli prędictæ Prouinciæ Lombardiæ; ac cura, regimen, et adminiſtratio rerum, bonorum, et iurium conuentuum eiuſdem Prouinciæ, ſponte, et ex eorum certa ſcientia, uigore priuilegiorum alias conceſſorum à Sancta Sede Apoſtolica uenerabilibus Dominis Fratribus Ordinis Minorum tam Conuentualibus, quam Obſeruantibus, & poſtea per Sanctiſſimos in Chriſto Patres D. D. Sixtum, et Iulium Summos Pontifices conceſſorum, et communicatorum dictis Dominis Fratribus Tertii Ordinis S. Franciſci nuncupatis de Pænitentia, per literas Apoſtolicas, ad quas relatio habeatur.

4

da ogni fedele di N. S. eſſere abracciate, e fauorite, le quali ancorche da ſupremiſſimo dipendano, accioche i maligni con loro male opere non cerchino tanto bene perturbare, hanno pure de biſogno del ſecular ſubſidio, conciosia, che quello, che per voluntà non vole vſar le parti ad ſe conuenienti per timore de ſuperiori habbiano da uſarle.

2 E però eſſendo nouamente edificato ſu lo Caſtello, ò Terra noſtra de Scurcola vn loco, ò Monaſterio in honor del Glorioſo S. Antonio de Padua dal Venerabile F. Guglielmo Malparlante de Francia, & hauendoli il popolo di detta Terra conceſſo il loco, doue detto Monaſterio, e Chieſa è fondato, per eſſer Noi patron di quello, col mero, & miſto imperio, acciò detta donatione habbia conueniente effetto, detto F. Guglielmo ce hà ſupplicato voleſſino actoritate, qua fungimur, confirmar, roborar detta donatione, anzi deuemo corroborar, & adimplere quanto per la donatione popularia ſi dimoſtra.

3 Noi diuotiſſimo di tal Glorioſo Santo, & deſideroſiſſimi dell'acreſcimento della Sacra Religione, conſiderato il bene, che de queſto conſegue, uoluntariamente, & di proprio, e liberal moto ſe ne ſemo contentati. Vnde per uirtu della preſente damo in perpetuo, doniamo, & concediamo alla detta Religione ogni auctorità, facultà da noi ſpettante poſita in tutto quello terreno, che detta Eccleſia, & Monaſterio occupa. Et per ſegno d'inueſtitura ne inueſtimo detto F. Guglielmo col preſente calamo.

4 Ordinando à qualſiuoglia Officiale noſtro maiore, ò minore, preſente, e futuro, à quali queſta noſtra conceſſione ſarà moſtrata, debbano fauorire il manutenimento de lor poſſeſſioni in perpetuum, &c.

5 Solo ſe reſeruamo, che li Frati, che ſe ſtaranno ſiano amoreuoli di Noi, e noſtra caſa. Vero che non uogliamo receuino malfattori in detto loco, el che quante uolte ſe faceſſe dalli Frati, ſi trouino priuati di queſta noſtra conceſſione.

6 E perche è ſtato eletto Miniſtro de tale Eccleſia, & del tutto Apruzo il Vener. detto F. Guglielmo, e li Superiori ſuoi pregiamo tutti i Signori temporali debbano in quello li occorrerà fauorirli. Noi conoſcendo ſua bona uita non ſiamo per mancarli, anzi ordiniamo, e commandiamo à qualſiuoglia de noſtri Officiali, quali

quali da detta ſaranno recercati debbano largamente in quello ſi occorrerà fauorirlo, & aiutarlo, non mancando per coſa alcuna. Et uoi uenerabil F. Guglielmo, & compagni attendete con la ſolita prudenza ad adimplir la Religione, & pregar N. S. Dio per Noi. Datum Talliacotij 26. Iulii milleſimo quingenteſimo uigeſimo.

Aſcanius Columna.

INSTRVMENTVM XXIX.

IN quo Petrus de Calderinis cum quatuor Definitoribus congregatis in Conuentu Placiani pro Prouincia Lombardię fecit Conſeruatores pro pro conuentu Sanctorum Ionitię, & Fauſtini extra Mediolanum, & pro alijs fabricatis, & fabricandis in diœceſi Mediolanenſi.

1 In Chriſti nomine, Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto, indictione ſecunda, die quinto Maii.

2 Reuerendus D. F. Petrus de Calderinis de Bergomo Generalis Viſitator Dominorum Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci in habitu Eremitico. Et venerabiles Domini Fratres Nicolaus de Cremona, Iulianus de Crema; Hieronymus de Foropompilii, & M. Antonius de Vincentia, omnes quatuor Definitores Capituli Prouinciæ Lombardiæ prędicti Ordinis regularis obſeruantiæ, quod celebratur in conuentu S. Mariæ Placiani eiuſdem Ordinis in territorio Oppidi Cremę, congregati in camera Definitorii dicti conuentus.

3 Et quibus D. Viſitatori Generali, & Definitoribus, ut ipſi aſſeruerunt, ſpectat tota poteſtas, et auctoritas dicti Capituli prędictæ Prouinciæ Lombardiæ; ac cura, regimen, et adminiſtratio rerum, bonorum, et iurium conuentuum eiuſdem Prouinciæ, ſponte, et ex eorum certa ſcientia, uigore priuilegiorum alias conceſſorum à Sancta Sede Apoſtolica uenerabilibus Dominis Fratribus Ordinis Minorum tam Conuentualibus, quam Obſeruantibus, & poſtea per Sanctiſſimos in Chriſto Patres D. D. Sixtum, et Iulium Summos Pontifices conceſſorum, et communicatorum dictis Dominis Fratribus Tertii Ordinis S. Franciſci nuncupatis de Pœnitentia, per literas Apoſtolicas, ad quas relatio habeatur.

4

Digitized by Google

4 Elegerunt, & nominarunt Reuerendum D. Ioannem Baptiſtam de Tonſis Præpoſitum S. Mariæ Braidæ Mediolani Ordinis Humiliatorum, ac Reuer. D. Philippum de Caſtionis Legum Doctorem, & Commendatarium Abbatiæ S. Abundij de Cumo extra, & Cæſareum Senatorem Mediolani, licet abſentes, & vtrunq; eorum in ſolidum, in Conſeruatores, & iudices rerum, bonorum, & iurium, & ex cauſis, & negotijs omnibus, & ſingulis conuentus Sanctorum Iouitæ, & Fauſtini extra Mediolanum prædicti Ordinis, & quorumcunq; aliorum Conuentuum dicti Ordinis in diæceſi Mediolanenſi fabricatorum, et fabricandorum, cum omnibus auctoritatibus, facultatibus, & aliis iuxta tenores dictorum priuilegiorum, etc.

5 Acta ſunt hæc in prædicta camera Definitorii, etc. Ego Angelus Franciſcus Calimatus publicus Notarius Cremenſis, &c.

Extractum ex copia autentica, & legalizata, quam apud me conſeruo. Sixtus, de quo ibi fit mentio, eſt IV. qui non ſolum communicauit priuilegia aliorum Ordinum Minorum, ſed etiam immediate eadem conceſſit Tertio Ordini quorum Bulla habetur ſub num. CLVIII. & CLXII. Priuilegia vero Iulij, qui eſt Papa II. habentur ſub num. CXC.

Dictus conuentus, quia erat extra habitationem, & concurſum populi, eo relicto, alium fundauerunt extra Portam Romanam in Burgo Vigentini, de quo in ſequenti inſtrumento.

INSTRVMENTVM XXX.

L*icentia F. M. Antonio de Cremona ædificandi Eccleſiam ſub vocabulo S. Maria* del Paradiſo, *& Conuentum extra Portam Romanam Mediolani.*

1 Andreas Rubertus, iuris vtriuſq; Doctor, Clericus Mediolanenſis Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, & Illuſtriſſimi Domini D. Hypolyti Eſtenſis S.R.E. Diaconi Cardinalis, & S. Mediolanenſis Eccleſiæ electi Archiepiſcopi Vicarius Generalis Venerando D. F. Marco Antonio de Cremona, Fratri profeſſo Tertii Ordinis S. Franciſci in habitu Heremitico regularis obſeruantiæ de Pænitentia nuncupati, Prælatiſq; & aliis Fratribus præfati Ordinis ſalutem in Domino.

2 Honeſtis veſtris in hac parte requiſitionibus annuere volentes, qui

qui Nobis exponere feciſtis, quod vos ſummopere deſideratis in ſuburbiis præſentis ciuitatis Mediolani, videlicet extra Portam Romanam Mediolani in quibuſdam bonis per uos nomine dictæ ueſtræ Religionis,& Ordinis,etiam de licentia Sereniſſimi Imperatoris Caroli V. diuina fauente clementia Romanorum Imperatoris ſemper augusti aquiſitis, Monaſterium, ſeu Oratorium cum Eccleſia cum ſuo campanili,& aliis ſuis inſigniis Monaſterium,& Eccleſiam demonſtrantibus, ædificare, & conſtruere,ſeu ædificari, & conſtrui facere nomine dictæ ueſtræ Religionis, & Ordinis ſub uocabulo Dominæ S. Mariæ *del Paradiſo*, & ibi Altiſſimo famulari,miſſas,& alia diuina officia,ſecundum morem,& conſuetudinem dicti veſtri Ordinis celebrare; ſed hoc facere minime poſſe dubitatis abſq; noſtri licentia; ac propterea à Nobis requiri feciſtis,quatenus uelimus, & debeamus uobis licentiam concedere, & liberam facultatem impartiri præmiſſa faciendi,& facere poſſendi.

3 Nos uero attendentes, quod immenſa Dei Omnipotentis miſeratio homini, quem ad ſuam creauit imaginem primi lapſu hominis ſuorumq; labe criminum deformatam innumera præſtitit beneficia, & adminicula præparauit, quibus delictorum uincula dirumpere,ueniamq; promoueri, & creatori ſuo reconciliari poſſet. Inter quæ ſunt fundata Monaſteria, & Oratoria, in quibus ſub ſuaui contemplationis iugo ueneratur Altiſſimus,literarum ſciẽtia,quæ ſuos illuſtrat poſſeſſores aquiritur, uirtuoſi palmites, extirpatis ſpinis,& tribulis extenduntur, ſacraq;religio propagatur. Attẽdenſq;quod ſi populus Iſraeliticus, qui ſub umbra legis oraturus ad locum,quem Dominus elegerat, frequenter accedebat, & ibidem donaria plurima offerebat; quanto magis populus chriſtianus, cui apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris tenetur Oratoria,in quibus ad noſtrorum delendorum criminum corruptela Chriſtus immolatur, congruis honoribus frequentare, & offerre munera cum omni puritate, quanto certiora ſunt, experientia, rerumq; enigmata figurarum cunctos Chriſtifideles ad huiuſmodi pia opera exercenda conuocamus, eoſq; indulgentiarum muneribus inuitamus, ut ex inde pacem, & animarum ſalutem à Deo conſequi poſſint.

4 Harum ſerie auctoritate noſtra ordinaria, qua fungimur in hac

parte,

parte, omnibus melioribus modo, uia, cauſa, & forma, quibus melius, & ualidius poſſumus, uobis, quantum ad Nos ſpectat, licentiam concedimus, & liberam facultatem impartimur poſſendi, & quod poſſitis, et ualeatis dictum Monaſterium, ſeu Oratorium cũ Eccleſia, cum campanili, & campanis, et aliis inſigniis, ut ſupra, ſub dicto uocabulo S. Mariæ *del Paradiſo* dictis bonis per uos aquiſitis, ut ſupra, ſub ordine, et nomine dictę ueſtrę Religionis ædificare, et conſtruere, ſeu ędificari, et conſtrui facere, et ibi Altiſſimo famulari, miſſaſq; et alia diuina officia celebrare, et alia facere, iuxta morem, et conſuetudinem dicti ueſtri Ordinis, et Religionis.

5 Et ut huiuſmodi Monaſterium, ſeu Oratorium, et Eccleſia celeriter perficiantur, et perfici poſſint, et in Eccleſia ipſa diuinus cultus continue uigeat, et numerus Fratrum Altiſſimo famulando augeatur, et in Eccleſia Dei, prout ſperamus, fructus afferre poſſint, ac Chriſtifideles eo libentius deuotionis cauſa ad Eccleſiam ipſam confluant, et ſtructuram, et ædificiorum Monaſteriis, ſeu Oratorii huiuſmodi fabricam, religioſorumq; ibidem Altiſſimo famulantium, et etiam ſtudiis literarum inſiſtentium ſuſtentatione manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ſalutem animarum ſe ſperauerant adipiſci, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum, diuiq; Ambroſii huiuſmodi almæ ciuitatis patroni meritis confiſi, omnibus, et ſingulis utriuſq; ſexus ſecularibus, et regularibus, qui Monaſterium, ſeu Oratorium, uel locum, in quo fabricandum eſt, et poſt quam Eccleſia dicti Monaſterii, ſeu Oratorii conſtructa, uel conſtrui inchoata fuerit, ipſam Eccleſiam cum deuotione in die feſtiuitatis prędictę S. Marię *del Paradiſo* à primis ueſperis uſq; ad ſecundas ueſperas incluſiue annis ſingulis deuotionis cauſa uiſitauerint, ac pro fabrica huiuſmodi, et manutenſione Fratrum ibidem Deo famulantium, ac aliis eiuſdem domus, ſeu Monaſterii emergentibus neceſſitatibus manus porrexerint adiutrices, toties id fecerint, quadraginta dies de iniunctis eis pęnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, omnes, et ſingulos Chriſtifideles huiuſmodi in Domino exhortantes, et ad ſuſcipiendam huiuſmodi ueniam toto mentis affectu ſe pręparare ſtudeant. Et hęc omnia, ſaluo tamen ſemper iure parochialis Eccleſię.

In

In quorum teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, & ſigilli præfati Reuer. D. D. Cardinalis, electi Archiepiſcopi appenſione muniri. Datum Mediolani die Lunæ vigeſimo octauo menſis Aprilis MDL. Indictione octaua.

Andreas Rubertus Vicarius Generalis.

Hieronymus Tritius Curiæ Archiepiſcopalis Mediolani Notarius, & Cancellarius, &c.

Extractum ex Conuentus Archiuio eiuſdem exiſtentis in Porta Vigentina.

INSTRVMENTVM XXXI.

C*onceſſionis Conuentus S. Barnabæ Apoſtoli per Alphonſum Cardinalem de Comitibus procuratorio nomine Comitis Ioannis Baptiſtæ de Comitibus dictæ Eccleſiæ Abbatis facta Baſilio Gariboldo Prouinciali, Bulla habetur ſupra CCLIV.*

1 In Nomine Domini, Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis pateat, quod anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo indictione decima tertia. die vero trigeſima prima Maij Pontificatus S. D. N. D. Clementis diuina prouidentia Papæ VIII. anno nono, in mei Notarij, & tertium infraſcriptorum præſentia perſonaliter.

2 Conſtitutus Illuſtr. & Reuer. D. Alphonſus tit. S. Sixti S. R. E. Preſbiter Cardinalis Vicecomes agens infraſcripta omnia, vice, & nomine, ac tamquam Procurator admodum Illuſtris, & Reuer. D. Comitis Ioannis Baptiſtæ de Vicecomitibus Abbatis, ac perpetui Commendatoris Abbatiæ S. Barnabæ loci de Grataſolio, Ordinis Vallis Vmbroſæ Mediolanenſis, vt de ſuo procurationis mandato pro infraſcriptis peragendis docuit inſtrumento rogato, & publicato, vt apparet per D. Antonium Mariam Zuccatorum Notarium Mediolanenſem die 15. Maij currentis anni 1600. quod factum eſt in papiro latine ſcripti, tenoris prout in eo, in actis, &c. Quod mandatum promiſit eſſe bonum, & non reuocatum alias de ſuo proprio ad infraſcriptorum omnium obſeruationem, & adimplementum teneri, & obligatus eſſe voluit, & ad omnia damna, &c. de quibus, &c. ſponte ſua; & ex certa eius ſcientia cum dicta promiſſione, ſaluo ſemper, & reſeruato conſenſu, & beneplacito S. Sedis Apoſtolicæ, & non alias, aliter, nec alio modo, de quo expreſ-

ſe

ſe proteſtatus eſt, & alias omni, quo potuit, meliori modo, forma, & cauſa.

3 Dedit, ceſſit, conceſſit, renuntiauit, tranſtulit, & mandauit, iure proprio, & in perpetuum cum pactis, capitulis, cōditionibus, oneribus, & obligationibus infraſcriptis, & non alias, aliter, nec alio modo, Venerabilibus, & Reuerendis Patribus Fratribus Religioſis Tertij Ordinis S. Franciſci Prouinciæ Mediolanenſis nunc, & pro tempore in perpetuum exiſtentibus abſentibus, me Notario infraſcripto tamquam publica perſona præſente, & pro eis vna cum R.P. Baſilio Gariboldo Mediolan. eiuſdem Ordinis, & Prouinciæ præfatæ Mediolan. Prouinciale ibidem præſente, & in vim facultatum conceſſarum de preſenti menſe Maij ab illis & Reuer. Dominis Cardinalibus Sacroſanctæ Congregationis cauſarum Reuer. Dominorum Epiſcoporum, et Religioſorum; necnon à Reuer. Patre Generali Ordinis, & Religionis Procuratore per totam Italiam, quarum facultatum literas, patentes facto dedit mihi Notario infraſcripto, tenoris inferius deſcripti.

4 Stipulante, et acceptante dictam Eccleſiam S. Barnabæ cum illius Monaſterio, ac verum dominium illius ad effectum ibidem officiandi, et diuina officia celebrandi, illamq; et monaſterium illius cum oneribus infraſcriptis iuraq; omnia, et ſingulis perpetuis futuris temporibus habendum, tenendum, poſſidendum, vtendum, fruendum, et fructificandum, ponens eoſdem Fratres, et Religioſos in locum, ius, et priuilegium ipſius Reuer. D. Abbatis principalis ſui vniuerſum cum conditionibus, et pactis infraſcriptis, et non alias, nec alio modo.

5 Conſtituenſq; eoſdem Fratres, et Religioſos (dicta ſtipulatione interueniente) prorſus irreuocabilem, et in rem propriam, dans, et concedens eiſdem licentiam, et facultatem capiendi realem, actualem, et corporalem poſſeſſionem dictæ eccleſiæ S. Barnabæ, et illius monaſterij prędicti, et donec illam adepti fuerint, conſtituit ſe eandem tenere, et conſeruare iure, et nomine eorundem, et pro eis.

6 Hanc autem ceſſionem, cōceſſionem, et in perpetuum dationem, præmiſſaq; et infraſcripta omnia, et ſingula fecit, et facit, ac facere dixit idem Ill. et Reuer. D. Cardinalis Vicecomes dicto procuratorio nomine, et cum dicta promiſſione eiſdem RR. FF. et religio-

ſis

ſis Tertij Ordinis S. Franciſci abſentibus, dicta ſtipulatione interuenientibus cum honoribus, oneribus, pactis, capitulis, et conditionibus infraſcriptis, quas idem R.P. Baſilius Gariboldus, qui ſupra, nomine, et in uim facultatum prefatorum, et nunc in ſeipſum, et dictos Fratres Religioſos, qui in dicta Eccleſia, et Monaſterio S. Barnabæ pro tempore extabũt, ſponte ſuſcepit, et ſunt uidelicet.

7 Primo, quod ceſſio, et conceſſio huiuſmodi comprehendat tantummodo dictam Eccleſiam S. Barnabę cum domibus illius Monaſterii nuncupatis illi annexis, et in longitudine tantum, quantum durat Eccleſia cum carte eiuſdem Monaſterii, ac Viridario, et Viridariis, quibus vſq; modo gauiſa fuit Congregatio Carmelitarum nomine eiuſdem Illuſtr. et Reuer. *D. Abbatis*, in quo Viridario fuit munus diuiſorius ſiue ſæpes uiua ſumptibus, et expenſis tamen dicti Reuer. D. *Abbatis*, una cum ſacriſtia eiuſdem Eccleſię. Item, quia in Monaſterio, et Eccleſia prædictis perpetuis futuris temporibus debeant inſeruire, et permanere ad minus duodecim Religioſi, quorum ſex ad minus ſint ſacerdotes, et teneantur ſingulis diebus feriatis in eadem Eccleſia celebrare miſſas duas, et diebus feſtiuis miſsas tres computata miſſa cantata, durante uita Illuſtriſſimi, et Reuer. D. *Alexandri* Simonetæ Reſeruatarii infraſcripti, et illo uita functo, miſſas tres ſingulis diebus feriatis, et miſſas quatuor ſingulis diebus feſtiuis computata miſſa magna cantata. Necnon recitare, et cantare in choro Horas Canonicas ſtatutis temporibus cum pulſatione Campanarum, iuxta ritum Sacroſanctæ Matris Eccleſię, ac continue dictæ Eccleſiæ inſeruire, prout, opus erit in diuinis.

8 Itemq; Fratres, & Religioſi prædicti ſingulis annis in perpetuum debeant in dicta Eccleſia S. Barnabæ ſolemniter celebrare eorum ſumptibus, & expenſis feſtum S. Barnabæ, quod annuatim celebratur die vndecima menſis Iunij.

9 Item, teneant, & debeant bene, fideliter, diligenter tenere, & conſeruare omnia Monaſterij, & Eccleſiæ ſpectantia ad cultum diuinum, & ſacriſtiam illius, vt pote bona argentea, cruces, paramenta, arces, & alia exiſtentia in dicta Sacriſtia pro repoſitione dictorum paramentorum, illiq; conſignare debeant, & inuentarium deſuper faciendum, & iuxta illud illa, manutenere, & conſeruare, prout idem R.P.F. Baſolius Gariboldus, qui ſupra nomine promiſit libere,

Xxxx

re, & ſine vlla exceptione. Sic etiam alia bona mobilia quæcumque deſuper conſignanda, vt ſupra, ad vſum, & pro vſu dictorum Religioſorum, & Fratrum Monaſterij, & Eccleſiæ prædictorum. Et pro ſuſtentandis, & manutenendis dictis religioſis Fratribus idem Illuſtr. & Reuer. D. Cardinalis, quo ſupra nomine procuratorio ex nunc de fructibus omnibus eiuſdem *A*bbatiæ dat, cedit, aſſignat, & conſignat eiſdem abſentibus, dicta ſtipulatione, interueniente libras nouas imperiales monetæ currentis in ciuitate, & diſtrictu Mediolani octingentas durante vita præfati Illuſtr. & Reuer. D. *A*lexandri Simonetæ Reſeruatarij fructuum, & introituũ dictæ *A*bbatiæ, & ſubſequuto illius obitu, eoq; defuncto libras ſimiles imperiales mille, & ducentum ſingulo anno in perpetuum ſoluendas pro ratis vt ſupra, anno quolibet ſemeſtratim anticipata ſolutione, videlicet medietatem in feſto Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ, de menſe Iunij, & medietatem in feſto Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti de menſe Decembris cuiuslibet anni, prout idem Illuſtr. & Reuer. D. Cardinalis, quo ſupra nomine libere promiſit, & vltra præmiſſa voluit teneri, &c. ad damna, &c. de quibus, &c.

10 Et quia idem Illuſtr. & Reuer. D. Cardinalis, quo ſupra nomine procuratorio animaduertit dictum Monaſterium indigere aliquibus melioramentis, & reparationibus pro habitatione Religioſorum præfatorum, propterea promiſit dicto procuratorio nomine defuncto eodem Reuer. D. Simoneta Reſeruatorio prædicto, & non alias, etc. exponere in dictis melioramentis, et reparationibus faciendis (vltra aliqua lignamina, quæ ex bonis prædictæ *A*bbatiæ, et commode ſine iactura bonorum præfatorum dari poterunt) dare, ſoluere, et conſignare realiter, et cum effectu libras duo mille imperiales vnica vice tantum, et non aliter, vel illas reſtituere dictis Reuer. Fratribus, et Religioſis, ſi et quatenus conſtiterit, eoſdem illas tunc temporis, et per prius expoſuiſſe, et ab inde in antea dictis libris duabus millibus ſolutis vt ſupra ijdem RR. FF. et Religioſi teneantur, et obligati ſint de eorum proprio ad dicta melioramenta neceſſaria, reparationes dictę Eccleſiæ, et Monaſterij, Sacriſtiæ, Viridariorum nouæ fabricæ, et ad omnia alia opportuna tam reſpectu Eccleſiæ, quam Monaſterij, paramentorum, et aliorum neceſſariorum vt ſupra, quia ſic actum, et conuentum

fuit

Digitized by Google

luit inter ipſas partes. Conueneruntq; inſuper contrahentes ipſi nominibus quibus ſupra, quod Fratres, et Religioſi prędicti nunc, et pro tempore exiſtentes vſq; in perpetuum non poſſint ſub quouis prætextu, et quæſito colore in dicto Monaſterio hoſpitari, ſeu hoſpitari facere, et retinere bannitos, graſſatores, et homines facinoroſos, et infames.

11 Promiſerunt inſuper contrahentes ipſi nominibus, quibus ſupra, præmiſſa omnia, & ſingula, modo, & forma præmiſſis perpetuo rata, grata, firma, & valida habere, tenere, obſeruare, & adimplere, contraque non facere licere opponere, vel venire per ſe, alium, ſeu alios quouis prætextu, cauſa, ingenio, vel quæſito colore, quinimmo illa attendere, obſeruare, & adimplere, modo, & forma præmiſſis, libere, & ſine aliqua exceptione alias, aliter præmiſſa, & illorum obſeruationem ad inuicem nominibus, quibus ſupra, mutua, & ſolemni ſtipulatione hinc inde interueniente voluerunt teneri, & obligatos eſſe ad refectionem omnium damnorum, expenſarum, & intereſſe deſuper faciendarum, incurrendarum, & ſuſtinendarum, de quibus ſtare, & credere voluerunt ſimplici verbo cum iuramento, damnorum pacti abſque aliqua tela iudiciaria, & ſic pro præmiſſis omnibus vt ſupra habendis, tenendis, & obſeruandis, & adimplendis idem Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Vicecomes, quo ſupra nomine Procuratorio, dictum Reuerendum Comitem Ioannem Baptiſtam de Comitibus Abbatem, ac bona omnia, & ſingula mobilia, immobilia præſentia, & futura dictæ Abbatiæ, & Monaſterij Sancti Barnabæ vbilibet exiſtentia, & ſe ipſum vſque ad ratificationem præfati Reuer. D. Abbatis, ſuoſq; hæredes, ac ſucceſſores, ac bona omnia mobilia, & immobilia præſentia, & futura vbilibet exiſtentia.

12 Dictus vero Reuerendus Pater Frater Baſilius procuratorio nomine præfato religionem prædictam, illius Fratres nunc, & pro tempore exiſtentes, ac bona omnia, & ſingula, mobilia, & immobilia præſentia, & futura vbilibet exiſtentia in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ cum ſummiſſionibus, renuntiationibus, clauſulis, & cautelis apponi ſolitis, citra procuratoris conſtitutionum obligarunt, & hypothecarunt, & cuicumq; appellationi, reclama-

tioni, & recurſui omnino renuutiarunt. Itaque, &c. iurarúntque tacto pectore more prælatorum, & religioſorum iurarunt, ſuper quibus omnibus petitum fuit à me Notario infraſcripto vnum, vel plura publicum, & publica fieri inſtrumentum, & inſtrumenta. Atque Romæ in Pallatio ſolitæ habitationis dicti Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Vicecomitis ad Plateam Agonis, & in eius camera cubiculari, præſentibus ibidem admodum Reuerendo D. Fauſto Vgolino Nucerino, & Illuſtribus D. Ceſare Giara Nouar. & Marco Antonio de Martinis Vintimilenſis diæceſi, familiari à ſecretis dicti Illuſtrisſimi, & Reuer. D. Cardinalis, teſtibus ad prædicta omnia vocatis, habitis, & rogatis.

13 *Tenor vero facultatum, de quibus ſupra fit mentio, talis eſt. Videlicet.*

Illuſtrisſimi, & Reuerendisſimi Signori. Hauendo il Signor Gio: Battiſta Viſconti Commendatario del Monaſterio di San Barnaba di Grataſolio dioceſe di Milano conuenuto di dare queſto luogo alli Padri del Terz'Ordine di San Franceſco, li quali hauranno da reſideruì in numero di dodici Frati con l'aſſegnamento certo annuo contenuto nell'accordo fatto frà loro, Supplica per tanto V. S. Illuſtrisſima à degnarſi concedere licenza à detti Padri, che posſino accettar il detto Monaſterio, che ſi riceuerà per gratia della benignità delle Signorie Voſtre Illuſtrisſime.

Attentis narratis, præſertim asſignatione facta pro ſuſtentatione duodecim Fratrum Sacra Congregatio cauſis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita petitam facultatem acceptandi locum in precibus narratum præſentis decreti virtute concesſit, et concedit. Datum Romæ, octauo Maij 1600.

Alex. Cardin. Florent.

Loco ✠ Sigilli.

Digitized by Google

14 F. Hieronymus de Marchetis à Crema Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci per totam Italiam Generalis, et in Domino ſeruus.

Cupientes nos ad Dei gloriam, animarum ſalutem, totiuſq; eccleſiæ emolumentum puſillum Religionis noſtræ Gregem per vniuerſas Italiæ Prouincias magis ac magis dilatari, et augeri; idcirco tenore pręſentium facultatem concedimus Tibi admodum R. P. F. Baſilio Gariboldo à Mediolano noſtrę Prouincię Mediolani Prouinciali, vt in dicta Mediolani Prouincia loca, ſeu monaſteria ad totius Religionis vſum, præhabita Sanctę Congregationis Regularium licentia accipere, ac nomine Religionis inſtrumenta agere, ac quouis opportuno modo pertractare valeas, pręſertim autem facultatem concedimus Tibi, vt in acceptione monaſterij, ſeu loci S. Barnabę, ſituati in oppido quod dicitur Grataſolo Mediolanenſium extra menia Mediolani à multum Illuſtre D. Abbate Vicecomite Mediolanẽſe promittere tam dicto D. Abbati, quã eius Procuratori valeas, et quę in dicta acceptatione promiſeris, rata, ac firma habebimus; Mandantes tibi, quod loca, ſeu monaſteria quęcunq; per te accipienda per futurum Prouincialem, ſeu Generalem Capitulum iuxta noſtra ſtatuta inter Religionis noſtrę Monaſteria aſcribantur, atq; annumerentur. In quorum omnium fidem, etc. Datum in monaſterio noſtro S. Marię de Poſcargano extra menia Colleſcipionis die 11. menſis Maij 1600.

F. Hieronymus à Crema Generalis. Loco ✠ ſigilli.

15 Ego Petrus Arcangelus à Spoleto cauſarum Camerę Apoſtolicę Notarius de pręmiſsis rogatus pręſens inſtrumentum ſubſcripſi, et publicaui requiſitus, etc.

16 Nos Manellus Lantes Protonotharius Apoſtolicus vtriuſq; ſignaturę S. D. N. Papę Referendarius, necnon Curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, ſupradictum D. Petrum Arcangelum de Robertis de pręmiſsis rogatum fuiſſe, et eſſe talem, qualem ſe facit, ſuiſq; publicis ſcripturis in iudicio, et extra fuiſſe ſemper habitum, et de pręſenti adhiberi fidem indubie teſtamur. In quorum fidem, &c. Datum Romę hac 3. Maii 1600.

Petrus Antonius Marcefuſcus Notarius.

INSTRVMENTVM XXXII.

Conceſſio Domus, & Eccleſiæ Parochialis Sanctorum Cornelij, & Cypriani loci Triuultij per Antonium Scaraffam Regienſem eius Archipreſbiterum facta Arcangelo Buccio compatricio de commiſſione ſui Generalis Damiani de Cremona. Bulla approbationis Pij IV. ſub num. CCXXX.

1 In nomine Domini, Amen. Anno Natiuitatis eiuſdem 1558. Indictione prima, die vero ſecundo menſis Septembris, hora tertiarum vel circa. In ciuitate Papiæ in ſaleta ſuperiori contigua aulæ magnæ Palatij Epiſcopalis ſiti in Porta Pertuſij Parochialis S. Georgij in Fenarolo, in præſentia mei Notarij, & teſtium infraſcriptorum.

2 Cum ſit, quod R. & Magnificus D. Antonius Scaruffus Regienſis I.V.D. Archipreſbiter Eccleſiæ Parochialis SS. Cornelij, & Cypriani loci Triuoltis diæceſis Papienſis exiſtat, cui Eccleſiæ adhęc vſq; tempora per vnum Vicarium, ſeu Preſbiterum mercenarium in diuinis deſeruiri conſuetum eſt, & illam poſſidere legitime, quiete, & pacifice reperiatur; Videns tamen, & cognoſcens dictus Archipreſbiter propter latitudinem, ſeu amplitudinem dictæ curæ per vnum preſbiterum ſecularem non poſſe commode, & ſufficienter deſeruiri, cupiens ſuæ conſcientiæ melius in futurum ſatisfacere, dictæque animarum curæ conſultius prouidere, & præſertim vt cultus diuinus magis in dies atque in dies augeatur.

3 Decreuit dictam eccleſiam vna cum ſuis ædificijs, & horto, cemeterio, campanili, & alijs paramentis neceſſarijs ad vſum dictæ eccleſiæ, quibus Vicecurator præſẽs fruitur, quæ ibidem de præſenti reperiuntur aliquibus religioſis tradere, commendare, locare, & in emphiteoſim perpetuam concedere, dummodo Sedis Apoſtolicæ ſuper hoc beneplacitum accedat.

4 Idcirco laudabili vita, honeſtiſq; moribus venerabilium religioſorum dominorum Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia Regularis Obſeruantiæ Congregationis Lombardiæ in habitu Eremitico degentium, & in Cænobio SS. Geruaſij, & Protaſij Papiæ reſidentium inductus, & præcipue R. in Chriſto Patris F. Archangelj Puccij Regientis ſui conciuis in hac parte Syndici, &

Pro-

Procuratoris ſpecialiter electi, vt conſtat per literas Reuerendiſſimi Patris Generalis, & Miniſtri Principalis ſupradicti ſui Ordinis, datas Cremonæ in conuentu S. Saluatoris ſub die 22. menſis Februarij 1558. ſubſcriptas, & ſigillatas, vt moris eſt, quarum tenor talis eſt.

5 Frater Damianus de Cremona Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia in Obſeruantia degentium eiuſdem Ordinis auctoritate Apoſtolica Generalis; & Miniſter Principalis, omnibus viſuris, lecturis, & audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Cum præceperit Chriſtus diſcipulis, & ſucceſſoribus: *Ite in vniuerſum mundum, & docete omnes gentes.* Quapropter præfatus Generalis cupiens, ac volens, vt ſuo conuenit officio, eius mandatum pænitus pro ſalute animarum implere, & religionem augere. Hinc eſt, quod R. Patrem F. Archangelum de Reggio eiuſdem Ordinis in Procuratorem hac in ſequenti cauſa eligit, & ſic electum conſtituit; eiq; omnem facultatem, aut poteſtatem, qua auctoritate Apoſtolica fungitur, liberam concedit, & tradidit, vt à quauis perſona tam eccleſiaſtica, quam ſeculari nomine dicti Ordinis aliquam Eccleſiam etiam Parochialem, aut Oratorium in Territorio, ſeu diæceſi Papiæ quærere, petere, accipere, & obtinere poſſit, & valeat, & de ea, vel de eo inſtrumentum conficere, & inſuper eo confecto ibidem permanere, miſſas celebrare, diuinis officijs fungi, confeſſiones audire, vitamq; bonorum religioſorum ducere, & curam animarum gerere. In quorum fidem, & robur ſingulorum omnium has præſentes annotari, & ſcribi, ſigilloq; Ordinis maiori, vt mos eſt, muniri iuſſit, & manu propria ſubſcripſit. Datum Cremonæ in conuentu S. Saluatoris die 22. Februarij anno 1558. ſubſcripta F. Damianus de Cremona Viſitator vt ſupra concedit, & dicto ſigillo in cera rubea ſigillata.

6 Sponte, &c. & alias omni iure, &c. locauit, dedit, & conceſſit, ſeuq; inueſtiuit, locatq; dat, & concedit, ſeu inueſtit in perpetuum liuellum, ſeu emphiteuſi perpetuam à præſenti die inantea prædicto F. Archangelo dicti Tertii Ordinis S. Franciſci nomine, & vice Congregationis prædictę ibidem pręſenti, ſtipulanti, & recipienti pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus in ipſa Congregatione nominatiue dictam Eccleſiam curatam SS. Cornelii, & Cypriani cum ſuis Domibus, & ædificiis, horto, campanili, & cemeterio, ac aliis quibus

Viceeuſator, vt ſupra, conſueuit vti, & frui, ſimul ſe tenentibus, quæ omnia ſunt in prædicto loco Triuoltij ſub ſuis cohærentijs, & etiam cum ſuis paramentis ad vſum dictæ Eccleſiæ, quæ de præſenti ibi reperiuntur deputatis, & cum omnibus honoribus, & oneribus, ac alijs quibuſcumq; dictæ curæ ſpectantibus.

7 Excluſis tamen ad cautelam per pactum expreſſum, ac præſenti locatione, & conceſſione, vt ſupra, omnibus iuribus epiſcopalib. Reuer. D. Epiſcopo Papienſi, & ſucceſſoribus ſuis in dicta Eccleſia, necnon etiam per pactum expreſſum reſeruatis titolo, ſeu denominatione dicti Archipresbiteratus, ac omnibus, & ſingulis alijs bonis, & iuribus, ac proprietatibus dicti Archipresbiteratus, & cenſibus eodem debitis. & debendis, ſaluo, vt infra; ac etiam.

8 Excluſis à præſenti locatione, & contractu in perpetuum, vt ſupra, omnibus fructibus, redditibus, & prouentibus, ac emolumentis eiuſdem Archipresbiteratus prædicto D. Antonio Archipresbitero, & ſucceſſoribus ſuis, vt ſupra conſiſtentibus; & ad eundem quomodocumq; ſpectantibus, & obuenientibus, tam ad præſens, quam in futurum, & occaſione alienationum, & deuolutionum quorumcumq; bonorum, & proprietatum dicti Archipresbiteratus, & inueſtiturarum faciendarum de his, quæ, & qui ſpectant, & pertinent ad vſum, & vtilitatem dicti Archipresbiteratus, & ui de eodem quocumq; in futurum prouiſum fuerit.

9 Itaque prædictus F. Arcangelus Syndicus, & Procurator, vt ſupra, & Fratres cum eo moraturi, ac ſucceſſores ſui in, & ex ipſa Congregatione, & pro tempore exiſtentibus in eis fructibus redditibus, & proueotibus vt ſupra, ſe aliqualiter vnquam intromittere non poſſint, nec valeant, ratione, vel cauſa, ſeu oratione aliqua, ſaluis tamen infraſcriptis.

10 Promittitq; verſa vice prædictus D. Archipresbiter præſentem inueſtituram perpetuam manutenere, attendere, & obſeruare prædicto F. Archangelo ſtipulanti, vt ſupra, ita & taliter, quod præfatus D. Archipresbiter, ſuiq, ſucceſſores vllo vnquam tempore non poſſit, nec valeat, nec poſſint, nec valeant remouere, nec expellere prędictum F. Archangelum, & Fratres ſecum moraturos, nec eorum ſucceſſores in dicta Congregatione ex dicta Eccleſia, aliiſq; vt ſupra, locatis, conceſſis, & inueſtitis bonis, ſaluo vt infra, nec ſe intromittere, nec impedire de illis, nec in adminiſtratione

tione dictę Eccleſiæ, & illius curę directe, nec per indirectum, & hoc ſub, & cum pactis, & conuentionibus, ac oneribus prout infra videlicet.

11 Prima, quod pręfatus F. Archangelus, & Fratres ſecum moraturi, & eorum ſucceſſores teneantur, & debeant, ac obligati ſint, & ita per ſe, & ſucceſſores eorum promiſit, conuenit, ac promittit, & conuenit præfatus F. Archangelus dicto nomine, vt ſupra, pręfato D. Archipresbitero ſtipulanti, ut ſupra, in dicta Eccleſia miſſas, & alia diuina officia celebrare, & curam animarum exercere, & alia facere, quæ ipſi Eccleſiæ curatę incumbunt, tam de iure, quam conſuetudine eccleſiaſticę diſciplinę; ipſamq; Eccleſiam, & Domos, ac ædificia, & bona ſupradicta locata, & conceſſa propriis ſumptibus, & expenſis dictorum dominorum Fratrum, et abſq; aliquo onere ipſius D. Archipresbiteri reparare, et in decenti, & habili ſtatu manutenere; et ulterius promittunt, et conueniunt in recognitionem ſoluere omni anno in perpetuum dicto D. Archipresbitero, ſuiſq; ſucceſſoribus in feſto SS. Cornelij, et Cypriani mediam libram cerę laboratę, incipiendo ſoluere cum primum dictus F. Archangelus, et Fratres ſui, ut ſupra, corporalem poſſeſſionem, et actualem tenutam dictę Eccleſię, ut ſupra, adepti fuerint, et ſic ſucceſſiue omni anno in perpetuum.

12 Item saluis pręmiſſis, quod pręfatus D. Archipresbiter, et eius ſucceſſores in dicto Archipresbiteratu teneantur, et obligati ſint, et ita promittit, et conuenit prædicto F. Archangelo, ut ſupra, ſtipulanti, eundem Fratrem Archangelum, et Fratres cum eo moraturos, eorumq; ſucceſſores, ut ſupra, indemnes, et bona dictę eorum Congregationis indemnia releuare, et conſeruare à quibuſcumq; oneribus, tam impoſitis, quam quomodolibet imponendis tam auctoritate Apoſtolica, quam aliter predicto Archipresbiteratui, et bonis eiusdem occaſione decimę, et decimarum, uel etiam additionum, et alia quauis occaſione, taciter, et in modum, quod damnum, et intereſſe aliquod pati non habeant, nec expenſas aliquas facere, uidelicet, ratione, et cauſa fructuum, reddituũ, et prouentuum, iurium quoq; et cenſuum, ac emolumentorum, et quorumcumq; aliorum bonorum dicti Archipresbiteratus F. Archangelo, et Fratribus cum eo moraturis, et ſucceſſoribus ſuis non inuestitorum, nec conceſſorum; et quæ omnia dicto Archipresbitero

presbitero, et ſucceſſoribus ſuis reſeruata intelligantur, vt ſupra, & in omnibus prout de præſenti competunt, & ſpectant; ita quod ipſe F. Arcangelus, & Fratres, ſucceſſoreſq; ſui, vt ſupra, vllo vmquam tempore nequeant ſe in eis intromittere quouis modo directe, vel indirecte, alias eo ipſo cadant à præſenti contractu loca ionis, & conceſſionis, vt ſupra, pro tempore factæ, quæ ad prædictum D. Archipresbiterum, ſeu pro tempore exiſtentem libere reuertantur, ſi eidem D. Archipresbitero, & ſucceſſoribus eius placuerit.

13 Item ſaluis præmiſſis, quod omnes elemoſinæ, & oblationes, & omnia legata, quæ fieri contigerint in ipſa Eccleſiâ SS. Cornelij, & Cypriani, ſeu prædicto F. Arcangelo, & Fratribus cum eo moratui is, & ſucceſſoribus ſuis, vt ſupra, ibidem degen ibus, intuitu dictæ Eccleſiæ, vel bonorum conceſſorum, vt ſupra, quauis occaſione vel cauſa ſint, & eſſe debeant, ac remaneant dicto F. Arcangelo, & Fratribus, & ſucceſſoribus ſuis, vt ſupra, & illis remanere habeant, & debeant.

14 Item ſaluis præmiſſis, dictus F. Archangelus Syndicus, & Procurator, vt ſupra promiſit, & promittit prædicto D. Archipresbitero, & mihi Notario ſtipulanti exburſare, erogare, & numerare libras octuaginta ſeptem imperiales dandas, & ſoluendas Presbitero Stephano de S. Auguſtino nunc Vicecuratori in prædicta Eccleſia, & hoc pro quibuſcumq; melioramentis, quæ ipſe Presbiter Stephanus aſſerit, ſe feciſſe, & ſiue ſe feciſſe prætendere poſſit, quæ quidem pecuniæ pro vna dimidia ſoluantur, & ſolui debeant tempore, quo dictus F. Archangelus, & Fratres, vt ſupra, dictam Eccleſiam inhabitare, & poſſidere cęperint, pro altera vero dimidia per totum menſem Auguſti proxime ſecuturi.

15 Item, pacto etiam expreſſo, quod ſi prędicti F. Archangelus, & Fratres, & eorum ſucceſſores ceſſauerint in ſolutione dicti annui cenſus, ſeu canonis amphiteotici, de quo ſupra, per triennium continuum, & per menſem vnum poſt, ipſo facto cadant, & ceciđiſſe intelligantur in dicto caſu à iure pręſentis locationis, & emphiteoticę conceſsionis, & alijs quibuſcumq; eorum iuribus pręſentis contractus, & dicta Eccleſia cum alijs bonis locatis, et vt ſupra conceſsis cum omnibus melioramentis factis ad pręđictum Archipresbiterum, ſeu eius ſucceſſores, ſi ipſis videbitur, et placuerit,

Digitized by Google

cuerit, libere reuertantur, et nihilominus teneantur, et cogi poſſint ipſi F. Archangelus, et Fratres dictę Congregationis ad ſolutionem dicti liuelli, ſeu canonis emphiteotici ab inde retro debiti, et ad obſeruationem aliorum in pręſenti contractu contentorum, vt ipſi dicto Archipresbitero, et pro tempore ſucceſſoribus, vt ſupra, videbitur, et placuerit.

16 Item ſaluis pręmiſsis, quod vllo vnquam tempore ipſi F. Archangelus, et Fratres ſecum moraturi, et ſucceſſores ſui à quocumque futuro Archipesbitero dicti Archipresbiteratus expelli, moleſtari, ſeu inquietari non posſint, nec valeant ſub pręτextu alicuius lęſionis, et in integrum reſtitutionis cum quibuſcumq. oppoſitionibus, derogationibus, et clauſulis, et non obſtante, quod ipſa Eccleſia ſit ſolita gubernari per clericos ſeculares, non autem Regulares, ſeu Mendicantes, cum alijs clauſulis magis neceſſarijs, et opportunis. Ita etiam quod per contractum huiuſmodi contrahentes ipſi non contraueniant in aliquo Apoſtolicis conſtitutionibus, nec propterea incidant, ſeu Incurrant in aliquas ſententias, cenſuras, vel pęnas, et quibus ipſi contrahentes in aliquo contrauenire non intendunt, prout ſolemniter proteſtati fuerunt, et proteſtantur.

17 Item, quod præfati F. Archangelus, et Fratres teneantur, et obligati ſint impetrare, et obtinere à ſuo Capitulo Generali, vel Prouinciali, ſeu ab eorum Miniſtro Principali, vel eius Commiſſario, ſeu Vicario Prouinciali ratificationem, et cōfirmationem pręſentis contractus in ampla, et debita forma omnibus eorum laboribus, et expenſis, et illam reddere prędicto D. Archipresbitero infra annum vnum proxime futurum vna cum preſenti inſtrumento in publica, et autentica forma in carta membrana. Ad quem quidem contractum, et omnia, et ſingula in eo contenta contrahentes ipſi deuenerunt, et deueniunt, accedente tamen conſenſu, et auctoritate Sedis Apoſtolicę, et non aliter, nec alio modo, de quibus expreſſe proteſtantur per quem quidem conſenſum, et quam quidem auctoritatem pro confirmatione omnium contentorum in pręſenti contractu ipſe F. Archangelus, et Fratres prędicti teneantur, et obligati ſint omnibus ſuis expenſis impetrare, et obtinere infra triennium proxime futurum, vel quam citius commode fieri poterit à pręfata Sede Apoſtolica, et vbi ipſe conſenſus obtineri

neri non poſſet ex facto præfatæ Sedis Apoſtolicæ, quia nollet ipſum conſenſum præſtare, quod tunc, & eo caſu præſens contractus pro nullo, & infecto habeatur, ac ſi celebratus non fuiſſet, & tunc dictus Archipresbiter teneatur, & obligatus ſit facere, & curare, & ita promittit, ſe facturum, & curaturum, quod præfatus Presbiter Stephanus eſſet renitens ad reſtituendum illas pecunias, vel eorum partem, tunc & eo caſu dictus Archipresbiter teneatur, & obligatus ſit, & ita promittit verſus dictum F. Archangelum Syndicum, & Procuratorem ſoluere de ſuo proprio, quia ſic fuit effectum per pactum expreſſum inter partes ipſas.

18 Item, pacto expreſſo, quod vbi confirmatio præſentis contractus, & omnium, & ſingulorum in eo contentorum à prefata Sede Apoſtolica nullo quouis pacto poſſet obtineri, præfatus F. Archangelus, quod tunc, & eo caſu ſi dictus F. Archangelus aperiretur feciſſe aliqua melioramenta, ſiue expenſas neceſſarias, vtileſq; ſalua rei ſubſtantia aſportari non poſſent in dicta Eccleſia, ſuiſq; officijs, ut ſupra, demptis melioramentis, ut ſupra nunc exiſtentibus in ipſa Eccleſia, & ædificijs, quę conſignata acceptare teneatur ipſe Syndicus, teneatur, & ita promiſit præfatus D. Archipresbiter reſtituere reimborſare, & reſarciri præfato F. Archangelo omnes expenſas ipſorum melioramentorum iuxta illorum æſtimationem faciendam per duos amicos confidentes per partes ipſas eligendos.

18 Item, quia præfatus D. Archipresbiter quædam melioramenta per ipſum facta in dicta eccleſia, & ædificijs, quæ ad ſummam librarum octuaginta duarum aſcendere aſſerit pie donauit dicto Syndico, ideoq; dictus Syndicus dicto nomine, ut ſupra, ne uideatur eſſe immemor dicti beneficij pro quadam remuneratione illius, & pro memoria ipſius D. Archipresbiteri benefactoris, & totius familiæ ſuę promittit celebrare unum anniuerſarium ſingulis annis in perpetuum cum miſſis octo computata miſſa in cantu immediate poſt feſtum SS. Cornelij, & Cypriani.

20 Quæ quidem omnia, & ſingula præfata, ſingula ſingulis referendo prędictus D. Archipresbiter parte una nomine, et pręfatus F. Archãgelus dicto nomine parte altera ſibi ipſi, hinc inde viciſſim, et ad inuicem ſtipulantes, & recipientes promiſerunt, et promittunt habere rata, grata, et firma, etc. ac attendere, et obſeruare, et non con-

contrauenire,&c.ſub refectione,& reſtitutione omnium ;& ſingulorum damnorum,&c. Credentes vicisſim,&c.obligantes ſibi ipſis hinc inde, etc. præfatus D. Archipresbiter bona ipſius Archipresbiteratus, et præfatus Frater Archangelus Syndicus, et Procurator dicto nomine bona dictæ ſuę Congregationis, etc. Quæ bona, etc. Conſtituentes vicisſim, etc. ſubmittentes ſe ſe in hac parte dumtaxat pro præmisſis omnibus, et ſingulis firmiter attendendis, complendis, et obſeruandis ordinariæ iuriſdictioni, etc. conſtituentes ſe ſe ad inuicem procuratores irreuocabiles ad ſupplicandum, impetrandum, et obſeruandum à Sede Apoſtolica dictam confirmationem, etc. Renuntiantes vt ſupra more eccleſiaſtico videlicet, prædicta omnia, et ſingula fuiſſe, et eſſe, ac attendere, etc. Ita tamen, quod non cadant,etc.

21 Et prædicta omnia,& ſingula facta fuerunt, & fiunt præſente, & audiente, & intelligente R. vtriuſq; iuris Doctore D.Hieronymo Scaruffo Curiæ Epiſcopalis Papienſis Vicario, & Locumtenente Generali ibidem pro tribunali ſedente ſuper quadam catedra ibi poſita,quam, & quem locum pro eius iuridico banco,ac loco idoneo ad ſupradicta omnia,& ſingula,vt præmittitur peracta ſpecialiter elegit, & eligit,& ex abundanti,& quatenus expediat eius, & dictæ curiæ epiſcopalis auctoritatem, & decretum præmiſſis omnibus, & ſingulis dante, præſtante,largiente, & interponente cum plena, & matura rei, & cauſæ cognitione ſecundum formam iuris, & Sacrorum Canonum. Non obſtante conſtitutione ſynodali clerici, & eccleſiæ Papienſis poſita ſub Rubrica de reb. eccleſ.non alien.incip. *Indiſcretis, & damnoſis*, &c. & alijs in contrarium facientibus nequaquam attentis, quibus omnibus, & ſingulis quo ad præmiſſa dumtaxat expreſſe derogauit, & derogat, cum reſeruatione tamen, & ſine præiudicio dictę Confirmationis Apoſtolicę, vt præmittitur impetrandę, & non aliter, nec alio modo, cum aliter,&c.præſentibus R. I.V.D.D. Fabio Viuſtino Prępoſito Eccleſiæ omnium Sanctorum Papiæ Cauſidico D.Guidone de Mangano fil.q.ſpectabilis cauſidici D.Michaelis Ciue Papienſi,atteſtantibus cognomen, etc. & D. Alexandro Tomma fil. q. D.Baptiſtæ Ciue Mantuano teſtibus.

22 Ego Ioannes Antonius de Segna fil.q. D. Guidonis publicus Papienſis Apoſtolic. et Imper. auctoritatibus Notarius,curiæq;epiſ-

copalis

Digitized by Google

copalis Papienſis Cancellarius ſuprafcriptum inſtrumentum mihi fieri iuſſum rogatus ſcripſi, et tradidi prout iacet in breuiario, et pro fide ſubſcripſi.

23 *Supradictus contractus approbatus fuit in Capitulo Prouinciali habito anno 1559. die octauo Aprilis in conuentu S. Rochi Ripcriæ de Salodio per Fratres Bonauenturam Vicentinum Viſitatorem Generalem, & Miniſtrum Principalem, ac Albertum Cremonenſem Commiſſarium Generalem, Damianum Cremonenſem, Ioannem Cremonenſem. Carolum Vicentinum & Paulum Brixienſem Definitores eiuſdem Capituli Prouincialis ibidem celebrati diæceſis Veronenſis.* Prout latius appare: in alio inſtrumento ſubiuncto eidem ſupradicto, quod conſeruatur in conuentu præfato SS. Cornelii, & Cypriani.

INSTRVMENTVM XXXIII.

IN quo Scipio de Arzono, & Franciſcus de Pelentijs Eccleſiam S. Mariæ Blancha Parmæ cum Domo & alijs cuius erant ſoli Rectores, & Patroni dederunt F. Aurelio Vimercato de Crema Viſitatori Prouinciæ Bonon. recipienti pro ſe, & ſua Religione cum nonnullis pactis, interuentu Ducis, & Epiſcopi, præſente etiam F. Ioanne Franciſco de Cremona primo ſuperiore huius Conuentus.

1 Cum ſit, quod Religio, et Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci in hac ciuitate Parmę Eccleſiam, ſedem, et habitationem non habentes, et in eadem ciuitate habitando vicibus eiuſdem ſeruitium, et gratum Deo famulatum pręſtare cupientes, et venire ad habitãdum, et ſedem tenere, ab Illuſtriſſimo, et Excellentiſſimo D. D. Duce noſtro, ac Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Parmenſi licentia prius impetrata pro eorum Religionis commoditate, et diuini cultus augumento ab infraſcriptis Confratribus, et Rectoribus Confraternitatis laicorum Ordinis S. Mariæ Blancæ de Capite Pontis partis ciuitatis Parmę, medio etiam, et interuentu eorundem Ducis, et Epiſcopi obtinuerunt pro eorum, et Fratrum dictę Religionis ibi pro tempore degentium habitationem domum cum orto dictę Confraternitatis, et pro diuinorum celebratione in eorumdem Confratrum Eccleſiam, ſiue Oratorium, ſub tamen modis, conditionibus, obſeruationibus, et alijs, quibus infra.

2 Hinc eſt modo, quod magnifici Dominus Scipio de Arzono filius

Digitized by Google

us q. . . . . . Ciuis Parmę viciniæ S. Iacobi, et D. Franciſcus de Pelentijs filii q. D. Bernardini ciuis Parmæ viciniæ S. Michaelis de Canali ambo ſol. Rectores, et Patroni Confraternitatis laicorum, et dotatione, et fundatione S. Mariæ Blanchæ de Capite Pontis Ciuitatis Parmæ, et in Confraternitate ad præſens nullus alius præter eos exiſtit ſponte, et per ſe ſe, et nomine, et vice eorum Confraternitatis, et ſuorum ſucceſſorum, et intuitu, et hortatu prędictis Illuſtriſſimi, et Excellentiſſimi D. Ducis, ac Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Parmenſis.

3 Et attendentes, quod infraſcripta eorum Eccleſia, quę ſita eſt, in loco remoto ciuitatis maiori populi concurſu, et deuotione frequentabitur, ſi à perſonis religioſis ibi continuo habitantibus, et Horas Canonicas, et diuina celebrantibus deſeruiatur, et ſic pro eorum, et populi deuotione, et diuini cultus augmento.

4 Conceſſerunt, & tenore præſentium, & alias omni meliori modo, & habiliori titulo concedunt perpetuo R. Patri F. Aurelio de Vimercatis de Crema in præſentiarum Viſitatori Prouinciali Prouinciæ Bononiæ Tertij Ordinis S. Franciſci ſub habitu Eremitico, nunc ſe reperienti in ciuitate Parmæ, ibi præſenti, & acceptanti pro ſe dicto nomine, & nomine, & iure dictæ Religionis, ac ſuperiorum, & Fratrum eiuſdem Religionis, & ſuorum in ea ſucceſſorum ſub conditionibus omnibus, & alijs, vt infra, & non aliter, nec alio modo.

5 Eccleſiam, ſiue Oratorium ipſorum S. Mariæ Blanchæ ſitum in ciuitate Parmæ, & in capite Pontis ad in eo in diuinis ſeruiendum, & diuina celebrandum, ac Domum dictæ Confraternitatis adhęrentem Oratorio prędicto muratam, copatam, & ſolaratam cum curia, & orto, & alijs iuribus, & pertinentijs ſuis confinatam ab vna plateale, & in parte Eccleſia prædicta, & ab alia via communis, ſaluis, &c.

6 Transferendo in ipſum, & dictam Religionem Eccleſiam, & Domum cum orto duntaxat, & pro vſu, habitatione, & ſeruitio eorum, & ſucceſſorum, & vt ſupra, & non vltra, nec aliter.

7 Et omnibus alijs, & quibuſcunq; dictæ eorum Confraternitatis bonis, iuribus, denominatione priuilegijs, pertinentijs, & præeminentijs vniuerſis eiuſdem Confraternitatis plenarie, & integre, & abſq; vllà diminutione, ſeu contradictione, aut impedimento eiſdem

dem Dominis Scipioni, & Franciſco Confratribus, & Patronis, eorumq; ſucceſſoribus in dicta Confraternitate libere, & in perpetuum, & vt prius reſeruatis.

8 Itaque virtute præſentis conceſſionis conceſſa ſit Eccleſia cum Domo, & orto ſupradictis, & nihil aliud ultra.

9 Cum pactis, & conditionibus, et oneribus, promiſſionibus, et alijs infraſcriptis omnibus per dictas partes appoſitis, ac ſolemni, et legitima ſtipulatione hic relatis, & firmatis.

10 Oblighi, che promettono di fare li Reuerendi Padri del Terz'Ordine di S. Franceſco, quali vengono ad habitare nell'Oratorio di S. Maria Biancha in Capo di Ponte per celebrare le meſſe, & altri diuini officij, come ſi dirà nelli capitoli infraſcritti. Videlicet.

11 Detti Padri promettono dire ogni giorno vna meſſa in detto Oratorio, coſi li giorni feſtiui, come li giorni di lauoro.

12 Item promettono, & ſi obligano dire vna meſſa la ſettimana in S. Giacomo quel giorno, che tornarà più commodo al Rettore di detta Chieſa all'Altare di quelli de Arzoni, qual meſſa ſia compreſa in vna di quelle ſono obligate nel capitolo primo, purche non ſia feſta, & queſto per le meſſe, che è tenuta la compagnia.

13 Item s'obligano detti Padri dire ogn'anno duoi officij di meſſe quindeci per ciaſcheduno, cioè il primo in detto Oratorio di S. Maria Biancha, & l'altro in S. Iacomo, vno nella Quadrageſima, l'altro nel meſe di Nouembre, come ſi contiene nel legato del q. Miſſer Antonio Arzono con doi luminarij all'Altare, & doi alla ſepoltura, con li ſcudi ſuoi ſopra à quelli l'arma di quelli de Arzono.

14 Item s'obligano detti Padri di cantare le Compiete tutti li Sabbati, & Domeniche dell'anno, le Compiete, et Veſperi tutte le Vigilie, & giorni della Madonna, & le Compiete li giorni di Quareſima.

15 Item s'obligano cantare le meſſe tutti li giorni della Madonna, il giorno della Natiuità di N.S. della Reſurrettione, della Penteconte, che ſi eſtraono le donzelle; & il giorno della Trinità far la Proceſſione ſecondo il ſolito doppo la meſſa cantata, alla quale Proceſſione andaranno le donzelle eſtratte il giorno della Pentecoſte.

16 Item s'obligano di accettare la conſegna di tutti li Paramenti,

Calici,

Calici, Reliquie, & altre coſe, che ſono in detto Oratorio, & Sacriſtia, ſi per vſo d'officiare, come anco per vſo di detto Oratorio, ſiano obligati reſtituire ogni coſa alli Rettori di detto Oratorio.

Inuentarium omittitur.

17 Io Fra Aurelio da Crema Viſitatore della Prouincia di Bologna confeſſo, che li Signori Rettori di S. Maria Biāchа mi hãno conſegnato le preſenti robbe nel preſente inuentario, & al preſente ſono nelle mani del R.P. Fra Giouanni Franceſco de Cremona Locotenente in detta Chieſa.

18 Item ſi obligano di tener fornito detto Oratorio di cera, oglio, & altre coſe neceſſarie ſi per conto d'officiare, come anco per conto della Chieſa, & occorrendo il biſogno di qualche coſa nell'Oratorio ſi per officiare, come per altra coſa, promettono fare à ſua poſſanza ſenz'aiuto de Rettori, & che detti Rettori non habbino da concorrere in coſa alcuna, ſaluo per quello ſi dice nelli capitoli, & non altrimenti.

19 Noi Rettori di detto Oratorio, cioè Miſſer Scipione Arzono, & Franceſco Palentio ci oblighiamo di dare alli Reuerendi Padri per l'obligatione fatta per eſſi delle ſudette coſe in li capitoli predetti la caſa con l'orto, quale è di detto Oratorio, et la caſeta, quale di preſente è del Signor Chriſtophoro Longo à noi Rettori promeſſa, qual caſeta è contigua al detto Oratorio, & alla detta caſa, & orto à godere, & à vſufruttuare, mentre faranno li oblighi promeſſi nelli ſopradetti capitoli.

20 Item, ſi oblighiamo noi Rettori predetti darli ogn'anno per limoſina per le ſudette obligationi, oltre alle dette caſe, et orto lire ducento imperiali di trimeſtre in trimeſtre, et in fine di ciaſcun trimeſtre, principiando la prima limoſina alla fine del meſe di Marzo proſſimo auenire, et ſeguitando per l'auenire. Il ſimile, che ſarà lire cinquanta per ciaſchedun tremeſtre. Et tutte le limoſine, et meſſe votiue ſiano ſue.

21 Item s'obligano detti Padri, et ſpecialmente il R. P. F. Aurelio Vimercato da Crema al preſente Viſitatore Prouinciale di non ottener mai per alcun tempo, ne eſſo, ne la ſua Religione coſa alcuna, che torna in danno, et pregiudicio di detto Oratorio, et delli detti Rettori di detto Oratorio, ò ſia per Breue Apoſtolico, ò motu proprio, ò per qual altra ſi voglia cauſa, et ottenendo coſa alcu-

na, che ſia in danno, et pregiudicio di detto Oratorio, et Rettori, ſiano priui di quanto li è ſtato promeſſo nelli ſopradetti Capitoli, & ſiano cacciati fuori di detto Oratorio, & caſe, & s'intenda eſſer finito, & eſtinto tutto quello li è ſtato conceſſo, & promeſſo per detti Rettori nelli predetti capitoli, & non poſſino più beneficiare in detto Oratorio; & in caſo haueſſero fatto melioramento nelle caſe, & oratorio, ſiano perſi, & aquiſtati al detto oratorio, ne poſſino dimandar coſa alcuna, & li Rettori, che ſaranno in quel tempo li ſia lecito à dar detto Oratorio à beneficiare, & officiare à chi loro parerà, & poſſino detti Rettori in quel caſo di propria autorità, & ſenza citatione, & miniſteſterio di giudice reintrare al poſſeſſo tuo primiero del detto Oratorio, & caſe inſieme con li megliorramenti, non oſtante qual ſi voglia priuilegio, ò conceſſione Apoſtolica, ò ordinatione, alla quale ex nunc detto Padre rinoncia eſpreſſamente.

22 Item che detto Reuerendo Padre Fra Aurelio ſia obligato, & così promette frà il termine di meſi quattro auenire far ratificare il preſente contratto, li fatti oblighi, e conuentioni di meſſe per lui alli Superiori, & Capitolo Generale della loro Congregatione per inſtromento, ò lettere, e patente conforme il coſtume del Capitolo, & frà detto termine conſegnare detta ratificatione alli detti Rettori, altrimenti la preſente conceſſione ipſo iure, & facto ſia nulla, & di niun valore, come ſe non foſſe ſtata fatta, & in quello caſo ſia lecito à detti Rettori entrare al poſſeſſo come di ſopra, & ſic, &c.

27 Ita quod modo, etc. ſaluis præmiſſis, etc. faciendo, et conſtituendo promiſerunt, etc. et dicti Rectores de euictione, etc. cum iuramento prædicti F. Aurelij tacto pectore, et dictorum Rectorum tactis ſcripturis, etc.

Actum Parmæ die decimo Februarij anno Domini 1575. per Chriſtophorum de Turre Cancellar. Epiſcopalem.

Quo-

Quoniam autem dictus P. F. Aurelius non potuit adimplere pactum ſub num. 22. expreſſum, obtinendi ſcilicet ratificationem ſupradictarum conuentionum præſertim in Miſſarum in Capitulo Generali faciendam prout ſperabat in breui eſſe congregandum ex gratia Gregorij XIII. Capitulum Generale, cum proprio Generali alias extincto, & ſuppreſſo per Pium V. ad inſtantiam Minorum de Obſeruantia, vt in eo prædicta rata, & firma haberentur tranſactis alijs pluribus menſibus, immo & annis, cum nulla eſſet tunc ſpes ambæ partes receſſerunt à pactis, & conuentionibus ſine vlla difficultate, maxime quia dicta Eccleſia non multũ frequentabatur tunc à fidelibus, interim alia loca procurauerunt, ad Sanctam Cæciliam, ad Sanctum Spiritum Eccleſias Parochiales, & tandem obtinuerunt Coadiutoriam in Eccleſia S. Mariæ Purificationis Burgi Taſcherij, vt ex ſequenti inſtrumento patet.

INSTRVMENTVM XXXIV.

IN quo Chriſtophorus de Corteſijs Rector Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ Burgi Taſcherij Parmæ. ſibi vnitam habens aliam Parochialem Eccleſiam S. Crucis tunc habens extra mænia vrbis Parochianos aſſumpſit in Coadiutorem F. Ioannem Ferrandum Commiſſarium Prouinciæ Bononiæ deputatum à Magiſtro Peregrino Saniolo Vicentino eiuſdem Prouinciæ Viſitatore ab ea diſceſuro ad alia negotia, cum facultate erigendi conuentum prope eam Eccleſiam S. Mariæ cum pactis infraſcriptis approbatis, & ratificatis à Generali præſentatis à F. Rocho Placentino Priore dicti conuentus.

In Chriſti nomine, Amen. A natiuitate eiuſdem 1582. indictione 10. die ſexto Iulij, Pontificatus, etc. Gregorij Papæ Decimi Tertij.

1 Venerabilis vir Donus Chriſtophorus de Corteſijs Presbiter Parmenſis Rector, et tamquam Rector Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Mariæ Burgi Taſcherij Ciuitatis Parmæ, cui eſt perpetuo vnita Eccleſia etiam Parochialis Sanctæ Crucis dictæ Ciuitatis Parmæ ibi contigua dicto nomine, et pro ſe, et dictis ſuis Eccleſijs, et ſucceſſoribus ſuis in ea, et pro vna parte, et

2 Religioſus vir Frater Ioannes Ferandus Tertij Ordinis Sancti Franciſci in Ciuitate Parmæ nunc reſidens Commiſſarius iſtius

Prouinciæ,vt conſtat ex literis patentibus hic,et in fine inſerendis pro ſe,et conuentu Fratrum Tertij Ordinis prædicti nunc in Ciuitate Parmæ reſidentium, et ſucceſſoribus ſuis in dicto conuentu ex altera.

3 Ambo ipſis nominibus, et modis, quibus ſupra, ſponte pro ſe ſe dictis modis, et nominibus, quibus ſupra, et pro commoditate, et maiori ſeruitio dictarum Eccleſiarum, et animarum eis ſubiectarum, conuentionem, et concordiam, et pacta inſimul fecerunt, inierunt, et firmauerunt, ac inſimul concordant, et conueniunt per preſentes, et omni meliori modo, et pro diuini cultus in dictis Eccleſijs augmento, prout continetur in infraſcriptis capitulis, videlicet.

4 Conuentioni firmate, et ſtabilite trà il Venerabile Meſſer Don Chriſtophoro de Corteſi Rettore della Chieſa Parochiale di Santa Maria di Borgo Taſclieri, alla quale è perpetuamente vnita la Chieſa, et cura di Santa Croce di Parma per ſe, et ſuoi ſucceſſori in detta Chieſa per vna parte, et il Reuerendo Padre Frate Giouani Ferrandi del Terz'Ordine di San Franceſco Commiſſario di queſta Prouincia, il qual s'obliga di far confermare il contenuto nella preſente conuentione dal Generale, ò Prouinciale di queſta Prouincia per l'altra parte, riſeruato però, accedendo il conſenſo, et beneplacito di Monſignor Illuſtriſſimo, et Reuerendiſſimo Ferrante Farneſe Veſcouo di Parma, et anco di Noſtro Signore facendo biſogno, et non altrimenti.

5 Primo, detto Don Chriſtoforo Rettore di detta Chieſa, il quale non può per la ſua vecchiezza, et anco perche da Monſignor Veſcouo di Rimini Viſitatore Apoſtolico di queſta città di Parma gli è prohibito l'vdire le confeſſioni, deputa, et conſtituiſſe ſuo Coadiutore in le dette cure il detto Padre Fra Giouanni hora Commiſſario di queſta Prouincia, et Reſidente in Parma, et doppo lui quel Frate di detto Ordine, che ſarà deputato del Priore, che ſarà pro tempore delli Frati del Terz'Ordine di San Franceſco in Parma, ſendo però approbato dall'Ordinario con le ſeguenti condittioni, cioè.

Digitized by Google

6 Che detto Coadiutore preſente, che ſarà pro tempore ſia obligato à far con diligenza la cura dell'anime ſottopoſte alle dette due Parochie in tutte le coſe, e carichi ſpettanti al detto Rettore, ſaluo però, che alle due, alle quali il detto Rettore è obligato tutte le Domeniche, & altri giorni feſtiui di precetto, vno in la Chieſa di S.Maria, l'altra in la Chieſa di S. Croce, che detto Coadiutore habbia ſolo carico di dirne vna, et il carico di dir l'altra ogni feſta reſti appreſſo il Rettore, et ſuoi ſucceſſori, rimanendo però in elettione del Rettore ſempre di dire quella, che più li piacerà ò in S. Maria, ò in S.Croce.

7 Che in quello, che D. Criſtoforo, & ſuoi ſucceſſori potranno, & ſarà di biſogno debbano, & ſpecialmente nelli tempi delle Communioni aiutare nella Chieſa detto Coadiutore.

8 Che per mercede della Coadiutoria detto D. Chriſtoforo debba aſſignare, & concedere, ſi come per la preſente concede, & aſſegna à detto Fra Giouanni, il qual accetta à nome della ſua Religione la caſeta di detta Chieſa iui contigua, acciò che detto Frate, & ſuo conuento, che hora fà reſidenza in Parma nelle caſe di S. Spirito poſſino; & così s'obliga venire à ſtare, & habitare continuamente per maggior ſeruitio di detta Chieſa, & cura nella detta Chieſa.

9 Et fino ad hora detto Rettore concede, & conſente, che detti Frati del Terz'Ordine poſſino con i debiti modi, & autorità de ſuperiori erigere, ò far erigere in detta caſa, & altre caſe, che l'aiuto di Dio ſperano aquiſtare iui contigue à detta caſa, & chieſa il lor Monaſterio concedendole liberamente il gouerno, l'vſo, & beneficiatura di detta Chieſa di S. Croce.

10 Che in euento, che detti Frati aquiſtaſſero, ſi come hanno in animo la caſa contigua alla detta Chieſa di S. Maria, quale è del Signor Bartolomeo Grandini come più commoda, & più capace per erigere il loro Monaſterio, che in quel caſo debbano reſtituire la detta caſa hora della chieſa conceſſa come di ſopra al detto Rettore; & in quel caſo eſſo Rettore ſia obligato per la mercede di detta Coadiutoria pagar ogn'anno al Coadiutore, che ſarà pro tempore lire cinquanta imperiali ogn'anno in la feſta di S.Michele di Settembre; Et ſia obligato detto F. Giouanni dar principio alla detta Coadiutoria à S. Michel proſſimo dell'anno preſente

1587. al qual tempo eſſo col ſuo conuento debbano andar ad habitare nella detta caſa.

11 Che tutte l'elemoſine di formento, denari, & altre coſe, che perueneranno alla detta Chieſa, così nella feſta di S.Geneſio, che iui ſi celebra, come d'ogn'altro tempo, e tutti li altri emolumenti, limoſine, & altri guadagni, che ſi faranno in detta chieſa, debbano eſſer communi trà loro, cioè la metà del Rettore, & l'altra metà del Coadiutore; eccetto però i guadagni, & limoſine aſpettanti alli altri Frati per meſſe, ò eſequie de morti, quali ſiano de detti Frati.

12 Che tutte le ſpeſe occorreranno per conto della cura così ceriola, come dell'oliue, & altre coſe, ſi facciano commune trà di loro, ſaluo l'oglio della lampada per la parte ſpettante al Rettore, al quale rimanga obligato eſſo Rettore.

13 Et così dette parti conuengono inſieme, riſeruato come di ſopra, & vogliono, che ſopra detta conuentione ſi celebri publico inſtromento alla preſenza di detto Monſignor Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Veſcouo, in caſo, che ſua Signoria Illuſtriſſima ſi contenti di conſentirli.

14 Di più, che detto F.Giouanni ſia obligato frà otto giorni far l'inuentario con l'interuento di D.Chriſtoforo delli Calici, paramenti, touaglie, et altre coſe, et robbe di dette chieſe, et che ſono in la Sacriſtia, et altroue, et ſottoſcritte dalle parti, ſi debbano far inſerire nell'inſtromento, che ſi farà ſopra della preſente conuentione.

15 Et ſic, etc. Et prædicta promiſerunt rata habere, &c. Et eis non contra uenire, etc. Saluo tamen et conſenſu, vt ſupra, etc. ſub obligatione, etc. Renuntiantes, etc.

16 Et hæc omnia facta fuerunt ad præſentiam prædicti Illuſtr. et Reuer. Domini D.Ferdinandi Farneſij Epiſcopi Parmenſis, qui prædictis omnibus, & ſingulis conſenſit, et conſentit, reſeruato tamen quo ad Monaſterij erectionem beneplacito S. D. quatenus opus ſit, et non aliter.

Super quibus, etc.

Actum Parmæ in Palatio reſidentiæ prædicti Illuſtr. et Reuer. D.D. Epiſcopi Parmenſis ſito in vicinia S. Ioannis Euangeliſtæ præſentibus, etc.

Ego Chriſtophorus de Turre Parmenſis Notarius, etc.

Ex-

Extractum ex ſuo originali in Archiuio conuentus nunc S. Mariæ de Quarterio Parmæ, à priori enim Eccleſia S. Mariæ Burgi Taſcherij ad hanc poſteriorem pariter S. Mariæ Quarterij tranſitum fecimus, vt ſuo loco dicetur. Ommiſſa fuerunt reliqua, quę amplius non faciunt ad rem.

INSTRVMENTVM XXXV.

IN quo Papirius Picedius Parmæ Epiſcopus de conſenſu Canonicorum Cathedralis conceſſit Eccleſiam S. Mariæ de Quarterio, vt eidem propinquum Conuentum fabricarent Fratres Religionis Tertij Ordinis S. Franciſci, ſtipulantibus Fratribus Bonauentura, & Laurentio Placentinis, cum pactis, & iuribus in ea reſeruatis Epiſcopo, & Religio laudatur.

1 In Chriſti nomine, Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ſexcenteſimo decimo, indictione octaua, die vero tertia menſis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiſſimi D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ quinti, anno quinto.

2 Illuſtriſſimus, et Reuerendiſſimus Dominus D. Papirius Picedius Dei. et Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Parmæ, et Comes, pro tribunali ſedens in Saleta eius Palatij Epiſcopalis reſpiciente verſus Eccleſiam Cathedralem coram ſe conuocari, et congregari mandauit Illuſtre, et M. Reuerendum Capitulum Perilluſtrium, et RR. DD. Canonicorum Eccleſię Cathedralis Parmæ, eoſque coram prædicto Illuſtriſſimo Domino comparente in dicta Saleta, in quo Capitulo interfuerunt videlicet Perilluſtres, et admodum Reuerendi Domini Canonici Vincentius Picolelus I. V. D. et Archidiaconus viciniæ S. Nicolai, Benedictus Bachinus viciniæ S. Ioannis Euangeliſtæ, Hyppolitus Cantellus viciniæ S. Alexandri, Octauianus Souicus S. T. D. viciniæ S. Ambroſij, Ioannes Petrus Parauicinus I. V. D. viciniæ S. Benedicti, Angelus Rauazzonus I. V. D. viciniæ S. Silueſtri, Cæſar Cernitorius viciniæ S. Odorici, Hyppolitus Malaſpina eiuſdem viciniæ S. Odorici, & Albertus Iunctus viciniæ S. Andreæ, &c.

3 Proteſtantes, quod ſunt, & repræſentant totum capitulum dictæ Eccleſiæ Catedralis, & quod non eſt alius Canonicus eiuſdem Eccleſiæ, qui commode potuerit præſenti conuocationi, & congregationi intereſſe. Eiſdem igitur ſic conuocatis, & congregatis, & Capitulo prædicto.

4 Idem Illuſtriſſimus D. Epiſcopus dixit, & expoſuit, quod pluries pro parte Reuerendiſſimi Patris Generalis Tertij Ordinis S. Franciſci, & Fratrum eiuſdem Ordinis petitum, & inſtitum fuit, & expoſitum, quod ipſi Prior, & Fratres affectant ſummopere obtinere in hac ciuitate Parmæ aliquem locum, ſeu aliquam Eccleſiam, in qua poſſint Domino famulari, humiliter requirentes ſibi concedi aliquam ex Eccleſijs, ſiue Oratorijs dictæ ciuitatis, in qua poſſint in Dei Omnipotentis ſeruitio, & ad Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ honorem regularem ſui Ordinis plantare, & fundare, ac fabricare conuentum, in quo licet pluries idem Illuſtr. D. Epiſcopus diligenter, & mature conſiderauit, & libenter ad illos ordines dexteram liberalitatis extendat, quibus relucet ſcientia, viget religio, & in cultu diuino cum fide cum fructu creſcit, & floret obſeruantia regularis, nihilominus adhuc nihil ſuperinde decernere voluit.

5 Propterea requiſiuit à prædictis Dominis Canonicis, & Capitulo, vt in præmiſſis votum ſuum exponere velint, & an eis videatur id cedere in vtilitatem euidentem fidelis populi ciuitatis, & an concedi debeat Eccleſia ſine cura S. Mariæ nuncupatæ *del Quarterio* de Capite Pontis huius ciuitatis, in qua commode poterunt RR. Prior, & Fratres antedicti regularem conuentum plantare, erigere, & fundare in Dei Omnipotentis, & Glorioſiſſimę Virginis Mariæ honorem, & reuerentiam, ac cultus diuini augmentum.

6 Quibus per ipſos Dominos Canonicos, & Capitulum auditis, & optime intellectis, ac mature conſideratis, ipſi Domini Canonici reſponderunt dicentes, quod ipſis videtur fore vtile, & conueniens, ac cedere in euidentem vtilitatem totius fidelis populi ciuitatis, ſi dicta Eccleſia concedatur eiſdem Reuerendis Priore, & Fratribus, ac Ordini antedicto, pręcipue ſuffragantibus eorum laudabilibus meritis, & fructu multiplici, quem in Eccleſia Dei doctrina, ſermonibus, & claris exemplis, conuerſationis honeſtæ, & laudabilis vitę attulerunt, prout in omnibus Italiæ partibus, in quibus loca tenent, atteſtatur fide dignum teſtimonium.

7 Vnde præfati Illuſtr. & Reuer. D. Epiſcopus, & DD. Canonici, & Capitulum habito prius inter eos colloquio, et tractatu ſuper pręmiſſis vnanimiter, et pari concordia ſtatuerunt, et ordinauerunt

runt prædictam Eccleſiam S. Mariç nuncupatam de Quarterio in Capite Pontis concedere dictis RR. Priori, & Fratribus, ac Ordini antedictis.

8 Propterea dictus Illuſtr. D. Epiſcopus attentis prçmiſſis de conſenſu prçdictorum Dominorum Canonicorum, et Capituli, et vna cum eis coniunctim, et diuiſim, et prout melius fieri poſſe poſſit, ſponte, et ex certa ſcientia interuenientibus quibuſcumq; ſolemnitatibus tam iuris, quam facti in ſimilibus opportunis de iure, vel conſuetudine etiam ſubſtantialibus ob reuerentiam Glorioſiſſimæ, ac intemeratæ Virginis Mariæ, cuius titulo, et inuocatione fundata eſt dicta Eccleſia, ac in honorem S. Franciſci, cuius obſequio dicti RR. Prior, et Fratres ſunt nuncupati, prçdictam Eccleſiam S. Mariæ *del Quarterio* cum omnibus, et ſingulis domibus, et terris, cæteriſq; eius iuribus ſpiritualibus, et temporalibus eiſdem RR. Priori, et Fratribus, et Ordini prædicto, ac ad cautelam, R. Patri Bonauenturæ Muſæ Placentino, et Reuer. P. Laurentio Gloriero Fratribus dicti Tertij Ordinis S. Franciſci, præſentibus, ſtipulantibus, et recipientibus eorum, et aliorum Fratrum, et Ordinis prædicti nominibus, ac cum licentia Reuerendisſimi eorum Generalis per literas eiuſdem datas Romæ die vigeſima menſis Martii proxime prçteriti in actis curiæ dimiſſas; pleno iure conceſſit, et concedit.

9 Cum onere eiſdem impoſito celebrandi, ſeu celebrare faciendi vnam miſſam continuam ſingulo quoq; die, et diebus feſtiuis in dicta Eccleſia; necnon et alias duas miſſas qualibet hebdomada, vnam ſcilicet à mortuis ſingula die Mercurij, et alteram de Glorioſisſima Virgine Maria ſingula die Sabbati, et quod ſeparatç retineantur, et conſeruantur elemoſinç, quç pro fabrica dictç Eccleſiæ in Chriſtifidelibus elargitæ fuerint, in capſa cum duabus clauibus diuerſis, quarum altera remanere debeat penes dictum R. Fratrem Bonauenturam, & altera penes perſonam fidelem per Illuſtriſſimum D. Epiſcopum, illiuſue Reuer. Vicarium eligēdam, & deputandam, & dictæ elemoſinæ expendi, & conuerti debeant pro fabrica dictæ Eccleſiæ.

10 Ac cum onere eiſdem Reuer. Fratribus fabricari faciendi Monaſterium, ſeu Conuentum pro illorum habitatione contiguum dictæ Eccleſiæ ipſorum ſumptibus, & expenſis, & in eo habitare pro

maiori

maiori cultu, & ſeruitio dictæ Eccleſiæ, prout ita dicti Reuerendi F. Bonauentura, & F. Laurentius nomine ſuæ Religionis, ac cum conſenſu totius eorum conuentus, & aliorum Fratrum eiuſdem ac dicti illorum Reuer. Generalis, vt dixerunt, facere promiſerunt, & promittunt, omni meliori modo, &c.

11 Hiſq; actis idem Illuſtr. D. Epiſcopus ipſos Reuer. Fratres Bonauenturam, & Laurentium ſtipulantes, & recipientes, vt ſupra, per anuli impoſitionem, quam ſuis tenebat manibus ſolemniter inueſtiuit de dicta Eccleſia, illiuſq; iuribus, & bonis quibuſcunq, ita quod poſſint auctoritate propria tenutam, & corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi dictæ Eccleſiæ, iuriumq; & pertinentiarum ſuarum ſpiritualium, & temporalium quandocunq; apprehendere, Eccleſiamq; prædictam regere, & gubernare, Conuentum, & Monaſterium ibi contiguum fabricare, & in eo habitare; dans, & concedens eiſdem Reuer. Priori, & Fratribus, qui pro tempore in ea fuerint liberam adminiſtrationem.

12 Mandans omnibus, & ſingulis Presbiteris, & Clericis, ac Notarijs Parmenſibus, vt nomine, ac vice dicti Illuſtr. D. Epiſcopi eoſdem Reuer. Fratres in ipſius Eccleſiæ, ac bonorum, & iurium ſuorum quorumcumq; tenutam, & corporalem poſſeſſionem ponant, & inducant, ac manuteneant.

13 Reſeruatis tamen prædicto Illuſtr. D. Epiſcopo, & cuicunq; eius ſucceſſori in Epiſcopatu Parmæ in Eccleſia prædicta omnibus Epiſcopalibus iuribus, & annuo cenſu vnciarum ſex ceræ albæ laboratæ, quem ſingulis annis in Vigilia Aſſumptionis Glorioſiſſimæ Virginis Marię menſis Auguſti in perpetuum dicto Illuſtr. D. Epiſcopo, & cuicunq; eius ſucceſſori prędicti Reuer. Prior, & Fratres, qui pro tempore in dicta Eccleſia erunt, & ſignum ſubiectionis, ſoluere teneantur, prout ita dicti Reuer. Fratres Bonauentura, & Laurentius nomine ſuę Religionis promiſerunt, & promittunt, omni meliori modo. Ita tamen quod ob non ſolutionem predictam nihilominus cadere non poſſint à commodo præſentis conceſſionis; manibus etiam corporaliter tactis ſcripturis iurauerunt in manibus eiuſdem Illuſtr. D. Epiſcopi, & iuramentum fidelitatis nomine ſuæ Religionis præſtiterunt dicto Illuſtr. D. Epiſcopo præſenti ſtipulanti, & recipient, vt ſupra.

14 Super quibus omnibus, & ſingulis dictus Illuſtr. D. Epiſcopus man-

Digitized by Google

mandauit mihi Notario infraſcripto, prout & ipſi Reuer. F. Bonauentura, & F. Laurentius rogauerunt me Notarium infraſcriptum, quatenus ſuperinde publicum, ſeu publica vnum, vel plura conficerent instrumentum, vel inſtrumenta, et prout erit expediens. *Inſeruntur hic literæ Generalis, & conſenſus eorundem Fratrum degentium in conuentu S. Mariæ Burgi Taſcherij, quæ omittuntur.*

15 Actum Parmæ in Epiſcopali Palatio, &c.

Ego Hieronimus de Magnanis Notar. publicus Parmen. & Actuarius Curiæ Epiſcopalis Parmæ de ſupradicto inſtrumento rogatus, &c.

INSTRVMENTVM XXXVI.

IN quo Octauius Lanfrancus Archipresbiter Cathedralis dedit poſſeſſum Oratorij S. Mariæ de Quarterio Parmæ F. Bonauenturæ Muſæ recipienti nomine Religionis, cum conſignatione ſuppellectilis ſpiritualis, & aliorum bonorum dicti Oratorij poſtea tranſlati in pergrandem Eccleſiam.

1 In Chriſti nomine, Amen, Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo ſexcenteſimo decimo, indictione octaua, die vero tertia menſis Aprilis Pontificatus autem S. D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ V. anno quinto.

2 Vniuerſis, et ſingulis hoc præſens publicum tenutæ, et conſignationis, ac poſſeſſionis inſtrumentum inſpecturis viſuris, & lecturis pateat, & notum ſit, qualiter Reuerendus F. Bonauentura Muſa Placentinus Tertij Ordinis S. Franciſci in hac parte deputans à Reuerendiſſimo Generali eiuſdem Ordinis de conſenſu etiam Reuer. Prioris, & Fratrum Conuentus S. Mariæ eiuſdem Ordinis, vt apparet in literis dictæ deputationis, & memorati conſenſus, regiſtratis in inſtrumento conceſſionis eiſdem Reuer. Fratribus ſub hodierna factæ de Eccleſia S. Mariæ *del Quarterio* nuncupatæ in Capite Pontis huius ciuitatis in executione commiſſionis in dicta conceſſione factæ, et datę omnibus, et ſingulis Presbiteris, Clericis, et Notarijs Parmenſibus, vt nomine Illuſtr. D. Epiſcopi Parmenſis, eoſdem Reuer. Fratres in ipſius S. Mariæ *del Quarterio*, ac bonorum, et iurium ſuorum quorumcumq; tenutam, et corporalem poſſeſſionem ponerent, et inducerent, præſentes ſemper, et ſic fieri inſtantes, et petente Reuer. F. Laurentio Glorierio eiuſ-

dem

dem Ordinis debita cum inſtantia requiſiuit perilluſtrem, et Reuerendum D. Octauium Lanfranchum Archipresbiterum Eccleſiæ Cathedralis Parmæ, & Presbiterum Parmenſem præſentem, audientem, & intelligentem, quatenus in executionem dictę commiſſionis velit, eundem P. Bonauenturam nomine dictæ totius Religionis ſuæ immittere, ponere, & inducere in tenutam, & corporalem poſſeſſionem dictæ S. Mariæ *del Quarterio*, eiuſq; bonorum, & iurium quorumcumq;

§ Qua quidem requiſitione audita prædictus perilluſtris, & multum Reuerendus D. Octauius Archipresbiter, vt ſupra, viſis literis dictæ conceſſionis, & commiſſionis in eis factæ, vt ſupra, tamquam obedientię filius per manum accepit dictum Reuer. P. Bonauenturam, illumq; in dictam Eccleſiam introduxit, & in illius, & bonorum ſuorum, ac iurium quorumcumq; eiuſdem tenutam, & corporalem poſſeſſionem poſuit, & induxit, illumq; ad Altare ibi fabricatum ſub titulo Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ conducendo tobaleas eiuſdem eleuando, & ſuper illo reponendo, & per ipſum F. Bonauenturam eleuari, & reponi faciendo, vtrunq, cornu Altaris prædicti oſculando, candelabra ſuper eo exiſtentia eleuando, & ad loca ſua reponendo, campanellam dictę Eccleſiæ pulſando, portamq; ipſius Eccleſiæ aperiendo & claudendo, & per eundem F. Bonauenturam deoſculari, & eleuari, reponi, pulſari, claudi, & aperiri reſpectiue faciendo, & per eum fieri faciendo, in ſignum veræ, realis, & corporalis poſſesſionis, & tenutæ dictę Eccleſię, bonorum, & iurium quorumcumq, dicens, & proteſtans dictus F. Bonauentura ſe nomine dictę ſuæ Religionis eſſe, & ſtare velle in tenuta, & corporali poſſesſione dictę Eccleſię illiuſq; bonorum, & iurium quorumcumq; ſpiritualium, & temporalium; velleq; Eccleſiam prędictam regere, & gubernare, & alia facere prout conuentum extitit in ſupradicta concesſione dictis Fratribus, vt ſupra, facta non ſolum animo, ſed etiam corpore, & alias omni alio melioris modo, &c.

§ Et vlterius prędicti Reuer. Fratres Bonauentura, & Laurentius ſponte per ſe ſe, & nomine dictæ Religionis, ac vigore facultatis ſibi per Reuer. Generalem eiuſdem Religionis, & Reuer. Priorem, & Fratres conuentus S. Marię ſuperius nominatę, & in dicto concesſionis inſtrumento inſertæ, fuerunt confesſi, & in concordia

cum

cum dicto perilluſtri, et multum *Reuer.* D.Octauio Lanfranco filio q.Illuſtris D. Ioannis Antonij, ciuis, & Presbitero Parmenſi Archipresbitero ſupradictæ Eccleſiæ S.Mariæ,ſe dictos Reuer.F. F.Bonauenturam, & F. Laurentium habuiſſe, & ſibi cum effectu conſignata fuiſſe ſub die vigeſima octaua menſis Martij proxime præteriti paramenta,pallia,planetas,calices,corporalia,marſupia, capſas, & alia bona deſcripta in liſta mihi Notario infraſcripto exhibita,& tradita per ipſas partes,&c.

5 Et prædicta extendantur in forma ſub vinculo ſinceræ, & immaculatæ fidei dictorum Reuer. F. Bonauenturæ,& F. Laurentij, ita volentibus, petentibus, & requirentibus partibus prædictis à me Notario infraſcripto certioratis, &c. bonorum obligatione dictæ Religionis,renuntijs,& alijs clauſulis conſuetis,&c.

Actum Parmæ,& in dicto Oratorio S. Mariæ *del Quarterio*,&c.

Ego Hieronymus de Magnanis, &c.

Extracta ex Archiuio eiuſdem Conuentus Parmenſis.

INSTRVMENTVM XXXVII.

IN quo D. Camillus Triuiſanus Eccleſiam S. Petri de Caſa Calba de Torcello, cuius erat perpetuus Commendatarius ad nutum conceſſit F. Bartolomæo Vicentino de Limontis, & eius Congregationi Lombardiæ, cum Domo, & ſuis pertinentijs, cum onere celebrandi diuina officia.

1 In Chriſti nomine, Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, indictione quartadecima, die vero Martis nona menſis Decembris.

2 Magnificus, & Reuerendus D. Camillus Triuiſanus perpetuus Commendatarius Prioratus S. Petri de Caſa Calba de Torcello Principalis de integritate vitæ, ac morum honeſtate Reuerendi P.D.Fratris Bartolomæi de Vicentia de Limontis Sacerdotis,& Confeſſarij approbatiq, in Procuratorem Congregationis Lombardiæ Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupatorum in Prouincia S.Antonij Confeſſoris de Padua,plurimum in Domino confidens, ex eo præſertim, quod per patentes leteras R.P.Domini F. Georgij Vicentini de Caſtrilanis Viſitatoris Prouincialis Prouinciæ prædictæ datas Paduæ die primo Ianuarij

1586.

1586. ſigilloq; officij Prouincialis impreſſione munitas, multipliciter commendatus exiſtit.

3 Ipſique F. Bartolomeo, & Congregationi Lombardiæ Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia in ſupraſcripta Prouincia, ibidem præſenti, ſtipulanti, & acceptanti nomine ſuo, & Congregationis prædictæ ad nutum tamen amouibilem præfati Reuerendi Commendatarii, & ſucceſſorum ſuorum in eodem Prioratu liberaliter conceſſit Domum, & habitationes cum pertinentijs ſuis, ac Eccleſiam Prioratus prædicti, vna cum vinea prædicti Prioratus prope Eccleſiam, & Domum prædictas exiſtente, iuxta onera, & pacta inita, & facta inter Reuer. D. Fratrem Ioannem Petrum de Durantibus in dicta Domo Prioratus ex permiſſione dicti D. Commendatarij commorantem ex vna, & vineatores collentes vineam prædictam ex altera, vt in ſcriptura inter eos confecta, & manu ipſius D. Commendatarij firmata de anno, & die, vt in ea dicitur contineri. De qua ſcriptura, & toto eius tenore ipſe Reuer. D. F. Bartolomæus aſſeruit habere plenam notitiam, ſubſtituendo in hoc ipſum Reuer. F. Bartolomæum in loco ipſius D. Ioannis Petri cum omni onere, & honore.

4 Ita tamen, quod præfatus D. F. Bartolomæus, & alij Fratres dictæ Congregationis, & Prouinciæ, prout conuenit eorum profeſſioni, honeſte viuant citra ſcandala Chriſtifidelium, & alia faciant, & procurent tam in celebrando miſſas, quam aliter faciendo ſecundum ordines, & conſuetudines dictæ Congregationis, ac continentiam facultatum ſibi conceſſarum per literas patentes prædictas prout id expreſſe ipſe R. D. F. Bartolomæus nomine ſuo, & Congregationis prædictæ facere promiſit cum effectu ſuper pectus conſcientiæ ſuæ. De, & ſuper quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis rogatus fui ego infraſcriptus hoc præſens publicum conficere inſtrumentum.

Actum Venetijs ad Cancellum mei Notarij poſitum ſuper platea S. Marci, &c.

Ego Victor de Scaphis q. D. Ludouici, &c.

BVL-

BVLLA XXXVIII.

VRbanus VIII. ſcribit Vicario Generali Tudertino, vt conceſſionem factam Domus Eccleſiæ S. Antonij Abbatis extra Tudertum conuertendæ in Infirmariam, per Iuſtinianum Cænobium Rectorem eius, approbet Bernardino Alberti Prouinciæ Vmbriæ.

1 Ad Sanctam Beati Petri Sedem licet meritis imparibus diuina diſpoſitione vocati, ad ea, quæ noſtræ prouiſionis miniſterio diuini cultus cum populi deuotione, & animarum ſalute, & Regularium vtilitate vbiq; augendi libenter intendimus, ac illis, quæ propterea ex Chriſtifidelium deuotione prouenire dignoſcuntur, firma, & illibata perſiſtant, libenter cum à Nobis petitur Apoſtolici mandamus adijci muniminis firmitatem, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Iuſtiniani Cænobij Rectoris Eccleſiæ, ſeu Capellæ S. Antonij de Via Piana nuncupati Tudertinenſis, & Bernardini Alberti de Maſſa Fratris expreſſe profeſſi Tertij Ordinis S. Franciſci, & Prouincialis Prouinciæ eiuſdem S. Franciſci dicti Ordinis petitio continebat; quod alias dictus Iuſtinianus diuinum cultum in dicta Eccleſia, ſeu Capella, quæ ſine cura eſt, magis in dies promoueri cupiens, pro ſua erga Fratres eiuſdem Ordinis, ob eorum vitam exemplarem, animi propenſione, & vt in dicta Eccleſia, ſeu Capella deuotio magis creſceret, perpetuum vſum dictæ Eccleſiæ, ſeu Capellæ contiguis, & ad eam ſpectantibus, et pertinentibus in affictum dari ſolitis, ex quibus octo ſcuta monetæ annuatim percipiuntur, à dicto Bernardino ad hoc, vt in dicta Domo Infirmariam, vt vocant pro dicti Ordinis Fratrum in oppido ciuitatis Maſſanen. & alibi in dicta Prouincia pro tempore exiſtentium proprio vſu, iuxta dilecti filij eiuſdem Ordinis Generalis præſcriptum, ſic annuente venerabili Fratre noſtro moderno Epiſcopo Tudertino, conſtrueretur.

Firmo tamen remanente perpetuo titulo collatiuo, & beneficiali eiuſdem Eccleſiæ, ſeu Capellę, et denominatione illius Rectoris, ac ſaluis etiam ſibi, dictæq; Eccleſię, ſeu Capellę Rectori pro tempore exiſtenti omnibus illius fructibus, redditibus, et prouentib. ac libere eiuſdem Eccleſię, ſeu Capellę, dum pro tempore vacabit,

cui

cui de iure collatione, & omnimoda alia diſpoſitione etiam reſeruata, cum hoc, quod.

Prouincialis, & Fratres dicti Ordinis inibi pro tempore exiſtentes dicta Eccleſia, ſeu Capella per Fratres dicti Ordinis in diuinis deſeruiri faciant, eamq; & eius altare in omnibus reparationibus, & alijs neceſſarijs eorum ſumptibus, et expenſis perpetuo manutenere hortos præfatos, eidemq; Iuſtiniano, eiuſq; ſucceſſoribus dictę Eccleſię, ſeu Capellę Rectoribus pro tempore exiſtentibus canonem annuum octo ſcutorum monetę ad rationem decem Iuliorum pro quolibet ſcuto huiuſmodi in feſto S. Antonij de menſe Ianuarij quolibet anno perſoluere teneatur.

Reſeruatoq; noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito infra tres menſes extunc proximos, et nondum elapſos dicti Bernardini ſumptibus, & expenſis impetrando conceſſit, & alias prout in inſtrumento deſuper confecto plenius dicitur retineri.

Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat conceſſio huiuſmodi aliaque premiſſa ex ſcripturis, et alijs rationabilibus cauſis facta fuerint, vt firmiora ſint, eaq; Sedis præfatæ munimine roborentur, ideo pro parte Iuſtiniani, & Bernardini prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus conceſſionem huiuſmodi, eaq; pręmiſſa approbare, & alias eis in pręmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui diuini cultus augmentum vbique promoueri exoptamus, & religioſarum perſonarum commoditatib. libenter conſulimus, Iuſtinianum, & Bernardinum præfatos, & eorum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, &c.

Diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus conceſſionem, & deſuper confectum inſtrumentum, & in eo contenta quæcumq; licita tamen, & honeſta cum omnibus, & ſingulis inde legitime ſecutis, & ſequendis, ſaluo tamen remanente vltro pręmiſſa facultate Iuſtiniano, eiuſq; in dicta Eccleſia, ſeu Capella ſucceſſoribus in illa celebrandi, ſeu celebrare faciendi, quandocumq; eis videbitur, & ſine alicuius pręiudicio, auctoritate noſtra perpetuo approbes, & confirmes, illiſq; perpetuę, et inuiolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adijcias, ac omnibus, et ſingulis tam iuris, quam facti, et quoſcunq; alios, etiam quantumuis ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint in eiſdem,

Digitized by Google

dem, eadem auctoritate ſuppleas. Necnon conceſſionem, et inſtrumentum huiuſmodi eſſe perpetuo validà, et efficacia fore, et eſſe, ſuoſq; plenarios, et integros effectus ſortiri, et obtinere, et à Iuſtiniano, et Bernardino pręfatis, omnibuſq; alijs, ad quos nunc quomodolibet ſpęctat, et ſpectare poterit in futurum perpetuo firmiter, et inuiolabiliter obſeruari, et adimpleri debere: ſub illiſq; nullo vnquam tempore, quouis prętextu, colore, vel ingenio reſiliri vel recedi poſſe.

Sicq; per quoſcumq; iudices etiam Commiſſarios, vel delegatos quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & dęfiniri debere; & quicquid ſecus ſuper his à quocumq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane, dicta auctoritate decernere.

Non obſtantibus quibuſcunq; Apoſtolicis etiam Prouincialibus, & ſynodalibus, vniuerſalibuſq; Concilijs editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, dictiq; Ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicæ 1628. ſeptimo idus Iunij, Pontificatus noſtri anno quinto. *Ordinis* 408. *Religionis vero* 229.

Extracta ex Archiuio Conuentus Maſſæ Tudertinæ.

INSTRVMENTVM XXXIX.

IN quo Communitas S. Geneſij facit donationem omnium iurium, actionum, rerum & proprietatum, quæ habet, vel ſperare poteſt de Eccleſia S. Mariæ Conſolationis extra dictam Terram F. Paulo de Cremona eiuſdem Conuentus Guardiano.

1 In Dei nomine, Amen. Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto, indictione tertia, tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Pauli diuina prouidentia Papæ III. die vero quarta menſis Octobris dicti anni. Actum in Terra S. Geneſij in Palatio reſidentiæ Magnif. DD. Defenſorum dictæ Terræ in ſala magna, in qua ſolet congregari publicum conſilium; ac pręſentibus Ser Angelo Rubeo de Monte Alto Nullius diæceſis dictæ Terrę S. Geneſij Notarius Malefi-

ciorum,& Ser Franciſco Carfagnana di S. Victoria eiuſdem Terrę S. Geneſij Officialis maiori, teſtib. ad infraſcripta, &c. Necnon præſtantiſſimo, ac facondiſſimo viro Ser Antonio Matthæo Notario Gineſiano vna mecum ſubſcripto.

2 Cum ſit, quod in pubjica concione præfatę inclitæ Terrę S. Geneſij celebrata ſub die antedicta ad preces Reuerendi F. Pauli de Cremona Vicarii Congregationis Fratrum Tertii Ordinis in habitu Eremitico S. Franciſci, & ad præſens Guardiani in Eccleſia S. Mariæ Conſolationis ſita in territorio dictæ Terræ S. Geneſii in contratta detta Foci iuxta ſua veriora latera, &c. Ex ſententia egregi viri Ser Marię Angeli de eadem Terra fuit obtentum decretum, ac reformatum, quod eidem F. Paulo, & ſuis pro tempore ſucceſſoribus, & Congregationi p̄fatę fiat inſtrumentum donationis irreuocabilis inter viuos de iure validum, & ad ſenſum eorum ſapientis extendendum omnium, & ſingulorum iurium, actionum, pertinentiarum, ac iuriſdictionum proprietatem, quę & quas Vniuerſitas prædicta ac infraſcripti D.D. Defenſores, Regulares, & Conſiliarij corpus ipſius Vniuerſitatis repræſentantes, habent, & habere ſpectare poterunt quomodolibet in futurum in, & ſuper dicta Eccleſia occaſione forte dedicationis, fundationis, & pecuniarum erogationis, aut aliter quomodocumq; & qualitercumq; cum approbatione, emologatione, & ratificatione omnium hactenus per ipſos actorum, atq; geſtorum, & erogatorum ſuper pręmiſſis.

3 Pręterea conſtituti perſonaliter in ſupradicto loco coram dictis teſtibus, ac nobis Notariis infraſcriptis magnifici, atque generoſi viri Ser Antonius Buſſus, & Ser Gregorius Gentilucius, & Ser Traſmundus Ser Antonii Domini Defenſores Terrę prædictæ Sancti Geneſii cum præſentia, conſenſu, & voluntate, decreto, & auctoritate publici conſilii, & generalis eiuſdem Terræ rite, & legitime, ſeruatiſque ſeruandis congregati in valido loco ſufficienti numero ſecundum morem ſolitum, ac hactenus conſuetum.

4 In quo quidem Concilio interuenerunt duæ partes Conciliariorum de tribus ſupraiuientibus publicatis, & non abſentibus totũ dictum Generale Concilium repræſentantes ex forma ſtatutorum dictæ Terræ, ac uſu hactenus conſueto, uidelicet Ser Marinangelus

Ius Vincii, et Ser Pergiorgius Billacqua Domini Regulatores, nec non Magnificus, et generoſus I.V.D.D. Troilus Certus, D. Tiberius Fortis, ſeu Marinus Billacqua, etc. omnes Conſiliarii dictæ Terræ.

5 Dictum Concilium, ac homines prȩfati in eo exiſtentes cum prȩſentia, conſenſu, uoluntate, et auctoritate Magnificorum DD. Defenſorum unanimiter, atq; concorditer, ipſorum nemine diſcrepante, ſponte, et ex eorum certa ſcientia, et non per errorem iuris, vel facti ducti, ad honorem, & laudem Omnipotentis Dei, eiuſq; Glorioſiſſimæ Mariæ Matris ſemper Virginis, totiuſq; cæleſtis curiæ, quorum ſuffragia ad conſeruationem eorum Vniuerſitatis, & pro animarum tam viuentium, quam defunctorum ſalute reuerenter, & ſuppliciter implorant, & pro amore, & dilectione, quem erga Reuer. F. Paulum prædictum, ſuis exigentibus meritis gerunt, omni meliori modo, via, cauſa, & forma, quibus ſibi magis, & melius de iure, vel de conſuetudine licuit, & licet, & quibus melius, & validius vt ſupra potuerunt, & poſſunt, approbantes, ratificantes, & emologantes omnia, & ſingula hactenus per eos geſta, & facta, & erogata in fauorem, & commodum dictæ Eccleſiæ dicto titulo donationis irreuocabilis inter viuos, vel ſi quo alio nomine de iure melius dici fieri, aut cenſeri poſſunt.

6 Dederunt, ceſſerunt, donauerunt, & conceſſerunt eidem Reuer. D. Patri F. Paulo præſenti, & per ſe, ſuiſq; ſucceſſoribus, & Congregationi prædictȩ ſtipulanti, & recipienti; ac nobis Notarijs infraſcriptis pro prædictis pariter ſtipulantibus, & recȩpientibus.

7 Omnia iura, actiones, proprietates, pecunias, mobilia, & immobilia, quæ, & quas dicta Vniuerſitas, & donatores præfati habent, & habere, ac ſperare poſſent quomodolibet in futurum in, & ſuper dicta Eccleſia, ipſiuſq; bonis ex quacumq; cauſa, tam cognita, quã incognita, cum omni iure, quod dictæ res donatæ habent, & habere poſſunt in ſe, intra, & extra ſe, cum omnibus, & ſingulis clauſulis, capitulis, ſolemnitatibus, ſubſtantialibus, de iure, vel conſuetudine in ſimilibus apponi, & ſeruari ſolitis, & conſuetis, & ſecundum ſtilum Romanæ Curiæ. Quorum omnium, & ſingulorum tenores, qualitates, requiſita, & ſubſtantialia hic haberi voluerunt pro ſufficienter expreſſis, & ſeruatis, ac ſi de verbo ad verbum mentio facta foret ſpecialis, et ſi talia forent, quæ in indiuiduo exprimi re-

Digitized by Google

quiri, et ſeruari neceſſario debuiſſent. Ad habendum, tenendum, etc. quę dicto R.P.F.Paulo, et Religioni perpetuo placuerit, nulla inde reſeruatione facta.

8 Ipſumq; F.Paulum, et Religionem in rem ſuum Procuratorem inſtituerunt, et conſtituerunt, et in locum ius, et priuilegium communis potuerunt, vt omnino directo, et proprio ſuo iure, et nomine occaſione dictarum rerum donatarum.

9 Quapropter prędictus R. F. Paulus, et Religio eius libere poſſint agere, petere, excipere, recuperare, conſequi, et ſe tueri, et vti illius iuribus, et actionibus, quibus ipſa Communitas, et donatores vti poterant, dantes, cedentes, etc.

10 Promittentes dicti donatores vt ſupra dicto F. Paulo pręſenti, et nobis Notarijs ſtipulantibus pro dicta *Religione* de cætero in rebus donatis prędictis, vel ipſarum occaſione litem, cauſam, vel quæſtionem, aut controuerſiam quomodolibet inferri, etc.

Et ego Sebaſtianus Brazzalupus de Monte Falchio publicus Notar.
Et ego Antonius Matthæus de Terra S. Geneſij publicus, etc.

Nota, quod iſte conuentus ſupponitur fuiſſe in bonis huius Ordinis, & vt habeo ex MS. dictus Pater Paulus Cremonenſis cum alio religioſo viro nomine Gulielmo Malparlantes Gallo dictum conuentum fabricauit circa annum 1525.

INSTRVMENTVM XXXX.

IN quo Communitas Montis Elpari concedit F. Paulo de Cremona Eccleſiam S. Mariæ de Camurano ad formam pactorum, quibus Communitas S. Geneſij dedit Eccleſiam S. Mariæ Conſolationis eidem Congregationis Tertij Ordinis S. Franciſci.

1 In Dei nomine, Amen. Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto indictione tertia, tempore Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini noſtri D. Pauli diuina prouidentia Papæ III. die vero vndecima menſis Octobris dicti anni.

2 Conſilio generali communis, et hominum magnificę Vniuerſitatis Terrę Montis Elpari in Sala magna Palatij pręfati cōmunis vt infra confinati, congregati, et coadunati ſono campanæ, voceque præconis ſecundum morem ſolitum, et hactenus conſuetū in dicta Terra, de mandato, et commiſſione magnifici viri D. Gaſpa-

res

Digitized by Google

de Paulonibus de Caldarola hodie Poteſtatis dictę Terrę Montis Elpari, in quo quidem conſilio de mandato Magnificorum Dominorum Priorum fuerunt lectæ infraſcriptæ propoſitæ à me Ioanne Bap'iſta Palmerio Cancellario infraſcripto.

3 Et primo ſuper impoſitione noui ſubſidij. Secundo ſuper petitione Reuerendi Patris Pauli de Cremona Vicarij Fratrum Tertij Ordinis Prouinciæ Marchiæ in habitu Eremitico S. Franciſci. Tertio ſuper adductionem calcinæ, et lignorum ad diuam Mariam de Camurano, ſuper quibus omnibus, & ſingulis.

4 Vir prudens, & ſani conſilij Petrus Antonius Poncilli vnus ex conſiliarijs in dicto conſi'io exiſtens, ſurgens ſolitum petens arrengandi deq; bene, et fideliter conſulendo debito præſtito iuramento inuocatione diuini numinis ſuper ſecundo propoſito conſulendo dixit, quod cum Eccleſia D. Mariæ de Camurano vacet de cura Capellani, et conſiderans, religionem iſtam eſſe honeſtam ad regimen, et capellaniam dictæ Eccleſiæ, vnanimiter, et concorditer nominauit, et deputauit præfatam Religionem S. Franciſci cum capitulis iam factis per magnificam Communitatem S. Geneſii præfatæ Religioni, et quod ad præſens capitula illa legantur in prẹſenti conſilio, et ſic alta, et intelligibili voce per me infraſcriptum Notarium lecta fuerunt capitula Communitatis magnificæ Terrę S. Geneſii in dicto conſilio communis hominum Terræ Montis Elpari, vna cum additione Thomæ Aloiſii alterius conſultoris; et ſuper dicta propoſita vocatum fuit publicum, et Generale Parlamentum, ac etiam vna cum loquella, et additione Catalini Flocchio addentis, et dicentis, quod detur locus diuæ Mariæ de Camurano præfatis Fratribus S. Franciſci; et quod Communitas Terræ Montis Elpari debeat eligere annuatim, nominare, et deputare quatuor ſyndicos prẹfatẹ Eccleſię, qui ſyndici debeant ſcribere omnes introitus dictę Eccleſię, quos Fratres debeant diſpenſare pro fabrica dictę Eccleſiæ, ac pro victu ipſorum Fratrum, et non aliter.

5 Placuit magnificis Dominis Proribus ſupradictis dictum conſilium per Catalinum Flocchi conſultorem mittere ad partitum, ad durſulas, et pallucias hoc modo videlicet: Cui placet dictum conſilium redditum per ſupradictum Catilinum in dicta ſecunda propoſita, ponat eius palluctam in buſſula rubra del Sì, volens

contrarium, in buſſula alba del Nò; et ſic datis, et recollectis ſuffragijs repertis, in buſſula del ſic confirmatur triginta quatuor, in buſſula alba reprobantur tres, & ſic fuit victum, & obtentum.

Actum in Terra Montis Elpari, &c. Et ego Ioannes Baptiſta Palmerius de Monte Fortino publicus Notarius, &c.

Apparet ex hoc rudi, & impolito inſtrumento tunc ibi conuentum incepiſſe præfatum F. Paulum de Cremona.

INSTRVMENTVM XXXXI.

IN quo F. Paulus Cremonenſis Vicarius Generalis inueſtitur à Vicario Generali Auximano de Eccleſia S. Mariæ de Succurſu extra muros Montisſani diœceſis Auximanæ.

1 Conſtantinus de Saluijs de Perufia V. I. D. Reuerendiſſimi Patris Berardini de Cuppis Romani, Dei gratia, & Sedis Apoſtolicæ Epiſcopus Auximi, in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, dilectis Nobis in Chriſto Guardiano, & Fratrib. Religionis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia nuncupati in Eccleſia S. Mariæ de Succurſu extra muros Terræ Montisſani Auximanæ diœceſis deputatis, & in futurum deputandis ſalutem in Domino ſempiternam.

2 Grata Nobis huius Religionis deuotio, & frequens in diuini cultus, & circa animarum ſalutem ſolicitudo, & cura, quibus apud Nos fide dignorum teſtimonijs commendatur, necnon maxima Religioſorum bonę, & probatæ vitæ inopia, quibus Terram Montisſani nouimus carere, Nos inducunt, vt ijs, quibus poſſumus fauoribus, & gratijs Religionem ipſam, & Terram ampliemus.

3 Cum itaque, ſicut accepimus, & Nobis dilecti filij Communitas, & homines dictæ Terræ expoſuerunt, quod aliter Eccleſia prædicta S. Mariæ de Succurſu Terræ pręfatę, pijs, vt aſſeruerunt elemoſinis conſtructa per multos annos, quorum nulla memoria in contrarium habet, deſtituta extitit, debitiſq; obſequijs in diuinis caruit, & caret ad præſens, cupiuntq; reſtaurari, & in ea, ad ipſius regimen, & gubernium, & Terræ prædictæ commodum, & vtilitatem Fratres Religionis præfatę conſtitui, & deputari, ne amplius derelicta, & diuinis obſequijs deſtituta remaneat, ſed vt magis cultus diuinus augeatur, & congrua honorificentia multipliciter frequentetur.

4

4 Nos vero, ad quos huiuſmodi collatio, & quæuis alia omnimoda diſpoſitio iure ordinario ſpectat, & pertinet, præmiſſorum dictæ Religionis, & Fratrum eiuſdem meritorum intuitu, ſimul ac dictorum Communitatis, & hominum in hac parte ſupplicationibus inclinati, votiſq; eorundem fauorabiliter annuendo ſpecialem illis gratiam facere cupientes.

5 Eccleſiam S. Mariæ de Succurſu, vt ſupra, ſituatam, ſiue præmiſſo, ſiue quolibet alio modo vacantem, & deſtitutam, cum omnibus, & ſingulis iuribus, & pertinentijs ſuis, honoribuſq; & oneribus vniuerſis Religioni prædictę Tertii Ordinis S. Franciſci de Pænitentia, et eiuſdem Fratribus, illiuſque Eccleſiæ Guardiano, & Fratribus tam pręſentibus, quam futuris auctoritate ordinaria, qua in hac parte fungimur, à prędicto Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Auximano nobis conceſſa, tenore pręſentium, vnimus, annectimus, & incorporamus, ac de eadem cum eiſdem dictę Religioni, & Fratribus, illiuſq, Guardiano, & Fratribus, & pro ea, ſiue eorum nomine, vel nominibus venerabili Patri F. Paulo Cremonenſi eiuſdem Religionis, & Ordinis Vicario Generali præſenti, & accipienti canonice prouidemus, inueſtimus dictam Religionem, & eiuſdem Fratres prędictos, ac pro ea, & eis eundem F. Paulum coram Nobis perſonaliter conſtitutum pleno iure de dicta Eccleſia, et iuribus eiuſdem.

6 Quocirca venerabili Domino Scaladino Vicario Foraneo Terræ Mōtisſani, et aliis presbiteris, clericis, et notariis publicis quibuſcunq; eiuſdem, ſiue aliter vbilibet in dięceſi Auximona conſtitutis per hęc ſcripta mandamus, quatenus ipſe, vel vnus, aut duo ipſorum in premiſſis vocandi Religionem ipſam, et eius Fratres, et pro ea, vel eis prædictum F. Paulum eiuſdem Religionis, et Ordinis Vicarium, vel eius legitimum Procuratorem, vel quemcumq; alium Fratrem dicti Ordinis in corporalem, realem, et actualem poſſeſſionem dictæ Eccleſię, iuriumq; et pertinentiarum eiuſdem inducant auctoritate noſtra, et defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore.

7 Facientes dictę Religioni, et illius Fratribus in dicta Eccleſia perpetuis temporibus commorantibus, et conſtitutis, vel eorum legitimo Procuratori, de illius fructibus, redditibus, & prouentibus, & iuribus, & obuentionibus vniuerſis, quanta in eis fuerint

Digitized by Google

plenarie, & integre reſponderi. Contradictores quoslibet, &c.
6 In quorum fidem, &c. Datum Auximi in Epiſcopali Palatio noſtrę ſolitę reſidentię anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo indictione tertia, die vero decima ſeptima menſis Ianuarij. Pontificatus Sanctiſſimi D. noſtri Pij Papę IV. anno eius primo. Lelius Ianiculus Auximanus Cancellarius.

Conſtantinus de Saluis Vicarius.

INSTRVMENTVM XXXXII.

IN quo F. Ludouicus Ferro de S. Geneſio de licentia F. Ioannis Baptiſtæ de Agello, Vicario Generali ac Vicelegati Marchiæ obtinuit tenutam, & poſſeſſum Eccleſiæ S. Mariæ Gratiarum extra Portarellam Montis Georgij, concedentibus eiuſdem loci Prioribus Communitatis, & Priore Societatis Sanctiſſimi Corporis Christi, cuius Eccleſia erat antea.

1 In nomine Domini, Amen. Aſpicientibus hoc inſtrumentum actum in Monte Georgio, & Eccleſia S. Marię Gratiarum poſita in territorio dicti Montis prope Portarellam iuxta vias publicas, & alia latera. Præſentibus Ser Cæſare Natalis, & Leonardo Zanobio de dicto loco teſtibus habitis, vocatis, & rogatis per inf aſcriptum F. Ludouicum, clare omnibus conſtet, qualiter.

2 Anno à natali chriſtiano milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, indictione quinta ſedente Sanctiſſimo Domino noſtro Pio diuina gratia Pontifice IV. die ſeptima menſis Iulij eiuſdem anni.

3 Cum menſibus elapſis fuerit requiſita magnifica Communitas dicti Montis pro parte Reuer. Patris Vicarij Generalis Fratrum Ordinis S. Franciſci Heremitarum in Prouincia Marchiæ, vt dicto Ordini concedere, & conſignare dignaretur, cauſa augendi Religionem, & ſummæ gloriæ Religionis ei adſcriberetur, Eccleſiam S. Mariæ Gratiarum prope Portarellam, vt ſupra; Fueritq; per Magnificos Dominos Priores dicti loci dictę requiſitioni in Concilio Generali ſub die vigeſima prima Decembris anni 1562. obtentum, vt Magnifici Domini Priores habeant auctoritatem concedendi, vel non, vt in libro Reformationum in Cancellaria apparet manu Ser Claudij Paganelli de Murro Vallium Cancellarij; fueritq; per Guidocium ... Amicum Habbinantem, & Scipionem

nem . . . . Dominos Priores ſub dicta die inſtrumenti conceſſa tenuta dictę Eccleſiæ Reu. Patri F. Ludouico Ferro de S. Geneſio dicti Ordinis Commiſſarij in dicta Prouincia, vt videre eſt, & per me Notarium infraſcriptum viſum fuit in literis Reuer. P. F. Ioannis Baptiſtæ de Agello Vicarii Generalis dicti Ordinis, cum ſigillo, &c. ſub die decimo Maii 1562. cum pacto, quod Religio teneatur officiare diligenter, &c.

3 Dictus Reuer. F. Ludouicus Commiſſarius in præſentia ſupradictorum Dominorum Priorum præſentium, & conſentientium, & Melchioris Moſcheci Prioris Societatis Sanctiſſimi Corporis Chriſti, præſentis, & conſentientis cum dicta Eccleſia antea eſſet ſub cura dictæ Confraternitatis, vigore literarum Reuer. D. Vicelegati Prouinciæ Marchiæ abſentis ſuper acceptatione tenutæ dictæ Eccleſiæ, directarum Magnificis Dominis Prioribus dicti Montis, eius, qui ſequitur tenoris.

4 Alli magnifici nostri Cariſſimi. Li Priori di Monte Giorgio. Magnifici nostri Cariſſimi.

Habbiamo viſta la reſolutione da voi fatta di quella Chieſa di S. Maria delle Gratie, la quale ne piacciuta, e laudiamo grandemente il voſtro buon'animo. Et in riſpoſta non occorre dirne, ſe non che ci contentiamo, che li Frati da voi deputati entrino al poſſeſſo, & officiano nella detta Chieſa. E ſtate ſani. Di Macerata li 30. di Giugno 1562.

Cæſar Vicelcg.

5 Accepit actualem, effectualem, & corporalem poſſeſſionem, & tenutam dictæ Eccleſiæ nomine dictæ Religionis, intrando, exeundo, claudendo, aperiendo hoſtia, pulſando campanas, & alia faciendo, quæ ſunt ſolita fieri, & requiſita in talib. caſibus, confitens eſſe in poſſeſſione talis Eccleſię, &c.

6 Qui Magnifici Domini Priores, & Prior auctoritate ſibi ipſis conceſſa promiſerunt dictam tenutam manutenere, &c.

Et quia Ego Lucas Boniſacius Georg Luas publicus, &c.

IN

INSTRVMENTVM XXXXIII.

Epiſcopus Firmanus Eccleſiam S. Crucifixi intra ciuitatem Firmi prope portam Crucifixi concedit Magiſtro F. Blaſio de Caiſagno de S. Geneſio; recipiente eius nomine Inueſtituram F. Ioanne Baptiſta Confalone de Seruiliano.

1 Dominicus Pinellus Dei,& Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus,& Princeps Firmanus Reuer. & dilecto Nobis in Chriſto Magiſtro Blaſio Caiſagno de S. Geneſio Tertij Ordinis Fratrum S. Franciſci in Prouincia Marchiæ Viſitatori ſalutem in Domino ſempiternam, ac piæ deuotionis incrementum.

2 Cum ſicut Nobis expoſuiſti, Domino cooperante, mirum in modum annis decurſis adaucta fuerit ſpecialis deuotio, & fidelium magnus concurſus ad quandam veterem Eccleſiam olim ad laudem Sanctiſſimi Crucifixi vulgariter nuncupatam *la Chieſa del Crucifiſſo*, exiſtentem intus ciuitatem Firmanam prope Portam Crucifixi erectam à pijs perſonis, vbi temporibus retroactis plurium fidelium precibus, ac votis Sanctiſſimus Crucifixus prædictus non pauca miracula dignatus eſt operari, ac petitas, ab eo gratias clementer conferre.

3 Quibus excitata, ac piæ deuotionis affectu, & mota Religio veſtra, Ordinarij ſuperioris accedente auctoritate, & licentia, ac conceſſione, ſtante, quod dicta Eccleſia à primæua eius erectione vacauerit, & de præſenti vacet, & careat Rectore, nullaque bona, nec aliquem redditum habeat, & propter dictam vacationem nemo fuerit, qui de eleemoſinis ibi à fidelibus oblatis curam haberet, vt ampliaretur, & decentius ornaretur ipſa Eccleſia, & ſic fidelium deuotio deſiſtere, & deficere cœperit; & ne tantum bonum opus à dicta pia deuotione deſiſtat, ſed ex piorum fidelium eleemoſinis, & oblationibus, quæ ibidem, ſi Religioni tuæ cura, & regimen dictæ Eccleſiæ à Nobis concederetur, erogatis, & quæ in die offeruntur, ſtatuit Eccleſiam prædictam ad diuini cultus, ac deuotionis augmentum magnificari, ac decentius Oratorium reformari, ampliari, & ornari debere ad fidelium piam deuotionem, vt magis commodius ibi miſſas celebrari valeant.

4 Cumque pro parte veſtra Nos ſæpe ſæpius fuerimus ſuper præmiſſis inſtantiſſime requiſitis veſtris pijs ſupplicationibus; & conſtitis

Digitized by Google

ſtitis Nobis publico relatu, prædicta omnia vera eſſe, cognitoq; petitam licentiam, ac conceſſionem huiuſmodi tamquam piam erga Deum, & diuinum cultum, ad fidelium ſpiritualem conſolationem, animarumq; ſalutem tendere, ac pertinere.

5 Tibi, ac Religioni tuæ prædictæ duximus concedendum, prout libenter conceſſimus, Domino ſic inſpirante, ac benedicente, damus, contulimus, & de illa ſic ab eius primæua erectione vacante conferimus dictæ Religioni vice, ac nomine ipſius, & hoc à te deputatum Reuer. F. Ioannem Baptiſtam Confalonem de Seruiliano dicti Ordinis profeſſorem coram Nobis genibus flexis exiſtentem, id humiliter petentem inueſtimus per paternam benedictionem, eique dicto nomine omnimodam licentiam, & facultatem dictam Eccleſiam magnificandi, ampliandi, & decentius conſtruendi, & fabricandi cum gubernio, & regimine dictæ veſtræ Religionis committentes, et demandantes concedimus.

6 Mandantes omnibus, et ſingulis tam clericis, quam laicis noſtræ iuriſdictioni ſubiectis, quatenus te nomine dictæ Religionis cum primum fuerint requiſiti, ſeu alter ipſorum fuerit requiſitus, in eiuſdem Eccleſiæ, iuriumq; & pertinentiarum quarumcumq; realem, & corporalem poſſeſſionem inducant, ponant, & immittant, inductumq; poſitum, & immiſſum manuteneant, tueantur, ac defendant; faciantq; tibi de vniuerſis, & ſingulis eiuſdem Eccleſiæ fructibus, emolumentis, prouentibus, & obuentionibus quibuſcumq; integre, & plenarie reſponderi.

In quorum fidem, &c. anno Domini 1581. die penultima Martij.
Dominicus Epiſcopus.

Auguſtinus Caſalutius Notar. & Cancellar.

INSTRVMENTVM XXXXIV.

Epiſcopus Firmanus Eccleſiam S. Mariæ de Saleto per Confratres in ea exiſtentes conceſſam Religioni ex licentia F. Peregrini Saniolì de Vicentia Commiſſarij Generalis totius Ordinis exponente F. Sebaſtiano Caſſiano de S. Geneſio in Prouincia Marchiana Anconitana Viſitatori Generali concedit.

1 Dominicus Pinellus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus, & Princeps Firmanus Reuerendo, & dilecto Nobis in Chriſto Re-

uer.

uer. F. Sebaſtiano Caſſiano de S. Geneſio Tertij Ordinis S. Franci-ſci de Pænitentia, & Prouinciæ Marchię Anconitanæ eiuſdem Religionis moderni Viſitatori Generali ſalutem.

2 Cum ſicut Nobis nuper expoſuiſti, Societas, & Confratres Eccleſię S. Marię de Saleto extra ciuitatem Firmanam ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, eiuſq; Matris Glorioſiſſimæ Virginis Marię, Beati Franciſci, & totius curię cæleſtis, ac deuotionis incrementum, cupientes in dicta Eccleſia S. Mariæ de Saleto Monaſterium, ſeu Conuentum Religionis tuæ erigere, & inſtituere, Deo bonorum operum donatore ſic inſpirante Eccleſiam prædictam S. Mariæ de Saleto vna cum domo ei contigua, vinea, & ſitu pro Monaſterio erigendo, ac alijs bonis, iuribus, honoribus, & onerib. eidem tuæ Religioni, ac tibi nomine eiuſdem, vigore literarum Reuer. D. Peregrini Sauioli de Vicentia totius Ordinis, & Religionis prędictę Commiſſarij Generalis acceptandum donauerint, ceſſerint, atq; conceſſerint, accedente tamen, & reſeruato conſenſu noſtro cum pactis capitulis, & conuentionibus, vt patet publico inſtrumento manu Ser Andreæ Morici Notarij publici inde rogati ſub die octaua menſis Septembris præſentis anni MDLXXXIV. per nos viſo, & lecto.

3 Cumq; iuxta Sacrorum Canonum inſtituta, & Sacroſancti Tridentini Concilij diſpoſitionem abſq; noſtro conſenſu expreſſo, & licentia eiuſdem Eccleſię S. Marię de Saleto tuę Religioni, vt ſupra, donatę, & conceſſę poſſeſſionem, & tenutam capere, & adipiſci nomine, & vice tuę Religionis minime poſſis, nec valeas, & propterea Nobis humiliter ſupplicaſti, vt in pręmiſſis omnibus, & ſingulis conſenſum noſtrum, pariterq; aſſensũ præſtare, & auctoritatem noſtram ordinariam, pariterq; decretum interponere, & eiuſdem Eccleſię S. Mariæ de Saleto, & domus contiguę iuxta formam donationis, & conceſſionis poſſeſſionem, & tenutam capiendi, & adipiſcendi liberam licentiam concedere, & impartiri dignaremur.

4 Nos igitur tuis huiuſmodi ſupplicationibus vt pote pijs, et honeſtis libenter annuentes, et annuere volentes, tenore præſentium, conceſſionem, et donationem huiuſmodi approbamus, confirmamus, et validamus, ac in premiſſis conſenſum, et aſſenſum noſtrum damus, auctoritatemq; noſtram ordinariam, pariterq; decretum interpo-

interponimus. Tibiq; nomine, & vice dictæ tuæ Religionis poſſeſſionem, & tenutam eiuſdem reales, & ſimplices, & ſine cura Eccleſiæ S. Mariæ de Saleto accipiendi, apphendendi, & adhipiſcendi liberam licentiam concedimus, & impartimur.

5 Cum reſeruatione tamen ſolidorum viginti Nobis, & Epiſcopatui noſtro Firmano per Fratres in dicto Conuentu, ſiue Monaſterio pro tempore exiſtentes ſoluendorum pro recognitione dominij quolibet anno in feſtiuitate S. Mariȩ menſis Auguſti, in qua ſolutione ſi per triennium ceſſauerint, ex nunc prout ex tunc omni iure cadant.

6 Eccleſiamq; prædictam tamquam liberam alijs clericis tam ſecularibus, quam regularibus conferri poſſe, ac tamquam vacantem ex nunc declaramus.

7 Mandantes præterea vniuerſis, & ſingulis tam clericis, quam laicis, ac Notarijs, & Tabellionibus quibuſcumq; iuriſdictioni noſtræ ſubiectis, vt cum primum pro parte tua requiſiti, ſeu alter eorum fuerit requiſitus, te eundem F. Sebaſtianum Viſitatorem prædictum, nomine ac vice tuæ Religionis in actualem, realem, & corporalem poſſeſſionem, & tenutam eiuſdem Eccleſiæ, iuxta formam dictæ conceſſionis, & admittant, & inducant, inductumq; poſitum, & immiſſum manuteneant, & defendant.

8 In quorum fidem has præſentes noſtras literas, &c.

Datum, & actum Firmi in Palatio noſtro Epiſcopali ſub anno Domini 1584. Indict. 12. tempore Pontificatus Gregorij XIII. die vero prima menſis Decembris, præſentibus, &c.

Dominicus Epiſcopus.

Auguſtinus Caſalutius Notar. & Cancellar. ex lib. Collationum fol. 176.

Nota, quod dictus F. Sebaſtianus non poterat tunc eſſe Viſitator Generalis ex electione, quia officium Generalatus erat iam extinctus per Pium V. ſed ſic vocatur, quia à Commiſſario Generali erat deputatus ad viſitandam eam Prouinciam, alioquin maior officialis dependeret à minori contra rationem.

INSTRVMENTVM XXXXV.

IN quo Communitas Colleſcipionis Eccleſiam, & Conuentum S. Mariæ Poſcargani prope Colleſcipionis Terram diæceſis Narnienſis à Fratribus Clarenis, & poſtea Obſeruantibus, qui non habebant Fratres pro eiuſdem Eccleſiæ ſeruitio, derelictam conceſſit Religioni Tertij Ordinis, recipiente pro ea F. Benedicto Delloto de Cremona ex licentia Magiſtri F. Bonauenturæ BeZZei Viſitatoris Prouinciæ Romanæ, & pro eadem Prouincia.

1 In nomine Domini, Amen. Cum fuerit, et ſit, quod Magnifica Communitas, et homines Terrę Colleſcipionis, dięceſis Narnienſis retroactis temporibus, et præcipue de anno milleſimo quingẽteſimo trigeſimo tertio, ſub die vigeſima ſeptima Decembris, conſtruxerint Eccleſiam S. Marię Poſcargani ſitam in territorio dictę Terræ, iuxta ſua notiſſima la era Religioni Fratrum Clarenorum S. Franciſci, prout latius conſtat inſtrumento dictæ conceſſionis in Archiuio publico dictæ Terræ in libro Reformationum, & Iuſtiniani Voſti de Interamna tunc temporis Cancellarii dictæ Cõmunitatis ad cart. 42.

2 Quæ quidem Religio tenuit dictam Eccleſiam pluribus annis vſq, ad Pontificatum felicis recordationis Sanctiſſimi Domini noſtri D. Pii Papæ V. qui quidem Papa Pius voluit, & fecit dictam Religionem Clarenorum vniri eſſe, prout vniui cum Fratribus Religionis Obſeruantiæ. Itaq; dicti Fratres Obſeruantiæ ſucceſſerunt in dicta Eccleſia, & eam tenuerunt per tres annos, vel circa, cum modica tamen, & fere nulla (quod pace dictę Religionis dicatur) ſatisfactione dictæ Communitatis, non autem alia ex cauſa, niſi quia in dicta Eccleſia in tribus dictis annis nonquam extiterunt Fratres idonei ad confeſſiones audiendas, ſed vix ad minus celebrandum ſufficientes. Quapropter dicta Communitas ſæpiſſime rogauit Religionem prædictam diuerſis nuntijs, quatenus vellet in dicta Eccleſia prouidere de familia idonea, quod per literas, & nuntios minime conſequuta fuit. Demum circa menſem Maii anni proxime præteriti 1573. adueniente in loco prædicto Reuerendo F. Felice Peruſino Miniſtro dictæ Religionis in hac Prouincia, Priores ſupradictæ Communitatis vna cum R. D. Virginio Riccio, D. Theodoro Retronio, D. Petro Aloyſio Riccio, Ma-

Magiſtro Ioanne Cemino, &c. cum aliis à Communitate prędicta ad hoc electis petierunt inſtanter, & inſtantiſſime à præfato R. F. Felice Miniſtro prædicto prouiſionem idoneæ familiæ in dicta Eccleſia, qui poſt multas collocutiones magnam ſpem dedit Dominis Prioribus, & hominibus, ſe in futuro Capitulo prouiſurum iuxta deſiderium, & tenutam petitionem Communitatis prædictæ. Re autem ſic ſe habente, elapſo menſe Auguſti anni prædicti, rediit idem R. F. Miniſter in dictam Eccleſiam, & monitis Prioribus, vt illuc ſe conferrent, aut mitterent aliquos eum allocuturos. Fuerunt miſſi D. Petrus Aloyſius Riccius, Magiſter Ioannes Cuminus, Lucidus Riccius, & ex benignitate D. Felicis Moriconus de Abbatia Ferentilli Poteſtas dictæ Terræ Comitatus fuit eoſdem vna mecum Notario, & aliis pluribus, qui ſupradicti Oratores poſt deoſculationem ſacrarum manuum R. P. Miniſtri, habito ad inuicem longo ſermone, demum idem R. Miniſter ita concludenter allocutus eſt.

3 Signori miei con molto mio dolore, & diſpiacere vi dico, che nel Capitolo noſtro fatto à queſti di in S. Maria dell'Angeli con la preſenza dell'Illuſtriſſimo Cardinale d'Vrbino, & de molto Reuerendi Padri noſtri ſi è riſoluto, che queſto noſtro luogo di S. Maria Poſcargano ſi debba laſciare, ſi perche li Padri dicono non eſſerui le commodità, & clauſure ſi ricercono, come anco & per più, perche hauemo penuria di Frati, però io benche in diſpiacere, come Miniſtro, & executore delle riſolutioni fatte nel ſudetto Capitolo ve lo rilaſſo. Et hauete patienza. Quibus auditis ſupradicti homines condolentes ſibi ipſis petierunt eis conſignari bona dictæ Eccleſiæ, qui Miniſter per Fratres dictæ Eccleſiæ ibi præſentes mandauit, &c.

4 Dicta Communitas egræferens, quod in dicta Eccleſia non veneretur, nec adoretur Deus, ſtante magna deuotione populi, & neceſſitate Sacramenti confeſſionis, cum maior pars populi illuc confluat ad audienda diuina officia, vt notiſſimum eſt, eamq; Eccleſiam cum ſuis iuribus, & actionibus Communitas prædicta concedere velit Religioni Reuer. Patrum Tertii Ordinis S. Franciſci. Hinc propterea fuit, & eſt, quod per præſens publicum in-inſtrumentum cunctis pateat euidenter, & ſit notum, quod.

5 Anno à Natiuitate Domini eiuſdem milleſimo quingenteſimo ſeptua-

ſeptuageſimo quarto, indictione ſecunda, die vigeſima Februarii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Gregorii diuina prouidentia Papæ XIII. anno ſecundo in mei Notarii publici, & teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, rogatorum, & habitorum præſentia præſentes Magnifici Domini Petrus Aloyſius Riccius, D. Dominicus Saracinus, D. Quintilianus Petronius, Iacobus Pizzatus, Magiſter Rinaldus Manſuetus, & Ioannes Dominicus Tuſius homines ad hoc electi, vna cum Lucido Riccio Sanctesio dictæ Eccleſiæ promittunt de rato pro Fortunato Lutii Conſanctesio abſente facultatem habẽtes ex decreto Generalis Conſilii dictæ Terræ in die Purificationis Glorioſæ Virginis Matris Mariæ ſecunda inſtantis menſis, prout in informationibus mei Notarii, & Cancellarii latius conſtat tenoris infraſcripti, Videlicet.

Die ſecunda Februarii 1574. publico in Generali Conſilio Communitatis, & hominum Terræ Colleſcipionis more ſolito congregato ad ſonum campanæ, præcedentibus bandimentis de Ordine Dominorum Priorum, & Deputatorum, ac de commiſſione, & voluntate D. Poteſtatis in Cancellaria Communitatis loco ſolito, vt conſtat fuit propoſitum. Videlicet.

Primo cum elapſis menſibus Fratres Obſeruantiæ, ſeu Zoccolantes Ordinis S. Franciſci dereliquerint Eccleſiam noſtram S. Mariæ Poſcargani, & Communitas diu laborauerit inueniendi gratia aliquam Religionem in dicta Eccleſia collocanda, & demum fuerit habitum colloquium cum Religione Tertii Ordinis S. Franciſci cohortante ad hoc Reuer. Patre Euangeliſta de Canabia Capucino iam noſtro Concionatore, quæ Religio, & pro ea Reuer. P. Benedictus Bellotus Commiſſarius ad hoc deputatus annuere, & acceptare velle dixerit. Propterea proponitur, vtrum videatur huic publicæ concioni dictam Eccleſiam concedere dictæ Religioni Tertij Ordinis S. Franciſci, an non? Et quatenus ſic, quonam modo, & quibus conuentionibus, &c. ſuper quibus omiſſis aliis non facientibus ad rem concluſum extitit. Videlicet.

Magnificus Ioannes Cuminus inuocato diuino nomine ita conſuluit: Io ſon di parere, che non s'accetti Religione niſſuna prima, che non venghi il Predicatore, acciò ſi poſſa raggionar con eſſo, & all'hora s'elegano quattro homini, quali vadino al Veſcouo

per

per tal negotio, & il tutto ſi facci con licenza di ſua Signoria Reuerendiſſima.

9 Seruius Cephalanus dixit: Io ſon di parere, che ſi elegga queſta Religione del Terz'Ordine.

10 D. Petrus Aloyſius Riccius V. I. D. ita conſuluit, inuocato prius diuino numine dicens: Io dico, che la chieſa di S. Maria Poſcargano ſi dia alla Religione del Terz'Ordine di S. Franceſco, & per eſequirlo li Signori Priori eleggano ſei huomini, i quali inſieme con li Santeſi di S. Maria Poſcargano habbino autorità ampla per uigore del preſente conſeglio contrattare, et capitolare con detta Religione, come meglio li parerà. *Alij quattuor conſenſerunt in uoto prędicti Doctoris.*

11 Poſtque datis fabis, et lupinis more ſolito, illiuſq; reſtitutis, fuerunt reperti Lupini del ſic pro uoto D. Petri Aloyſii Riccii numero ſeptuaginta. Et fabæ pro uoto magnifici Ioannis uumero tres. Et ita uictum, obtentum, et concluſum extitit.

12 Poſtmodum reducti Domini Priores in Cancellariam ad eligendum homines pro conficiendo inſtrumento, ac capitulis cum Religione Tertii Ordinis S. Frāciſci iuxta reſolutionem Conſilii Generalis ſupradicti, ut infra, elegerunt uidelicet D. Petrum Aloyſium Riccium, D. Dominicum Saracenum, D. Quintilianum Petronium, Iacobum Pizzutum, &c.

13 Non vi, ſed ſponte, et omnibus melioribus, modo, uia iure, cauſa, et forma, quibus magis, ac melius potuerunt, ac debuerunt, uice, et nomine dictæ Communitatis, ſaluo tamen, et reſeruato gratia, uoluntate, auctoritate, poteſtate, et confirmatione Summi Pontificis, Reuer. D. Epiſcopi Narnienſis, aliorumq; ſuperiorum, ad quos ſpectat, etc.

14 Dederunt, ceſſerunt, et conceſſerunt dictam Eccleſiam S. Mariæ Poſcargani ſupradictæ Religioni Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci, et pro ea uenerabili F. Benedicto Belloto Cremonenſi Commiſſario ad hoc deputato à prædicta Religione, prout in ſua Commiſſioue in calce præſentis inſtrumenti regiſtrata latius patet præſenti, recipienti, acceptanti, et legitime ſtipulanti uice, et nomine totius Religionis, pro qua, et quatenus opus ſit de rato promiſit, etc. cum omnibus, et ſingulis ſuis iuribus, & actionibus, et honoribus, ac oneribus ibidem in poſterum, ad habendum, tenendum,

dum, utendum, gubernandum, et manutenendum in perpetuum, &c. Conſtituentes ſe poſſidere dictam Eccleſiam, ſuaq; iura, & actiones, iuxta infraſcriptorum Capitulorum formam pro dicta Religione, donec, &c. Dantes ex nunc omnimodam licentiam dicto Reuer. Patri Commiſſario tenutam, & poſſeſſionem prędictam capiendi, ſalua ſemper vt ſupra, voluntate, auctoritate, & gratia Dominorum Superiorum, ad quos, &c. Capitula autem ſunt, videlicet.

15 In primis, che li Frati, la Domenica, & il Giouedì poſſino fare la cerca del pane nella Terra predetta. Item ſe li concede di poter fare la cerca dell'oglio, & legumi ſecondo ſarà il biſogno loro. Item, che la Communita ſia tenuta darli tutto il ſale che biſognerà ogn'anno per loro neceſſità in detto loco. Item che poſſino far la cerca del moſto al tempo della vindemia, & quello conſeruare per vſo loro. Item ſi concede la cerca del grano alla raccolta, & quello debbano conſeruare; e poi venderlo con l'interuento de Santeſi, per il veſtito loro, e non baſtando il prezzo di detto grano fino alla ſomma di tre ſcudi di moneta per Frate, che ſtarà l'anno integro in detto luogo, li Santeſi ſuppliſcano delli beni della chieſa ſudetta. *Alia ibidem referuntur capitula, quæ breuitatis cauſa omittuntur.*

Et ego Petrus Pacettus de Terra Colleſcipionis prædictæ Narnienſis diœceſis publicus, &c.

LICENTIA SVPERIORIS REGVLARIS.

16 F. Bonauentura Pezficus ex Monte Elparo Sacræ Theologiæ Magiſter, Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupatorum Regularis Obſeruantiæ Prouinciæ Romanę Viſitator. Reuer. in Chriſto Fratri Benedicto Belloto de Cremona eiuſdem Ordinis, & voti.

Cum ob varia negotiorum pondera impeditus onus Prouinciæ ſolus ſufferre non poſſim, quapropter de ſua prudentia plurimum confiſus in noſtrum Commiſſarium per præſentes Te elegimus, & deputamus cum auctoritate, & poteſtate, loca, ſeu cænobia inquirendi, eaque recipiendi, atque dictæ noſtræ Religioni, & Prouinciæ, prout ſupra, incorporandi, & præcipue locum Sanctæ Marię Mag-

Digitized by Google

Magdalenæ, extra, & prope ciuitatem Interamnę; necnon cęnobium Sanctę Marię *del Peſcargano* prope, et extra Oppidum Colleſcipionis, dięceſis Narnienſis, cum facultate inſtrumentum, & alias ſcripturas conficiendi, capitulandique, & dictam Prouinciam obligandi, et Fratres, atque demum omnia exequendi, quæ nos ipſi exequi poſſemus, et poſtquam loca receperis, ibidem vnum Locumtenentem, ſeu Vicarium cum Fratribus, prout facultas aderit, collocandi, cum auctoritate, prout in noſtris Conſtitutionibus, recipiendi ſimiliter alia loca in quibuſuis ciuitatibus, terris, et locis Prouincię Vmbrię, ſeu Sancti Franciſci nomine duntaxat prędictorum Fratrum Tertij Ordinis Diui Franciſci de Pęnitentia nuncupati Regularis Obſeruantiæ Prouinciæ Romanæ, et non alias, nec aliter, etc. Item harum præſentium tenore confirmamus, ac denuo concedimus facultatem alias Tibi datam cum facultate prout in noſtris ſub datum Romæ ſub die ſecunda Septembris anni præteriti 1573. In quorum fidem, etc. Romę ex ædibus noſtris Sanctorum Coſmę, et Damiani anno Domini 1574. die vero 14. menſis Ianuarij.

Idem Frater Bonauentura Pezzeus Viſitator Prouincię, qui ſupra, manu propria.

INSTRVMENTVM XXXXVI.

IN quo Communitas Maſſę diæceſis Tudertinæ Eccleſiam S. Mariæ de Pace extra dictam Terram à ſe fabricatam donauit, & conceſſit Religioni Tertij Ordinis, eius nomine, & vice Fratris Marcheti de Crema Prouincialis, Fratris Felici Priore Sancti Antonij de Buſſeto extra dictam Terram Monaſterij eiuſdem Ordinis recipiente eiuſdem Eccleſię Sanctæ Mariæ de Pace factam conceſſionem per Communitatem.

1 In Dei nomine, Amen. Anno ab eiuſdem Natiuitate milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, indictione ſecunda, die vero vigeſima ſecunda menſis Octobris; tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, et Domini noſtri D. Sixti diuina prouidentia Papę V. anno eius quinto.

2 Cum fuerit, & ſit, quod Communitas, & homines Terrę Maſſæ Tudertinæ diæceſis habeant in eorum territorio in vocabulo *la Madonna della Pace*, Eccleſiam, & fabricam, & de communibus neceſſarijs ad fabricam prædictæ Eccleſiæ perficiendam prouiſum fuerit, & Deo dante fabricæ perfectio breui tempore videbitur pro diuinis officijs in ea celebrandis, omni conatu inuigilandum eſt, ne ſub regimine publico conſtituta negligentia in diuinis vtatur. Cum dici ſolet, quod omnes tangit ab omnibus negligitur; ſcientesq; Reuerendos Patres Tertij Ordinis S. Franciſci habitatores Monaſterij S. Antonij nuncupati *del Buſſeto* poſiti in territorio eiuſdem Terræ maximam diligentiam adhibuiſſe, & adhibere in diuinis officijs celebrandis in dicta Eccleſia S. Antonij,& in hac prædicta Eccleſia nuncupata *della Pace* ſe gerere ſimiliter ſperatur pro diuino cultus honore, animarum ſalute,& omni alia pia, & laudabili cauſa, ac omni meliori modo venerunt ad infraſcriptam ceſſionem.

3 Propterea conuocato, & coadunato Generali conſilio, præuijs bandimentis,vt moris eſt,de ordine Commiſſarij,& Priorum eiuſdem Terrę ſpecialiter ſuper ſupra, & infraſcripta facto, & celebrato, & per me Notarium publicum infraſcriptum rogatum, cuius conſilij publici tenor talis eſt.

4 In Dei nomine, Amen. Die 22. Octobris MDLXXXIX. Congregato,& adunato publico Conſilio Generali hominum,& conſiliariorum Terræ Maſſæ Tudertinæ diæceſis in aula Palatij Communis eiuſdem Terræ,in valido, & ſufficienti numero,totam,& integram Communitatem repræſentante,& more ſolito bandicto heri veſperi pro hac die in diem per Hieronymum publicum baiulum per ſolita loca, & conſueta, vt velit ordine, & expreſſo mandato Magnificorum Dominorum Commiſſarij, & Priorum eiuſdem Terræ, qui omnibus conſiliarijs in dicto conſilio exiſtentib. dederunt amplam licentiam, conſulendi, & interrogandi ſuper infraſcripta. Videlicet.

5 Perche la fabrica della Chieſa della Santiſſima Madonna della Pace poſta nel noſtro Territorio è già quaſi finita, eſſendo ridotta à bon termine, la quale per eſſer fatta per deuotione delli homini di queſta Communità, ſi deue cercare da tutti con ogni noſtro potere,che in eſſa ſi celebrino i diuini officij cō ogni frequēza

poſſi-

poſſibile per honorare il Signor Iddio con vtile dell'anime noſtre. Et perche giornalmente ſi vede, che li Reuerendi Padri di S. Antonio del Buſſeto continuamente attendono à bonificare detto Monaſterio, e ſua Chieſa al preſente da loro poſſeduta, mediante la loro vita eſſemplare in quanto al 'adietro in vn altro conſeglio publico fù riſoluto, foſſe conceduta detta Chieſa della Pace alli detti Padri, nelli quali confidati l'attenderanno à bonificarla, & officiarla, ſecondo il lor buon, e lodeuol ſolito. E forſi detto conſiglio non fù fatto con ogni ſolennità, che ſi ricercaua, però ſi propone ſe li pare di nouo concedere liberamente, & aſſolutamente detta Chieſa à detti Padri di S. Antonio, e lor ſucceſſori nel meglior modo ſarà ragioneuole, e più ſpediente, per honor di Dio, e ſalute dell'anime noſtre.

6 Quibus omnibus per me, &c. alta, & intelligibili voce ad prædictorum omnium conſiliariorum intelligentiam. D. Iorius Lurius vir vnus ex dictis Conſiliarijs ſurgens, & arringum aſcendens inuocato Domini noſtri auxilio conſuluit ſuper præmiſſis, & dixit: Che lui è di parere, ſi conceda di nouo, e per maggior cautela ſi dia perpetuamente detta Chieſa della Santiſſima Madonna della Pace alli Reuer. Padri di S. Antonio di Buſſeto con tutte le ragioni, peſi, debiti, e crediti, che hà detta fabrica facendone inſtromento autentico, incontinente qui in conſeglio publico, ſecondo richiede la ragione, acciò li Padri ſi poſſino preualere di eſſo, &c.

7 Quæ omnia, & ſingula premiſſa, vt ſupra, per D. Iorium narrata conſultata fuerunt in eodem publico, & generali Conſilio, viua voce obtenta, & victa, nemine diſcrepante, nec quomodolibet in aliquo contradicente, ſuper quibus, etc. Actum in Palatio, de quo ſupra, ibidem præſentibus D. Scipione Farneſio de ciuitate Caſtellana, et Hieronymo publico Baiulo eiuſdem Terræ, teſtib. ad prędicta, etc. *Deinde exprimuntur nomina eorum, qui interfuerunt conſilio deinde ſequitur.*

8 Maiorem, ac ſaniorem partem facientes, et totam Communitatem repręſentantes eorum ſponte, etc. dederunt, donauerunt, trãſtulerunt, ceſſerunt, ac libere conceſſerunt ſuprądictę Religioni Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci Congregationis Lombardiæ, ac pro ea, et eius nomine R. P. Hieronymo Marcheto de Crema ad præſens Vicario Prouinciali abſenti Reuer. P. F. Felici Lauello

Cremenſi ad preſens Priori Conuentus Monaſterij D. Sancti Antonii Procuratori ſuper præmiſſis per dictum P. F. Hieronymum conſtituto vna mecum Notario, præſentibus, recipientibus, acceptantibus, ac ſtipulantibus vice, & nomine totius dictæ Religionis, & Congregationis Eccleſiam prædictam S. Mariæ della Pace ſitam in territorio prædicto iuxta vias publicas à tribus, & bona eiuſdem Eccleſiæ ab alio, vel ſi quis, &c.

9 Cum omnibus, & ſingulis ſuis iuribus, actionibus, pertinentijs, adiacentibus, vſibus, vtilitatibus, honoribus, oneribus, creditis, & debitis quomodolibet ad dictam Eccleſiam ſpectantibus, & pertinentibus, præſentibus, & futuris. Nullo iure eis reſeruato ad habendum, tenendum, &c. Saluo tamen ſemper, & reſeruato beneplacito Dominorum Superiorum, &c.

Et quia ego Petrus Cecius de eadem Terra Maſſæ Notarius, &c.

INSTRVMENTVM XXXXVII.

IN quo Epiſcopus Tudertinus confert Eccleſiam S. Mariæ de Pace extra Terram Maſſę Religionis Tertij Ordinis F. Ioanni Mariæ Prouinciali Prouinciæ Vmbriæ, & F. Antonio Cecio Priori Conuentus S. Antonij de Buſſeto antiqui eorundem Fratrum cum facultate conſtruendi conuentum eidem Eccleſiæ coniungendum.

1 Angelus Cæſius Epiſcopus Tudertinus, & Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ Clericus, dilecto Nobis in Chriſto Reuerendis Patribus F. Ioanni Mariæ Vicario Prouinciali Prouinciæ Vmbriæ Religionis Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia, F. Antonio Cecio Priori, & Fratribus conuentus Monaſterij S. Antonij de Buſſeto nuncupati Terrę Maſſæ Tudertinæ diœceſis, prędicti Tertij Ordinis ſalutem, & ſinceram in Domino caritatem.

2 Paſtoralis officij cura, ad quam meritis licet imparibus in hac Tudertina ciuitate, & eius diœceſi aſſumpti ſumus ad ea Nos pręcipue inuigilare compellit, per quæ diuini cultus obſeruantia in dies augere, & Chriſtifideles ad pietatis opem exercenda diligentius accendantur.

3 Dudum ſane veſtri, & dilectorum in Chriſto Vniuerſitatis, & hominum dictæ Terrę Maſſę nominibus porrectę Nobis petitionis ſeries continebat, quod cum iam multis ab hinc annis Chriſtifidelium

lium eleemoſinis, & oblationibus inchoatum opus conſtructionis venerabilis Eccleſię ſub inuocatione S. Mariæ de Pace in territorio dicti oppidi Maſſæ pręfatæ Vniuerſitatis, & hominum diligentia ad eum ędificationis terminum deductum ſit, quod facile ſpes ſit, vt breuiſſimo temporis ſpatio ad abſolutam operis conſumationem res ſit deducenda. Cupientes ijdem Vniuerſitas, & homines in eadem Eccleſia poſtquam illius fabrica ad perfectionem redacta fuerit, quanto diligentius fieri poterit diuini cultus obſeruantia ad Dei maximi optimi laudem, & fidelium deuotionem exercitandam exerceri de vobis, ac Reuer. Patrum Prioris, & Fratrum dicti Tertii Ordinis in ſupradicto conuentu Monaſterii S. Antonii ad pręſens commorantium, & qui in poſterum ibidem pro tempore fuerint reſidentes, bonitate, exemplari vita, & diligentia plurima in Domino confiſi, atq; ex feruenti opera, & ſtudio hactenus per vos in diuinis officiis in dicta Eccleſia S. Antonii celebrandis; dictaq; Eccleſia, & Monaſterio exornandis, & ampliandis adhibitis, ſpem concipientes, quod ſimili modo in eadem Eccleſia S. Marię de Pace, ſi, & quatenus vobis Reuerendis Prouinciali, & Priori, Fratribus, & Religioni prædictæ eiuſdem Eccleſiæ S. Marię de Pace adminiſtratio, vt diligenter exercere debeatis, a Nobis humiliter ſupplicarunt, omni itidem debita cum inſtantia ſupplicare feciſtis, quatenus vobis, & Religioni veſtræ Eccleſiæ S. Mariæ de Pace adminiſtrationem concedere, & de illa gratiam facere ſpiritualem dignaremur.

4 Nos itaq; ad præfatorum dilectorum Vniuerſitatis, & hominum pietatem, & deuotionem mentis noſtræ aciem intendimus, nec non erga diuinam maieſtatem, ac proximorum caritatem ſtudio plurimam in Domino fiduciam habentes, &c. ſupplicationibus huiuſmodi inclinati.

5 Vobis Reuer. Prouinciali, ac Priori, & Fratribus, atq; Religioni Tertij Ordinis S. Franciſci præfatæ S. Mariæ de Pace tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, ac bonis quibuſcunq; mobilibus, & ſtabilibus quæſitis, vel poſthac quacunq; ex cauſa quærendis regimen, & adminiſtrationem ordinaria auctoritate decernimus, conferimus, committimus, demandamus, & impartimur.

6 Cum his tamen pactis, & conditionibus expreſſe in decreto præfatæ Communitatis appoſitis, quod in primis in dicta Eccleſia S.

Mariæ de Pace miſſas, & alia diuina officia pro temporum opportunitate, fidelium commodo, ac deuotione congruenter celebrare debeatis; necnon in dicto loco Eccleſiæ S. Mariæ de Pace, Monaſterium, ſeu Conuentum facere, conſtruere, ſe deputare valeatis in futurum. Omnes, & ſingulas elemoſinas, oblationes, & dona quæcumq; tam in modum vltimæ voluntatis, quam etiam inter viuos dictæ Eccleſiæ fidelium largitione, obuentione, & pecunia, atq; rebus mobilibus, ſolum & duntaxat ad perfectionem fabricæ dictæ Eccleſiæ, & illius ornamentis, &c.

7 Mandantes vniuerſis, & ſingulis cuiuſcumq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & dignitatis exiſtentibus tam laicis, quam clericis vbilibet in locis noſtræ iuriſdictionis conſtitutis, ac noſtræ ditioni ſubiectis, quatenus in præmiſſis, vobis, & Religioni veſtræ prædictæ in omnibus, & per omnia faueant, opitulentur, & aſſiſtãt. In quorum fidem, &c. Datum in noſtro Epiſcopali Palatio Tudertino ſub die ſexta menſis Octobris anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſecundi; indictione quinta; Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris Domini noſtri D. Clementis diuina prouidentia Papę VIII. anno eius primo.

Angelus Epiſcopus Tudertinus.

Coſmus Continen. de Ferentillo Cancellar.

INSTRVMENTVM XXXXVIII.

In quo Societas S. Crucifixi Terra S. Gemini diœceſis Narnienſis Eccleſiam S. Maria Gratiarum, ſeu Annuntiata, vel la Madonna di F. Girolamo *alias poſſeſſam ab Obſeruãtibus & poſtea ab eis derelictam, tradidit F. Sebaſtiano Oggiarinio Mantuano tunc ibi Priore recipienti nomine ſua Religionis de licentia F. Hieronymi Marcheti de Crema Viſitatoris Prouincia Vmbriæ.*

1 In Dei nomine, Amen. Anno Domini milleſimo quingenteſimo, ſeptuageſimo ſexto; indictione quarta; tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris D. noſtri D. Gregorii diuina prouidentia Papæ XIII. Pontificatus anno quinto, die vero duodecima Auguſti menſis dicti anni.

2 Capitulariter congregatis, & coadunatis Societate, & Confratribus Sanctiſſimi Crucifixi de S. Gemino Narnienſis diœceſis alias

nun-

nuncupatis S.Bernardini in loco infraſcripto de commiſſione, & mandato Magnifici V.I.D. Domini Franciſci Confecti de eadem dicta Societate, & Confratrum Prioris, & D. Placidi Tertij eiuſdem Camerarii, in quo quidem Capitulo interfuerunt, & conuenerunt infraſcripti Confratres, videlicet Magnificus D.Franciſcus Confectus Prior D. Placidus Camerarius, &c. aſſerentes, ſe eſſe maiorem partem omnium Confratrum, & ſe repręſentare totum, & vniuerſum Capitulum.

3 Quod quidem Capitulum, Societas, & Confratres prædicti, ſic, vt pręmittitur congregati vniuerſaliter circa vtilia, & commoditates dictæ Societatis, & totius Communitatis, & hominum Terrę S. Gemini vnanimiter, concorditer, & eorum propriis nominibus, nemine diſcrepante, diſſidente, aut contradicente, immo ſupradictis cōcorditer concurrentibus, & conſentientibus; intendenteſq; dictæ Societatis Confratres meliorem facere conditionem eorum eum habuerint, tenuerint, & prouiderint, mediante Sacroſanctą Eccleſia Lateranenſi, & Reuerendis eiuſdem Canonicis, Eccleſiam extra, & prope Terram S.Gemini nuncupatam S.Mariam Gratiarum, ſeu *la Nonciata*, alias dictam *la Madonna di F. Girolamo*, & per plures menſes de conſenſu dicti Capituli, & Confratrum prædictorum à Reuerendis Patribus, & Religione Obſeruantiæ detentam, & poſſeſſam, poſteaq; derelictam, & dimiſſam.

4 Et per eoſdem Confratres, & Capitulum datam ceſſam, & conceſſam Religioni Tertii Ordinis S. Franciſci de Congregatione Lombardiæ prout de pręſenti meliori modo, via, iure, cauſa, & forma, quoq; bene, magis, melius, & validius de iure potuerunt, & poſſunt, dederunt, conceſſerunt, & aſſignauerunt iure proprio, & in perpetuum, ac libere tranſtulerunt pręd. dictę Religioni, & pro ea Reuerendo Patri F. Sebaſtiano Mantuano nunc dictę Eccleſię S.Marię Gratiarum, ſeu *l'Annonciata* Priori pręſenti, aquirenti, & legitime ſtipulanti nomine, & uice totius Religionis prædictæ, & Fratrum prædictorum in Prouincia Vmbriæ commorantium, uigore auctoritatis ipſi Reuerendo P. F. Sebaſtiano datæ, conceſſæ, & attributæ à Reuer. P. F. Hieronymo Marcheto de Crema in Prouincia Vmbriæ Vicario, ſeu Viſitatore, prout de dicta auctoritate conſtat ex literis patentibus, infraſcriptis talis tenoris, uidelicet.

5 F. Hieronymus Marchetus de Crema Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci Congregationis Lombardiæ, & huius Prouinciæ Vmbriæ humilis Viſitator omnibus præſentes literas inſpecturis, & audituris ſalutem in Domino. Confidentes ampliſſime de maturitate, religione, & deuotione venerandi ſacerdotis confeſſoris, & religioſi profeſſi F. Sebaſtiani Oggianni Mantuani eiuſdem Ordinis; idcirco eundem F. Sebaſtianum creamus, conſtituimus, & deputamus in Prouincia Vmbriæ nobis commiſſa in Commiſſarium, & Vicegerentem noſtrum cum poteſtate, facultate, & auctoritate omnimoda; qua nos fruimur, & habemus ad contractandum, capitulandum cum omnibus, & ſingulis perſonis, & quouis modo ad accipiendum, & incorporandum dictæ noſtræ Congregationi Lombardiæ omnia, & ſingula loca, conuentus, & monaſteria exiſtentia in dicta Prouincia Vmbriæ; & ad porrigendum preces, & ſupplicationes coram quouis Epiſcopo pro habendo conſenſum, & eorum aſſenſum iuxta formam Concilii Tridentini. Quapropter manu noſtra prædicta ſubſcripſimus, & noſtro ſolito ſigillo muniri mandauimus. Datum in Eccleſia noſtra S. Antonii Terræ Maſſæ ſub die octaua menſis Octobris 1574. F. Hieronymus qui ſupra manu propria.

6 Supradictam Eccleſiam S. Mariæ Gratiarum; ſeu Nuntiatæ, vel S. Mariæ *di F. Girolamo*, vt ſupra poſitam, lateratam vna cum omnibus, & ſingulis ſuis bonis, mobilibus, & ſtabilibus, iuribus, & actionibus vniuerſis tam præſentibus, quam futuris vbicunq; exiſtentibus in genere, & in ſpecie ad dictam Eccleſiam quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, nullo iure, nullaq; actione ipſis Confratribus reſeruata.

7 Niſi quod in omni caſu, quo præfata Religio, & Fratres in dicta Eccleſia in futurum commorantes, dictam Eccleſiam dimitterent, vel relaxarent, quod tunc, & eo caſu, dicta Eccleſia cum omnibus ſuis bonis mobilibus, & ſtabilibus, iuribus, & actionibus prædictis ipſo facto reuertatur, & deuoluatur ad ipſam Societatem, & Capitulum prędictum abſq; vlla declaratione per Ordinarium loci fienda, ſed veniente caſu prędicto, dicta Societas, Capitulum, & Confratres prędicti poſſint, & valeant propria auctoritate capere poſſeſſionem, licentia tamen, & voluntate Sacroſanctę Lateranenſis Eccleſię ſemper ſalua, ad habendum, &c. conſtituentes, &c. donec, etc.

8

8 Et premiſſa, & ſingula partes prædictæ ad inuicem, et viciſſim, mutuis, ac ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde interuenientibus promiſerunt, & conuenerunt attendere, et inuiolabiliter obſeruare, et in illo contrafacere, dicere, vel venire aliqua ratione, vel cauſa de iure, vel de facto, etc. Pro quibus omnibus, et ſingulis ſic vt premittitur tenendis, complendis, & inuiolabiliter obligauerunt ſeſe ſuoſq; in dicta Eccleſia ſucceſſores in futurum, ac bona omnia preſentia, et futura dicti Capituli, et Religionis reſpectiue, etc.

9 Actum S. Gemini Narnienſis diecęſis in ędibus dictę Societatis, in eius Oratorio, etc. Et ego Ioannes Zuccarinus de S. Gemino Notarius, etc.

INSTRVMENTVM XXXXIX.

IN quo Capitulum Lateranenſe conceſſam Eccleſiam S. Mariæ Annuntiatæ de S. Gemino per Confratres S. Bernardini F. Sebaſtiano Oggiarino Viſitatori omnium Conuentuum Vmbriæ conceſſam confirmat, & de nouo concedit perpetuo cum renouatione Quindenÿ, & ſolutione annua vnius librę cerę.

1 Capitulum, et Canonici Sacroſanctę Lateranenſis Eccleſię dilecto Nobis in Chriſto F. Sebaſtiano Oggiarino F. Tertii Ordinis S. Franciſci Congregationis Lombardiæ, ac Prouinciæ Vmbrię, omniumq; Conuentuum dicti Ordinis S. Franciſci in dicta Prouincia exiſtentium ad præſens Viſitatori, ac aliis Patribus, et Fratribus dicti Ordinis, Congregationis, et Prouinciæ prædictorum Narnienſis diæceſis ſalutem in Domino ſempiternam, et ſinceram in eo caritatem.

2 Exhibita Nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod alias poſtquam Nos Prior, ſeu Camerario, ac Confratribus Confraternitatis S. Bernardini Terræ S. Gemini Narnienſis diæceſis, vt pro pia eorum deuotione Eccleſiam ruralem S. Mariæ Annuntiatę diſtrictus dictæ Terrę S. Gemini conſtruere, et ædificare, illiq; in diuinis laudabiliter deſeruiri facere conceſſerimus, eandemq; de conſenſu, cuius intereſt, ſub protectione noſtra perpetuo recęperimus.

3 Omnibuſq;et ſingulis priuilegijs,facultatibus,libertatibus,immunitatibus,gratijs,indulgentijs, et indultis,quibus aliç Eccleſiç ſub dicta protectione noſtra erectę exiſtentes, vtuntur, potiuntur, et gaudent; ſimiliter, et pariformiter vti, potiri, et gaudere poſſe,et valere permiſerimus.

4 Ea tamen conditione, et decreto, vt cenſum annuum vnius librę cerę Nobis ſoluere, et quinto decimo quoque anno renouationem conceſſionis huiuſmodi à Nobis petere, et obtinere perpetuo tenerentur, prout in literis tunc deſuper expeditis plenius continetur.

5 Et ſicut eadem expoſitio ſubiungebat Confraternitas prefata diuina officia in dicta Eccleſia, orationes, et ſuffragia non ſatis, vt par eſt,celebrarit,adeo,quod ipſa Eccleſia nedum in diuinis non modicum paſſa ſit detrimentum, verum etiam omnino à dicta Confraternitate pro derelictu habita ſit.Et propterea dicta Confraternitas prouide conſiderans, quod niſi in premiſſis de aliquo oportuno remedio prouideretur temporis ſucceſſu diuinus cultus in eadem Eccleſia penitus ceſſaret in non modicum animarum dictorum Confratrum detrimentum.

6 Quapropter vt melius, & ſatius eidem Eccleſiæ conſuleretur vobis F. Sebaſtiano Viſitatori, & Patribus, & Fratribus dictæ Congregationis, & Prouinciæ Vmbriæ eam dederit, ac perpetuo ceſſerit, donauerit, & elargita fuerit noſtro accedente conſenſu, & beneplacito, ea tamen conditione, vt perpetuis futuris temporib. eidem Eccleſiæ de idoneo ſacerdote religioſo prouidere, qui in diuinis laudabiliter eidem deſeruiat, eamq; pro viribus veſtris in ſuis ſtructuris reſarcire,manutenere,& reędificari facere teneamini,& debeatis, prout in publico deſuper confecto inſtrumento rogato per dilectum noſtrum Ioannem Zecchatinum Notarium publicum dictæ Terræ S. Gemini plenius contineri dicitur; Voſq; dationem,conceſſionem,donationem, & elargitionem huiuſmodi pro firmiori illarum ſubſiſtentia à Nobis confirmari,& approbari deſideratis.

7 Nos igitur,qui quarumlibet Eccleſiarum ſub noſtra protectione conſtructarum manutentionem, felicemq; ſtatum, ac vt in eis diuinus cultus in dies incrementum ſuſcipiat omni ex affectu peroptamus, & ea, quæ ad id tendunt,& pro tempore facta comperiuntur,

untur, noſtrę confirmationis munimine libenter corroborare conſueuimus, præmiſſis omnibus grato concurrentes aſſenſu vna cum Reuerendo Patre D. Lucio Saxo, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopo Ripano, ac Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini D. Marci Sittici Presbiteri miſeratione diuina tituli S. Georgij in Velabro S.R.E. Cardinalis ab Altemps nuncupati, & Eccleſiæ Lateranenſis Archipresbiteri, Vicario in eadem Eccleſia, vt moris eſt, capitulariter congregati.

8 Dictam Eccleſiam S. Mariæ Annunciatæ dictæ Congregationis Lombardiæ prædicti Tertij Ordinis S. Franciſci, iuxta Concilij Tridentini decreta, ac de conſenſu, cuius intereſt, vnimus, annectimus, & incorporamus, ac dationem, conceſſionem, donationem, & elargitionem præfatas, omniaq; & ſingula in inſtrumento prædicto contenta, & inde ſecuta, ac ſequenda quæcunq; auctoritate noſtra, qua in hac parte fungimur, perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſq; perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, eaq; omnia, & ſingula per vos, veſtroſq; ſucceſſores, & alios quoſcunq; ad quos nunc, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, perpetuo, & firmiter obſeruari debere, nec ab illis vllo vnquã tempore reſilire poſſe, ſed ad illorum omnium obſeruationem perpetuo obligatos fore, & eſſe; irritumq; & inane, ſi ſecus ſuper ſuperius ſieri contigerit, decernimus; omneſq; & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus.

9 Nihilominus pro veſtra potiori cautela Eccleſiam S. Mariæ Annunciatæ huiuſmodi Vobis Viſitatori, & Fratribus præfatæ Congregationis in præfata Prouincia Vmbriæ exiſtentibus modo, & forma præmiſſis præſentium tenore in perpetuum donamus, concedimus, & elargimur.

10 Volumus autem, vt de quintodecimo in quintum decimum annum renouationem confirmationis à Nobis petere teneamini, & cenſum perpetuum annuum vnius libre ceræ hactenus Nobis ſolui ſolitum, Vos quoq; hic Romæ ſingulis annis in manibus Camerariorum, vel Commiſſariorum alibi forſan pro tempore exiſtentium ſoluere debeatis, & ſucceſſores veſtri in feſto S. Ioannis Baptiſtæ teneantur ſub pæna caducitatis ab omnibus iuribus, per præſentes in eadem Eccleſia quomodolibet aquiſitis.

In quorum omnium, & ſingulorum fidem, robur, & teſtimonium præmiſ-

miſſorum præſentes literas manibus Camerariorum, & Secretarij Canonicorum noſtrorum ſubſcriptas, noſtriq; Capitularis ſigilli appenſione munitas faciendas curauimus. Datum Laterani ſub anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo, ſeptuageſimo octauo, die quinta menſis Iulij Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, ac Domini noſtri D. Gregorij diuina prouidentia Papę XIII. anno ſeptimo.

Iulius Monachus Canon. & Camer. Later. Iulius Vrſinus, &c. Bernardinus Portus Canonicus, & Secretar. Lateran.

INSTRVMENTVM XXXXX.

IN quo Herculus de Herculis Epiſcopus Narnienſis conceſſionem Eccleſia S. Marię Annunciata prope S. Geminum per Confratres S. Bernardini factam F. Sebaſtiano Viſitatori omnium Conuentuum Vmbria, & approbatam per Canonicos Lateran. & Apoſtolicum beneplacitum, ratam, & gratam ipſe Epiſcopus habet.

1 Herculus de Herculis Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Narnienſis, vniuerſis, & ſingulis præſentes noſtras literas inſpecturis, pariter & audituris ſalutem in Domino ſempiternam.

2 Cum ſicut ad aures, et notitiam noſtram peruenerit nuper Reuerendis Dominis Capitulo, & Canonicis Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ pro parte venerabilium, & religioſorum virorum F. Sebaſtiani Ogiarini Tertij Ordinis S. Franciſci Fratrum dicti Ordinis Congregationis Lombardiæ, & Prouincię Vmbrię, omniumque Conuentuum eiuſdem Ordinis in dicta Prouincia exiſtentium nunc Viſitatoris, ac aliorum Patruum, & Fratrum eorumdem Ordinis, Congregationis, & Prouinciæ noſtrę Narnienſis diœceſis expoſito quod alias ipſi Domini Capitulum, & Canonici Lateran. Priori, ſeu Camerario, & Confratribus Confraternitatis Sancti Bernardini Terrę Sancti Gemini eiuſdem noſtrę diœceſis Narnienſis, vt pro pia eorum deuotione Eccleſiam ruralem Sanctę Marię Annuntiatę diſtrictus dictę Terrę Sancti Gemini conſtruere, & ædificare, ibique in diuinis laudabiliter deſeruire facere poſſent, conceſſerant, dictamque Eccleſiam S. Marię Annuntiatę, de conſenſu, cuius intereſt, ſub eorum protectione perpetuo rece-

receperunt, ac illam omnibus, & ſingulis priuilegijs, facultatibus &c.

3 Ipſiq; F. Sebaſtianus Viſitator Patres, & Fratres Congregationis, & Prouincię huiuſmodi pro firmiori illorum ſubſiſtentia ab iiſdem Dominis Capitulo, & Canonicis confirmari, & approbari obtinuerint, prout in inſtrumento, &c.

4 Ipſe Frater Sebaſtianus, &c. beneplacitum Apoſtolicum ſuper prę miſſis reſpectiue, rebuſque alijs tunc expreſſis à Sanctiſſimo Domino Noſtro Domino Gregorio Papa Decimotertio obtinuit, prout in ſupplicatione, &c. ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum nono Calendas Iulij, anno ſeptimo, quarum literarum tam Apoſtolicarum, quam Capitularium, et inſtrumentorum prædictorum tenores pro expreſſis habentes in pręſentibus.

5 Nos auctoritate noſtra, & ſpontanea voluntate omnibus, et ſingulis pręmiſſis, & pręnarratis, ac alijs in omnibus, & per omnia iuxta illorum formam, & tenorem noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum nomine, ſeu nominibus omni meliori modo, quo fieri poſſumus, & debemus in omnibus, & per omnia tenore pręſentium conſenſimus, & conſenſum noſtrum pariter, & aſſenſum pręſtamus, eaque approbamus, laudamus, & approbamus, ac rata, & grata habemus, et haberi volumus, atque mandamus.

6 In quorum omnium, et ſingulorum fidem, etc. Datum Romę in Palatio Illuſtriſſimi, et Reuerendiſſimi Domini Domini Petri Donati Cardinalis de Ceſis nuncupato in Burgo Sancti Petri ſub anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octauo, indictione ſexta, die vero octauo menſis Iulij, etc.

Herulus Epiſcopus Narnienſis.

IN-

Digitized by Google

INSTRVMENTVM XXXXXI.

Liuius de Nutis Aſſiſienſis donat Fratribus domum ſuam dictam de S. Antonio de Padua, vt in ea Eccleſia, & Conuentus erigantur, recipientibus Fratribus Hieronymo Marcheto alias Generali, Magiſtro Sebaſtiano de Michelangelis de Monte Giorgio, & Cyrillo Froſcianti nomine Religionis.

1 In Dei nomine, Amen. Cunctis pateat, & euidenter ſit notum, qualiter anno Domini 1607. Indict. 5. die ſecunda Martij, tempore pontificatus, &c. Pauli V. anno eius ſecundo, factum Aſſiſij in domo Illuſtris, & admodum excellentis D. Baldaſſaris de Nutis de Aſſiſio ſita in terz. S. Ruffini iuxta bona heredum q. D. Hieronymi Vigilantis via publica à pluribus, & alia latera, &c. Præſentibus ibidem Reuer. D. Ludouico de Marianis, & D. Euandro de Florianis de Aſſiſio teſtibus habitis, &c.

2 Nobilis Liuius de Nutis de Aſſiſio bono ſpiritu ductus, & maxima affectione, & deuotione, quam ſemper habuit, & habet in ſancta Religione S. Franciſci de venerabili Congregatione Fratrum ſuorum Tertij Ordinis appellatorum de Pęnitentia nuper diſpenſatorum, vt locum habeant, & retinere poſſint in dicta ciuitate, prout in literis Illuſtr. & Reuer. D. D. Cardinalis Sauli continetur expeditis die 27. menſis Ianuarij 1607. Ad quas, etc.

3 Hinc igitur eſt, quod idem nobilis Liuius faciens omnia, et ſingula infraſcripta cum præſentia, et conſenſu illuſtris, et admodum excellentis D. Baldaſſaris, et D. Turni de Nutis eius Fratrum germanorum ibidem præſentium, conſentientium, etc. ad laudem, honorem, et gloriam Omnipotentis Dei, eiuſq; Matris Glorioſæ ſemperq; Virginis Mariæ, ac Beati Patris noſtri Franciſci, et Beati Antonij de Padua, ſub cuius vocabulo infraſcripto eius domus fuit ſemper appellata, et de præſenti appellatur, et ad augmentum huius Religionis.

4 Conſtitutus perſonaliter coram me Notario, et teſtibus prędictis, etc. Non vi, dolo, metu, fraude, nec aliquo errore iuris, vel facti ductus, ſed animo ſpontaneo, et deliberato, et alias omnibus melioribus modo, via, iure, cauſa, et forma, quatenus melius, et efficacius potuit, et poteſt et fieri, et eſſe potuit, interuenientibus quibuſcumq, ſolemnitatibus, et ſubſtantialibus tam iuris, quam facti in ſimi-

ſimilibus opportunis de iure, vel conſuetudine.

5 Fecit, et facit dictæ venerabili Religioni Tertij Ordinis S. Franciſci, & pro Reuerendisſimo Patre Hieronymo Marcheto de Crema olim Generali dictæ Religionis, admodum Reuer. P. M. Sebaſtiano Michelangelo de Monte Giorgio Firmanę diæceſis, & Reuer. Patri Cirillo de Froſciantibus à Colleſcipione prȩſentibus, & pro toto corpore dictę Religionis Tertiariorum acceptantibus, recipientibus, et ſtipulantibus, pure, mere, libere, et irreuocabiliter donationem, ceſsionem, traditionem, et dationem inter viuos, quæ amplius ex cauſa ingratitudinis, vel alia quacunq; de cauſa, et occaſione reuocari non poſſit, remittens ex nunc eidem Religioni, et pro ea dictis reuerendis Patribus, vt ſupra preſentibus omnes cauſas ingratitudinis, de quibus, et quacumq: ex eis certificatus fuit ipſe D. Liuius, iure proprio, et in perpetuum, etç. de vna eius domo dicta Sancti Antonij de Padua ſita in ciuitate Aſſiſij in terz. S. Franciſci iuxta bona Franciſci Michelangeli Cozzi vias publicas à pluribus, et alia latera, etc. cum infraſcriptis pactis, capitulis, et obligationibus manu propria dictorum contrahentium ſubſcriptis, et in protocollo latis videlicet.

6 Liuio Nuti d'Aſſiſi dà, & dona irreuocabilmente alli reueren di Padri del Terz'Ordine di S. Franceſco detti di Penitenza regolari Oſſeruanti vna ſua caſa poſta in detta Città nel Terz'di S. Franceſco detto ab antiquo Monaſterio di S. Antonio da Padua appreſſo la caſa di Franceſco del Cozzo, la ſtrada publica auanti, & di ſotto, & altri latti con l'infraſcritti patti, e conditioni.

7 In prima, che in quel luoco ſi celebri perpetuamente vna meſſa ſolenne il giorno della ſua morte frà l'ottaua precedente, ò ſubſequente da detti Padri.

8 Item, che perpetuamente ſi celebri ogni giorno vna meſſa per ſalute dell'anima ſua, e del Sig. Baldiſſare, e M. Turno ſuoi fratelli carnali, e maeſtro Giuſeppe figliolo del Capitanio Giano ſuo fratello già defonto, & de loro diſcendenti in infinito, e ſimilmente per la ſalute di ſuo padre, e madre, & di m. Giouanmaria ſuo Zio, e benefattore, & delli altri della ſua caſata paſſati, & d'auenire, e così dichiara detto ſuffragio di detta meſſa s'habbia per applicato

9 Item, che detti Padri tutti, ò in parte debbano pigliar il perdono della Portiuncula alla Chieſa di S. Maria dell' Angeli il giorno

d'eſſa Indulgenza per l'anima ſua, & delli altri ſopradetti, e tutti quelli, con i quali eſſo, & detti ſuoi haueſſero, ò poteſsero hauer qualche obligo.

10 Item, che detti Padri piglino il giubileo mandato dal ſommo Pontefice ò per ordine ſuo in eterno, & per l'anima di detto m. Liuio, et per detti ſuoi, come di ſopra.

11 Item, che detti Padri habbiano il poſseſso della chieſa, et dell'entrata auanti la chieſa à beneplacito loro per poter comminciare à celebrare; e paſsati tre anni habbiano il poſseſso intieramente di tutta la caſa. Et ſe per caſo detti Padri laſciaſsero frà vn'anno proſſimo di cominciare à celebrare doi meſe la ſettimana in detta chieſa detta caſa, s'intenda ritornata, e deuoluta à detto m. Liuio, e ſuoi heredi, ò altri, che saranno ordinati da detto m. Liuio con tutti i ſuoi megliooramenti ſenza refacimento di ſpeſa alcuna. Et ſimilmente in euento, che detti Padri laſciaſsero per alcun tempo mai d'habitare, ò officiare in detto luoco, condecentemente, s'intenda detta donatione reuocata, e deuoluta con tutti i miglioramenti come di ſopra.

12 Item, che detti Padri debbano ratificare le coſe ſopradette legitimamente per tutto il meſe d'Agoſto proſſimo del preſente anno 1607.

13 Item, occorrẽdo, che detti Padri edificaſsero noua chieſa in queſta caſa, ò lì vicino s'intenda queſto edificio incorporato in queſta caſa, & i detti oblighi facendoſi in quella chieſa noua s'intendano eſser ſodisfatti, & applicati come di ſopra, reſtando ſempre il medeſimo titolo di S. Antonio da Padoa.

14 Ego F. Hieronymus à Crema confirmo.

Ego F. Sebaſtianus Michelangelus à *Monte* Georgio confirmo.

Ego F. Cirillus confirmo.

Io Liuio Nuti confermo quanto di ſopra, et approuo quanto di ſop.

Io Turno fui preſente, mi contento quanto di ſopra.

Io Baldaſsare Nuto fui preſente, mi contento quanto di ſopra.

15 Ad habendum, etc. cum omnib. et ſingulis ſuis iurib. actionibus, vſibus, ſeruitutib. etc. transferendo, etc. ponendo, etc. conſtituẽdo eoſdem procuratores, vt ſupra, præſentes, et in rem propriam, etc. dans eiſdem ex nunc licentiam acceptandi poſseſſionem eorum propria auctoritate, etc. et ita interim ſe illam pro dicta Religione

tenere,

tenere, & poſſidere conſtituit donec, &c. promittens illam nemini alteri me obligatam, &c. & in præſentem donationem facere conſentire quandam perſonam adiacentem, &c. Et ſuper ea litem non mouere, nec mouendi conſentire, &c.

16 Quæ omnia, & ſingula dicti contrahentes modo, & forma prædictis ad inuicem, & viciſſim perpetuo promiſerunt habere grata, & firma, & ea attendere, & inuiolabiliter obſeruare, & contra non facere, vel venire per ſe, nec alium, ſeu alios ſub pæna dupli, &c. quæ pæna, &c. Et pro quib. omnibus obſeruandis obligauerunt ſe principaliter ad inuicem, & viciſſim.

17 Et dictus D. Liuius obligauit ſe, & omnia ſua bona mobilia, ſtabilia præſentia, & futura, ac heredes, & ſucceſſores, &c. Et dicti Reuer. Patres omnia bona dictæ eorum Religionis, & in ampliſſima forma Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, cum ſummiſſionibus, & renuntiationibus, & alijs clauſulis ſolitis, & conſuetis latiſſime iuxta formam dictæ Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ extendendam, &c. dantes licentiam extendendi.

18 Iurantes, quo ad ſupradictos Reuer. Patres in pectore more ſacerdotal., & tactis ſcripturis quo ad dictum D. Liuium ad delationem mei Notarij, &c.

Et ego Marcus Antonius Brodius de Aſſiſio publicus, &c.

INSTRVMENTVM XXXXXII.

Vicarius Generalis Aſſiſij viſis omnibus requiſitis ad erigendum Conuentum intra Aſſiſium in domo D. Liuij Nuti concedit licentiam F. Sebaſtiano de Michelangelis de Montegiorgio, vt illum erigere poſſit cum certis conditionibus in eadem domo.

1 In nomine Domini, Amen. Cunctis pateat euidenter, & ſit notum, qualiter anno Domini 1607. Indict. 5. tempore Pontificatus, &c. Pauli V. die vero ſecunda menſis Aprilis.

2 Comparuit coram illuſtri, & admodum Reuer. & Excell. D. Poſſente de Poſſentibus de Fabriano V.I.D. perilluſt. & Reuerendiſſ. D. Epiſcopi Aſſiſienſis in ſpiritualib. & temporalib. Vicario Generali, admodum Reu. Magiſter Sebaſtianus Michelangelus Frater Tertij Ordinis S. Franciſci nominib. quib. ſupra in actis, et repetijt, et reproduxit omnia, et ſingula acta, ſcripturas, literas Sacræ Con-

gregationis Regularium inſtrumentum conceſſionis ſibi dictis nominibus factum per D. Liuium de Nutis pro executione conuentus in ciuitate Aſſiſij iuxta petitionem, & literas prepetitas ſub rogitu D. *Marci* Antonij Brodij Notarij publici Aſſiſienſis, & omnia alia in preſenti cauſa facta, geſta, producta, et deducta in parte, et partib. pro dicta Congregatione facientia, et non alias, aliter, nec alio modo, et petijt illarum vigore, non obſtantib. quibuſcunq; ſibi concedi, et confirmari locum per dictum D. Liuium conceſſum, cum conditionib. de quib. in dictis literis, et pro illarũ executione ſibi licentiam concedi prædictum locum ſibi aſſignatũ prendere, et alia exequi, et fieri, prout in dictis literis continetur, cum omnib. et ſingulis deſuper neceſſarijs, et opportunis, et pronuntiari dictum locum ſibi per dictum D. Liuiũ conceſſũ habere commoditatem habitationis per duodecim Fratres, atque ibidem poſſunt ſuſtentari iuxta tenorem dictarum literarum omni modo meliori, etc.

3 Qui illuſtris, et admodum R. et Excellens D. Vicarius ſedens, etc. Et viſis pluribus inſtantijs factis per ſupradictum Patrem M. Sebaſtianum nomine aliorum Fratrum Tertiariorum de Pænitentia, ac viſis pluribus literis diuerſis temporibus per S. Congr. ſcriptis Reuer. D. Epiſcopo pro erigendo Monaſterio ad fauorem dictorum Fratrum in ea, & ſuburbijs exiſtentium, non obſtante contradictione Fratrum Conuentualium S. Franciſci, cui per S. Cong. prædictum derogatum fuit, prout in literis ſub Datum Romæ die 27. Ianuarij 1607. de quibus in proceſſu, ac viſu loco, vbi Fratres intendunt erigere Monaſterium prædictum tamquam commodum pro duodecim Fratribus; ac omnibus alijs viſis videndis, & conſideratis conſiderandis.

4 Dixit, & decreuit eiſdem Fratribus licere erigere Monaſterium in dicto loco ad laudem Dei, et D. Franciſci, ac animarum dictæ ciuitatis ſalutem, prout per præſens decretum vigore dictarum literarum eiſdem licentiam impartitus eſt, non ſolum modo prædicto, ſed omni alio meliori, &c.

5 Hac tamen conditione appoſita, quod tempore habitationis non poſſint, nec valeant vllo modo ingredi in viridarium in dicto loco exiſtentes, immo hoſtium ſtatim claudere cum macerijs ſuis ad plenum, cum in eo reſpondeant feneſtræ, per quas [illegible] alloqui,

alloqui, et alia facere contra bonos mores, et indecentiam Fratrum. At etiam, quod ipſi teneantur facere vulgariter dictæ *le Butte di legno* omnibus feneſtris reſpondentes verſus D. Vignatum, et alios vicinos omni modo. Ita eſt D. Vicarius Generalis.

Et quia ego Franciſcus Criſpianus Notarius publicus Aſſiſienſis, et Cancellarius ad præſens, etc.

INSTRVMENTVM XXXXXIV.

ANtonius de Sillis Generalis cum ſuis Definitoribus hic nominatis acceptat donationem factam à Liuio Nutis de domo ſua, in qua fundandus eſt Conuentus.

1 In nomine Domini, Amen. Per hoc publicum inſtrumentum cunctis vbiq; pateat euidenter, & ſit notum, quod anno à Natiuitate D.N. 1607. Indict. 5. die vero 4. Iunij, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.D. Pauli diuina prouidentia *Papæ* V. anno eius III. In mei Notarij publici inſtrumentorum, teſtium perſonaliter conſtitutus Reuerendiſſimus Pater.

2 Magiſter Antonius de Sillis Bergomenſis Generalis Tertij Ordinis S. Franciſci, & Reuer. P. Magiſter Ioannes Antonius Brandius de Salemi; Reuer. *P.* Magiſter Felix Paganus de Mediolano; Reuer. P. Magiſter Ambroſius Iugus de Panormo; & Reuer. P. F. Bartolomæus Bompane Neapolitanus, quatuor Definitores Generales dicti Tertij Ordinis S. Franciſci ad hunc actum infraſcriptum ſpecialiter congregati, & totum dictum Tertium Ordinem repreſentantes, informati, & ad plenum certiorati de inſtrumento donationis factæ per Illuſtrem D. Liuium de Nutis nobilem Aſſiſienſem Fratribus dicti Tertij Ordinis S. Franciſci, & pro eis Reuer. Patre Hieronymo de Marchetis à Crema olim Generali, Reuer. Patre Magiſtro Sebaſtiano de Michelangelis, & Reuer. *P.* F. Cyrillo Froſcianti de Colleſcipione, præſentibus, & acceptantibus, cuiuſdam domus olim Monaſterij S. Antonii de Padua nuncupatæ ſitæ intus ciuitatem Aſſiſij in terrio Sancti Franciſci prope domum D. Franciſci de Cozzii ante, & ſubtus viam publicam, et alia latera, vt conſtat ex inſtrumento deſuper confecto, & rogato per D. Marcum Antonium Brodium Notarium publicum Aſſiſienſem ſub die ſecunda Martii proxime præteriti, etc.

Digitized by Google

Volentes Reuer. Pater Generalis, et admodum RR.PP. Definitores Generales dictum inſtrumentum ratificare, et præmiſſa per eoſdem Reuer. Hieronymum, Sebaſtianum, et Cyrillum adimplere. Hinc eſt, quod in mei Notarii præſentialiter conſtituti, et congregati, vt ſupra, Reuer. Magiſter Antonius Generalis, M. Ioannes Antonius, M. Felix, M. Ambroſius, et P. Bartolomeus quatuor Definitores Generales totius Religionis Tertii Ordinis S. Franciſci, et totum Ordinem repræſentantes, qui ſponte omnes ſupradictum inſtrumentum donationis dictæ eorum Religioni Tertij Ordinis factæ per dictum Illuſtrem D. Liuium de Nutls acceptarunt, ratificarunt, approbarunt, et emologarunt cum omnib. pactis capitulis, conuentionibus, obligationibus, grauaminibus, et aliis in dicto inſtrumento appoſitis, quæ rata, grata, valida, et firma habere voluerunt, et volunt, contraq; non facere, dicere, opponere, vel venire quouis pretextu, quæſito colore, cauſa, vel ingenio promiſerunt, et omnia in dicto inſtrumento donationis appoſita, et per dictos Reuer. Hieronymum, Sebaſtianum, et Cyrillum contracta nomine dictæ Religionis, et promiſſa, illaq; omnia attendere, et inuiolabiliter obſeruare promiſerunt, etc. ad omnia damna, etc. pro quibus, etc. ſeipſos, etc. ac totam Religionem dicti Tertii Ordinis S. Franciſci, eorumq; ſucceſſores, & bona in ampliſſima forma Cameræ Apoſtolicæ, etc. cum ſolitis clauſulis, etc. Sicq; tacto pectore more ſacerdotali iurauerunt, ſuper quib. etc.

Actum Romæ in conuentu SS. Coſmæ, et Damiani, præſentibus ibidem, etc.

Ego Petrus Antonius Catalonus Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius, etc.

Ego Petrus Paulus Creſcentinus Cameræ Apoſtolicę Auditor fidem facimus, et atteſtamur ſupradictum D. Petrum Antonium Catalonum de prędictis rogatum fuiſſe, et eſſe publicum legalem autenticum, et Curię noſtrę fide dignum Notarium, etc.

Nota, quod multo tempore ante, nimirum, anno 1448. habebant noſtri alium conuentum in ciuitate Aſſiſij, vt conſtat ex inſtrumento ſuperius extento ſub num. 14. Supradictorum trium inſtrumentorum copiam ex Archiuio dicti conuentus Aſſiſij tranſmiſſam mihi hic extendi.

IN-

INSTRVMENTVM XXXXXV.

IN quo Canonic. Lateran. Eccleſiam S. Magni, Caſtri Mattarellę derelictam à Minoribus, & à Capucinis recuſatam, tradiderunt Prouincialis Tertij Ordinis S. Franciſci, cum pacto legendi publice bis in menſe caſus conſcientię & alijs.

1 Capitulum, & Canonici Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ in Spiritualibus Domini, & Collatores Ordinarij omnium Eccleſiarum, Canonicatuum, Capellarum, & aliorum beneficiorum cum cura, & ſine cura in quibuſuis Villis, Terris, & Caſtris, Abbatiæ S. Petri de Ferentillo Ordinis S. Benedicti nullius, ſeu Spoletanæ diœceſis, ac in territorio, diſtrictu, & ambitu dictæ Abbatiæ conſiſtentium ad Sacroſanctam Lateranenſem Eccleſiam, & Nos ex Summorum Pontificum Romanorum conceſſione, & largitione ſpectantium, & pertinentium, dilectis Nobis in Chriſto Prouinciali, & Vicario Tertij Ordinis S. Franciſci ſalutem in Domino, & ſinceram in eo caritatem.

2 Cum alias, & ſub die quintodecimo Maij milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo, ſeu alio veriori tempore fuerit per Nos, ſeu per prædeceſſores noſtros conceſſa licentia, & facultas Vniuerſitati, & hominibus Caſtri Mattarellæ præfatæ Abbatiæ Ferentilli conſtruendi, & erigendi Monaſterium, ſeu Conuentum in quadam Eccleſia ſub inuocatione S. Magni ſita in territorio dicti Caſtri, quæ eſt membrum Collegiatæ Eccleſiæ Plebaniæ nuncupatæ S. Mariæ eiuſdem Caſtri Mattarellæ, & in eodem Monaſterio recipiendi, & retinendi Fratres Minores Ordinis S. Franciſci ſub expreſſa conditione, quod diſcedentibus dictis Fratribus à prædicto Monaſterio, dicta Eccleſia S. Magni cum omnibus fabricis, & ædificijs in ea, & prope illam factis cederent dictæ Collegiatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, & alias, vt in noſtris inde confectis, & expeditis literis plenius continetur.

3 Cumq; Fratres Minores prędicti de anno 1627. vel paulo ante à dicto Monaſterio diſceſſerint, & propterea dictum Monaſterium Religioni Capucinorum conceſſerimus, vt in literis deſuper confectis die octaua Maij 1627. conſtat; dictaq; Religio, & illius Fratres præfatam conceſſionem acceptare recuſauerint.

4 Nos autem cupientes, vt diuinus cultus in dicta Abbatia, & præſertim in Eccleſia pręfata S. Magni, non ſolum conſeruetur, ſed etiam augeatur, ac ſupplicationibus veſtris Nobis deſuper porrectis annuentes. Ideo Monaſterium prædictum, ac exercitium diuinorum officiorum in dicta Eccleſia S. Magni, vt infra dicetur vobis concedere volentes capitulariter congregati in dicta Lateranenſi Eccleſia more ſolito, inhęrentes inſtrumento conceſſionis huiuſmodi celebrato inter Reuerendiſſimum D. Iulium Zampolorium noſtrum Canonicum, & Procuratorem veſtrum Generalem per acta Valentini Curiæ Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Vrbis Vicarij ſub die vigeſima præſentis menſis Septembris auctoritate ordinaria, ac vigore indultorum, & priuilegiorum Nobis à Sede Apoſtolica conceſſorum, & omni alio, quo poſſumus, meliori modo, ac iure.

5 Vobis, vt pro tempore deputando Prouinciali, & Vicario, vt in eodem Monaſterio permanere, & Fratres veſtræ Religionis retinere, & in dicta Eccleſia S. Magni diuina officia exercere, prout hactenus dicti Fratres Minores S. Franciſci facere conſueuerunt, perpetuo valeatis, & ipſi Fratres veſtri valeant, tenore pręſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur, ſub infraſcriptis tamen reſeruationib. & conditionibus, & non alias, &c.

6 Videlicet, quod vnus ex veſtris Patribus aptus, & idoneus teneatur in perpetuum ſaltem bis in menſe in diebus ad hoc aſſignandis, & deſtinandis legere publice caſus conſcientiæ in Eccleſia S. Mariæ de Mattarella omnibus Presbiteris, clericis, & alijs interuenire volentibus.

7 Item, quod Canonicis, & Plebano præfatæ Eccleſiæ liceat ſingulo anno in perpetuum die præcedenti feſto S. Magni vna, & cum Societate Confalonis accedere ad dictam Eccleſiam S. Magni proceſſionaliter, & iuxta ſolitum deferre Reliquias præfati Sancti, ac in eadem Eccleſia Veſperas decantare, & in die feſto eiuſdem Sancti decantare Miſſam cum offertorio, & recipere pro ſe oblationes dandas in offertorio, prout hactenus fecere.

8 Necnon in ſignum dominij, & ſuperioritatis noſtræ in dicto Monaſterio, & Eccleſia perpetuo teneamini, & ſucceſſores veſtri teneantur tradere noſtro Camerario quolibet anno in Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ libras duas cerę albæ.

9

Digitized by Google

9 Quod in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum defeceritis ab omni iure, quod per præſentes vobis aquiritur illico cadatis, dictumq; Monaſterium, & Eccleſiam cum omnibus ſuis iuribus, & melioramentis in eis factis ad Nos libere deuoluantur. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, &c.

10 Datum Romæ in loco ſolito Capitulari præfatæ noſtræ Lateranenſis Eccleſiæ anno D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo, die vero vigeſima menſis Septembris, &c.

Ioſephus Carbonus Canon. & Camer. Ioannes Maria Roſciolus, &c. Aſdrubal Capranica Can. & Secret.

INSTRVMENTVM XXXXXXVI.

IN quo Magiſter F. Andreas Francia immittitur in poſſeſſionem, & tenutam Conuentus, & Eccleſiæ S. Magni ſub die 27. Nouembris 1628.

1 In nomine Domini, Amen. Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, milleſimo ſexcenteſimo octauo, indictione vndecima, die vero vigeſima ſeptima menſis Nouembris. Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Vrbani *Papæ* VIII. anno eius ſexto.

2 Pro venerabili Religione, & Reuerendis Patribus Tertij Ordinis S. Franciſci ad præſens de familia conuentus S. Magni territorij Ferentilli, coram perilluſtri R. P. D. Ioanne Baptiſta Appolonio Romano V. I. D. pro Sacroſancto Lateranenſi Capitulo Ducatus Ferentilli Vicario Generali, & me Notario infraſcripto, &c.

3 Comparuit admodum Reuerendus Pater Frater Magiſter Andreas Francia digniſſimus Prouincialis prædictæ Religionis eidem perilluſtri D. Vicario Generali facto præſentauit Bullas, ſeu literas conceſſionis conuentus S. Magni à prædicto Capitulo factæ, &c. Quas quidem literas dictus P. Prouincialis petijt recipi, & admitti, & regiſtrari, atq; earum vigore, nomine ipſius Religionis admitti, & aſſociari in realem, & actualem poſſeſſionem conuentus S. Magni prędicti, illiuſque iurium, & pertinentiarum, & de fructibus, & redditibus conuentus prædicti Fratribus in prædicto conuentu aſſiſtentibus, ac in futurum aſſiſtendis reſponderi tamquam dominis illorum, offerens ſe idem R. P. comparens no-

mine Religionis prędictę facere,& adimplere omnia in literis prędictis pręmiſſa,& contenta, non ſolum modo prędicto, ſed etiam omni alio meliori modo,&c.

4 Qui perilluſtris R.D. Vicarius Generalis ſedens prędictas Bullas, ſeu literas,reuerentia, cum qua decet, recepit, aperuit, & legit, illaſq;admiſit, & in vim illarum vna mecum Notario infraſcripto, & teſtibus infraſcriptis acceſſit,& ſe contulit ad conuentum,& Eccleſiam S.Magni, in qua quidem Eccleſia.

5 Prędictum admodum R.P. Andream Franciam Prouincialem dictę Religionis in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem prædicti conuentus potuit, & immiſit, qui P. Prouincialis in ſignum veræ, & actualis poſſeſſionis genibus flexis cum cotta, & ſtola ante Altare Maius orauit, illud oſculauit, per Eccleſiam ambulauit,aquam benedictam expoſuit,campanam pulſauit,aliaque fecit veram, & realem poſſeſſionem prędictam indicantia; proteſtans quod per ſuum inde diſceſſum non intendit poſſeſſionem prędictam dimittere, ſed eam animo, & corpore retinere, non ſolum prędicto,ſed omni alio meliori modo, &c. Super quibus, &c. Actum in Eccleſia S. Magni prædicti pręſentibus ibidem Franciſco Antonio Pieragustino de S. Maximiliano, & Pompeo Benedicti de Gabbio teſtibus,&c.

Lelius Mazzettus Notar.

INSTRVMENTVM XXXXXVII.

IN quo Coſmus, & Damianus fratres carnales q. Auguſtini Pariani donant M. Fratri Gregorio de Albertis tunc Generali ſtadia 154 diuerſorum petiorum terræ, vt poſt eorum mortem ſua Religioni fabricet Hoſpitium in Terra Trebij poſt quinquennium à die mortis vtriuſque cum alijs pactis.

1 Admodum R.D.Coſimus,& D.Damianus inter ſe fratres germani q. Auguſtini Pariani filij de Terra Trebij Spoletanæ dięceſis Sancti Spiritus inſpiratione ducti, & pro eorum, & antenatorum animę ſalute, perſonaliter conſtituti coram me Notario, et teſtibus,eorum ſponte, et meliori modo, &c. cum infraſcriptis conditionibus,obligationibus,& reſeruationibus,et non alias,nec aliter &c. pleno iure, donationis titulo irreuocabilis inter viuos dederunt,

runt, ceſſerunt, et donauerunt, etc. venerabili Religioni Tertij Ordinis S. Franciſci Regularis Obſeruantię, et pro ea Reuerendiſſimo P. Magiſtro Gregorio Alberti de Maſſa eiuſdem Religionis pręſenti, acceptanti, etc. infraſcripta bona ſtabilia videlicet. *Hic numerantur petia terrę, quæ ſunt ſtaditorum 154.*

2 Quorum bonorum integraliter reſeruarunt, et reſeruant liberum vſum fructuum, donec naturaliter vixerint, ſeu aliquis eorum vixerit, ita et taliter, quod dictum vſum fructum vno ipſorum donatorum moriente, alter habeat, et habere debeat.

3 Cum pacto tamen, et conditione, quod antedicta Religio, et pro ea D. Reuerendiſſimus Generalis, eiuſq; ſucceſſores, et officiales teneantur in ſupradicta domo erigere, conſtituere, et ædificare Hoſpitium pro eadem Religione cum Eccleſia ſub titulo, et inuocatione SS. Coſmę, et Damiani, in quo Hoſpitio ad minus maneant duo Fratres eiuſdem Religionis, vnus Sacerdos, et alter Laicus infra terminum quinque annorum poſt mortem amborum donatorum incontinenti incipiendo, et vt ſequitur, finiendo.

4 Prout pręmiſſa omnia pręfatus Reuerendiſſimus Generalis pro ſe, et ſucceſſoribus ſuis nomine dictę Religionis ſeruare punctualiter, et adimplere, et complere promittit, et non petere à Sanctiſſimo D.N. Papa aliquod indultum, ſeu Breue de non adimplendo dictam eorum voluntatem, per viam permutationis, alienationis, et donationis dictorum bonorum, ſeu alio quouis modo, et in caſu deficienti, et ſub quouis prætextu pręmiſſa omnia vno pacto non adimplerentur, etc.

5 In tali caſu dicti domini donatores vnanimiter declararunt, et voluerunt, quod antedicta bona libere eodem titulo donationis vna cum omnibus fructibus, et melioramentis, et ſine vlla illorum refactione integraliter reuertantur, et reuerti debeant ad conuentum S. Dominici exiſtentem in Terra Trebij, prout ipſi conuentui, eiuſq; Fratribus abſentibus, et pro eis mihi Notario infraſcripto ceſſerunt, et donauerunt omni exceptione remota, etc.

6 Declarantes vniuerſaliter antedicti domini Coſmus, et Damianus, quod in alijs eorum bonis tam mobilibus, quam ſtabilibus vno moriente ab inteſtato, et abſque vlla diſpoſitione, alter ſuccedere debeat, quibus pariter morientibus ab inteſtato, et abſque

vlla

d'eſſa Indulgenza per l'anima ſua, & delli altri ſopradetti, e tutti quelli, con i quali eſſo, & detti ſuoi haueſſero, ò poteſsero hauer qualche obligo.

10 Item, che detti Padri piglino il giubileo mandato dal ſommo Pontefice ò per ordine ſuo in eterno, & per l'anima di detto m. Liuio, et per detti ſuoi, come di ſopra.

11 Item, che detti Padri habbiano il poſseſso della chieſa, et dell'entrata auanti la chieſa à beneplacito loro per poter cominciare à celebrare; e paſsati tre anni habbiano il poſseſso intieramente di tutta la caſa. Et ſe per caſo detti Padri laſciaſsero frà vn'anno proſſimo di cominciare à celebrare doi meſse la ſettimana in detta chieſa detta caſa, s'intenda ritornata, e deuoluta à detto m. Liuio, e ſuoi heredi, ò altri, che ſaranno ordinati da detto m. Liuio con tutti i ſuoi megliorarmenti ſenza refacimento di ſpeſa alcuna. Et ſimilmente in euento, che detti Padri laſciaſsero per alcun tempo mai d'habitare, ò officiare in detto luoco, condecentemente, s'intenda detta donatione reuocata, e deuoluta con tutti i megliorameuti come di ſopra.

12 Item, che detti Padri debbano ratificare le coſe ſopradette legitimamente per tutto il meſe d'Agoſto proſſimo del preſente anno 1607.

13 Item, occorrẽdo, che detti Padri edificaſsero noua chieſa in queſta caſa, ò lì vicino s'intenda queſto edificio incorporato in queſta caſa, & i detti oblighi facẽdoſi in quella chieſa noua s'intendano eſser ſodisfatti, & applicati come di ſopra, reſtando ſempre il medeſimo titolo di S. Antonio da Padoa.

14 Ego F. Hieronymus à Crema confirmo.

Ego F. Sebaſtianus Michelangelus à Monte Georgio confirmo.

Ego F. Cirillus confirmo.

Io Liuio Nuti confermo quanto di ſopra, et approuo quanto di ſop.

Io Turno fui preſente, mi contento quanto di ſopra.

Io Baldaſsare Nuto fui preſente, mi contento quanto di ſopra.

15 Ad habendum, etc. cum omnib. et ſingulis ſuis iurib. actionibus, vſibus, ſeruiturib. etc. transferendo, etc. ponendo, etc. conſtituẽdo eoſdem procuratores, vt ſupra, præſentes, et in rem propriam, etc. dans eiſdem ex nunc licentiam acceptandi poſseſſionem eorum propria auctoritate, etc. et ita interim ſe illam pro dicta Religione

tenere,

tenere, & poſſidere conſtituit donec, &c. promittens illam nemini alteri me obligatam, &c. & in præſentem donationem facere conſentire quandam perſonam adiacentem, &c. Et ſuper ea litem non mouere, nec mouendi conſentire, &c.

16 Quæ omnia, & ſingula dicti contrahentes modo, & forma prædictis ad inuicem, & viciſſim perpetuo promiſerunt habere grata, & firma, & ea attendere, & inuiolabiliter obſeruare, & contra non facere, vel venire per ſe, nec alium, ſeu alios ſub pæna dupli, &c. quæ pæna, &c. Et pro quib. omnibus obſeruandis obligauerunt ſe principaliter ad inuicem, & viciſſim.

17 Et dictus D. Liuius obligauit ſe, & omnia ſua bona mobilia, ſtabilia præſentia, & futura, ac heredes, & ſucceſſores, &c. Et dicti Reuer. Patres omnia bona dictæ eorum Religionis, & in ampliſſima forma Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, cum ſummiſſionibus, & renuntiationibus, & alijs clauſulis ſolitis, & conſuetis latiſſime iuxta formam dictæ Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ extendendam, &c. dantes licentiam extendendi.

18 Iurantes, quo ad ſupradictos Reuer. Patres in pectore more ſacerdotal., & tactis ſcripturis quo ad dictum D. Liuium ad delationem mei Notarij, &c.

Et ego Marcus Antonius Brodius de Aſſiſio publicus, &c.

INSTRVMENTVM XXXXXII.

Vicarius Generalis Aſſiſij viſis omnibus requiſitis ad erigendum Conuentum intra Aſſiſium in domo D. Liuij Nuti concedit licentiam F. Sebaſtiano de Michelangelis de Montegiorgio, vt illum erigere poſſit cum certis conditionibus in eadem domo.

1 In nomine Domini, Amen. Cunctis pateat euidenter, & ſit notum, qualiter anno Domini 1607. Indict. 5. tempore Pontificatus, &c. Pauli V. die vero ſecunda menſis Aprilis.

2 Comparuit coram illuſtri, & admodum Reuer. & Excell. D. Poſſente de Poſſentibus de Fabriano V.I.D. perilluſt. & Reuerendiſs. D. Epiſcopi Aſſiſienſis in ſpiritualib. & temporalib. Vicario Generali, admodum Reu. Magiſter Sebaſtianus Michelangelus Frater Tertij Ordinis S. Franciſci nominib. quib. ſupra in actis, et repetijt, et reproduxit omnia, et ſingula acta, ſcripturas, literas Sacræ Con-

gregationis Regularium inſtrumentum conceſſionis ſibi dictis nominibus factum per D. Liuium de Nutis pro executione conuentus in ciuitate Aſſiſij iuxta petitionem, & literas prepetitas ſub rogitu D. *M*arci Antonij Brodij Notarij publici Aſſiſienſis, & omnia alia in preſenti cauſa facta, geſta, producta, et deducta in parte, et partib. pro dicta Congregatione facientia, et non alias, aliter, nec alio modo, et petijt illarum vigore, non obſtantib. quibuſcunq; ſibi concedi, et confirmari locum per dictum D. Liuium conceſſum, cum conditionib. de quib. in dictis literis, et pro illarũ executione ſibi licentiam concedi prædictum locum ſibi aſſignatũ prendere, et alia exequi, et fieri, prout in dictis literis continetur, cum omnib. et ſingulis deſuper neceſſarijs, et opportunis, et pronuntiari dictum locum ſibi per dictum D. Liuiũ conceſſũ habere commoditatem habitationis per duodecim Fratres, atque ibidem poſſunt ſuſtentari iuxta tenorem dictarum literarum omni modo meliori, etc.

3 Qui illuſtris, et admodum R. et Excellens D. Vicarius ſedens, etc. Et viſis pluribus inſtantijs factis per ſupradictum Patrem *M*. Sebaſtianum nomine aliorum Fratrum Tertiariorum de Pænitentia, ac viſis pluribus literis diuerſis temporibus per S. Congr. ſcriptis Reuer. D. Epiſcopo pro erigendo Monaſterio ad fauorem dictorum Fratrum in ea, & ſuburbijs exiſtentium, non obſtante contradictione Fratrum Conuentualium S. Franciſci, cui per S. Cong. prædictum derogatum fuit, prout in literis ſub Datum Romæ die 27. Ianuarij 1607. de quibus in proceſſu, ac viſu loco, vbi Fratres intendunt erigere Monaſterium prędictum tamquam commodum pro duodecim Fratribus; ac omnibus alijs viſis videndis, & conſideratis conſiderandis.

4 Dixit, & decreuit eiſdem Fratribus licere erigere *M*onaſterium in dicto loco ad laudem Dei, et D. Franciſci, ac animarum dictæ ciuitatis ſalutem, prout per præſens decretum vigore dictarum literarum eiſdem licentiam impartitus eſt, non ſolum modo prædicto, ſed omni alio meliori, &c.

5 Hac tamen conditione appoſita, quod tempore habitationis non poſſint, nec valeant vllo modo ingredi in viridarium in dicto loco exiſtentes, immo hoſtium ſtatim claudere cum materijs ſuis ad plenum, cum in eo reſpondeant feneſtræ, per quas poſſit

alloqui,

alloqui, et alia facere contra bonos mores, et indecentiam Fratrum. At etiam, quod ipſi teneantur facere vulgariter dictæ *le Butte di legno* omnibus feneſtris reſpondentes verſus D. Vignatum, et alios vicinos omni modo. Ita eſt D. Vicarius Generalis.

Et quia ego Franciſcus Criſpianus Notarius publicus Aſſiſienſis, et Cancellarius ad præſens, etc.

INSTRVMENTVM XXXXXIV.

ANtonius de Sillis Generalis cum ſuis Definitoribus hic nominatis acceptat donationem factam à Liuio Nutis de domo ſua, in qua fundandus eſt Conuentus.

1 In nomine Domini, Amen. Per hoc publicum inſtrumentum cunctis vbiq; pateat euidenter, & ſit notum, quod anno à Natiuitate D.N. 1607. Indict. 5. die vero 4. Iunij, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.D. Pauli diuina prouidentia *Papæ* V. anno eius III. In mei Notarij publici inſtrumentorum, teſtium perſonaliter conſtitutus Reuerendiſſimus Pater.

2 Magiſter Antonius de Sillis Bergomenſis Generalis Tertij Ordinis S. Franciſci, & Reuer. P. Magiſter Ioannes Antonius Brandius de Salemi; Reuer. *P.* Magiſter Felix Paganus de Mediolano; Reuer. P. Magiſter Ambroſius Iugus de Panormo; & Reuer. P. F. Bartolomæus Bompane Neapolitanus, quatuor Definitores Generales dicti Tertij Ordinis S. Franciſci ad hunc actum infraſcriptum ſpecialiter congregati, & totum dictum Tertium Ordinem repræſentantes, informati, & ad plenum certiorati de inſtrumento donationis factæ per Illuſtrem D. Liuium de Nutis nobilem Aſſiſienſem Fratribus dicti Tertij Ordinis S. Franciſci, & pro eis Reuer. Patre Hieronymo de Marchetis à Crema olim Generali, Reuer. *P*atre Magiſtro Sebaſtiano de Michelangelis, & Reuer. *P.* F. Cyrillo Froſcianti de Colleſcipione, præſentibus, & acceptantibus, cuiuſdam domus olim Monaſterij S. Antonii de Padua nuncupatæ ſitæ intus ciuitatem Aſſiſij in tertio Sancti Franciſci prope domum D. Franciſci de Cozzii ante, & ſubtus viam publicam, et alia latera, vt conſtat ex inſtrumento deſuper confecto, & rogato per D. Marcum Antonium Brodium Notarium publicum Aſſiſienſem ſub die ſecunda Martii proxime præteriti, etc.

Digitized by Google

Volentes Reuer. Pater Generalis, et admodum RR.PP. Definitores Generales dictum inſtrumentum ratificare, et præmiſſa per eoſdem Reuer. Hieronymum, Sebaſtianum, et Cyrillum adimplere. Hinc eſt, quod in mei Notarii præſentialiter conſtituti, et congregati, vt ſupra, Reuer. Magiſter Antonius Generalis, M. Ioannes Antonius, M. Felix, M. Ambroſius, et P. Bartolomæus quatuor Definitores Generales totius Religionis Tertii Ordinis S. Franciſci, et totum Ordinem repræſentantes, qui ſponte omnes ſupradictum inſtrumentum donationis dictæ eorum Religioni Tertij Ordinis factæ per dictum Illuſtrem D. Liuium de Nuls acceptarunt, ratificarunt, approbarunt, et emologarunt cum omnib. pactis capitulis, conuentionibus, obligationibus, grauaminibus, et aliis in dicto inſtrumento appoſitis, quæ rata, grata, valida, et firma habere voluerunt, et volunt, contraq; non facere, dicere, opponere, vel venire quouis pretextu, quæſito colore, cauſa, vel ingenio promiſerunt, et omnia in dicto inſtrumento donationis appoſita, et per dictos Reuer. Hieronymum, Sebaſtianum, et Cyrillum contracta nomine dictæ Religionis, et promiſſa, illaq; omnia attendere, et inuiolabiliter obſeruare promiſerunt, etc. ad omnia damna, etc. pro quibus, etc. ſeipſos, etc. ac totam Religionem dicti Tertii Ordinis S. Franciſci, eorumq; ſucceſſores, & bona in ampliſſima forma Cameræ Apoſtolicæ, etc. cum ſolitis clauſulis, etc. Sicq; tacto pectore more ſacerdotali iurauerunt, ſuper quib. etc.

Actum Romæ in conuentu SS. Coſmæ, et Damiani, præſentibus ibidem, etc.

Ego Petrus Antonius Catalonus Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius, etc.

Ego Petrus Paulus Creſcentinus Cameræ Apoſtolicę Auditor fidem facimus, et atteſtamur ſupradictum D. Petrum Antonium Catalonum de prędictis rogatum fuiſſe, et eſſe publicum legalem, autenticum, et Curię noſtrę fide dignum Notarium, etc.

Nota, quod multo tempore ante, nimirum, anno 1448. habebant noſtr alium conuentum in ciuitate Aſſiſij, vt conſtat ex inſtrumento ſuperius extento ſub num. 14. Supradictorum trium inſtrumentorum copiam ex Archiuio dicti conuentus Aſſiſij tranſmiſſam mihi hic extendi.

IN-

INSTRVMENTVM XXXXXV.

IN quo Canonic Lateran. Eccleſiam S. Magni, Caſtri Mattarellæ derelictam à Minoribus, & à Capucinis recuſatam, tradiderunt Prouinciali Tertij Ordinis S. Franciſci, cum pacto legendi publice bis in menſe caſus conſcientiæ & alijs.

1 Capitulum, & Canonici Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ in Spiritualibus Domini, & Collatores Ordinarij omnium Eccleſiarum, Canonicatuum, Capellarum, & aliorum beneficiorum cum cura, & ſine cura in quibuſuis Villis, Terris, & Caſtris, Abbatiæ S. Petri de Ferentillo Ordinis S. Benedicti nullius, ſeu Spoletanæ diæceſis, ac in territorio, diſtrictu, & ambitu dictæ Abbatiæ conſiſtentium ad Sacroſanctam Lateranenſem Eccleſiam, & Nos ex Summorum Pontificum Romanorum conceſſione, & largitione ſpectantium, & pertinentium, dilectis Nobis in Chriſto Prouinciali, & Vicario Tertij Ordinis S. Franciſci ſalutem in Domino, & ſinceram in eo caritatem.

2 Cum alias, & ſub die quintodecimo Maij milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo, ſeu alio veriori tempore fuerit per Nos, ſeu per prædeceſſores noſtros conceſſa licentia, & facultas Vniuerſitati, & hominibus Caſtri Mattarellæ præfatæ Abbatiæ Ferentilli conſtruendi, & erigendi Monaſterium, ſeu Conuentum in quadam Eccleſia ſub inuocatione S. Magni ſita in territorio dicti Caſtri, quæ eſt membrum Collegiatæ Eccleſiæ Plebaniæ nuncupatæ S. Mariæ eiuſdem Caſtri Mattarellæ, & in eodem Monaſterio recipiendi, & retinendi Fratres Minores Ordinis S. Franciſci ſub expreſſa conditione, quod diſcedentibus dictis Fratribus à prædicto Monaſterio, dicta Eccleſia S. Magni cum omnibus fabricis, & ædificijs in ea, & prope illam factis cederent dictæ Collegiatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, & alias, vt in noſtris inde confectis, & expeditis literis plenius continetur.

3 Cumq; Fratres Minores prędicti de anno 1627. vel paulo ante à dicto Monaſterio diſceſſerint, & propterea dictum Monaſterium Religioni Capucinorum conceſſerimus, vt in literis deſuper confectis die octaua Maij 1627. conſtat; dictaq; Religio, & illius Fratres præfatam conceſſionem acceptare recuſauerint.

4 Nos autem cupientes, vt diuinus cultus in dicta Abbatia, & præſertim in Eccleſia præfata S. Magni, non ſolum conſeruetur, ſed etiam augeatur, ac ſupplicationibus veſtris Nobis deſuper porrectis annuentes. Ideo Monaſterium prædictum, ac exercitium diuinorum officiorum in dicta Eccleſia S. Magni, vt infra dicetur vobis concedere volentes capitulariter congregati in dicta Lateranenſi Eccleſia more ſolito, inhærentes inſtrumento conceſſionis huiuſmodi celebrato inter Reuerendiſſimum D. Iulium Zampolorium noſtrum Canonicum, & Procuratorem veſtrum Generalem per acta Valentini Curiæ Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Vrbis Vicarij ſub die vigeſima præſentis menſis Septembris auctoritate ordinaria, ac vigore indultorum, & priuilegiorum Nobis à Sede Apoſtolica conceſſorum, & omni alio, quo poſſumus, meliori modo, ac iure.

5 Vobis, vt pro tempore deputando Prouinciali, & Vicario, vt in eodem Monaſterio permanere, & Fratres veſtræ Religionis retinere, & in dicta Eccleſia S. Magni diuina officia exercere, prout hactenus dicti Fratres Minores S. Franciſci facere conſueuerunt, perpetuo valeatis, & ipſi Fratres veſtri valeant, tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur, ſub infraſcriptis tamen reſeruationib. & conditionibus, & non alias, &c.

6 Videlicet, quod vnus ex veſtris Patribus aptus, & idoneus teneatur in perpetuum ſaltem bis in menſe in diebus ad hoc aſſignandis, & deſtinandis legere publice caſus conſcientiæ in Eccleſia S. Mariæ de Mattarella omnibus Presbiteris, clericis, & alijs interuenire volentibus.

7 Item, quod Canonicis, & Plebano præfatæ Eccleſiæ liceat ſingulo anno in perpetuum die præcedenti feſto S. Magni vna, & cum Societate Confalonis accedere ad dictam Eccleſiam S. Magni proceſſionaliter, & iuxta ſolitum deferre Reliquias præfati Sancti, ac in eadem Eccleſia Veſperas decantare, & in die feſto eiuſdem Sancti decantare Miſſam cum offertorio, & recipere pro ſe oblationes dandas in offertorio, prout hactenus fecere.

8 Necnon in ſignum dominij, & ſuperioritatis noſtræ in dicto Monaſterio, & Eccleſia perpetuo teneamini, & ſucceſſores veſtri teneantur tradere noſtro Camerario quolibet anno in Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ libras duas ceræ albæ.

9

Digitized by Google

9 Quod in præmiſſis, vel aliquo præmiſſornm defeceritis ab omni iure, quod per præſentes vobis aquiritur illico cadatis, dictumq; Monaſterium, & Eccleſiam cum omnibus ſuis iuribus, & melioramentis in eis factis ad Nos libere deuoluantur. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, &c.

10 Datum Romæ in loco ſolito Capitulari præfatæ noſtræ Lateranenſis Eccleſiæ anno D. N. Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo octauo, die vero vigeſima menſis Septembris, &c.

Ioſephus Carbonus Canon. & Camer. Ioannes Maria Roſciolus, &c.
Aſdrubal Capranica Can. & Secret.

INSTRVMENTVM XXXXXVI.

In quo Magiſter F. Andreas Francia immittitur in poſſeſſionem, & tenutam Conuentus, & Eccleſiæ S. Magni ſub die 27. Nouembris 1628.

1 In nomine Domini, Amen. Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, milleſimo ſexcenteſimo octauo, indictione vndecima, die vero vigeſima ſeptima menſis Nouembris. Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Vrbani *Papæ* VIII. anno eius ſexto.

2 Pro venerabili Religione, & Reuerendis Patribus Tertij Ordinis S. Franciſci ad præſens de familia conuentus S. Magni territorij Ferentilli, coram perilluſtri R. P. D. Ioanne Baptiſta Appolonio Romano V. I. D. pro Sacroſancto Lateranenſi Capitulo Ducatus Ferentilli Vicario Generali, & me Notario infraſcripto, &c.

3 Comparuit admodum Reuerendus Pater Frater Magiſter Andreas Francia digniſſimus Prouincialis prædictæ Religionis eidem perilluſtri D. Vicario Generali facto præſentauit Bullas, ſeu literas conceſſionis conuentus S. Magni à prædicto Capitulo factæ, &c. Quas quidem literas dictus P. Prouincialis petijt recipi, & admitti, & regiſtrari, atq; earum vigore, nomine ipſius Religionis admitti, & aſſociari in realem, & actualem poſſeſſionem conuentus S. Magni prędicti, illiuſque iurium, & pertinentiarum, & de fructibus, & redditibus conuentus prædicti Fratribus in prædicto conuentu aſſiſtentibus, ac in futurum aſſiſtendis reſponderi tamquam dominis illorum, offerens ſe idem R.P. comparens nomine

mine Religionis prędictę facere, & adimplere omnia in literis prędictis pręmiſſa, & contenta, non ſolum modo prędicto, ſed etiam omni alio meliori modo, &c.

4 Qui perilluſtris R.D. Vicarius Generalis ſedens prędictas Bullas, ſeu literas, reuerentia, cum qua decet, recepit, aperuit, & legit, illaſq; admiſit, & in vim illarum vna mecum Notario infraſcripto, & teſtibus infraſcriptis acceſſit, & ſe contulit ad conuentum, & Eccleſiam S. Magni, in qua quidem Eccleſia.

5 Prędictum admodum R.P. Andream Franciam Prouincialem dictę Religionis in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem prædicti conuentus potuit, & immiſit, qui P. Prouincialis in ſignum veræ, & actualis poſſeſſionis genibus flexis cum cotta, & ſtola ante Altare Maius orauit, illud oſculauit, per Eccleſiam ambulauit, aquam benedictam expoſuit, campanam pulſauit, allaque fecit veram, & realem poſſeſſionem prędictam indicantia; proteſtans quod per ſuum inde diſceſſum non intendit poſſeſſionem prędictam dimittere, ſed eam animo, & corpore retinere, non ſolum prędicto, ſed omni alio meliori modo, &c. Super quibus, &c. Actum in Eccleſia S. Magni prædicti pręſentibus ibidem Franciſco Antonio Pieragustino de S. Maximiliano, & Pompeo Benedicti de Gabbio teſtibus, &c.

Lelius Mazzettus Notar.

INSTRVMENTVM XXXXXVII.

IN quo Coſmus, & Damianus fratres carnales q. Auguſtini Pariani donant M. Fratri Gregorio de Albertis tunc Generali ſtadia 154 diuerſorum petiorum terra, vt poſt eorum mortem ſua Religioni fabricet Hoſpitium in Terra Trebij poſt quinquennium à die mortis vtriuſque cum alijs pactis.

1 Admodum R.D. Coſimus, & D. Damianus inter ſe fratres germani q. Auguſtini Pariani filij de Terra Trebij Spoletanæ dięceſis Sancti Spiritus inſpiratione ducti, & pro eorum, & antenatorum animę ſalute, perſonaliter conſtituti coram me Notario, et teſtibus, eorum ſponte, et meliori modo, &c. cum infraſcriptis conditionibus, obligatiofiibuſ, & reſeruationibus, et non alias, nec aliter &c. pleno iure, donationis titulo itreuocabilis inter viuos dederunt,

runt, ceſſerunt, et donauerunt, etc. venerabili Religioni Tertij Ordinis S. Franciſci Regularis Obſeruantię, et pro ea Reuerendiſſimo P. Magiſtro Gregorio Alberti de Maſſa eiuſdem Religionis pręſenti, acceptanti, etc. infraſcripta bona ſtabilia videlicet. *Hic numerantur petia terrę, quæ ſunt ſtadiorum 154.*

2 Quorum bonorum integraliter reſeruarunt, et reſeruant liberum vſum fructuum, donec naturaliter vixerint, ſeu aliquis eorum vixerit, ita et taliter, quod dictum vſum fructum vno ipſorum donatorum moriente, alter habeat, et habere debeat.

3 Cum pacto tamen, et conditione, quod antedicta Religio, et pro ea D. Reuerendiſſimus Generalis, eiuſq; ſucceſſores, et officiales teneantur in ſupradicta domo erigere, conſtituere, et ædificare Hoſpitium pro eadem Religione cum Eccleſia ſub titulo, et inuocatione SS. Coſmę, et Damiani, in quo Hoſpitio ad minus maneant duo Fratres eiuſdem Religionis, vnus Sacerdos, et alter Laicus infra terminum quinque annorum poſt mortem amborum donatorum incontinenti incipiendo, et vt ſequitur, finiendo.

4 Prout pręmiſſa omnia pręfatus Reuerendiſſimus Generalis pro ſe, et ſucceſſoribus ſuis nomine dictę Religionis ſeruare punctualiter, et adimplere, et complere promittit, et non petere à Sanctiſſimo D. N. Papa aliquod indultum, ſeu Breue de non adimplendo dictam eorum voluntatem, per viam permutationis, alienationis, et donationis dictorum bonorum, ſeu alio quouis modo, et in caſu deficienti, et ſub quouis prætextu pręmiſſa omnia vno pacto non adimplerentur, etc.

5 In tali caſu dicti domini donatores vnanimiter declararunt, et voluerunt, quod antedicta bona libere eodem titulo donationis vna cum omnibus fructibus, et melioramentis, et ſine vlla illorum refactione integraliter reuertantur, et reuerti debeant ad conuentum S. Dominici exiſtentem in Terra Trebij, prout ipſi conuentui, eiuſq; Fratribus abſentibus, et pro eis mihi Notario infraſcripto ceſſerunt, et donauerunt omni exceptione remota, etc.

6 Declarantes vniuerſaliter antedicti domini Coſmus, et Damianus, quod in alijs eorum bonis tam mobilibus, quam ſtabilibus vno moriente ab inteſtato, et abſque vlla diſpoſitione, alter ſuccedere debeat, quibus pariter morientibus ab inteſtato, et abſque

vlla

vlla diſpoſitione ſuccedere debeat ante dicta Religio Tertij Ordinis S. Franciſci Regularis Obſeruantiæ cum ſpecificatis obligationibus, & conditionibus.

7 Et in caſu deficientiæ cum antedicta ſubſtitutione ad fauorem dicti Conuentus S. Dominici, prout ex nunc, & non, prędictæ Religioni ceſſerunt, & iure donationis irreuocabilis, & inter viuos donarunt, &c. Hanc autem donationem, ſaluis præmiſſis, fecerunt, & faciunt libere, &c. ad habendum, &c. ponentes, &c. transferentes, & cedentes omnia iura, &c. conſtituentes, &c. dantes, &c.

Promittuntq; ſemper, & omni tempore habere ratam, gratam, &c. & non reuocare ex quouis capite etiam ingratitudinis, &c.

INSTRVMENTVM XXXXXVIII.

IN quo Prepoſitus cum Canonicis, & Vniuerſitas Terræ Bariſciani Ecclesiam, & Monaſterium S. Mariæ Montis Aſperini poſt mortem F. Ludouici Iannettæ eiuſdem Terrę, & Conuentus Guardiani, Religioni Tertij Ordinis alias eis conceſſam forſan 1513. ex Capitulo Lateran. confirmarunt, & pręſentarunt tamquam eorum Iuſpatronatum Guardianum, & Fratres licet abſentes ad eandem Eccleſiam, & Monaſterium, recipiente F. Bartolomeo Blundo pręſente de eodem loco.

1 In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Anno à Natiuitate Chriſti milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, regnante Sereniſſimo, & Inuictiſſimo D.N.D. Philippo de Auſtria Dei gratia Rege Caſtellæ Aragonum, vtriuſq; Siciliæ, Ieruſalem, Vngarię, Dalmatię, Croatię, &c. Regnorum eius in hoc Siciliæ citra Farum Regno anno 29. etc. Die vero vigeſima menſis Auguſti, duodecimæ Indictionis in Terra Bariſciani, & proprie ante Eccleſiam D. Flauiani iuxta ſuos notorios fines.

2 Nos Marcus Antonius Coliuchia de Briſciano Regius ad contractus iudex, D. Antonius de Antonucijs ciuitatis Triuẽſis publicus vrbis per totum hoc predictum Regnum Siciliæ citra Farum Regia auctoritate Notarius, & infraſcripti teſtes, videlicet Magiſter Franciſcus, & Cęſar Lazarini Mediolanenſes, et Magiſter Dominicus Andreę ..... ad hoc habiti, vocati, ſpecialiterque rogati præſenti ſcripto publico.

Digitized by Google

Declaramus, notum facimus, atq; teſtamur, quod in præſentia Iudicis, Notarij, & teſtium die, & loco prędictis conſtituti Reuer. D. Maximinus de Marchetis Prępoſitus S. Flauiani prędicti Reuer. D. Angelus Crudelis, Reuer. D. Andreas Michete, & Reuer. D. Dominicus Cantalini Canonici dictę Eccleſiæ S. Flauiani, ac Capitulum eiuſdem repræſentantes, vt dixerunt; necnon Magnificus Marcus Bolſes, Ioannes Petrus Veglie, & Ioannes Bernardinus Alexandri de Bariſciano Syndici à Magnifica Vniuerſitate dictæ Terrę deputati ad infraſcripta peragenda ſignanter, prout apparet ex inſtrumento dicti ſyndicatus rogato manu mei prædicti Notarij ſub die decima mẽſis Maij, duodecimæ Indictionis 1584. aſſerentes nominibus, quibus ſuprà, ob mortem Reuer. Patris F. Ludouici Iannettæ de Bariſciano olim Guardiani Venerandæ Eccleſię S. Mariæ Montis Aſperini, et ipſius vltimi profeſſoris ſitę in territorio Bariſciani, & prope ſupradictam Terram, locum, ſiue Monaſterium ad pręſens vacare, et ad hoc, ne aliquod in diuinis patiatur detrimentum, ſed potius in orationibus, et melioramentis amplificetur, in eorum acie mentis deliberauerunt dictam Vener. Eccleſiam cum vtilitatibus iuribus, iuriſdictionibus, introitibus, actionibus, & pertinentijs eius omnibus, ac honore, & onere ſuis quoad ſupradictos nominibus, quibus ſupra ſpectat, & pertinet virtute Iuriſpatronatus in ea habentes.

Cedere, renuntiare, refutare, & pęnitus, & omnino transferre Reuer. P. Guardiano, alijſq; Fratribus, & Religioni Tertij Ordinis S. Franciſci præſentibus, & futuris, tamquam ſolitis poſſeſſoribus dictæ Vener. Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, & quatenus opus ſit dictos Reuer. Patrem Guardianum, & Fratres in eadem repreſentare virtute præfati Iuriſpatronatus in fauorem Vniuerſitatis, ac Capituli prædicti expediti per Lateran. Capitulum ſub anno Domini 1513.

Et volentes præfati conſtituti dictam eorum deliberationem adimplere, ſupradictaq; ad effectum ducere, moti ex conſiderationibus antedictis ſponte Conuentum ſupradictum ceſſerunt, & expreſſe renuntiauerunt, et pænitus tranſtulerunt omnia iura, omneſq; actiones reales, & perſonales, vtiles, directas, mixtas, etc. rei, ac iuris proſecutorias, tacitas, & expreſſas, et in rem ſcriptas, ac omnem, et quamlibet aliam ſibi dictis nominibus, et dictis eorum

præ-

præſentibus quocũq;modo iure,titulo,ſiue cauſa quomodocunq & qualitercunq,ac ex cauſis,titulis,et rationibus quibuſcunq;cognitis,vel incognitis,opinatis,vel inopinatis temperantia,et competentes,competitum,et competituras, ac quæ et quas habent,et eis nominibus quibuſcumq;competunt,competereq;poſſunt nũc, et in futurum in, & ſuper dicta Eccleſia, ſeu Monaſterio, eiuſque prouentibus,iuribus, et redditibus omnibus, et quibuſcunq; cum vtilitatibus, honore, et onere ſuis.

5 Dictis Patri Guardiano, et alijs Fratribus prænominati Ordinis Tertij S.Franciſci tam de præſenti, quam de futuro abſentibus,ac mihi Notario ſupradicto vti perſonæ publicæ ratione mei officij, ac F.Bartolomeo Blundo, & Bariſciano eiuſdem Ordinis præſentibus,et prædictis Patribus, eorumq;Religioni acceptantibus,recipientibus,ſtipulantibus, tam ſcilicet ratione dicti Iuriſpatronatus,quam aliter quomodocunque, et qualitercunq contra,et aduerſus perſonas quaſcunq;tam ex cauſa,et iure ſubſiſtente de pręſenti,quam,ſeu quod ſubſiſtere poſſet in futurum, et ex cauſis, titulis,rationibus quibuſcunq;

6 Ponentes exinde,et inducentes,immittentes eos in locum,vicem, dominium,priuilegium,et gradum ſuum nominibus,quibus ſupra conſtituentes eos procuratores velut in rem propriam.

7 Itaque libere liceat dictis Reuer. Patribus Tertij Ordinis S.Franciſci,eorumque Religioni iurib.& ſupradictis cauſis, vt ſupra, vti, et omnia alia facere, ſi, et quemadmodum præfati conſtituti, eorumque procuratores ante factam præſentem ceſſionem facere poſſent,et valerent. Quam quidem ceſſionem,repræſentationem, ſeu nominationem, et electionem ſponte prædicti conſtituti, et quilibet ipſorum præſentes dictis Reuer. Patribus Guardiano, et alijs, vt ſupra abſentibus, et mihi Notario prædicto, et Reuer.F. Bartolomeo præſentibus,et ſtipulantibus, vt ſupra,ſemper,et omni futuro tempore.

8 Ratam habere, tenere, obſeruare, et inuiolabiliter adimplere, et contra non facere, vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios eorum,quibus ſupra nominibus, nomine,aliqua ratione, occaſione, vel cauſa,de iure ingenio,vel de facto,in cauſa,nec extra cauſam, nec alio quæſito colore; vna cum omnibus in præſenti inſtrumento contentis ſub hypotheca, et obligatione bonorum omnium,

nium, et ſingulorum prædictorum conſtituentium nominibus, quibus ſupra, & eorum cuiuslibet ipſorum præſentium mobilium, ſtabilium, præſentium, & futurorum.

9 Necnon ſub pæna, & ad pænam vnciarum auri vigintiquinque cuius pænæ mulcta præmiſſa, & ſtipulata fuit per ſupradictos Conſtitutos dictis Reuer. Patribus Guardiano, & Fratribus abſentibus, & mihi præfato Notario publico, & dicto Reuer. Fratre Bartolomæo præſentibus vt ſupra, &c. Qua pæna ſoluta, vel non ſoluta, aut forte gratioſe remiſſa præſens nihilominus inſtrumentum in ſuo robore maneat, & perduret cum eadem adiectione pænæ toties, quoties, &c.

10 Et ad maiorem cautelam, & obſeruationem præmiſſorum omnium ſponte præfati conſtituti nominibus, quibus ſupra, iurauerant, videlicet præfati ſeculares tactis ſcripturis, & præfati Prælati conſentientes prius in nos præfatos Iudicem, Notarium, & teſtes pro cautela, cum ſciant, & cognoſcant noſtræ non eſſe iuriſdictioni ſubiectos, noſtram iuriſdictionem, & officium in ijs ſponte, & voluntarie protogando, tacto pectore more Prælatorum, prædicta omnia, & ſingula vera fuiſſe, & eſſe, eaq; inuiolabiliter obſeruare, & adimplere.

11 Vnde ad futuram rei memoriam, & certitudinem, & cautelam prædictorum Reuerendorum Patrum, & ſucceſſorum in dicta Religione factum eſt exinde de præmiſſis omnibus, & ſingulis hoc præſens publicum inſtrumentum per manus mei, etc.

Ego prædictus Donatus Antonius de Antonucijs Notar. etc.

INSTRVMENTVM XXXXXIX.

IN quo F. Ioannes Guardianus S. Mariæ de Ieſu Terræ Monicæ accepit poſſeſſum donationis ſibi factæ per alium Ioannem de Monte nuncupato Monti Sion cum capella S. Crucis prope Sidum Siracuſanæ diæceſis.

1 XXVII. Aprilis Indictionis milleſimo quingenteſimo decimo quinto, apud Siclum, præſentibus Notario Antonio de Cultreis, Antonio Ferraro, M. Ioanne de Magro, Antonio Tauernino, necnon Ioanne Antonio Bazetto.

2 Reuerendus F. Ioannes de Schifito Guardianus venerabilis conuentus S.Mariæ de Ieſu Terræ Mohac præſens, veluti, & tamquam donatarius venerandi Ioannis Murifet Ordinis S. Franciſci in bonis dicti Ioannis Murifet, & ſpecialiter in quodam loco vocato della Ghieſa di Montiſion delle Cruci territorio Sicli vigore donationis aſſertæ ſtipulatę in Actis egregij Notarij Mauri de Piſano olim die ſupradicta nos rogauit tamquam primum Scribam, vt Actum infraſcriptum ſcriberemus, notaremus, & efficeremus vſq; hodie.

3 Prędicto die dictus Reuer. F. Ioannes donatarius pręſens virtute dictæ donationis, accepit, & recepit poſſeſſionem corporalem dicti loci della Ghieſſa, & di Montiſion di la Cruci ſuis finibus limitatis, prout in dicta donatione confinantur, maxime cum vineali Antonij Nicoloſi, & cum uineali q. Antonij de Ericis, alijſq; &c. Et hoc per ingreſſum in dictum locum per factum, & amplexionem uenerabilis, et ſalutiferæ Crucis, per ingreſſum, & egreſſum intus Capellam incæptam, et omnia dicta complexus fuit; necnon per complexionem clauis arcæ dictæ uenerabilis Crucis. In qua quidem Capella reponenda eſt quędam imago Glorioſę Virginis Marię, quę ædificatur in Eccleſia S. Agripinę de miſturis locorum ſanctorum Ieruſalem, et Montis Sinai; et hoc cum omnibus conuenientibus iuribus, et actionibus, emolumentis, et iuriſdictione dictæ Eccleſię.

4 Præſentibus in his Magn. Bernardo de Bellamagna Capitaneo Tuchio Dinara, et Antonio de Alfano Curatis Ferræ Sicli, ac dicto uenerabili Fratre Donatore, conſentientibus, et eorum aſſenſum, et conſenſum pręſtantibus; vnde ad futuram rei memoriam, et ad requiſitionem dicti Fratris, etc. Præſens publicus Actus per me Mag. Bartolomeum de Terranoua ſcriptus fuit. Carolus Damiata Notar. hanc copiam extraxit eius ex Actibus illorum conſeruator.

De hoc conuentu habetur Bulla hic in ordine CCXII. in quo Clemens VIII. ſubijcit Fratres Tertij Ordinis in eo degentibus Minoribus de Obſeruantia, & ibi dicitur prius conuentus in inſula Siciliæ.

IN-

Digitized by Google

INSTRVMENTVM XXXXXX.

IN quo Pœnitentiarius Papę ex eius viua vocis oraculo concedit F. Vincentio de Minio de S. Philippo diœceſis Catanenſis licentiam fabricandi in Terra S. Philippi Eccleſiam, & Conuentum ſub nomine S. Marię Angelorum, cum priuilegijs eiuſdem Ordinis.

1 Raynutius miſeratione diuina tituli S. Angeli Presbiter Cardinalis dilecto in Chriſto F. Vincentio de Minio terrę S. Philippi Catanenſis diæceſis ordinis Tertiar. profeſſori ſalutem in Domino.

2 Altitudo diuinæ prouidentię, à qua bona, & ſancta opera omnia procedunt, ea in fidelium ſuorum animis frequenter ingerit, per quæ ex nouarum Eccleſiarum præſertim religioſarum perſonarum plantatione eius aquiſitio ad humanæ ſalutis præſidium valeat vbique propagari, vt pia deuotio, & diuinus cultus floreat. Vnde nos perſonarum Apoſtolicæ ſedi deuotarum votis intendere conſpicimus, vt votiuos aſſocientes affectus cum à Nobis petitur Apoſtolici fauoris ſuffragium ſolertius impartimur.

3 Sane exhibitæ Nobis hodie pro parte tua petitionis ſeries continebat, quod tu zelo deuotionis accenſus deſideras aliquos ſpirituales fructus de Eccleſia afferri; ac vineam Domini Sabaoth ex colere, cupiſq; vnum Monaſterium cum Eccleſia ſub inuocatione S. Mariæ Angelorum in diæceſi Catanenſi ſub Regula eiuſdem S. Franciſci Tertiariorum, ad id commodo, & opportuno loco per te eligendo conſtruere, erigere, & fundare, ſi ad id Sedis Apoſtolicæ ſuffragetur aſſenſus. Quare ſupplicare feciſti humiliter tibi ſuper his per Sedem Apoſtolicam de opportuno remedio miſericorditer prouideri.

4 Nos igitur confidentes ſicuti religioſę perſonę Ordinis Seraphici S. Franciſci maximos probitatis, & doctrinæ, & animarum ſalubres fructus in Eccleſia Dei attulerint, & ſe ſolicitis ſtudijs; & honeſtis paleſtris ibi laturos fore, tuo pio, et laudabili deſiderio in hac parte opportune conſulere cupientes, tuis ſupplicationibus inclinati auctoritate Domini Papæ, cuius Pænitentiariæ curam gerimus, & de eius ſpeciali mandato ſuper hoc viuæ vocis oraculo Nobis facto, Tibi, vt in dicta diæceſi Catanenſi, loco ad id congruo, & opportuno per te eligendo, vnum Monaſterium, ſeu Domum Fratrum religioſorum dicti Ordinis S. Franciſci Tertiariorum

Cccce cum

cum Eccleſia S.Mariæ Angelorum cum Dormitorio, Refectorio, Eccleſiæ cimiterio, ſacrario, clauſtro, campanili, campanis, horto, & hortalitijs, officinis, ac quibuſcunq; aliis neceſſitatibus, aut neceſſariis, & conſuetis, pro vſu, & habitatione eorum omnium Fratrum, ſecundum normam, ac modum, & formam, & ad inſtar aliorum Conuentuum eiuſdem Ordinis ſub obedientia, & auctoritate Super. Ordinis præfati ipſius Prouinciæ viuere, degere, & permanere.

6 Ac omnib. & ſingulis priuilegiis, gratiis, immunitatib. præeminentiis, & exemptionib. fauorib. & indulgentiis, & conceſsionib. quib. alia Monaſteria, ſeu Domus dicti Ordinis, ac illorum, & illarum religioſi, & perſonæ vbiq; exiſtentes de iure, vſu, & conſuetudine, priuilegio, vel alias quomodolibet in genere, & in ſpecie vtuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere, quatenus poterunt, quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere poſsint, et debeant, ad inſtar aliorum Monaſteriorum, ſeu Domorum huiuſmodi Ordinis participes illarum, ſine alicuius præiudicio, ac de conſenſu Prouincialis dicti Ordinis, eligere, conſtruere, et ædificare libere poſſis, et valeas, tenore præſentium licentiam, et liberam facultatem concedimus, tibique pariter indulgemus.

6 Non obſtantib. conſtitutionib. et ordinationib. Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Petrum ſub ſigillo officij Pænitentiariæ 13. Maij Pontificatus Domini Pij IV. anno ſecundo.

Extractum ex originali cuſtodito in Archiuio eiuſdem Conuentus ciuitatis S. Philippi alias Agyrenſis in Sicilia. Expedita autem fuit huiuſmodi licentia anno 1561. qui eſt ſecundus huius Pontificis.

INSTRVMENTVM XXXXXXI.

ARchiepiſcopus Panormi dat licentiam Nicolao Antonio Spatafora fabricandi Eccleſiam, & Conuentum in loco dicto la Ziſa prope Panormum ſub nomine Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis.

1 Nos Don. Cæſar Marullus, Decretorum Doctor, Dei, et Apoſt. ſedis gratia Archiepiſcopus Panurmitanus, ac Regius Conſiliarius adm. Reu. Viſitat. Prouinciali Fratr. Tertij Ord. S. Franciſci de Pænitentia Reg. Obſeru. et cum trib. votis in communi viuentium in hoc Siciliæ Regno ſalutem in Domino ſempiternam. 2

2 Quia ſpectabilis D. Nicolaus Antonius Spatafora ob maximam deuotionem, quam erga Glorioſiſs. Mariam Deigenit. & B. S. Frāciſcum geſſit, & gerit, cupiens pro Dei ſeruitio in honorem, & gloriam ipſius V. M. fundare Eccleſiam ſub vocabulo *della Nuntiata*, & Conuentum Fratrum dictæ Religionis S. Franciſci in territorio eiuſdem ciuitatis, & in Ziſa, vt ibi commorari Fratres eiuſdem Ordinis, & Regulæ poſſint, qui Deo inſeruiant, diuinaq; officia, & Sacramenta miniſtrent, cum Eccleſiæ prædictæ fundandæ, & Religioni donationem feciſſet de vncijs decem rendalibus, & de nonnullis alijs bonis, vigore donationis, & concordiæ factæ in Actis Notarij Iacobi Galaſco die 26. Iunij, X. indict. 1582. Nobis humiliter ſupplicauit, vt dictum Actum donationis, & omnia in ea contenta confirmare, acceptare, & approbare debuiſſemus, & in prędicta Eccleſia fundanda, & conſtruenda ſub vocabulo prædicto *della Nuntiata* Conuentum prædictum fundandi, & erigendi licentiam concedere dignaremur.

3 Nos autem habita matura conſideratione, diſcuſſo negotio, & cōſiderantes ineffabilem deuotionem præfati ſpectabilis D. Nicolai Antonij erga ipſam Religionem, & ineffabilium ipſius glorioſæ genitricis V. Dei M. meritorum patrocinia, & non ſolum in honorem ſui nominis dedicatas Eccleſias, & Monaſteria decorare, ſed de nouo erigere, & fundare debitum reputantes.

4 Idcirco auctoritate ordinaria, qua in hac parte fungimur, tenore præſentium Actum donationis, & omnia, & ſingula in eo contenta, confirmamus, & acceptamus, & approbamus iuxta ſui ſeriē continentiam, & tenorem; ac dictam licentiam, vt ipſa Eccleſia ſub vocabnlo S. Mariæ *della Nuntiata* fundanda, & erigenda, dictum Conuentum fundare, & erigere poſſit, & in eo poſtmodum Fratres prædictæ Religionis prout, & quemadmodum in alijs locis, & Monaſterijs eiuſdem Religionis commorantes cohabitare valeant, in Dei nomine concedimus, & impartimur in his ſcriptis.

5 Remanente tamen ſemper, & omni futuro tempore Eccleſia prædicta pro iure ſubiectionis obligata tam Nobis, & noſtræ iuriſdictioni, quam ſucceſſorib. noſtris in perpetuum, in rotulo vno candelarum ceræ quolibet anno ſoluendo in 30. die menſis Auguſti, vt dicitur *per la chiamata*, & etiam in viſita dictæ Eccleſiæ.

In quorum omnium fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes

 fieri

fieri iuſſimus noſtra ſubſcriptione,& ſigillo munitas. Dat. Panormi die 11. Iulij X. Indict. 1582. D. Cæſar Archiepiſc. Panorm.

Illuſtr.& Reuer. D. Archiepiſcopus Panormitanus mandat mihi Ioanni Florino pro Magn. Magiſtro Notario.

INSTRVMENTVM XXXXXXXII.

IN quo Archiepiſcopus Panormi facit gratiam F. Michaeli lo Burgio Viſitatori Prouinciali, vt nomine ſuę Religionis poſſit fundare Eccleſiam ſub nomine S. Nicolai in Quarterio Albergariæ in contrata S. Ioannis de Tartari, cum vno rotulo ceræ ſingulis annis, & quod non poſſit prædicare in Parochiali niſi cum eius licentia.

1 Nos D. Cæſar Marullus Decretorum Doctor, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus Panormi, Regiuſq; Conſiliarius, & admodum R. P. Fratri Michaeli lo Burgio Viſitatori Prouinciali Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Aſſiſio in communi viuentium cum tribus votis, in hoc Siciliæ Regno ſalutem in Domino ſempiternam.

2 Quia his menſib. non longe decurſis ſpectab. D. Nicolaus Antonius Spatafora ob ſuam feruentem deuotionem, in honor.& glor. intemeratæ ſemper V. Matris M. fundauit de noſtra licētia Eccleſiã, & conuentum ſub vocab. Nunciatæ eiuſdem Relig.& Ordinis, quę Eccleſia ad ſupplicationem dicti D. de Spatafora fundatoris fuit per Nos confirmata, prçcedentib. recognitione in rotulo vno candelarum ceræ quolibet anno,& ſubiectione noſtri iuris, vt per noſtras literas datas Panormi die vndecima Iulij, decimæ Indictionis 1582. ad quas, &c.

3 Rebuſq; ſic ſtantib. Reuer. q. D. Vincentius Galluzzi ciuis iſtius vrbis Panorm. in humanis exiſtens pro eius deuotione,& peccatorũ ſuor. remiſſione donauit Tibi Viſitatori,& Prouinciali, vt ſupra, certas domos in plurib. corporib. exiſtentes, ſitas, & poſitas in hac vrbe Panormi in Quarterio Albergariæ,& in cõtrata S. Io: de Tartari cum pacto,& oblig. ibi conſtruendi quandã Eccleſiã ſub tit. S. Nicolai, pro commoditate,& vſu prædictor. Fratr. habita à Nobis prius licentia,& ſtãte, quod dicta Eccleſia ſub tit. S. Nicolai per te conſtituendam, habẽdamq; pro grancia,& habitatione Fratr. eiuſdem Ordinis. Nobis propterea ſupplicare feciſti de fundatione eiuſdem Eccleſiæ S. Nicolai in grangiam prædictam. 4

4 Qua ſupplicatione per Nos audita, et admiſſa, negotio prius bene et diligenter diſcuſſo, pro ampliatione, et deuotione dicti Conuentus pro habitatione, et commoditate Fratrum dicti Tertij Ordinis, auctoritate ordinaria, qua in hac parte fungimur, licentiam prædictam fundandi dictam Eccleſiam ſub dicto titulo S. Nicolai in Grangiam dicti conuentus concedimus, et impartimur, cum ſubiectione iuris dominij noſtri, et recognitione quo ad fundationem dictę Grangiæ alterius rotuli candelarum ceræ ratione ſuperioritatis, quolibet anno, etc.

5 Quia dicta Eccleſia, ſeu Grangia eſt fundanda prope Eccleſiam Parochialem S. Ioannis de Tartari, vt debitus honor dictę Parochiæ deferatur, volumus, et expreſſe mandamus, quod cum prędicti Fratres voluerint prędicare in dicta eorum Eccleſia tempore Quadrageſimę, ſit ad libitum noſtrum, et ſucceſſorum noſtrorum ordinare, quod prędicent in dicta Eccleſia Parochiali, et non in eorum Grangia, et cum hoc pacto, lege, et conditione intelligatur facta fundatio, et non aliter, nec alio modo.

6 In quorum omnium, et ſingulorum fidem, et teſtimonium pręmiſſorum has pręſentes fieri iuſſimus noſtra ſubſcriptione munitas, et ſigilli, quo vtimur, impreſſione corroboratas. Datum Panormi die decima ſeptima Iulij, vndecimę indictionis, anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo tertio.

Ex libro inſtrumentorum eiuſdem Conuentus S. Nicolai dicti Infirmaria fol. 65.

INSTRVMENTVM XXXXXXIII.

IN quo Archiepiſcopus Panormitanus Imaginem, ſeu Capellam S. Mariæ de Pietate, ſeu Miſericordiæ ad cuſtodiam ſub nonnullis conditionibus & ad libitum ſuæ voluntatis Fratribus S. Nicolai Panormi, cuius liberam conceſſionem, capto iam monaſterio cum Eccleſia idem Archiepiſcopus priſtmodum fecit F. Sanctoro Pecorellę caſſando huiuſmodi pactum.

1 Die vigeſima tertia Auguſti, nonæ Indictioni milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto.

2 Quia in Actis Curiæ Archiepiſcopalis felicis vrbis Panormi de mandato Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Archiepiſcopi reperitur

factus quidam Actus ſub die 27. Nouembris, octauæ Indictionis 1594. tenoris ſequentis, videlicet.

3 Die vigeſima ſeptima Nouembris, octauæ Indictionis milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto. Quia venerabiles Fratres Conuentus S. Nicolai Scalciorum exiſtentes in Quarterio Albergariæ huius vrbis in contrata Parochialis Eccleſiæ S. Ioannis de Tartari, prætendant, Deo duce, transferre Conuentum prędictum ad locum, vbi ad præſens reperitur Imago S. Mariæ de Pietate, vt dicitur *della Miſericordia*, ſeu prope Capellucciam, vbi adeſt dicta Imago, prout melius videbitur expedire, pro maiori beneficio animarum, & augmento ipſius Religionis.

4 Ideo illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Didacus d'Haedo Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Panormitanus, & Regius Conſiliarius, ad relationem ſpectabilis D. Antonini de Aſſalis iudicis Aſſeſſoris, prouidet, & mandat, quod claues, & iugalia Capellæ prędictæ penes Capellanum, ſeu quaſcunq; perſonas exiſtentes tradantur, et conſignentur Reuer. Priori, & Fratribus dicti conuentus S. Nicolai Scalciorum, ad effectum, vt curam habeant regendi, & gubernandi dictam Capellam, ibiq; quotidie miſſas celebrari faciendi, & alia, quæ ad diuinum ibi comode pertinentia agendi, donec, & quouſq; fuerit per ſuam illuſtr. & Reuer. Dominationem aliter mandatum, & oblationes, & eleemoſinę de cętero fiendæ applicentur commoditatibus dicti Conuentus, ad effectum manutenendi, & conſeruandi dictam Capellam, ea decentia, qua ſolent conſeruari, & manuteneri Eccleſiæ, & alia loca eccleſiaſtica, & religioſa; ac etiam omnia alia ſupradicta complendi.

5 Cum hac tamen conditione, & non aliter, nec alio modo, ad ipſum Illuſtr. & Reuer. D. Archiepiſcopi Panor. ſeu ſuorum, &c. libitum volũtatis auctoritate propria, & de facto abſq; requiſitione partis, vel Magiſtratu alterius iudicis, & Magiſtratus, ſine modo, & ordine procedendi iudiciario, ſed ſecũdum, & duntaxat ad libitum voluntatis ipſius Illuſtr. & Reuer. D. Archiepiſcopi Panor. poſſit, & valeat, vt dictum eſt, tollere, & auferre claues, & iugalia dictæ Capellæ dictorum Fratrum, eoſq; expellere, & dimittere à regimine, & gubernatione dictæ Eccleſiæ, quandocunque ſibi videbitur, ſine eo, quod teneatur aliquam rationem, ſeu caſum aſſignare, & non aliter, nec alio modo, &c.

6

6 Quibus Priori, & Fratribus, videlicet P. F. Franciſco de Valenti Priori dicti conuentus, M. F, Gabrieli de S. Philippo Concionatori, &c. capitulariter congregatis ad ſonum campanellę more ſolitò præſentibus, & acceptantibus fuerunt traditæ claues dictę Capellę, & intimatus, & lectus præſens Actus de verbo ad verbum à prima linea vſq; ad vltimam per me Benedictum Mendula Promag. Not. Curię Archiepiſcopalis felicis vrbis Panormi fuiſſe, & eſſe contenti, & acceprauerunt dictas claues cum omnibus obligationibus, & conditionibus prædictis iurantes tacto pectore more ſacerdotali, & ſub eodem iuramento, & omni caſu, & euentu lis, vel quæſtio quoquomodo moueretur, & in quocunq; tribunali, & officio ex nunc pro tunc, & è conuerſo ſupraſcripti Fratres liti ceſſerunt, & cedunt, renuntiauerunt, & renuntiant omnibus actis probatorijs, & ordinarijs factis, & faciendis. Præſentibus pro teſtibus D. Auguſtino Roderico, Petro Cicalia, D. Octauio Ciambra I. V. D. Petro de Dominico, & Auguſtino Nonantula. Benedictus della Mendula, &c.

Inde ad inſtantiam Reu. F. Sanctori Pecorellæ Præſidentis loci dictæ S. Imaginis *della Miſericordia* cum fuerit ſupplicatum ipſi Illuſtr. Archiepiſcopo tenoris ſequentis, Videlicet.

7 Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Monſignore. Il Padre F. Santoro Pecurella Preſidente di quel loco di noſtra Signora della Miſericordia del Terz'Ordine di S. Franceſco, detto delli Scalci, dice à V. S. Illuſtr. & Reuer. che ſi ritroua inſieme con altri Padri hauer dato bon principio à detto loco con hauer fondato la chieſa, e pretendino con la gratia di Dio ſeguitare innanti le fabriche, e formare vn conuento del dett'Ordine, doue poſſino ſeruire N. S. Iddio, et aiutare li populi d'eſercitij ſpirituali, à che effetto fù per V. S. Illuſtr. & Reuer. fatto gratia ſingolare dell'Imagine di noſtra Signora detta della Miſericordia fondata dentro della Capellucia ſotto la caſa del Spettabile Ottauio Bonetta, e perche in detta conceſſione v'è conditione, che poſſi V. S. Illuſtr. & Reuer. e ſuoi ſucceſſori quella leuarſi à ſuo beneplacito, il che ſarebbe gran diſturbo alli detti Padri, & alla fabrica di detto conuento, e ſaria per perderſi, e rouinarſi ogni coſa, e ben che non dubitino della mente di V. S. Illuſtr. & Reuer. è ſuoi ſucceſſori che ad alcuno non veniſſe volontà di leuarli detta Imagine.

8 Supplica perciò V.S.Illuſtr. & Reuer. reſti ſeruita ordinare, che ſi lieui detta conditione, e reſti detta Imagine libera per detti Padri inſieme con ſoi giogali, & elemoſine, & con tutti gl'altri robbi, e beni à quella pertinenti, acciò con quella ſigurtà poſſino attendere al ſeruitio di Dio, e creſcere, & augomentare eſſa Religione, e ſeruire detta Chieſa, come per inſin'hoggi hanno fatto, e fanno con tanta ſodisfattione de populi, vt Notar. Benedictus Mendula, &c.

9 Super qua petitione, & ſupplicatione fuit prouiſum, & decretum. Concedatur, ita quod ita Fratres, quomodocumq; & qualitercumq; defecerint in ſeruitio, & cultu dictæ Imaginis, & Capellæ, ſeu deliquerint, quod vtiq. dicta conditio ſtet, & remaneat in ſuo robore, et firmitate.

10 Itaque prędictus Illuſtr. et Reuer. D.D. Didacus de Haedo Dei, et Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus Panormitanus. Regiuſq. Conſiliarius omni meliori modo, et nomine, quo melius præſens Actus fieri, et ſubſtineri potuit, et poteſt, contentus fuit, et eſt, quod clauſula confecta in dicto præcalendato Actu, videlicet, quod ad libitum voluntatis ſuæ, et ſuorum, etc. Auctoritate propria, et de facto abſq. requiſitione partium, et Magiſtratus, et alterius iudicij ſine modo, & ordine procedendi iudiciario, ſed tantum, et duntaxat ad libitum voluntatis ipſius Illuſtr. et Reuer. D. Archiepiſcopi poſſit, et valeat, vt ſupra dictum eſt, tollere, et auferre claues, et iugalia dictæ Capellæ dictorum Fratrum, eoſq; expellere, et dimittere, ac regimine, et gubernatione dictę Eccleſię, quandocumq. ſibi videbitur, ſine eo, quod teneantur aliquam rationem, ſeu cauſam aſſignare, de cętero non habeat locum amplius.

11 Sed dicta Capella, ſeu Imago intelligatur libere conceſſa, et quatenus opus eſt, de nouo libere conceſſit, et concedit dictis Fratrib. pręcedente tamen iſta conditione, et non aliter, nec alio modo pręſens Actus intelligatur factus, etc.

12 Quod ſi dicti Fratres defecerint in ſeruitio, et cultu dictę Capellę, et Imaginis, ſeu illas reliquerint, et omiſerint adimplere contenta in pręcalendato Actu contenta, remaneat, et ſtet in ſuo robore, et firmitate, ac ſi pręd ictus Actus nonquam factus fuiſſet, & non aliter, nec alio modo, et hoc ex aliquibus cauſis animum ſuę Illuſtr.

Digitized by Google

Illuſtr. et Reuer. dominationis digne mouentibus. Vnde de mandato prędicto factus eſt præſens Actus ſuo die, loco, et tempore oretenus mihi della Mendula, etc.

Benedictus Mendula, etc.

INSTRVMENTVM LXIV.

IN quo Archiepiſcopus Meſſanenſis concedit Eccleſiam S. Mariæ de Pilerio della Giudeca in vicinia S. Nicolai Epiſcopatus, vt Fratres prope eam conuentum fabricare poſſint.

1 D. Franciſcus Velardes della Concha Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Meſſanenſis Comes Ragalbuti, Dominus, & Baro Terræ Mecatix, Cancellarius Almi ſtudij *Meſſanæ*, Regiuſq; Conſiliarius.

2 Cum Sacer Ordo Seraphici S. Franciſci vberes in vinea Domini, ſalubreſq; fructus in dies, benedicente Altiſſimo producat, dignũ arbitramur, & congruum, vt ad illius incrementum, & propagationem in diæceſi noſtra Meſſanenſi, quantum in Domino poſſumus, ſtudeamus.

3 Dudum ſiquidem ex parte multorum Fratrum Tertij Ordinis Regularis Obſeruantiæ eiuſdem Seraphici D. Franciſci, qui ad Nos cum literis nonnullorum S. R. E. Cardinalium Illuſtriſſimorum aduenerunt oblata petitio continebat, quod ad Dei gloriam, animarumq; ſalutem, conuentum prædicti Ordinis in hac vrbe fundare deſiderant.

4 Nos vero ad amplitudinem huius ciuitatis, eiuſq; diæceſis oculos dirécte volentes, conſiderantes, quod ſi in ea conuentus prædictorum Fratrum fundaretur, plurimum fidelib. prædicando, confeſſiones audiendo, aliaq; pia opera exercendo, prodeſſe, & Nos in officij noſtri ſolicitudine adiuuare poſſent, eorum ſupplicationib. libenter inclinati.

5 Eccleſiam S. Mariæ *del Pileretto della Giudeca* nuncupatam, quæ in Parochia S. Nicolai Epiſcopatus exiſtit, & ab ipſa Parochiali Eccleſia multum diſtat, & maxima eſt hodie inibi habitantium multitudo, prædictis Fratribus ad inibi conuentum ædificandum, & conſtruendum duximus concedendum, prout tenore præſentium, in Dei nomine, concedimus, ſaluo tamen iure Parochiali, & Patronatus, ſi quod in ea forte exiſtat.

6

6 Quocirca Reuerendo Capitulo noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ præcipimus, & mandamus, vt præſentes noſtras literas obſeruent, & exequantur, & vt Fratribus prædictis opere, & auxilio faueant, in Domino hortamur, Datum Meſſanæ in noſtro Archiepiſcopali Palatio die quinto Februarij, milleſimo ſexcenteſimo tertio.

Franciſcus Archiepiſcopus Meſſanenſis.

Extractum ex originali in Archiuio huius conuentus reſeruato.

INSTRVMENTVM LXV.

IN quo Sacra Congregatio concedit licentiam fabricandi conuentum in Terra Alcami, ſupplicantibus Epiſcopo Mazara & F. Bernardo Sabbia Procuratore Generali, non obſtante contradictione aliquorum Regularium in eadem Terra Alcami.

1 Illuſtriſſimi, & Reuer. Signori F. Bernardo Sabbia Siciliano di Palermo Procuratore Generale del Terz'Ordine di S. Franceſco humiliſſimo ſeruo delle SS. VV. Illuſtriſſime eſpone, che hauendo la Prouincia di Sicilia del ſuo ordine detti i Padri Scalzi neceſſità di pigliar vn conuento nella terra di Alcamo dioceſi di Mazara populoſa di quattordeci milla anime in circa, & eſsendo introdotti in quella Terra per modo di Hoſpitio con licenza del Veſcouo. Adeſso tutti li officiali della Terra, con il popolo deſiderano, che ſi fondi vn conuento in detta Terra con li eſercitij ſpirituali ſoliti à farſi da detti Padri Scalzi del ſuo Ordine. E perche vi è la Bolla della felice memoria di Clemente Ottauo in contrario, eſsendo in detta Terra ſei conuenti, de quali tre, come i padri Capucini, & i padri Carmelitani, & i padri Minori Conuentuali non dicono niente, eſsendo queſti tre conuenti di gran numero de Frati, ſolamente oſtano i padri Minori Oſseruanti, doue viuono da 14. ouer 16. Frati, queſti tengono conuento, & chieſa finita, & hà molti anni, che viuono in quella Terra, & li padri di S. Domenico, & di S. Agoſtino, che non vi ſono più, che duoi Frati, ò tre per conuento. Per tanto eſsendo, che detta terra li deſidera, & eſſi Frati ne tengono grandiſſima neceſſità. Supplica le SS. VV. Illuſtriſſime, & Reuer. ſi degnino contentarſi, che detti padri poſſino fabricare il conuento in detta Terra, non oſtante la Bolla della felice memoria di Papa Clemente Ottauo. Et per informatione

della

Digitized by Google

della volontà di detta Terra, ſi darà vna lettera ſcritta alle SS. VV. Illuſtriſſime da Monſignor Veſcouo di Mazara del tenore, che ſiegue, & il tutto ſi riceuerà per gratia.

Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Sig. Patroni Colendiſſimi.

NElla Terra di Alcamo molto principale della mia diocefe, che ſarà da quattordeci mill'anime in circa, & doue è molta abbondanza di viuere, hanno il Gouernatore, & Magiſtrato, & tutti li principali accettato con grand'applauſo li padri de Scalzi del Terz'Ordine di S. Franceſco per fondarui vn conuento. E perche per la Bolla della felice memoria di Clemente Ottauo non ſi poſſono fondare ſenza eſſer inteſi li altri Mendicanti di ſei conuenti, che ſono in detta terra, li Capuccini, li Conuentuali, li padri del Carmine, che ſono li più pieni di religioſi, non hanno detto niente, ſolamente li padri di S. Agoſtino, che è conuento di tre Frati, li padri di S. Domenico, che è conuento di duoi Frati, e Zoccolanti, che è di 14. ouer 16. Frati, ſi ſono oppoſti, & non vogliano, che la ſudetta Bolla di Clemente dare alli Scalzi la licenza di fondare detto conuento, & non parendomi anco decente, che frà di loro faceſſero liti, perche ne potrebbero ſuccedere alcuni inconuenienti, & ſcandali, & la Terra aſpettando detti Padri con molto deſiderio gli hò conſiliato, che il meglio, che poſſino fare è di ricorrere alle SS. VV. Illuſtriſſime acciò ſi degnino prouedere, & ordinare quello che à loro parerà, che conuenghi, e per informatione mi è parſo di far queſta, aſpettando tutto quello, che deſidero da loro SS. Illuſtriſſime con ordinare, aggiongendo ſolamente, che queſta delli Scalzi per raggione della quale non s'intẽde ſcandalo alcuno, & che caminano molto bene, & con bacciare alle SS. VV. Illuſtriſſime, & Reuerendiſſime le mani li prego da Dio ogni maggior felicità alli 7. di Luglio 1608. Delle SS. VV. Illuſtriſſime, & Reuer. Deuotiſſimo, & Obligatisſimo Seruitore

Il Veſcouo di Mazara.

Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotijs, & conſultationib. Epiſcoporum, & Regularium præpoſita cenſuit concedi, prout huius decreti virtute concedit, quod Fratres Reformati Tertij Ordinis S. Franciſci erigere, & fundare posſint conuentum in Terra

ra Alcami, non obſtante contradictione à Fratribus S. Auguſtini, S. Dominici, S. Franciſci de Obſeruantia facta, dummodo in reliquis obſeruetur conſtitutio fel. rec. Clementis Octaui vbi opus fuerit, & ita decreuit Romæ 22. menſis Auguſti 1608.

A. Mar. Cardin. Gallus.

LICENTIA EPISCOPI.

4 MArcus Lacaua Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Mazarienſis, Regiuſque Conſiliarius admodum R. P. Prouinciali Tertij Ordinis S. Franciſci huius Siciliæ Regni ſalutem in Domino ſempiternam.

5 Quia his menſibus præteritis fuit per Nos conceſſa facultas fabricandi hoſpitium in Terra Alcami noſtræ diæceſis Reuer. Patribus veſtri Ordinis pro commoditate dictorum Fratrum tranſeuntium per dictam Terram, ne irent ad publica hoſpitia, & officiales, ac vniuerſus populus eiuſdem Terræ cognita probitate vitę, & beneficio vniuerſali, concluſerint, & petierint fieri conuentum, & ſtante voluntate, & deſiderio prædictorum, & ciuium, fuit Nobis per ipſos Fratres ſupplicatum, & petita licentia conſtruendi dictum conuentum.

6 Et quia cum de ordine noſtro fuerint citati, vt conueniebat, conſentus aliorum Mendicantium, ſtante conſtitutione felicis recordationis Clementis Octaui, & per Reuer. Patres Conuentus S. Franciſci de Obſeruantia, S. Dominici, & S. Auguſtini fuerit obſtatum, conſentientibus Patribus aliorum trium Conuentuum Capucinorum, Carmelitarum, & Minorum Conuentualium, vt conſtat ex literis. Nos volentes obuiare litibus, & expenſis in detrimentum dictorum Conuentuum, conſuluimus ſuper hoc Sacram Congregationem Illuſtriſſimorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitarum.

7 Virtute reſponſi ab eadem Sacra Congregatione habiti ſub datum Romæ 22. Auguſti anni præſentis, quod dicti Fratres reformati Tertij Ordinis S. Franciſci fundare, & erigere poſſint conuentum in Terra Alcami, non obſtante contradictione infraſcriptorum S. Auguſtini, S. Dominici, & S. Franciſci de Obſeruantia

facta,

Digitized by Google

facta, dummodo in reliquis obſeruetur conſtitutio felicis recordationis Clementis VIII. vbi opus fuerit, tenore præſentium vobis damus, & concedimus noſtram benedictionem, licentiam, & poteſtatem fundandi, & erigendi conuentum Tertij Ordinis S. Franciſci in dicta Terra Alcami.

8 *Mandantes* per præſentes omnibus, & ſingulis officialibus noſtris, & perſonis ſpiritualibus, & temporalibus dictæ Terræ, & prædictæ noſtræ diæceſis, quod in fundatione, & erectione dicti Conuentus nolint, nec debeant vos impedire, nec moleſtare, immo omne auxilium, fauorem ob tanti, & optimi operis pij beneficium præſtare, obſeruando ad vnguem continentiam, & tenorem præinſerti Reſponſi S. Congr. ſub pæna excommunicationis, & vnciarum quinquaginta pijs vſibus arbitrio noſtro applicanda. In quor. fidem, & teſtimonium has pręſentes fieri iuſſimus noſtræ manus ſubſcriptione, & ſigilli noſtri impreſſione munitas, & roboratas. Datum Drepani in diſcurſu Viſitationis die 16. Septembris ſeptimæ Indict. 1608.

Marcus Epiſcopus *Mazar.* Florianus Ipeſia Secret.

INSTRVMENTVM LXVI.

Canonici Cathedralis Catanenſis Eccleſiam S. Mariæ La noua *in corpore Raguſiæ poſitam concedunt F. Iacinto de Raguſia Priori alterius conuentus Eccleſię S. Antonini diſtantis à cohabitatione ciuium, & ideo derelicti, cum facultate fabricandi nouum conuentum ad dictam Eccleſiam Sanctæ Mariæ, cum pactis in hoc inſtrumento expreſſis.*

Die octauo Ianuarij IX. Indict. 1611. coram Luca Antonio Piſano, Iacobo la Priuitera, & Magiſtro Andrea è Sanoca teſtibus, &c.

a Teſtamur cum in terra Raguſiæ reperiatur, & ſit quædam Eccleſia ſub titulo S. Marię *la noua* de pertinentijs, & bonis Capituli maioris Eccleſiæ huius Vrbis Cathaniç, & cum certo petio terræ collateralis cum dicta Eccleſia S. Mariæ *la noua* ex parte Septentrionis, in qua quidem terra Raguſiæ reperitur Conuentus Tertij Ordinis S. Franciſci Regularis Obſeruantiæ ſub titulo *delli Scalzi* collocatus in quadam Eccleſia dictæ terræ ſub titulo S. Antonini, in qua Eccleſia S. Antonini tamquam diſtante à commercio, & coha-

ohabitatione communi dictæ terræ, non venit ille conuentus ꝑersonarum, quas Patres, & Monachi dicti conuentus deſiderant iuuare ſpiritualiter in celebratione Miſſarum confeſſione, & communione, alijſq; ſpiritualibus, & diuinis officijs, ob quod capiunt dictum conuentum transferre, reducere, & collocare in dicta Eccleſia S. Mariæ *la noua* quę eſt in medio terræ prędictę, & pro tali cauſa ſe contulit in hanc prædictam vrbem Cathaniæ infraſcriptus Pater Prior dicti conuentus prędictę terrę Raguſię, atq; rogauit, & rogare fecit infraſcriptos Canonicos dictę Maioris Eccleſię, & Capituli prędicti, quatenus ſe contentarent & vellent renuntiare, ſeu concedere dicto conuentui prędictam Eccleſiam S. Marię *la noua* cum dicto terreno, in quibus dictus conuentus poſſit ſtabiliri, & perpetuo manere.

2 Super qua petitione, & rogationibus habita conſideratione, & tractatu in diuerſis vicibus inter dictos Canonicos, bene diſcuſſo negotio, & habita conſideratione ad deuotam intentionem dictorum Patrum, & Monachorum dicti conuentus, & auxilium, quod præſtant ciuibus dictę terrę, et celebratione miſſarum, ac frequentia confeſſionis, et communionis, et aliorum diuinorum officiorum in ſeruitium Dei, et ſalutem animarum, et tanta melius pręſtabunt (Deo fauente) in dicta Eccleſia tamquam vicina omnibus partibus dictę terræ, et Eccleſię prædictę melius ſeruietur in diuinis, deliberarunt, Eccleſiam predictam cum dicto terreno collaterali concedere dicto conuentui, et ad preſentem deuenire prout deuenerunt, Actum modo, et forma, et ſub pactis infraſcriptis.

3 Idcirco hodie pręſenti die D. Bartolomæus, et D. Mauritius Piſce fratres, D. Dominicus Cardillo, D. Ioannes Baptiſta Paterio I. V. D. D. Hieronymus de Alexiandro, D. Michael de Pactis Doctor, D. Octauius de Santalone, et I. V. D. Stephanus Vighia, coram nobis ſponte, etc. interuenientes ad hæc tamquam Canonici, et maior pars Canonicorum dictæ maioris Eccleſiæ huius clariſſimæ vrbis Caſinæ repręſentantes capitulum eiuſdem Eccleſiæ pro eis, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum in dicto Capitulo, & Eccleſia ſub pactis tamen legitimis, & conditionibus infraſcriptis, & non aliter, &c. & ſub annua præſtatione canonis, & recognitionis prout infra.

Digitized by Google

4 Conceſſerunt,& concedunt, & ſuper ſolemnem ſtipulationem ab hodierno die inantea in perpetuum aſſignauerunt, & aſſignant Patri F. Hyacintho de Raguſa tamquam Priori ſupradicti conuentus Tertij Ordinis S. Franciſci Regularis Obſeruantię ſub titulo *delli Scalzi* dictæ terræ Raguſiæ præſenti, & nomine dicti Conuentus predictę terrę firmaudi in Eccleſia,& in ea permanſuris in perpetuum ad emphiteoſim ſub annuo canone, ſine iure cẽſus in perpetuum, recipienti, & legitime ſtipulanti pro dicto conuentu,& ſucceſſoribus in eo, in perpetuum, dictam Eccleſiam ſub titulo S.Marię *la noua* cum eius terreno,ex parte Septentrionis ſitam,& poſitam in dicta terra Raguſię confinantem cum via publica ex occidente,& cum plano ex meridie,& alijs confinibus cum iuribus ſuis omnibus, cum quibus, &c.

5 Seruato tamen pro dicto Capitulo per ſe, &c. & excluſis à præſenti conceſſione campana exiſtente in dicta Eccleſia,necnon,& omnib. iocalibus, et veſtibus in dicta Eccleſia exiſtentibus, & etiam ex bonis omnibus ſtabilibus,iuribus,cenſualibus, redditibus, fructibus, & prouentibus, et alijs dictę Eccleſiæ competentibus, et competituris directe, uel indirecte, tacite, vel expreſſe, et non aliter, etc.

6 Et hoc ſub annua reſeruatione iuris Canonis perpetui, ſeu recognitionis rotuli vnius cerę laboratę albę pro quolibet anno conſignandi per dictum conuentum, et pro eo, per dictum Priorem præſentem, et ſe obligantem nomine dicti conuentus per ſe, etc. dicto Capitulo prædictæ maioris Eccleſiæ, et ſucceſſoribus in ea in perpetuum, et pro eo, dicti eius Canonicis ſtipulantibus pro eis, etc. in omni ſecunda die menſis Februarij cuiuslibet anni, incipiendo ſoluere, ſeu conſignare in ſecunda die menſis Februarij anni IX. Indict. inſtantis in antea, et ſic ſucceſſiue quolibet anno in tempore prædicto in perpetuum, etc.

7 Francam tamen, liberam, et expeditam dictam Eccleſiam, ſupra, conceſſam ab omni alio iure canonis, cenſu, grauamine, et cuiuslibet alterius generis ſeruitute, ſub pactis, etc.

8 Primo, quod dicta Eccleſia, et locus ſit, et intelligatur conceſſa, et conceſſus ad effectum, vt in ea, et in eo reducatur, et ſemper permanere debeat dictus conuentus, dictuſq; locus, et Eccleſia beneficietur, et continuo anno quolibet ſoluatur dictum ius canonis,

nonis,alias ſi dictus conuentus non ſtabit,et continuo non manebit in loco, et Eccleſia prædicta, aut dicta Eccleſia, et locus non beneficabitur, vel caſſatum fuerit in ſolutione dicti canonis ſaltem per biennium, caſibus prædictis, et quolibet eorum cadat à præſente conceſſione; dictaq; Eccleſia, et locus ſtatim, et incontinenti perueniant ad dictum Capitulum maioris Eccleſiæ per ſe, et vna cum toto benefacto, ſi quod in eo, et ea erit, et poſſit dictum Capitulum per ſe, et auctoritate propria, et ſine iuſſu curię dictam Eccleſiam, et locum ſupra conceſſam, et conceſſum vna cum toto benefacto in eis exiſtente ſibi capere, et ad ſe aduocare abſq; incurſu ſpolij, remiſſis, etc.

9 Item pacto, et conditione, quod dictus conuentus per ſe, etc. nullo futuro tempore poſſit, nec valeat dictam Eccleſiam, et locum, neq; benefacta in eis facienda vendere, renuntiare, concedere, donare, nec quouis modo alienare quibuſuis perſonis, vel perſonæ, Monaſterio, Eccleſiæ, aut Religioni quomodocumq; et qualitercumq; alias in caſu contrauentionis præmiſſorum, vel cuiuslibet eorum cadat à præſente conceſſione dictæ Eccleſiæ, et loci vna cum toto benefacto, ſi quid in eis erit, modo, et forma, quibus ſupra, etc.

10 Et ideo titulo, & ex cauſa præſentis contractus dicti Canonici nomine dicti Capituli pro eis, &c. de bonis prædictis ſupra conceſſis cum iuribus eorum omnibus prędictis, & cum pactis, & conditionibus, quibus ſupra, & infra in dictum conuentum, & pro eo in dictum eorum Priorem pro eo ſtipulantem, per ſe, &c. transtulerunt, & mandarunt, transferunt, & mandant omne ius, vtile dominium, poſſeſſionem, & actionem quamcunq; actualem, realem, & perſonalem, &c.

11 Adeo, quod dictus Conuentus per ſe, &c. ex hinc in antea poſſit, & valeat dictam Eccleſiam cum dicto terreno vt ſupra conceſſam ſub pactis, legibus, & conditionibus ſupradictis, & infraſcriptis, & non aliter, &c. tenere, & poſſidere pro effectu, & cauſa prædictis, pro quibus eſt facta de eis conceſſio iuxta forma præſentis contractus, & non aliter, &c.

12 Promittentes, ſeq; ſolemniter obligantes dicti Canonici nomine prædicti Capituli pro eis, dicto Conuentui, & pro eo dicto eius Priori ſtipulanti pro ſe, & eo, ſemper, et omni futuro tempore prę-

cedentib.

Digitized by Google

cedentibus adimpletis, & obſeruatis prius omnib. & ſingulis pactis, legibus, et conditionibus ſupradictis, et infradictis, & non aliter, &c. ſupradictam Eccleſiam ſuperius conceſſam cum iurib. ſuis omnibus, vt ſupra, legitime defendere, guarentare, & disbrigare, et diſcalumniare erga omnes, et ſingulas moleſtantes, & impetentes perſonas, etc. qua euictione ſecuta, etc. pacto rato manente, &c. Remiſſa tamen neceſſitate laudandi, etc.

13 Item pacto etiam, et conditione, vt ſupra, quod ſi infra annum vnum ab hodie dictus conuentus non obtinebit decretum, et confirmationem præſentis contractus, et conceſſionis, ad quem ſpectat, ſi, et quatenus opus erit, et infra dictum terminum non peruenerit, et collocabitur in dicta Eccleſia ſupra conceſſa, et in ea exinde perpetuo non manebit caſibus prædictis, & quolibet eorum dicta Eccleſia cum dicto terreno, vt ſupra conceſſo, & conceſſa ſtatim abſq; alia declaratione, neq; miniſterio hominis, vel curiæ perueniant, et peruenire debeant, ac reuertantur vna cum toto benefacto forte in eis exiſtente ad dictum Capitulum, et in omni caſu ex ſupradictis præſens contractus ſit, et intelligatur caſſus, irritus, et nullus, prout ſi nonquam factus, et ſtipulatus fuiſſet, omni contradictione ceſſante, et penitus remota, et non aliter, etc.

14 Item etiam pacto, et conditione, quod in caſu, quo aliquis ex Canonicis, ſeu beneficiatis dictæ maioris Eccleſiæ Catanæ acceſſerit ad dictam terram Raguſiæ nomine dicti Capituli, quod vtiq; et pro illo tempore, in quo ſteterit in dicta terra habeat, et poſſit permanere, et dictus conuentus teneatur, prout dictus eius Prior ſe obligauit per ſe, etc. dare, vt dicitur, vnam ſtantiam *con la commodità di letto neceſſario*; et ſic ſucceſſiue in perpetuum fieri, et obſeruari debere, toties, quoties caſus euenerit, et non aliter, etc. cognitis omnibus, etc.

15 Quæ omnia, etc. dicti contrahentes, et ſtipulantes nominib. prædictis ad inuicem pro eis, etc. rata promiſerũt ſemper habere, etc. obligando propterea dicti Canonici bona omnia dicti Capituli, et dictus Prior bona omnia dicti conuentus, ad omnia, et ſingula damna, et intereſſe habentes ad inuicem, omni actione, et exceptione doli mali, etc.

Ex Actis meis Vincentii Archidiaconi publici Catan. Colleg.

Digitized by Google

INSTRVMENTVM LXVII.

Canonici Catedralis Catanenſis de nouo conceſſionem Eccleſiæ S. Mariç la noua Raguſia approbant, & ratificant Fratribus pro eorum Conuentu fabricando.

1 Die vltimo eiuſdem coram venerabili Don Ioanne Iangræco, & D. Franciſco Spano teſtibus. Quia vigore ſuperioris contractus inter alia pacta, fuit pactitatum, & accordatum, quod ſupradictus conuentus infra annum teneretur obtinere decretum, & confirmationem ſuperioris contractus conceſſionis ab eo, ad quem ſpectat, & cum pro impetrando decreto prædicto comparuerit coram Reuer. Epiſcopo huius vrbis fuit per eum facta prouiſio, quod congregato toto, & integro Capitulo prouidebitur, præſupponendo forte, quod in tempore ſtipulationis ſupradicti contractus non interfuiſſent omnes Canonici repræſentantes, & facientes totum, & integrum Capitulum.

2 Ideo pro maiori cautela ipſius Conuentus, ac pro executione ſupradictæ prouiſionis factæ per dictum Reuer. Epiſcopum, præcedente prius tractatu diuerſis vicibus inter ipſos Canonicos bene diſpoſito negotio, & habita conſideratione ſuper omnibus contentis in ſuperiori contractu congregatis omnibus infraſcriptis Canonicis vocatis ad ſonum campanellæ, & in loco ſolito, vbi negotia dicti Capituli tractari, & definiri ſolent, videlicet D. Bartolomæus, & D. Mauritius Piſce fratres, D. Philippus Taranto I. V. D. D. Dominicus Cardillo, D. Carolus de Leo, D. Ioannes Baptiſta Paterno V. I. D. Don Hieronymus de Vllexiandro, D. Michael de Pactis, Doctor D. Octauius de Santalone, & V. I. D. Don Stephanus Viglia, facientes, & repręſentantes totum prædictum Capitulum, ſtante, quod alij duo Canonici non poſſunt interuenire, videlicet, Don Franciſcus Arias Doctor, qui eſt abſens ab hac vrbe, & D. Ioſeph de Franchis reperitur carceratus in caſtro Rurſino vrbis prædicto, vigore præſentis notæ ratificarunt, & ratificant, confirmarunt, & confirmant, approbarunt, & approbant ſuperiorem contractum, prout iacet in vim ſecundi conſenſus, & quatenus opus eſt de nouo.

Digitized by Google

3 Conceſſerunt, & concedunt Eccleſiam prædictam ſub titulo S. Mariæ *la noua* de pertinentijs, & bonis Capituli maioris Catedralis Eccleſiæ huius vrbis, vna cum petio terreni collateralis ad dictam Eccleſiam pro canone, & ſub omnibus illis pactis, clauſulis, obligationibus, & reſeruationibus contentis, & expreſſatis in ſuperiori contractu.

4 Hoc tamen addito, quod Prior, & Monachi ſupradicti conuentus præſentes, & qui pro tempore erunt ſint, & cenſeantur electi prout vi præſentis Actus Canonici facientes integrum Capitulum prędictum elegerunt, & eligunt perpetuos Capellanos Eccleſiæ prædictæ, tam pro celebratione miſſarum, quam confeſſione, & communione, ac alijs ſpiritualibus, & diuinis officijs, omni meliori modo, &c. Ex hoc pro exoneratione conſcientiæ prædictorum Canonicorum, ad quæ forte tenerentur, & non aliter. Et ſic iurarunt, &c. cognitis, &c. Vnde, &c.

Raguſiæ in diſcurſu Viſitationis die 19. Iunij IX. indict. 1611.

1 Ex parte Illuſt. & Reuer. D. Epiſcopi fuit prouiſum, quod præſens contractus confirmetur, ſaluis ſemper iuribus ipſi Illuſtr. & Reuer. D. Epiſcopo, eiuſq; ſucceſſoribus. Nec per hoc intelligatur illatum aliquod præiudicium ſeminario conſtructo in dicta vrbe, vel conſtruendo in futurum quo ad contributionem ratæ tangentis ſuper fructibus, & redditibus dictæ Eccleſiæ, iuxta formam ſacri Concilij Tridentini, & declarationis Illuſtr. DD. Cardinalium ſupradicto Concilio. Et præſens contractus præſentetur, & regiſtretur in Actis Curiæ Epiſcopalis, & parti reſtituatur.

D. Sebaſtianus Sanctorius Secret. & Conſiliaris, &c.

Extractum ex originali conſeruato in Archiuio dicti Conuentus; Nota hic, quod contributionem ratę pro ſeminario debent ſoluere Canonici, apud quos remanſerunt redditus, & prouentus Eccleſię eiuſmodi, & non Fratres, qui Eccleſiam, & terrenum receperunt pro eorum vſu, & habitatione. Præterquam quod Monaſteria Mendicantium exempta ſunt ab huiuſmodi contributione, vt expreſſe habet dictum Concilium ſeſſ. 23. cap. 18. Rodriq. tom. 2. q. 66. art. 3.

INSTRVMENTVM LXVIII.

Vicarius Generalis Syracuſanæ ciuitatis ſede vacante concedit F. Bonauentura Corona facultatem fabricandi conuentum prope Ecle-

ecleſiam S. Ioſeph ciuitatis Modicæ donatam Fratrib. per Confratres eiuſdem Eccleſiæ patronis.

1 Nos Dominicus Parauinus S.T.D. Decanus Catedralis Eccleſiæ Syracuſanæ, ac eiuſdem diæceſis in ſpiritualibus, & temporalibus Generalis Vicarius, ſede vacante, vniuerſis, & ſingulis præſentes viſuris, lecturis, pariter audituris, & præſertim RR. Vicarijs, cæteriſq; officialibus ciuitatis M. hac noſtræ Syracuſanæ diæceſis, cui, vel quibus præſentes præſentatæ fuerint nobis in Christo dilectis ſalutem in Domino ſempiternam.

2 Cum itaq; ex parte R.P. Bonauenturę Corona S.T.D. Tertij Ordinis S. Franciſci de Aſſiſio nuncupati *delli Scalzi* per commiſſionē R.P. Gen. dicti Ordinis Illuſt. D. Gubernatoris Comitatus Mo hac, DD. Iuratorum dictæ ciuitatis fuerit nobis ſupplicatum, atq; pro augmento diuini cultus, maxima deuotione quam ciues ciuitatis prædictæ erga predictam Religionem, prout cupiunt, de nouo erigere, fundare, & conſtruere conuentum dict. Ordinis in Eccleſia S. Ioſeph dictę ciuitatis eis conceſſa per Procuratores, Rectores, & Confratres Eccleſię prædictæ, & pro conſtructione dicti conuētus pro dote fuerint per dictos Procuratores, & Confratres aſſignata omnia iura, redditus, fructus, & prouentus ad dictam Eccleſiam ſpectantia, & pertinentia prout per actum dictæ conceſſionis, & aſſignationis eſt videre factę in Actis Notarij Iacobi Re daſta die 25. Martij X. indict. 1612. Ad quem in omnibus, & per omnia habeatur relatio. Quod cum facere non poſſint abſq; noſtra expreſſa licentia, & benedictione, Nobis ſupplicarunt, vt illis concedere, & impertiri dignaremur.

3 Nos vero iuſtis petitionibus, & eorum deſiderijs annuentes, diuiniq; cultus augmentum deſiderantes, necnon vtilitatem animarum, tam eiuſdem dictæ ciuitatis conſequenter, tam in celebratione Miſſarum, & Diuinorum Officiorum, quam in diuini veſtri prædicatione attendentes, harum ſerie liberam licentiam illis concedimus, & impartimur de nouo fundandi, & erigendi, & conconcedimus, & impartimur de nouo fundandi, & erigendi, & conſtruendi dictum conuentum in dicta Eccleſia S. Ioſeph prędictæ ciuitatis, cum hoc tamen, quod ſemper in prædicto conuentu reſidere habeant ad minus octo Fratres, ſeu quatuor Sacerdotes, & quatuor Laici, prout ſe obligauit dictus R.P. Bonauentura.

Digitized by Google

4 Seruato tamen nobis, & ſucceſſoribus noſtris in perpetuum iure viſitandi dictam Eccleſiam. Mandantes omnibus, & ſingulis officialibus, presbiteris, clericis, & perſonis noſtris ſubditis, et ſignanter R. Vicario dictæ ciuitatis quatenus cum effectu premiſſa exequantur, & obſeruentur, per quos decet, exequi, & obſeruari faciant. Contradictores vero, ſi opus fuerit, per cenſuras eccleſiaſticas compeſcendo. In quorum fidem, & teſtimonium præſens priuilegium per infraſcriptum Secretarium fieri fecimus manus noſtræ ſubſignatione munitum, & ſoliti noſtri Capitularis ſigilli impreſſione roboratum. Datum Syracuſis die vltimo Aprilis, X. indict. 1612.

Doctor D. Dominicus Patauinus Decanus Vicar. Generalis.

INSTRVMENTVM LXIX.

IN quo Vicarius Generalis Mazarenſis dat F. Bartolomeo de Salemi licentiam fabricandi conuentum in Terra S. Nimphe.

1 D. Franciſcus De lea à Rubeis Decr. Doctor, Archidiaconus, & Canonicus Catedralis Mazarenſis Eccleſiæ, ac eiuſdem Illuſtriſſimi, & Reuer. Mazar. Epiſcopi in ſpiritualibus, & temporalib. Vicar. Generalis RR. Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci Prouinciæ Siciliæ, ac præſertim F. Bartolomeo de Salemis eiuſdem Ordinis nomine, ac pro parte F. Franciſci Guaſtamilij Generalis dicti Ordinis nobis in Chriſto dilectis ſalutem in Domino.

2 Perche è ſtato ſupplicato è prouiſto del tenore, che ſiegue. Videlicet. Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Monſignor, F. Bartolomeo di Saleme del Terz'Ordine di S. Franceſco della Prouincia di Sicilia per nome, et parte del Padre Reuerendiſſimo F. Franceſco Guaſtamiglij Generale di dett' Ordine eſponi à V.S. Illuſtriſſima, & Reuerendiſſima che eſſendo ſtati riceuuti nella Terra di S. Ninfa dalli Signori di eſſa Terra, et per il popolo di quella conforme appare per duoi atti publici nelli atti di Meſſer Girolamo Dragho fatti il dì ſei di Giugno paſſato 6. indict. 1623. et deſignatoli lo loco, doue ſi deue fabricare, et edificare il conuento, et hauendoli anco aſſignato grana vno per tumulo ſopra la macina, conforme appare per il ſopradetto Atto, et per il conſeglio fatto di detta Communità il dì 27. Giugno 1622. acciò ſi poſſi edificare il con-

uento per ſeruigio di Dio, et beneficio dell'anime di detta Terra, non li reſta altro, che la licenza, et beneditione di V.S. Illuſtriſſima, et Reuerendiſſima per hauer il compito effetto, voglij reſtar ſeruita di concederli detta licenza, et benedittione giuſta la forma del Breue Apoſtolico, che oltre al ſeruitio di Dio, et beneficio dell'anime lo riceuerà à gratia particolare di V. S. Illuſtriſſima, et Reuerendiſſima. Et ita ſupplicat, vt Altiſſimus, etc. die 17. Septembris 7. indict. 1623.

3 Fuit prouiſum per Illuſtriſſimum, et Reuerendiſſimum D. Epiſcopum Mazar. ad relationem Spectabilis de Adamo, et Andrea Aſſ qui ſtantibus dictis actibus obligatorijs, et actu etiam obligatorio facto per D. Aries de Giardino die 4. præſentis menſis Septemb. 7. indict. 1623. in actis Hieronimi Dragho de Pan. concedatur licentia . . . . . ſtet penes acta in executione dicta præinſerta prouiſta.

4 Vi ordiniamo, che ſtante la ſudetta petitione eſſer giuſta, et li atti obligatorij fatti, et l'atto obligatorio fatto per lo detto Aries Giardino alli 4. del preſente meſe di Settembre 7. inditt. 1623. nelli atti di Miſſer Gironimo Dragho li concediamo la noſtra licenza, e benedittione di poter fondare detto conuento nel luoco deſignato in detta Terra di S. Ninfa, e quello fabricare, et edificare cõforme alla commodità, e biſogno, reſtando ſalui, et illeſi le raggioni di Monſignor Illuſtriſſimo, et della Chieſa Cathedrale, ordinando per li preſenti, à tutti, et ſinguli noſtri officiali, et in particolare al R. Vicario di detta Terra, che habbia d'eſeguire la preſente, con darui ogn'aiuto, et fauore neceſſario. Datum Mazaræ die 7. Septembris 7. indict. 1623.

Dictus P. F. Bartolomæus recepit corporalem loci poſſeſſionem die decima Septembris 1623. ex actis dicti Notarij Hieronymi Dragho. Locum conceſſit Marchio Aloyſius Aries Giardino Patronus huius Terræ S. Nimphæ. Seraphinus Legius tunc Commiſſarius Prouincialis promouit negotium cum D. Pompeio Lambrogada Archipresbitero die 6. Iunij 1623. qui acceptauit Fratres fabricaturos conuentum ſub inuocatione S. Annæ.

IN-

INSTRVMENTVM LXX.

Vicarius Generalis ſede vacante Montis realis dat F. Barnabæ Commiſſario Generali licentiam fabricandi Conuentum prope Eccleſiam S. Mariæ Gratiæ Ciuitatis Corleonis.

1 Nos Doctor D. Chriſtophorus Hermandes Flores ciuitatis, & Archiepiſcopatus Montis Regalis, eiuſq; magnæ Metropolitanæ Curiæ ſede vacante Vicarius Generalis, Vicario Foraneo, Archipresbitero, omnibuſq; alijs officialibus, & perſonis ciuitatis Corleonis eiuſdem ciuitatis, & Archiepiſcopatus Montis Regalis diœceſis præſentibus, & futuris, maioribus, & minoribus, cui vel quib. præſentes præſentatæ fuerint, aut quomodolibet peruenerint, ſalutem in Domino ſempiternam.

2 Fuit Nobis ſupplicatum, & per Nos prouiſum ſequentis tenoris videlicet.

Reuerendiſſimo Vicario Generale de Florer di queſta città, & Archiepiſcopato di Monreale, ſede vacante. Il Padre F. Barnaba di Palermo Commiſſario Generale del Terz'Ordine di S. Franceſco delli Scalzi per l'ampla facoltà à lui conceſſa, & attribuita dal Reuer. Padre di quello, cum Deo, & eius benedictione, di poter pigliar vn luogo, ſeu conuento in la città di Coniglione, come per patente firmata dal Reuer. Padre Generale, Datum Panormi nel conuento di S. Maria della Miſericordia à 18. di Febraro proſſimo paſſato 1618. Hauendoci perciò, & in ciò l'exponente conferuto in detta città di Coniglione, & fatto, ſeruatis ſeruandis, tutti li debiti requiſiti, ſi richiedono; & eſſendo il tutto per il culto diuino, & ſalute dell'anime nella vigna di S. Chieſa, nemine diſcrepante, da tutti quelli, à quali s'aſpettaua concorrere in detta città di Coniglione, à poter fondare, & fabricare vn nouo conuento di detto Terz'Ordine, hanno tutti concorſo, & contentatoſi di poter quello liberamente fondare, & fabricare di nouo nella Chieſa di S. Maria della Gratia di detta città, come piamente ſi vede, & moſtrano con la preſente, tanto per Atti publici, come per fede delli ſpettabili Pretore, & Giurati, Vicario Foraneo, Arciprete, Clero, Rettore di detta chieſa di S. Maria la Gratia, & tutti i conuenti d'eſſa, &c.

Digitized by Google

3 Per tanto viene à ſupplicare à V. S. Reuer. ſi degni reſtar ſeruita concedere all'Eſponente detta licenza, & facoltà di poter fundare, & fabricare detto luoco, ſeu conuento in detta chieſa di S. Maria la Gratia, in detta città di Coniglione, atteſo il commun conſenſo, e voluntà, & concorſo d'eſſa città, & altri, conforme à detti Atti, fede, e teſtimonij. Et ſopra ciò ſe li faccino lettere di conceſſione per l'effetto predetto, che tutto ſarà coſa grata à Dio N. S. &c.

4 In ciuitate Montis Regalis die nono Iunij primæ Indict. 1618. ex parte Reuer, D. Vicarij Generalis, ſede vacante, de Flores, ſtantib. conſenſibus ciuitatis Corleonis, Clericorum, conuentuum, & aliorum non contradicentium concedatur licentia prout eam nos concedimus, & fiant literæ in forma, & ſtent ſcripturæ penes acta. Antonius Giandiluigni Magiſter Notar.

5 Per eſecutione della quale noſtra preinſerta prouiſta, ſtāti li conſenſi d'eſſa città di Coniglione, clerici, conuenti, & altri non contradicenti, come per le ſcritture, atti, & fede delli ſudetti à noi preſentati nello incartamento, ſopra il quale fu fatto da noi la ſudetta Prouiſta, conforme à quella, diamo, & concediamo licenza, & ampla poteſtà al ſudetto Eſponente di poter liberamente fundare, & fabricare di nouo il ſudetto conuento del Terz' Ordine di S. Franceſco delli Scalzi in la chieſa di S. Maria la Gratia d'eſſa città di Coniglione, per l'effetto, & cauſa predetta in detto preinſerto Memoriale contenta.

6 Commandamo per tenore delle preſenti à tutti l'officiali, perſoni, & altri, che li vogliate dare, & dobbiate dare ogni agiuto, & fauore, trattandoſi per il culto diuino, & ſalute dell'anime ſenza darli diſturbo, ne faſtidio, anzi agiuto etiam di elemoſine conforme Iddio N. S. ſpirerà le loro voluntà; ordinando ancora, che allo Eſponente, ò altra perſona legitima à nome di detta Religione li vogliate dare, ò far dare la reale, & debita poſſeſſione di detta Chieſa, ſeu loco di S. Maria la Gratia per l'effetto predetto, facendo di quella far atto publico con li ſoi debiti ſolennità, che in tali ſi richiedono, vt in futurum appareat, & così exequirete con effetto, per quanto la gratia noſtra teneti cara.

Datum in Ciuitate Montis Regalis die nono Iunij primæ Indict. 1618. Doctor Flores Vicarius Generalis ſede vacante.

Antonius

Digitized by Google

Antonius Giandiliuigni Magiſter Notarius, pręſententur, &c. Et exequantur, &c. Et tradatur poſſeſſio. Regiſtrentur, &c. Et reſtituantur parti, D. M. Antonius Rizzus Vicarius. Præſentatæ, & in curia die vndecimo Iunij primę indict. 1618. de mandato Reuer. Vicarii Foranei dictę ciuitatis, &c.

INSTRVMENTVM LXXI.

F. *Barnabas, recepit poſſeſſum Eccleſię S. Mariæ* la Gratia *Ciuitatis Corleonis cum facultate fabricandi prope eandem Conuentum.*

Die duodecimo Iunii, primę Indict. 1618.

1 Quia Patri F. Barnabę de Panhormo Commiſſario Generali Tertii Ordinis S. Franciſci, vt dicitur *delli Scalzi* ſtante conſenſu, & licentia habita à ſpectabilibus Prætore, & Iuratis, Archipresbitero Vicario Foraneo, & Clero huius ciuitatis Corleonis, necnon à Rectoribus Eccleſiæ S. Marię *la Gratia* huius prædictę ciuitatis, fuit conceſſa licentia poſſe fundare, & fabricare vnum eorum locum, ſeu conuentum in Eccleſia prędicta S. Marię Gratię huius ciuitatis, prout patet per literas Doctoris D. Chriſtophori Hermandes Flores Vicarii Generalis, ſede vacante, Archiepiſcopatus Montis Regalis datas in Monte Regali die nono pręſentis menſis, & literas commiſſionis prędicto P. F. Barnabę conceſſas per eius Generalem, datas in vrbe Panhormi, in conuentu S. Marię Miſericordię die 18. Februarii proxime pręteriti. Et ſtantibus literis prędictis.

2 Pręfatus P. F. Barnabas petiit à D. Marco Antonio Rizzo Vicario Foraneo huius prędictę ciuitatis, vt dignaretur ei dare, & concedere liberam poſſeſſionem Eccleſię prædictę. Quare Vicar. Forã. ſtante ordine ei data in vim ſupradictar. literar. nolens ei iudicialẽ aſſenſum negare, ideo fuit per eum deuentum ad infraſcriptum Actum poſſeſſionis Eccleſię prædictę, eis modo, & forma, vt infra.

3 Propterea hodie præſenti prætitulato die præfatus D. Marcus Antonius Rizzo Vicarius Foraneus huius ciuitatis Corleonis mihi Notario cognitus coram nobis præſentis actus omni meliori modo, quo melius de iure fieri potuit, & poteſt, ſponte in præſentia ſpectabilium Marci Aurelii Croci Capitanei, Domini Antonini Maringo Prætoris, Franciſci de Plaia, Antonini Mangiarda,

D.

D. Iacobi *Milatio*, & Hippolyti Sarzana Iuratorum huius prædictæ ciuitatis, & mei Notarij cogniti, & infraſcripti ad præſens repertorum in Eccleſia D. Mariæ Gratiæ poſſeſſionem, & dominium dedit, & dat præfato P. F. Barnabæ de Panhormo Tertij Ordinis S. Franciſci delli Scalzi ad præſens hic Corleone in Eccleſia prædicta reperto, præſenti, ſtipulanti, & ab eo poſſeſſionem, & dominium cupienti Eccleſiæ D. Mariæ Gratiæ huius prædictæ ciuitatis. A quo quidem Vicario præfatus P. F. Barnabas in ſignum dictæ poſſeſſionis habuit, & recepit claues Sacriſtiæ, & Eccleſiæ prædictæ, quibus ianuas aperuit, & clauſit, & pulſauit campanas dictæ Eccleſiæ, concionando altare prædictæ Eccleſiæ, & multa alia faciendo ſigna veræ, & realis adeptæ poſſeſſionis, & poſuit Crucem ſuper ianuam Eccleſiæ, &c. Præſentibus, &c.

Ex Actis Pauli Bono Corleonenſis Notar. copia hæc extracta per Didacum Bono Notar. Corleon.

INSTRVMENTVM LXXII.

Epiſcopus Meſſanenſis in curſu Viſitationis concedit Fratribus Eccleſiam S. Michaelis Arcangeli de Ceramo Confratrum eiuſdem, vt prope eam Conuentum fabricare poſſint cum permanentia ſaltem octo Fratrum.

1 D. Petrus Ruiz de Valdeuexo Dei, & Sanctæ Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Meſſanenſis, Regiuſq; Conſiliarius. Dilectis Nobis in Chriſto filijs Rectoribus, & Confratribus Eccleſiæ S. Michaelis Arcangeli terræ Cerami noſtræ Meſſan. diæceſis ſalutem in Domino ſempiternam.

2 Inter cætera, quæ ex noſtro paſtorali munere libenter amplectimur, & præcipue nobis cordi ſunt, quæ diuini cultus augmentum, & fidelium deuotionis reſpiciunt incrementum.

3 Quare pro parte veſtra nobis oblata petitio continebat, quod vos pro bono regimine, & manutentione dictæ Eccleſiæ, illam, ſeu verius vſum illius Fratribus Religionis Regularis Obſeruantiæ Tertij Ordinis S. Franciſci *delli Scalzi* nuncupatæ Conuentum dicti Ordinis ædificare concedere deſideratis, ſi à Nobis auctoritate ordinaria licentia concederetur, vt latius in quodam à vobis ſuper hoc confecto inſtrumento in Actis Notarij Ioannis Fran-

ciſci

Digitized by Google

ciſci Manento die 24. Ianuarij proximi præteriti continetur.

4 Nos vero ad Dei Omnipotentis gloriam, diuini cultus augmentum eiuſdem Eccleſiæ vtilitatem, animarumq; ſalutem ad veſtram in præmiſſis, ac totius populi dictæ terrę deuotionem augendam, pijs deſiderijs veſtris annuentes, & conſiderantes quod ſi in dicta Eccleſia conuentus prædictorum Patrum fundaretur, plurimum fidelibus, prædicando, confeſſiones audiendo, aliaq; pia opera exercendo, prodeſſe, & nos in officijs noſtris ſolicitudine adiuuare poſſit; vſum prędictę Eccleſiæ S. Michaelis Arcangeli, quæ ſub matrice parochiali exiſtit, & ab ipſa matre Eccleſia multum diſtat, & vbi eſt hodie maxima habitantium multitudo, prædictis Fratribus Religionis Tertij Ordinis S. Franciſci ad ibidem conuentum ædificandum duximus concedere, prout pręſentium tenore, ac auctoritate noſtra ordinaria vſum dictę Eccleſię eis in Dei nomine concedimus.

5 Ita quod in dicto conuentu conſtruendo octo ſaltem Fratres ad preſcriptum Apoſtolicarum conſtitutionum permanere debent, alias ab ipſa Eccleſia expelli poſſint, & pręſens conceſſio nulla ſit; & in prędicta Eccleſia Confratres dictę Confraternitatis permaneant, Altiſſimo, prout antea, abſq; vlla contradictione famulari poſſint, & valeant.

6 Saluo tamen iure dictę matrici parochiali Eccleſię, & patronatus, ſi qui ſunt in ea, exiſtat, ac Nobis, & ſucceſſoribus noſtris facultate ſemper, & quandocunq; dictam Eccleſiam omni pleno iure viſitandi, corrigendi, & reformandi omni meliori modo, &c. prout Nobis, & ſucceſſoribus noſtris bene viſum fuerit.

7 Quare Reuer. Archipresbitero dictę Eccleſię precipimus, & mandamus, quatenus pręſentes noſtras literas obſeruet, & exequatur, & Fratribus prędictis opere, & auxilio faueat, in Domino hortamur.

In quorum fidem datum in iure Ioannis Pilerij in diſcurſu Viſitationis die nono Februarij 1613.

Petrus Archiepiſcopus Meſſanenſis.

Illuſtr. & Reuer. D. Archiepiſcopus Meſſanenſis mandauit mihi D. Horatio di Napoli Magiſtro Notario.

Nullam inuenio Conſtitutionem quæ poſtulet de neceſſitate illum octonarium numerum Fratrum. Scio Gregorium XIII. prohibuiſſe, ne noua lo-

exreciperentur à Regularibus, niſi inibi ab initio degerent duodecim Fratres. Quod viſum fuit durum, ideo in Decretis de celebratione Miſſarum indultum fuit, vt noui conuentus poſſent fabricare, dummodo ibidem ali poſſent ad minus ſex Fratres. Rem hanc fuſius tractauî Contrau. 36. de Erectione nouorum conuentuum.

INSTRVMENTVM LXXIII.

ARchiepiſcopus Meſſanenſis concedit M. F. Seraphino Leggio Eccleſiam, & Conuentum S. Mariæ della Nuntiata *Roccha, in quibus antea habitabant Reformati S. Franciſci Conuentualium, prope muros dictæ Terræ.*

1 Nos Andreas Maſtrillus, Dei, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ gratia Archiepiſcopus Meſſanæ Regius Conſiliarius, &c.

Dum Sacer Ordo Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia vberes ſalutis fructus in vinea Domini in dies, benedicente Domino, producit, dignum arbitramur, & congruum, vt ad illius incrementum, & propagationem in Meſſana diæceſi, quantum in Domino poſſumus ſtudeamus.

2 Dudum ſiquidem ex parte Reuer. P. Magiſtri Seraphini Leggio Commiſſarij Prouincialis, & aliorum Fratrum dicti Ordinis, qui ad Nos cum literis D. Petri Valdina Baronis Terræ Rocchæ noſtræ Meſſanenſis diæceſis aduenerunt, qui dictis Fratribus menſib. præteritis Eccleſiam, ſeu Conuentum *la Nuntiata* nominatum in territorio dictæ Terræ Rocchæ exiſtentem per Acta proprij Notarij conceſſit, accedente etiam ad hoc conſenſu omnium Fratrum Ordinis Minorum Conuentualium Reformatorum S. Franciſci, qui in dicta Terra conuentum habent, vt per huiuſmodi Actum conſenſus apparet ſcriptum in Actis Notarj Antonij Mailidie 25. Martii 1623. Nobis oblata petitio continebat, quod ad Dei Omnipotentis gloriam, animarumq; ſalutem conuentum prædicti Ordinis in dicta Eccleſia, ſeu conuentu *della Nuntiata* fundare deſiderant, ſi à Nobis licentia concederetur.

3 Nos vero ad amplitudinem dictæ Terræ, & diæceſis noſtræ oculos circumuoluendo conſiderantes, quod ſi in dicta Terra conuentum prædictorum Fratrum fundaretur, plurimum fidelibus, prædicando, confeſſiones audiendo, aliaq; pia opera exercendo prodeſſe,

deſſe, & Nos in officijs noſtri ſolicitudine adiuuare poſſent: eorum eorum ſupplicationibus inclinati, prædictam Eccleſiam, & Conuentum ædificandum, & conſtruendum præſentium tenore, auctoritate ordinaria, qua fungimur, & omni alio meliori modo, quo poſſumus, conceſſimus, actumq; conceſſionis huiuſmodi ſic, vt præfertur, facta confirmamus: ſaluo iure parochiali, & patronatus, ſi quod inexiſtit, ac Nobis, & ſucceſſoribus noſtris Eccleſiam prædictam viſitandi, & ſi quæ fuerint in ea ordinanda ordinandi, & alia omnia exercendi, & faciendi, quæ tunc tam in ipſa Eccleſia, quam in alijs gerere, exercere, & facere poſſumus: ſalua etiam Nobis poteſtate prædicta Eccleſia à dictis Fratribus reuocandi quoties, & quando, cum, & quatenus Fratres prædicti in eodem conuentu commorantes Nobis, & ſucceſſoribus noſtris, in rebus ad dictam Eccleſiam, & noſtram iuriſdictionem ſpectantibus facere neglexerint.

4 Quare Reuer. Archipresbiter, Reuerendoq; Vicario Foraneo, & Clero dictæ Terræ Rocchæ præcipiendo mandamus, quatenus præſentes noſtras literas obſeruent, & Fratribus prædictis opere, & auxilio faueant. In quorum fidem datum in Terra Noharici in diſcurſu viſitæ die vltimo Martij 1623.

D. Andreas Archiepiſcopus Meſſan.

Antonius Deſi Mag. Notarius, &c.

INSTRVMENTVM LXXIV.

Vicarius Generalis, ſede vacante, Mazarenſis concedit M. F. Cherubino Tarantello Prouinciali vt in ciuitate Montis S. Iuliani Fratres poſſint ampliare Eccleſiam ſub titulo eodem SS. Rochi, & Sebaſtiani, atq; conuentum ibidem conſtruere.

1 D. Franciſcus de Elia, & Rubeis V. I. D. Prothonotarius Apoſtolicus, Archidiaconus, & Canonicus Catedralis *Mazarenſis* Eccleſiæ, ac eiuſdem Epiſcopatus, & diæceſis in ſpiritualibus, & temporalibus ſede vacante, Vicarius Generalis Capitularis, dilecto Nobis in Chriſto admodum Reuerendo Patri M. F. Cherubino Tarantello Prouinciali Religionis Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia, ſub titulo *delli Scalzi*; & admodum Reuer. P. F. Matthæo à Monte Priori conuentus, & Congregationis Fratrum dictæ Religio-

ligionis ciuitatis Montis S. Iuliani noſtræ Mazarenſis diæceſis ſalutem in Domino.

2 Ad ea libenter animum intendere ſolemus, per quæ ſalus animarum, diuini cultus augmentum, ac Chriſtifidelium deuotio procurari facile cognoſcimus; Cum itaque pro parte veſtra Nobis expoſitum fuerit, quod vos Eccleſiæ, & Conuentus indigentes in ciuitate Montis S. Iuliani, ſtante legitima prohibitione fabricandi in loco, per vos ad id electo intra mœnia dictæ ciuitatis pro vita Riligioſa ducenda, & diuinis celebrandis officijs, Eccleſiam SS. Rochi, & Sebaſtiani intra mœnia eiuſdem ciuitatis Montis ampliare, augere, & de nouo inſtituere, & in melius reformare ſub titulo S. Mariæ magnæ matris Dei, ac in ea, vel circum circa conuentum ædificare propoſuiſtis, vt in ea Fratres dictæ Religionis deſeruiant in diuinis, Nobis humiliter ſupplicantes, quatenus ſuper præmiſſis gratioſe prouidere dignaremur.

3 Nos igitur conſiderata veſtra neceſſitate de Eccleſia prædicta, & conuentu pijs veſtris ſupplicationibus inclinati deſideria veſtra omnia facere volentes moti ex deuotione, qua dicitur Glorioſum Sanctum Franciſcum de Pęnitentia, & eius Religionem proſequimur, cupientes etiam Chriſtifideles dictæ ciuitatis ad eam in dies accendi, & proximam pro eadem commoditate Eccleſiam, & conuentum dictæ Religionis fundari, & ſtabiliri, & ſuper huiuſmodi cauſa fuit mota quæſtio per Procuratorem Religionis Montis Carmeli eiuſdem ciuitatis, & ſeruatis ſeruandis fuit per Nos, & hanc noſtram magnam curiam Epiſcopalem Mazar. prouiſum.

4 Concedatur licentia conſtruendi Conuentum, ſiue Monaſterium Ordinis S. Franciſci, à qua fuit per dictum Procuratorem Carmelitarum appellatum tam ad magnam curiam Epiſcopalem Metropolitanam felicis vrbis Panormitanę, quam ad tribunal regiæ Monarchiæ, & tandem fuit prouiſum in fauorem veſtræ Religionis, quod fiat literæ obſeruatoriales.

5 Ideo auctoritate noſtra ordinaria, qua in hac parte fungimur, ſibi, & dictæ Religioni Eccleſiam prædictam Sanctorum Rochi, & Sebaſtiani, ſi, & quatenus opus eſt, de nouo concedimus, & elargimur ex nunc prout ex tunc, ſub infraſcriptis pręuijs reſeruationibus, & non aliter, nec alio modo. Ita quod hinc inantea dictam Eccleſiam ampliare, augmentare, & in melius reformare poſſis, & poſſitis,

Digitized by Google

poſſitis, valeas, & valeatis mutando titulum dictę Eccleſię in titulum S. Marię magnæ matris Dei, dummodo in ea ſeruetur ſemper Capella cum imagine, & titulo SS. Rochi, & Sebaſtiani.

6 Dantes etiam licentiam in ea, & circum circa conuentum pro Fratribus dictę Religionis conſtruendi, & ędificandi, dummodo omnia ſint, iuxta ſacrorum canonum Decreta; ſeruata etiam Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. futuro Epiſcopo, et ſucceſſoribus ſuis, cui ius dederint in futurum cunctis futuris temporibus, collatione dicti beneficij SS. Rochi, et Sebaſtiani cum omnibus iuribus, prouentibus, cenſibus, redditibus, et actionibus, qui ſemper maneant illęſi dicto beneficiali in dicta Eccleſia, ſeu Capella SS. Rochi, et Sebaſtiani, qui pro tempore erit. Reſeruato etiam dicto Illuſtriſſimo, et Reuer. Epiſcopo, et ſucceſſoribus ſuis in dicta Eccleſia, ſeu Capella iurib. viſitationis, et vocatę, ſeu, vt dicitur *la chiamata*, in feſto Sanctiſſimi Saluatoris in ſignum ſuperioritatis, ſimiliter Cathedratus, et quartæ epiſcopalis, et alijs omnibus, et ſingulis iuribus per dictam Eccleſiam ſolui ſolitis, et conſuetis, et non aliter, nec alio modo.

7 Mandantes ſimiliter harum ſerie Reuer. Vicario Foraneo dictę ciuitatis Montis quatenus te, vel Congregationem prędictam in poſſeſſione dictę Eccleſiæ SS. Rochi, et Sebaſtiani, ſi, et quatenus opus eſt, ex nunc prout ex tunc ponant, et inducant, et conuentum predictum vbilibet eligendi, et conſtruendi licentiam impertimur.

8 Necnon Eccleſiam predictam ampliare, et ędificare, et magnificare, ac in ea miſſas, et diuina celebrare officia. Immo vos ab omnibus, qui moleſtare voluerint defendere auctoritate noſtra, ac alijs iuris remedijs, prout opus fuerit, etc.

In quorum omnium fidem, et teſtimonium has pręſentes fieri fecimus noſtra ſubſcriptione, et ſigillo Capituli, quo in talibus vtimur impreſſione munitis, et roboratas. Datum Mazarę die decimo Iulij, quartę Indict. 1636.

D. Franciſcus de Elia, et Rubeis V.G. D. Fabianus Carcia M. Notarius. Die 26. Ianuarij quintæ Indict. 1637.

Præſentatæ fuerunt, et ſunt præſentes literæ apud Acta Curiæ Foraneæ huius ciuitatis Montis Sancti Iuliani, et de mandato R. Domini Antonij Coppola Vicarij Foranei dictæ ciuitatis,

vt

vt quod præſentes exequantur, & regiſtrentur, vnde, &c.

Ex actis Curiæ Foraneæ ciuitatis M.S. Iuliani.

D. Iacobus de Amico Mag. Notar.

INSTRVMENTVM LXXV.

Episcopus Placentinus concedit licentiam ædificandi Eccleſiam S. Mariæ Laureti in vicinia S. Sauini ſuper viridarium à Franciſco Burgo venditum F. Donadeo Muſæ Prouinciali, qui Monaſterium ibidem à fundamentis cum Eccleſia fabricauit.

Ioannes Linatus, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Placentinus, & Comes.

Quia requiſiti à multum Reuer. P. Donadeo Muſa Tertii Ordinis S. Franciſci Prouinciali, & in eius præſentia hodie viſitauimus ſitum quendam nuncupatum *il Gardino* poſitum in vicinia S. Sauini huius ciuitatis; per eum nuper, vt aſſeruit, nomine ſuæ Religionis aquiſitum ab illuſtri quodam D. Franciſco Burgo ad effectum ibi, habita licentia, erigendi vnam Domum Regularem cum ſua Eccleſia pro Fratribus Religionis huiuſmodi; & ſuper quo ſitu pro nunc locus ſtratam publicam conſtrui facere intendit, Nobis ei licentiam concedentibus, pro qua inſtetit, vnum publicum Oratorium, ſeu Capellam ſub titulo B. Mariæ Virginis de Laureto, vbi miſſę ſacrum fieri poſſit; & reperimus ſitum ipſum ſatis commodum, ſperantes, hoc ceſſurum eſſe in diuini cultus augmentum, petitioni huiuſmodi annuere decreuimus.

Quare tenore præſentium D. multum Reuer. Patri Prouinciali licentiam concedimus quatenus ſuper ſitu prædicto ſecus ſtratam publicam conſtrui, & ædificari poſſit vnum publicum Oratorium ſub titulo prædicto, quod tamen ſatis ſit ſufficientis capacitatis, & ab omni ſeruitute liberum, & cum omnibus requiſitis, in quo poſt quam perfectum fuerit, & omnibus neceſſarijs inſtructum, ac à Nobis approbatum, miſſæ ſacrum fieri poſſit; citra tamen pręiudicium Parochi, & iurium parochialium. In quorum fidem, datum in Palatio noſtro Epiſcopali die 12. Maij 1620.

Ioannes Epiſcopus.

Franciſcus Parma Notar. & Cancellar.

Com-

Digitized by Google

Commendatio Communitatis Placentinæ.

NOi Priore, & Antiani de l'inclita Città di Piacenza per tenore di queſte noſtre letere, & patenti à qualunque le vedrà, & legerà facciamo ampla, & indubitata fede, ſi come in eſſa città ſi ritroua eretta vna Chieſa, ò Oratorio publico & caſa ſotto il titolo della Beata Vergine Maria di Loreto per li Reuer. Padri del Terz' Ordine di S. Franceſco ſu la vicinanza di S. Sauino, già ſcorrono duoi anni, & eſſendo detta Chieſa, ò Oratorio publico, & caſa ben regolata da detti Padri d'eſemplar vita, quali s'impiegano di continuo à ſtudij, confeſſioni, celebrationi di ſacrificij, prediche, & altri eſſercitii ſpirituali con molta prontezza, et carità, doue che per la molta deuotione, che tutta queſta città porta à detta noſtra Signora di Loreto eretta nella ſudetta Chieſa, ò Oratorio, non ſolo in ogni tempo concorre grandiſſimo numero di perſone della medeſima città, et contado, ma ancora de circonuicini, per il che ſi vede in tal Chieſa, ò Oratorio grandiſſima quantità d'elemoſine, con infinito numero d'Imagini d'argento, & altri, che ridondano in honore di eſſa Beata Vergine, decoro, gratia, vtile, e gran contento à queſta città dotata di detta deuotione ſotto del titolo di noſtra Signora di Loreto. Però eſſendone noi ſudetti pienamente informati di quanto di ſopra, et deſideroſi, che non ſolo queſta deuotione ſi mantenghi in honore, & vtile d'eſſa città, et ſotto il gouerno de detti Reuerendi Padri di S. Franceſco, ma anco ſij ampliata, ne facciamo la ſudetta fede à qualunque vedrà, et ſarà preſentata queſta noſtra, che da noi ſarà firmata, et col noſtro ſigillo per maggior corroboratione impreſſa. Data in Piacenza nel noſtro Palazzo il di 27. Luglio 1622.

Subſcripſit Marchio Hieronymus Maluicinus Fontana Prior ſuo, & nominibus aliorum Antianorum dictæ Illuſtris Communitatis, vt apparet ex rogitu Pauli Æmilij de Blanchis Notar. publicus, qui eſt alter ex Cancellarijs dictæ Communitatis, compilata ex originali extante in Archiuio huius conuentus cum præcedenti licentia Epiſcopali.

Digitized by Google

INSTRVMENTVM MLXXXVI.

ANtonius, & Ioannes Baptiſta fratres de Ricardis Patroni Eccleſiæ S. Antonij Abbatis intra ciuitatem Laudæ ducatus Mediolani concedunt eandem cum domo, & horto M. F. Columbano Mario à S. Columbano Prouinciali Prouinciæ Mediolani cum nonnullis pactis; & quod eidem Conuentum adhærentem conſtruant, vbi ſit memoria de Eccleſia, & Conuentu aliàs demolitis, quos habebant in eadem Ciuitate.

1 In Chriſti nomine, Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem 1618. Indict. primæ, die vigeſima menſis Ianuarij.

Cum ſit, quod multum Reuer. Pater Magiſter F. Columbanus Marius a Sancto Columbano Prouincialis Prouinciæ Mediolani in Monaſterio RR. Fratrum S. Ioannis Baptiſtæ Terræ S. Columbani Laudenſis diœceſis, Tertij Ordinis ad hæc ſpecialiter deputatus à multum Reuer. Patre Generali dicti Ordinis prout ex eius delegatione inferius inſerenda apparet, petierit, ob multas, & rationabiles cauſas, & præcipue pro conſolatione ſuorum Fratrum dicti Ordinis concedi, & aſsignari aliquem locum, aut Eccleſiam in ciuitate Laudæ, in quibus dicti Fratres commorari valeant, & ad eam ciuitatem pro negotijs Monaſteriorum S. Columbani, & Mõtisbelli eiuſdem Ordinis ſe conferre; & maxime quia alias dicta Religio habebat in dicta ciuitate Monaſterium paruum, & Eccleſiam appellatam *di S. Maria Biancha* in Parochia S. Iacobi, quæ poſtea Apoſtolica auctoritate fuit prophanata vna cum ædibus dicti Monaſterij, quæ ruinam minabantur, alienatis, & eorum pretium fuit conuerſum in emptionem infraſcriptæ domus ſitæ in Vicinia S. Laurentij Laudæ, prout ex Actis Curiæ Epiſcopalis dictæ ciuitatis Laudæ apparet, ad quæ, &c.

2 Et propterea tractauerit cum infraſcriptis Illuſtribus Dominis Antonio, & Ioanne Baptiſta fratribus de Ricardis Patronis, & Aduocatis infraſcriptæ Caſtellæ, ſeu Eccleſię S. Antonii de ciuitate Laudæ, vt vellent eidem, modo quo infra, conſenſum præſtare.

7 Et quod multum Reuer. modernus Rector cum conſenſu, & auctoritate Illuſtr. & Reuer. D. F. Michaelis Angeli Seghitij Epiſcopi Laudenſis poſſit dictam Eccleſiam vna cum domo, & Viridario eidem vt ſupra annexis, campanis, paramentis, et alijs, de quibus

infra

inſra prefatis Reuerendis Religioſis concedere, et aſſignare, qui Domini Patroni, etc. decreuerunt vt infra.

4 Hinc ideo eſt, quod conuocati, et congregati illuſtres Domini Antonius, et Ioannes Baptiſta fratres de *R*icardis filij q. Illuſtris D. Alexandri viciniæ S. Carpophori intus Mediolanum Patroni & Aduocati dictæ Eccleſiæ S. Antonij Laude, voluntate, et omnibus alijs modo, &c. fecerunt, et conſtituerunt ſuum Procuratorem ſpecialem egregium D. Iacobum Zumalum I. C. Collegij Laudenſis ſolum, et in ſolidum, etc. abſentem tamquam præſentem, etc. ſpecialiter, et expreſſe ad conſentiendum, eorumque conſenſum pariter, et aſſenſum præſtandum, prout ipſi Domini Patroni extunc conſenſerunt, & conſentiunt, vt præfati *R*euer. Fratres Tertii Ordinis S. Franciſci poſſint obtinere à D. *R*euer. D. Epiſcopo Laudenſi, et à quibuſcunq; alijs ſuperioribus deſuper facultatem habentibus, ab illuſtri, et multum *R*euer. D. Ioanne Iacobo *R*icardo Canonico Laudenſi, vti moderno *R*ectore aſſignationem ceſſionem, ſeu vnionem ipſius Eccleſiæ Sancti Antonii vna cum ædibus ei annexis, ac Viridario, campanis, paramentis, ſacris veſtibus, & aliis in vſu dictę Eccleſię paratis omnibus aliis iuribus ſuper inde eidem ſpectantibus, vbi, et quatenus, bona, et iura in cambium danda per prefatos *R*euer. Fratres arbitrio prefati *R*euer. D. Epiſcopi idonea, et ſufficientia iudicentur, cum pactis tamen, de quibus infra, et non aliter, &c.

5 Et primo, quod prefati *R*euer. Fratres teneantur aſſumere in ſe onus celebrandi miſſam quotidianam in dicta Eccleſia, cui huiuſmodi onus eſt impoſitum ex fundatione dictæ Eccleſiæ.

6 Quod dicti *R*euer. Fratres teneantur aſſignare nunc, et pro tempore *R*ectori dictę Eccleſię nomine, et ſucceſſorum eius in dicto beneficiato loco, et ſcontro dictarum ędium, et Viridarii eiuſdem vt ſupra aſſignatum, et concedere vnam domum, quam dicti Fratres habent, et poſſident in dicta ciuitate Laudæ in vicinia S. Laurentii ab omni onere liuelli, et æſtimi, et alio quocumq; onere liberum, et exemptum, quatenus dicta bona, et iura idonea iudicentur vt ſupra. Et inſuper eidem *R*ectori in actu celebrationis inſtrumenti dictę conceſſionis, et aſſignationis, ſeu intra tempus cum D. *R*ectore conueniendum exburſare libras ducentum imperiales expendendas in reparatione dictę domus per perſonam

arbitrio Reuer. D. Epiſcopi eligendam, ſeu nominandam. Et vlterius etiam dare omnes aſſias, ac trabes opportunas, & neceſſarias pro dictæ domus reparatione, pro vna vice tantum, ſeu quæ in dicta domo reperientur, prout conuentum fuerit cum præfato D. Rectore.

7 Quod pro huiuſmodi conceſſione non cenſeatur in dictos Reuer. Fratres, nec in eorum Religionem translatus tilulus dictæ Eccleſiæ, ſed ſit, & remaneat perpetuo futuris temporibus dictis Patronis, & eorum ſucceſſoribus, ſeu Rectoribus, & titularibus pro tempore per eos nominandis, & præſentandis vna cum omnibus redditibus, bonis, & iuribus dictæ Eccleſiæ.

8 Quod Iuſpatronatus eiuſdem Eccleſiæ ſit, & remaneat apud eoſdem Dominos Antonium, & Ioannem Baptiſtam Patronos, & Aduocatos, vt ſupra, ita quod nullum ius aquiſitum ſit, nec aquiratur nunc, & pro tempore ordinario Laudenſi, vel cuiquam alteri perſonæ maxime præfato multũ Reu. D. Canonico Ricardo, ſeu Magnif. D. Cæſari Ricardo eius fratri, quos præfati illuſtr. fratres in Patronos admittere non intendunt per conceſſionem huiuſmodi, in præiudicium dicti Iuſpatronatus, & Patronorum præfatorum, & eorum deſcendentium, quo minus aliter in, & ad dictam capellaniam, ſeu Eccleſiam eligere, nominare, & præſentare futuros Rectores, & beneficiatos, cum pro tempore quomodolibet vacare contigerit, prout hactenus fecerunt dicti Domini Antonius, & Ioannes Baptiſta. Et eiſdem ſalua ſint in reliquis omnia obſequia, omneſq; prærogatiuæ, & prælationes in dicta Eccleſia tam in ſedendo, quam in proceſſionibus & alijs, quæ Patronis de iure, vel de conſuetudine competunt perinde ac ad ipſam conceſſionem deuentum non fuiſſet, & non aliter, &c. Et quamuis conſtare poſſit per declarationem ſuper inde faciendam de aliquo iure præfati Magn. D. Cæſaris, vel hæredum, & ſucceſſorum in præfato iure patrono, ſiue in proprietate, ſiue in quaſi poſſeſſione iuris nominandi, & præſentandi, nihilominus eueniente caſu cuiuſcumq; vacationis dicti beneficij pro prima vice nominatio, & præſentatio fieri debeat tantummodo per præfatos illuſtres Dominos fratres conſtituentes, accedente tamen, quatenus opus ſit, beneplacito Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & non aliter, &c. quoniam ſic, &c.

9

9 Quod pręfati Reuer. Fratres teneantur ponere ſuis proprijs expenſis, & perpetuis temporibus manutenere in dicta Eccleſia in loco eminenti, & conſpicuo inſignia marmorea ipſorum Illuſtrium Dominorum Fratrum de Ricardis conſtituentium cum inſcriptione in marmore, quę contineant modum, & tempus huiuſmodi permutationis, ſeu ſucceſſionis, & translationis.

10 Quod præfatus multum R. modernus Rector, & eius ſucceſſores in die S. Antonij poſſint celebrare, ſeu facere celebrari miſſam in dicta Eccleſia, & vbi ipſe Rector, ſeu alius pro eo ſit pręſens, teneantur ipſi Reuer. Fratres inter ſolemnia miſſarum eidem, ſiue interuenienti pro eo dare, & tradere cereum album pondere vnciarum duodecim, cui affixa, ſeu poſita ſint inſignia dictorum Patronorum Fratrum conſtituentium Ricardum, & hoc in ſignum recognitionis, & vt antiquę pietatis huius familię memoria ad exemplum poſterorum propagetur. Vbi vero Rectores pro tempore vel alij pro eis, & eorum nomine non ſint pręſentes, eo caſu pręfati Reuer. Patres teneantur illuc cereum ad eorum domum mittere.

11 Quod ſi quæ miſſę per Reuer. D. Rectores prętermiſſę ſint, ipſi teneantur eas celebrare, ſeu celebrari facere, circa quod conſcientię eorum onerantur, & oneratas remanere intendunt.

12 Quod pręfati Reuer. Patres teneantur termino quatuor menſium poſt adeptam poſſeſſionem dictę Eccleſię, & aliorum bonorum, vt ſupra, celebrare, vel celebrari facere miſſas trecentum pro defunctis de familia fundatoris.

13 Quod prętati Reuer. Patres termino quindecim dierum ante apprehenſionem poſſeſſionis teneantur ſuis expenſis dare, & conſignare pręfatis Illuſtribus Dominis Patronis copiam autenticam Inſtrumenti de dicta permutatione, ſeu ceſſione fienda.

14 Quod vbi, et caſu quo pręfati Reuer. Religioſi à dicta Eccleſia, et domo eis, vt ſupra, aſſignanda, et concedenda recederent, quod nihilominus teneantur celebrari facere dictam miſſam quotidianam, vt ſupra, iuxta conuenta, vt ſupra.

15 Et generaliter, etc. Dantes, etc. Promittentes, etc. Et volentes, etc. *Hic eſſet inſerenda licentia Generalis, qua tamen omittitur tamquam nunc non neceſſaria conſulendo breuitati.*

Actum in ſtudio domus habitationis Illuſtris D. Petri Cantini ſitę in parochia S. Nazarij in Brolio Mediolani, etc.

Ego Hercules Pairanus Clericus, et Ciuis Mediolan. ac Curiæ Archiepiſcopalis Notarius, et Cauſidicus.

INSTRVMENTVM LXXVII.

Epiſcopus Laudenſis Eccleſiam S. Antonij Abbatis ab illis de Ricardis Patronis, vt in precedenti inſtrumento, conceſſam confirmat, concedit, & approbat Magiſtro F. Columbano recipienti pro ſua Religione.

1 In nomine Domini. Anno à Natiuitate eiuſdem 1618. indict. prima, die Sabbati decimo menſis Martij, Pontificatus S.D.N. diuina prouidentia Pauli Papæ V. anno tertio decimo.

2 Cum multum Reuer. Pater Magiſter F. Columbanus Mattius de S. Columbano Prouincialis Prouinciæ Mediolani Tertij Ordinis S. Franciſci degens in Monaſterio Reuer. Fratrum S. Ioannis Baptiſtæ Terrę S. Columbani ad hęc ſpecialiter deputatus à Reuer. Patre Generali dicti Ordinis, prout ex eius delegatione deſcripta in inſtrumento mandati infraſcripti (*mandatum eſt pręcedens inſtrumentum, vbi miſſa fuit delegatio*) dicitur apparere. Poterit ob multas rationabiles cauſas, & præcipue pro conſolatione ſuorum Fratrum dicti Ordinis ipſi ordini concedi, & aſſignari aliquis locus, aut Eccleſia in ciuitate Laudæ, vbi dicti Fratres commorari valeant, & ad eam ciuitatem pro negotij Monaſteriorum S. Columbani, & Montisbelli eiuſdem Ordinis ſe conferre, & maxime quia alias dicta Religio habebat in dicta ciuitate Monaſterium paruũ, & Eccleſiam appellatam *di S. Maria Biancha* in Parochia S. Iacobi, quæ Eccleſia fuit poſtea Apoſtolica auctoritate profanata, & vna cum ædibus dicti Monaſterij, quæ ruinam minabantur alienata, & eorum pretium fuit conuerſum in emptionem infraſcriptæ domus ſitę in vicinia S. Laurentij Laudę, prout ex actis curię Epiſcopalis dictę ciuitatis Laudæ apparere dicitur.

3 Et propterea tractauerit cum multum Reuer. D. Iacobo Ricardo Rectore Eccleſiæ S. Antonii dictæ ciuitatis Iuriſpatronatus ipſius D. Iacobi, & cum infraſcriptis Dominis Antonio, & Ioanne Baptiſta fratribus de Ricardis, & Cęſare pariter de Ricardis fratre multum

tum

Digitized by Google

tum Reuer. D. Rectoris Patronis, & Aduocatis dictę Eccleſię S. Antonij, vt vellent eiſdem Dominis Religioſis eorum conſenſum præſtare.

3 Quod Illuſtr. & Reuer. D. F. Michael Angelus Seghitius dictæ ciuitatis Laudæ Epiſcopus, ſeu præfatus multum Reuer. D. Rector cum auctoritate D. Epiſcopi poſſit, dictam Eccleſiam S. Antonij cum dicta domo, & viridacio eidem annexis, campanis, paramentis, & ædibus, de quibus infra, præfatis Reuer. Religioſis, & dictæ eorum Religioni concedere, & aſſignare. Qui Dominus Antonius, & Ioannes Baptiſta I. C. D. Iacobus Zumalus, & pręfatus Cęſar, Hieronimuſq; Scalphus, vt ex infraſcripti tenoris deſcribitur literis.

4 Modo autem præfatus Illuſtr. & Reuer. D. F. Michael Angelus Seghitius Dei, & Apoſtolicę ſedis gratia Epiſcopus Laudenſis, & Comes, attentis prædictis de conſenſu prædictorum multum Reuer. Ioannis Baptiſtæ Ricardi Rectoris dictę Eccleſię, ac Canonici Eccleſię Catedralis Laudę habitatoris Laudę in vicinia S. Blaſij, ac pręfati I. C. Zumali Procuratoris antedicti filij Ludouici habitatoris Laudę in vicinia S. Michaelis, et Hieronymi Scalphi filij q. Franciſci habitatoris Laudę in vicinia S. Geminiani Procuratoris pręfati Cęſaris, & vna cum eis, ſuo, et dictis nominibus coniunctim, et diuiſim, et prout melius fieri, et eſſe poſſit, ſponte, et ex certa ſcientia, interuenientibus quibuſcunq; ſolemnitatibus tam iuris, quam facti in ſimilibus opportunis de iure, vel conſuetudine, etiam ſubſtantialibus, et ob reuerentiam Seraphici Franciſci, cuius obſequio dicti Reuer. Fratres ſunt nuncupati Tertij Ordinis.

5 Auctoritate ordinaria, et alias omni meliori modo, iure, via, cauſa, et forma, quibus melius, & validius fieri poteſt, et potuit, ſaluo ſemper, et reſeruato, quatenus opus ſit, beneplacito ſanctę ſedis Apoſtolicę, et non aliter, etc. cum aliter, etc. Pręfatam Eccleſiam S. Antonij, vna cum campanis, ſacris paramentis, veſtibus, et alijs in vſum dictę Eccleſię, paratis, ac ędibus, et viridario ei adiacentibus ſitam in vicinia S. Saluatoris Laudę, et earum vſum, et habitationem, et pro fabricando ibidem Monaſterim vnum Reuer. Fratrum dicti Ordinis. Abſq; eiuſdem Eccleſię redditibus, et prouentibus, cęteriſq; iuribus ſemper ſine pręiudicio, temporalibus, et

Digitized by Google

Iurispatronatus ſpiritualibus, vt ſupra, et infra ſeruatis, qui ſalui, & reſeruati ſint, & eſſe intelligantur, integre, & pleno iure præfato multum Reuer. D. Ricardo Rectori, vt ſupra, eiuſque in dicto beneficio ſucceſſoribus ſemper, ſine præiudicio multum Reuer. D. Rectoris, & Patronorum dictæ Eccleſiæ. Et cum onere, & ſub conditionibus modis, & formis præfatæ Religioni à Reuer. Fratribus, & Ordini prædicto, & ad cautelam dicto multum Reuer. *M.* Columbano *Mattio* Prouinciali ſpecialiter deputato, *vt ſupra*, ſtipulanti, & recipienti cum eius, & aliorum Fratrum, ac Religionis, & Ordinis prædicti nominibus, & nobis Notarij ſtipulantibus.

6 Dedit, conceſſit, & aſſignauit, & dat, concedit, & aſſignat i pſumq; multum Reuer. Patrem Magiſtrum Columbanum præſentem ſtipulantē, & recipientē, vt ſupra, & nos Notarios, & nomine omniū ſtipulantes, ſolemniter inueſtiuit, & inueſtit de Eccleſia, & ædibus, & viridario, alijſq; rebus antedictis, & de iure, &c. Ad habendum, & eis fruendum, &c. & ibi fabricandum vnum Monaſterium, &c.

7 Reſeruato ſemper præfato Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus in Eccleſia prædicta omnibus Epiſcopalibus iuribus, & annuo cenſu cerei vnius vndecim vnciarum, quod ſingulis annis in die *feſto* Purificationis Beatæ Mariæ Virginis eidem Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis Reuer. Fratres, qui in dicta Eccleſia pro tempore erunt, in ſignum ſubiectionis, & recognitionis præſentare, & tradere teneantur, &c. Idem dictus M. R. Magiſter Columbanus dictis nominibus ſolemniter promiſit dicto Illuſtriſſimo Domino Epiſcopo, & nobis Notarijs ſtipulantibus. Et hæc omnia cum conditionibus, & pactis prout in alio inſtrumento, &c. Et non aliter, &c.

Actum Laudæ in Palatio Epiſcopali, &c.

INSTRVMENTVM LXXVIII.

Cardinalis Lenius Epiſcopus Ferrarienſis concedit F. Angelo de Vantijs licentiam erigendi conuentum cum Eccleſia ſub nomine S. Apolloniæ intra ciuitatem Ferrariæ cum conſenſu omnium aliorum Regularium.

1 In Chriſti nomine, Amen. Anno ab eiuſdem Natiuitate 1624. Indict. 7. tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris D. N. D. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius primo, die vndecima menſis Maij Ferrariæ in Palatio Epiſcopali, præſentib. Dominis Hercule de Fabris ciue, & Notario publico Ferrarienſi de contrata S. Saluatoris, & Fortunio Picinino filio q. Michaelis ciue Ferrarienſe, de contrata S. Romani teſtibus, &c.

2 Nos Ioannes Baptiſta tituli S. Ceciliæ S.R. E. Presbiter Cardinalis Lenius Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Ferrarienſis, Intellecta requiſitione coram Nobis facta pro parte Reuer. Patris F. Franciſci Guaſtamilij Bononienſis Generalis, & omnium Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci, qui ſummo affectu cupiunt in ciuitate Ferrariæ aliquem locum, & Eccleſiam aliquam obtinere, in quibus poſſint Domino famulari iuxta Regulam Ordinis eorum plantare conuentum requiſiuerunt à Nobis, quatenus de paterna benignitate vnam ex Eccleſijs dictæ ciuitatis, eis concedere dignaremur.

3 Nos attendentes, & conſiderantes requiſitionem præfatorum P. Generalis, & Fratrum fore iuſtam, & rationi conſonam, & quod libenter ad illos ordines dexteram liberalitatis extendimus, quibus illucet ſcientia, viget Religio, & cultus diuinus cum fidelium fructu creſcit, & floret obſeruantia regularis, eorum requiſitioni annuere decreuimus, accedente præcipue ipſorum Reuer. Patris Generalis, & Fratrum laudabilibus meritis, & multiplici fructu, quæ in Eccleſia Dei doctrina, ſermonibus, & claris exemplis conuerſationis honeſtæ, vitęq; laudabilibus attulerunt, prout in omnib. Italiæ partibus, in quibus loca tenent atteſtatur teſtimonium fidei dignum.

4 Habita prius per Nos matura, & diligenti deliberatione, necnon & habito conſenſu Reuer. Patrum Priorum aliorum conuentuum ciuitatis Ferrariæ Mendicantium, quorum conſenſus tenor in fine

præ-

præſentis inſtrumenti regiſtrabitur,& hoc in executionem Decreti felicis recordationis Clementis Papæ VIII. ſub datum Romæ die 23. Iulij 1603. Sponte,& ex certa ſcientia, & alijs omnibus, iure, via, modo,& forma, ac cauſa, quibus et prout melius, & validius fieri,& eſſe poſſit, interuenientibus quibuſcunq, ſolemnitatibus in præmiſſis opportunis de iure, vel de conſuetudine etiam ſubſtantialibus.

5 Licentiam,& facultatem concedimus dicto Patri Generali,& alijs Patribus dicti Ordinis, licet abſentibus,& Reuer. Patri Angelo de Vantijs Priori Monaſterij de præſenti S. Mariæ de Curla Procuratore ad prædicta ſpecialiter conſtituto à dicto Reuer. Patre Generali, vt ex eius literis patentibus, præſenti ſtipulanti, & recipienti nomine ſui Patris Generalis, et Ordinis prædicti, erigendi Eccleſiam, ac Monaſterium in loco approbando à Nobis, vel à noſtro Vicario,& pro nunc habitandi in loco, et Eccleſia S. Luciæ Veteris nuncupatæ, ſuper quibus,&c. *Sequuntur cedula conſenſum ſuperiorum omnium Mendicantium Ferrariæ commorantium, quorum tenores breuitatis cauſa omittuntur. Sequitur Memoriale pro electione loci, in quo fabricatum eſt monaſterium.*

6 Molto Illuſtre, et Reuerendiſſimo Monſignor Vicario di Ferrara. La Religione del Terz'Ordine di S. Franceſco deuotiſſima di V.S. Reuer. hà fatto aquiſto d'vna caſa nella ſtrada della Giara incontro al Palazzo dell'Illuſtriſſimi Beuilaqua, et queſto per erigere vn Conuento, et Chieſa per il biſogno ſuo. La onde ſi ſupplica V.S. Reuer. degnarſi viſitare, et approuare detto luogo, ſe così li piacerà, et anco donarci il titolo di S. Apollonia, per la ſudetta Chieſa, che d'ogni ſua gratia, et fauore la Religione tutta ſarà obligata pregare N.S. per la ſua conſeruatione, et le bacio con ogni riuerenza le mani. Di V.S. Reuer. humiliſſimo Seruitore.

F. Angelo Vanti Procuratore della Religione in Ferrara.

7 Approbamus locum, et titulum omni meliori modo, quo poſſumus. Dominicus Campius Vicarius. Die X. Iulij 1624.

Al molto Illuſtre, et Reuer. Sig. Patron Colend. Monſignor Vicario Generale di Ferrara per il Terz' Ordine di S. Franceſco.

IN-

INSTRVMENTVM LXXIX.

EXecutorium literarum Pænitentiariæ, per quas conceditur Fratrib. vt poſſint erigere Oratorium Martognæ, ſi nondum eſt erectum & in eo celebrare miſſam, & diuina officia, ac Sacramentum Euchariſtiæ ſumere de manibus vnius Sacerdotis eiuſdem Ordinis, non obſtantibus quibuſcunq; in contrarium prohibitionibus ordinariorum, & parochorum.

Carolus. Ioanna.

1 Præſidens in hoc Siciliæ Regno Reuerendiſſimis, reuerendis, et venerabilibus eiuſdem Regni Archiepiſcopis, Epiſcopis, et Preſbiteris, eorumq; Vicarijs, Abbatibus, etc. ac omnibus alijs officialibus dicti Regni, et ſignanter ciuitatis Mazariç, et Drepani, tam ſpiritualibus, quam temporalib. maioribus, et minoribus, quocunq; officio, titulo, ſeu dignitate preſentatæ fuerint ſpectabunt, aut quomodolibet peruenerint oratoribus, conſiliarijs, et fidelib. regijs dilectis ſalutem.

2 Pro parte venerabilium Fratrum, et Eremitarum Domus, ſeu Eremitorii loci de Martogna extra mænia dictæ ciuitatis fuit Nobis exhibita, et reuerenter præſentata quædam Apoſtolica Bulla Summæ Pænitentiariæ omni, qua decet, ſolemnitate expedita ſigilloq. independenter munita tenoris ſequentis.

3 Robertus miſeratione diuina Sanctorum quatuor Coronatorum, Presbiter Cardinalis dilectis in Chriſto Fratribus, et Eremitis Domus, ſeu Eremitorii loci de Martogna extra muros Terræ Trapani ciuitatis nuncupatæ Mazarienſis diæceſis Tertij Ordinis S. Franciſci, ſalutem in Domino.

4 Iniunctum Nobis Apoſtolicæ Sedis ſeruitutis officium Nos admonet, et inducit, vt Chriſtifidelium votis illis præſertim, quibus animarum ſuarum ſaluti, et diuini cultus augmento conſulitur, quantum cum Domino poſſumus fauorabiliter annuamus.

5 Sane ex parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quod cum vos in Domo, ſeu Eremitotio prædicto permanentes miſſas, et alia diuina officia intus Terram prædictam, vel ſaltem alium locum diſtantem, et vobis incommodum adire cogamini, cuperetis propterea vos zelo deuotionis accenſi, ne tam ſæpe inter laicos, et ſeculares conuerſari contingat, miſſas, et alia diuina officia in quodam

dam oratorio per vos prope dictum veſtrum Eremitorium conſtructum, ſeu conſtruendum per aliquem veſtrum in Presbiteratus ordinem conſtitutum celebrari facere, et in eodem Oratorio per eiuſdem ſacerdotis manus Euchariſtiæ Sacramentum recipere, ex quo profecto animarum veſtrarum quieti, et ſaluti non modicum conſuleretur. Quare ſupplicari feciſtis humiliter Nobis ſuper ijs per ſedem eandem de opportuno remedio miſericorditer prouideri.

6 Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati auctoritate Domini Papæ, cuius Pænitentiariæ curam gerimus, & de eius ſpeciali mandato ſuper hoc viuæ vocis oraculo Nobis facto, vobis, vt de ſuperioris veſtri licentia ordinarij loci, vel cuiuſuis alterius licentia, ſuper hoc minime requiſita Oratorium huiuſmodi prope Eremitorium prædictum ſi nondum conſtructum eſt, conſtrui, & de cætero in eo miſſas, & alia diuina officia per aliquem veſtrum in Presbiteratus ordinem conſtitutum celebrari facere, ac ab illius manibus Euchariſtiæ Sacramentum, quoties opportunum fuerit recipere, libere, & licite poſſitis, & valeatis, veſtrumq; in dicto Eremitorio ſucceſſores poſſint, & valeant, veris exiſtentibus præmiſſis, tenore præſentium indulgemus, ac licentiam, & liberam concedimus facultatem.

7 Mandantes, & diſtrictius inhibentes in virtute S. Obedientiæ, quo ad ipſos, & alios maiores prælatos ſub ſuſpenſionis à diuinis, quo ad alios veros ſub excommunicationis latæ ſententiæ pæna, quā contra facientes incurrere volumus ipſo facto, & à qua non niſi per Nos, aut Sedem Apoſtolicam, præterquam in mortis articulo conſtitutos abſolui poſſint; tam loci ordinario, quam dicti Ordinis ſuperioribus Generali, reformatoribus, ac alijs quibuſcunq; tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus iudicibus, & perſonis cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, & quacunq, etiam Pontificali præfulgeant dignitate, vel auctoritate etiam Apoſtolica fungantur, ne vos ſuper præmiſſis, vel illorum aliquo verbo, vel facto, directe, vel indirecte, publice, vel oculte, tacite, vel expreſſe, quis quæſito colore, vel ingenio moleſtare, vel turbare, aut alias quomodolibet inquietare audeat, aut præſumat.

8 Decernentes irritum, & inane quicquid ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

9

9 Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac tam Prouincialibus, quam ſynodalibus, dictiq; ordinis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus,priuilegijs quoq;indultis,& literis Apoſtolicis locorum ordinarijs, & alijs quibuſcumq;perſonis pro tempore conceſſis, confirmatis,& innouatis,cęteriſq,contrarijs quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Petrum ſub ſigillo officij Pęnitentiarij ſecundo nonas Iulij Pontificatus D. Pauli Papæ III. anno duodecimo.

Iul. Cardellus.

10 Et ſuppoſito nobis pro parte venerabilium Fratrum, & Eremitarum dicti Tertij Ordinis S.Franciſci, vt præinſertam Apoſtolicam Bullam noſtris executorijs literis eis exequi, & obſeruari mandare dignaremur. Nos vero volentes, vt æquum eſt, Apoſtolicis reſcriptis conformes reddere cum voto,& deliberatione infraſcripti mei, & executorijs Regij Conſiliarij dilecti Salui Robba. I. V. D. & Proregij Fiſci Patroni, cui hoc negotium commiſimus, prouidimus ſuper executorijs prędictis.

11 Et ita harum ſerie vos officiales, et perſonas ſpirituales requirimus, et attente hortamur. Vobiſq; temporalibus dicimus, et expreſſe mandamus, quatenus dictam pręinſertam Apoſtolicam Bullam, omniaque, & ſingula in ea contenta præfatis venerandis Fratribus, et Eremitis dicti Ordinis ad vnguem exequamini, compleatis,et obſeruetis; ac per quos decet exequi, compleri,et inuiolabiliter obſeruari faciatis iuxta eius ſeriem, continentiam, et tenorem pleniorem, nec ſecus agatis, agiue ne permittatis, ratione aliqua, ſiue cauſa, pro quanto vos officiales, et perſonas ſpirituales gratiam Cæſaream coram habetis. Voſque vero temporales ſub pęna fiorenorum mille regio fiſco applicanda. Datum Meſſanæ die 11. Nouembris, 4. indict. 1546.

Extractum ex Archiuio dicti conuentus Martegna.

IN-

INSTRVMENTVM LXXX.

TRanſlationis Conuentus S. Mariæ de Ieſu extra intra mœnia Aſſori factæ per M. F. Arcangelum de Traina recipientem Eccleſiam S. Catarinæ ſibi conceſſam à Confratribus Societatis in ea erectæ Domini, & Iuratis dictæ Terræ cum nonnullis pactis in hoc inſtrumento expreſſis.

Die decima Aprilis, quintę Indictionis.

Cum Conuentuales conuentus S. Franciſci de Aſſiſio Tertij Ordinis, et vt dicitur *li Scauci* ſub titulo S. Marię de Ieſu huius Terrę Aſſori ob diſtantiam illo loci cum ægrotantur opportet ſe conferre in hanc Terram Aſſori non ſine maximo labore, et expenſis dicti cōuentus, ad quem etiam nemo accedit ad audiendas eorum miſſas, et alia diuina officia, quę per eos in Eccleſia dicti conuentus celebrantur, quibus omnibus decreuerunt habere aliam Eccleſiam in hac Terra, vt eam nobilius in ea commorari poſſint, et miſſas, atq; diuina officia celebrare, et è queſitis Eccleſijs dictę Terrę denique inuenerunt Eccleſiam ſub titulo S. Catarinę, et tractato negotio cum Procuratoribus eiuſdem Eccleſię, alijſq; Confratribus, etc. fuit concluſum, quod dicta Eccleſia ſub titulo S. Catarinę concederetur eiſdem Conuentualibus vna cum omnibus redditibus ſtabilibus, iugalibus, iuribus, actionibus, et prętenſionibus quibuſcunq; ſub certis conditionibus, pactis, clauſulis, et alijs infraſcriptis, ſuper quibus fuit per eos deuentum ad conceſſionem dictę Eccleſię, et ſic peruenerunt ad infraſcriptum actum modo, forma prout infra.

Idcirco hodie prędicto die vt ſupra Magiſter Vincentius Luguzo...... et Vincentius Carmixaro huius Terrę Aſſori in hi Notario preſentes coram nobis vti Procuratores anni præſentis dictæ Eccleſiæ ſub titulo S. Catarinæ exiſtentis in eadem Terra, et prope mænia cum interuentu, et conſenſu Ill. D. Pontii Comitis Spect. D. Thomæ eius fratris nobilis Caroli de Alexio, Ioannis Baptiſtæ Granata, et Felicis Mairaxia Iuratorum ipſius Terræ, Nicolai de Pariſio, Blaſii de Allacia, et Petri Galioto trium ex confratribus dictæ Eccleſiæ, Ioſeph Carabba ..... præſentium, et conſentientium, et ſe contentantium, conceſſerunt, et concedunt F. Arcangelo Traina in Sacra Theologia Doctori, Priori dicti

con-

conuentus ſub titulo S. Mariæ de Ieſu ſtipulanti, et recipienti per ſe, & alijs Conuentualibus dicti conuentus in perpetuum dictam Eccleſiam ſub titulo S. Catarinę exiſtentem prope mœnia huius Terræ penes domos, & antra Magiſtri Ioannis Grangraſſo cum omnibus eius bonis mobilibus, ſtabilibus, redditibus, localibus, ſepulturis, & alijs in ea exiſtentibus prętenſionibus, & actionibus quibuſcunq; ad dictam Eccleſiam ſpectantibus, & pertinentibus vigore, & auctoritate quorumuis actorum, & ſcripturarum publicarum, priuatarum, & in qua ſint commoraturi, Conuentuales dicti conuentus S. Franciſci ſub titulo S. Mariæ de Ieſu, & celebrare miſſas, & diuina officia, & ſatisfacere oneribus in dicta Eccleſia ſatisfaciendis iuxta diſpoſitiones fundatorum illorum.

3 Reſeruata tamen pro Confraternitate vna ſtantia, in qua poſſint detinere eorum ſaccos, ac reſeruatis prędictis Confratribus iuribus..... pro emendis ſaccis, et reſeruatis Crucifixo ordinario Confraternitatis, ac ſepultura dictorum Confratrum in dicta Eccleſia extante, in qua poſſint ſepeliri eorum Confratrum cadauera, et eorum filiorum, & filiarum, dum videlicet Confratres vixerint, ſine vlla ſolutione, & in eorum exequiis Conuentuales interuenire habeant ſepelitionem cum . . . . & cruce, ſine conſecutione vllius iuris, & gratis ex pacto.

4 Quos redditus, localia, bona mobilia, & ſtabilia, iura, & actiones ipſius Eccleſiæ, quos, & quæ in præſentiarum habent, dicti Conuentuales non poſſint vendere, nec alienare, & in caſu reluitionis dictorum reddituum cum capitali non poſſint in vllum alium vſum conuerti, nec expendi, ſed debeant depoſitari pœnes tutas, & ſecuras perſonas ad effectum emendi, & cum effectu emere alios redditus cum interuentu duorum Confratrum per alios Confratres in Congregatione conſtituendorum, et ordinandorum.

5 Quam Eccleſiam dictus F. Arcangelus per ſe, & omnes futuros Conuentuales illius promiſit eiſdem procuratoribus ſtipulantibus nullo vnquam tempore derelinquere, neq; ab ea recedere, et in caſu donationis, & receſſus ab ea, omnes redditus ipſius Eccleſiæ pręſentes, et futuri, bona mobilia, iocalia, ſtabilia, beneficia, & alia quæcunq; ſint, & eſſe debeant dictæ Eccleſię, etiam obtenta, et legata, donationes ex cauſa mortis, ſicut inter viuos, et ad pias

cauſas

Digitized by Google

cauſas facienda per quaſcunque perſonas dictis Conuentualib. dum in dicta Eccleſia reſidentiam fecerint, & in ea permanſerint caſu receſſus ab ea, & derelictionis ſint dictæ Eccleſiæ; ac etiam tali ſuccedente caſu dictus F. Arcangelus per ſe, & omnes Conuentuales dicti Conuentus ſe obligauit, & obligat reſtituere eiſdem Procuratoribus ſtipulantibus nomine dictæ Eccleſiæ omnia iocalia, & alia bona mobilia conſignanda per eoſdem Procuratores eidem de Traina, de quibus debet fieri inuentarium ſua propria manu, & regiſtrandis in Actis mei.

6 Pacto etiam, lege, & conditione, quod præſens contractus, & conceſſio non intelligatur ſtipulatus, & facta, niſi prius habita licentia Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Ordinarij, prout neceſſe eſt, & non aliter.

7 Quæ omnia promiſerunt dictis nominibus rata habere in omnem euentum in pace ſub hypotheca cum refectione, & fiat ritus, & variari poſſit, & quod non poſſint ſe opponere, quin prius, & pignora, &c. Iurauerunt, &c. Vnde, &c. Teſtes Petrus Caniglia, & Magiſter Ioannes Antonius Caſtro.

Ex Actis q. Notarij Franciſci Chireo Aſſori extracta eſt præſens copia per me Notar. Franciſcum de Alberto Aſſori dictorum Actorum Conſeruatorem. Collationata, &c.

INSTRVMENTVM LXXXI.

IN quo Paternò Vicarius Generalis ſede vacante in ciuitate Cataniæ ad inſtantiam F. Bernardi Sabbiæ Procuratoris, & Commiſſarij Generalis in Regno Siciliæ, concedit Fratribus Tertij Ordinis liberam facultatem recipiendi Eccleſiam S. Nicolai de Trixinis, & prope eam fundandi conuentum, cum facultate miniſtrandi Sacramenta, & concionandi.

1 Nos D. Ioannes Baptiſta Paternò I. V. D. Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Cataneníis, in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis, ſede vacante R. P. Fratri Bernardo Sabbia Procuratori Generali Tertij Ordinis S. Franciſci, & Commiſſario Generali in hoc Siciliæ Regno Nobis in Chriſto filio dilecto ſalutem in Domino ſempiternam, & ſinceram in Domino caritatem.

2

2 Pijs fidelium deſiderijs maxime illis, per quæ & diuini cultus, et animarum ſalus maximum ſuſcipiunt incrementum, fauorabiles nos reddere totis deſideramus affectibus. Cum itaq; ſicut Nobis expoſuiſti, magnam deuotionem, quam geris erga religionem prędicti Ordinis tui quendam conuentum dicti Ordinis in hac vrbe Catanę in platea nominata Trixinis, et in Eccleſia S. Nicolai Trixinis erigere, et conſtruere intendis, ſperantes ex hoc non ſolum decorem huius prædictę vrbis, ſed etiam ſalutem animarum fidelium ibi degentium in dies augeri, et in Domino ſalubrius ampliari. Et propterea Nobis humiliter ſupplicaſti tenoris ſequentis.

3 Molto illuſtre, et molto Reuerendo Signore, et in Chriſto Oſſeruandiſſimo, F. Bernardo Sabbia Procuratore Generale del Terz' Ordine di S. Franceſco, e Commiſſario Generale nel Regno di Sicilia de Padri del Terz'Ordine di S. Franceſco detto *li Patri Scalzi*, con ogni humiltà dicę à V.S. molto illuſtre, che eſſendo venuto in queſta città di Catania, & hauendo ritrouato li Frati della ſua Religione, che vi erano venuti per poter edificare vn conuento in detta città, e ritrouò anco, che li era ſtata conceſſa vna chieſa detta di Santo Nicola *la Trixine*, et che anco haueuano con l'autorità, et ordine ſuo fatto citare i conuenti di tutti i Mendicanti eſiſtenti, ſi dentro, come fuora di detta città, et che citati conforme alla Bolla della felice memoria di Papa Clemente VIII. che vuole, che prima, che ſi fabrichi conuento alcuno de Mendicanti, ſiano prima citati, come di ſopra, et ſin hora non è comparſo alcuno di detti Mendicanti per dire coſa in contrario à detta fondatione.

4 Supplica à V.S. molto illuſtre, et molto reuerenda, che voglij concedere à detti Frati licenza di fondare, et mettere in effetto appreſſo la chieſa ad eſſi conceſſa, vn conuento, per ſeruitio di Dio, et di detta città, et che in detta chieſa poſſino confeſſare, e predicare, conforme alli altri loro conuenti, e del tutto ne reſtarà, etc.

F. Bernardus Sabbia manu propria.

5 Giſlenius in vrbe Catanæ die ſecundo Ianuarij ſeptime Indictionis 1609. Ex parte illuſtris, & multum reuerendi Domini Vicarij Generalis Cathedralis ſede vacante fuit prouiſum, quod ſpectabiles de Prothopaga, et de Raymundo conſultores conſulantur.

Digitized by Google

6 Idem de Giſlenio, vti ſupra eiſdem facta relatione prædicta, ſua illuſtris, & multum reuerenda Dominatio prouidet, & mandat, quod expediatur priuilegium.

Vincentius Giſlenius Magiſter Notarius qui ſupra.

7 Nos vero ſupplicationi tuæ benigne inclinati auctoritate ordinaria, quatenus ad nos ſpectat, vobis, & Fratribus prædicti Ordinis conſtruendi, ædificandi, & erigendi conuentum prædictum cum ſuis Dormitorio, & Refectorio, & alijs officinis plenam, & liberam facultatem concedimus, & impartimur, ſaluis tamen ſemper iurib. huius Catedralis Eccleſiæ Catanenſis, illis illæſis, & inuiolabiliter remanentibus.

In quorum omnium fidem, & teſtimonium præmiſſorum hoc preſens priuilegium fieri fecimus per Magiſtrum Notarium noſtrum, noſtræq; manus ſubſcriptione & ſigillo in pede muniri. Datum Catanæ die ſecundo Ianuarij ſeptimæ Indictionis 1609.

Paterno Vicarius Generalis Capituli ſede vacante.

Vincentius Giſlenius Mag. Notar.

Ex actis magnę Epiſcopalis Curię Clariſſimæ vrbis Catinæ Notar.

Laurentius de Xacca, &c.

INSTRVMENTVM LXXXII.

IN quo Domini Iurati ciuitatis Nicoſię conuentum S. Mariæ de Angelis, in quo alias Capucini habitabant, conceſſerunt F. Arcangelo de Trayna tunc Prouinciali Regni Siciliæ recipiendi nomine Religionis.

Die decimo menſis Nouembris 12. Indict. 1613.

1 Cum ad literas S. E. & R. C. Regalis Patrimonij datas Panhormi die ſexta preſentis menſis Nouembris 12. Indict. inſtantis, fuerit ordinatum per E. S. ſpect. iuratis huius ciuitatis Nicotiæ, quod conuentum veterem nominatum *li Capucini vecchi* dictę ciuitatis Nicotiæ fuiſſe traditum, & aſſignatum Fratribus S. Mariæ *dell' Angioli* Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia, & vt vulgariter dicitur *delli Scalzi* ad opus, & effectum in eo celebrandi diuina officia in honorem Omnipotentis Dei, et totius curiæ cæleſtis ac, beneficio vniuerſali omnium fidelium chriſtianorum, & preſertim huius ciuitatis Nicotiæ; ſtāte petitione facta per infraſcriptos Curatos dictæ ciuitatis, prout melius apparet de cauſa præmiſſa tenore

nore dictarum literarum, ad quas in omnibus, & per omnia relatio habeatur. Quæ quidem literę in officio dominorum ſpectabilium Iuratorum fuerunt reuerenter pręſentatę, & executę ſub die 12. pręſentis menſis.

2 Vnde volentes ſpectabiles D. Franciſcus Garigilano, D. Philippus Caualeri, & Michael Vitali veluti iurati, & iuratio nomine ciuitatis prędictę mandatis ſuperiorum obedire, et illa obſeruare, et obſeruari facere deliberauerint aſſignare.

3 Reuerendo Patri Arcangelo de Traina Prouinciali dicti Ordinis, qui præſens reperitur in hac ciuitate Nicoſiæ poſſeſſionem dicti loci dicti conuentus, vna cum Eccleſia cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs, deliberauerunt deuenire ad infraſcriptum actum aſſignationis dicti cunuentus, Eccleſię, horti cum omnibus iuribus ſuis, præcedentibus tamen infraſcriptis conditionibus appoſitis ex parte ipſorum ſpectabilium Iuratorum nomine dictæ ciuitatis Nicoſiæ, ſub quibus, & alijs ad hoc fuit deuentum, & vt melius, & inferius declarabitur, & non aliter, &c.

4 Idcirco hodie præſenti prælibato die habita prius ſancta benedictione, & licentia ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Meſſanenſi, prædicti ſpectabiles domini Franciſcus Gariglia-no, D. Philippus Caualeri, & Michael Vitali, ciuitatis Nicoſiæ tres Iurati, ſtante abſentia ſpect. D. Sigiſmundi *la Via* alterius Iurati, & collegæ dictæ ciuitatis, qui *della Via* ad præſens reperitur, vt dicunt, in vrbe feliciſſima Panhormi, interuenientes ad hoc vigore duorum conſiliorum iritorum, & confirmatorum per conſulentes dictę ciuitatis factorum vnius ſub die 2. Februarij 12. indict. 1613. & alterius ſub die 28. Auguſti dicti anni 12. ind. prædictæ, ac vigore dictorum Fratrum prædictæ Eccleſiæ ſuæ confirmationis dictorum conſiliorum, & mandati, vt ſupra facti in vim præſentis actus, & omni alio meliori modo, ſponte nomine dictæ ciuitatis.

5 Poſſeſſionem actualem corporalem, liberam, & expeditam dederunt, & donauerunt prædicto Reuerendo Patre Arcangelo de Traina Prouinciali dicti Ordinis S. Franciſci Tertiarij ſub titulo S. Mariæ *dell' Angioli*, & vulgatiter, vt dicitur *de Scalzi*, præſenti prædictam Eccleſiam recipienti nomine dictæ religionis dicti loci nominati *delli Capucini vecchi*, cum omnibus, & ſingulis ſuis iuribus, Eccleſia, horto, aquis, & aquæ ductilibus, ſtantiis, & aliis

Digitized by Google

in dicto loco exiſtentibus, & præſertim cum arbore magno nominato lo Nucello grandi, & prout dicti Patres Capucini tenebant, & poſſidebant tempore, quo detinebant locum prædictum, & non aliter, nec alio modo.

6 Præcedente tamen infraſcripta conditione, & pacto, quod ſi Fratres dicti Ordinis aliquo futuro tempore recederent, vel mutarent locum, pro quacunque cauſa, dictus locus cum omnibus iuribus ſuis vt ſupra nominatis, ſtatim, & incontinenti ſit, & eſſe debeat dictæ ciuitatis, & non poſſit de eo, & in eum amoueri, & amoueri facere nullum beneficium factum, aut fiendum, ex quo ſub iſta conditione ciuitas ipſa donauit, & dedit dictam poſſeſſionem loci dicti conuentus, et tali caſu ſuccedente liceat, & licitum ſit ipſi ciuitati ſtatim, & incontinenti ſibi capere locum prædictum vna cum beneficijs factis, vel faciendis, & non aliter, &c.

7 Item alia proteſtatione, & præſeruatione facta ex parte dictorum ſpectabilium Iuratorum nomine dictæ ciuitatis, quod dictus Pater Prouincialis, & alij, qui pro tempore erunt, velint, & debeant detinere locum prædictum formatum cum pactis ſolitis, & licitis in dicta formatione infra annos tres ab hodie inantea enumerandos facere dictam formationem, alias ſecus agendo, quod liceat, & licitum ſit ipſi ciuitati cum licentia præſentis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi Meſſanenſis, ſeu cui ſpectabit iterum, & de nouo ſibi capere locum manu factis, et faciendis; ſtante, quod locus prædictus fuit ædificatus ex pecunijs dictæ ciuitatis datis iure elemoſinæ in diuerſis vicib. & temporibus, & ſub iſtis præſeruationibus ciuitas ipſa deuenit ad confeſſionem præſentis actus poſſeſſionis, & non aliter, & non alio modo, etc.

Extractum ex Actis q. Notar. Ioannis Thudiſchi Nicoſia per Michaelem Gangurea Notar. &c.

IN

INSTRVMENTVM LXXXIII.

Ioannes Iacobus de Nicoſto, & Baptiſta de Ioannico, ſuppoſita licentia Epiſcopi Syracuſani, Eccleſiam S. Mariæ de Miſericordia extra mænia Catalgironis, cuius erant patroni, concedunt F. M. Bonauenturæ eiuſdem ciuitatis, & F. Gaſparo Panormitano, vt prope eam fabricent conuentum.

Die vigeſimo Ianuarij tertiæ Indictionis 1620.

1 Teſtamur, quod Ioannes Iacobus de Nicoſtro, & Magiſter Baptiſta Ioannico huius ciuitatis Calatahieronis mihi Notario cogniti coram nobis interuenientes ad hęc vti deuoti, & fundatores Eccleſiæ S. Marię de Miſericordia nouiter conſtructæ, & fabricatæ per ipſos de Nicoſto, & Ioannico extra mænia dictæ ciuitatis in parte vocata *di lu Puzzo di Lucarella*, cum conſenſu tamen, & voluntate infraſcriptorum Patrum, videlicet, Patris Ægidij de Calatahierone Guardiani conuentus S. Franciſci de Aſſio; P. Benedicti de Calatahierone Guardiani conuentus Ordinis Reformatorum S. Franciſci de Aſſiſio extra mænia dictę ciuitatis; D. Innocentij de Calatahierone Guardiani conuentus Capucinorum, P. Philippi Prioris Congregationis S. Marię de Carmelo, F. Leonardi de Calatahierone Correctoris conuentus S. Franciſci de Paula, P. Franciſci de Calatahierone Prioris conuentus S. Auguſtini, & D. Arcangeli de Calatahierone Guardiani conuentus de Obſeruantia dictorum Zoccolanti ſub vocabulo S. Marię de Ieſu extra męnia dictę ciuitatis, mihi Notario cognitorum, volentium, & conſentientium, & ſe contentantium, nemine ipſorum diſcrepante, ſponte dicto nomine, & cum conſenſu prędictorum Patrum dictis nominibus per ſe ſe, reſeruato prius conſenſu, & licentia Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Epiſcopi Syracuſani, & non aliter, nec alio modo, gratioſe vigore præſentis Actus conceſſerunt, et concedunt P. Magiſtro Bonauenturæ de Calatahierone, & P. Gaſparo de Panormo Tertii Ordinis S. Franciſci de Aſſiſio hic Calatahierone modo repertis, & mihi Notario cognitis præſentibus ſtipulantibus, & recipientibus ab iis, & dicto P. Bonauenturæ vti commiſſario Reuerendiſſimi Patris Generalis, & Reuerendi P. Prouincialis dicti Ordinis, ſupradictam Eccleſiam S. Marię Virginis de Miſericordia extra mænia dictę ciuitatis nouiter conſtructam,

Digitized by Google

& f.b icatam ad effectum *in cat* .bricandi (*dic in propè eam, ſi vis bene loqui*) conſtruendi, & ædificandi, & fundandi nouum conuentum prædicti Tertij Ordinis, &c.

2 Totam ſupradict im Eccleſiam, vt ſupra conceſſam cum omnibus, & ſingulis iuribus ſuis conſuetis, &c. & cum omnibus; & ſingulis illius iuribus cenſualibus, bullalibus, & beneficijs in ea fundatis per diuerſas perſonas dictæ ciuitatis vigore diuerſorum contractuum bullalium, & donationum, ad quos illud ius cenſus bullale fundatum per dictum de Ioannico, & non aliter, &c.

3 Cum omnibus illis oneribus celebrationum miſſarum in dicta Eccleſia celebrandarum pro dictis fundatoribus dictæ Eccleſiæ iuxta formam prædictorum contractuum bullalium, & donationum, & non aliter, &c.

4 Conſtituentes ſupradicti de Nicoſto, & Ioannico dictis nominib. ſupradictam Eccleſiam, vt ſupra, conceſſam cum omnibus iuribus ſuis, &c. ab hodierno die impoſterum pro parte prædictorum Patrum dicto nomine ſtipulantium, &c. tenere, & poſſidere, &c. ad habendum ab hodie in antea, tenendum, poſſidendum, etc. cedentes, & transferentes propterea dictis Patribus ſtipulantibus, & recipientibus ab eis omnia, & ſingula iura, atq; actiones in dicta Eccleſia, cum ſupradictis iuribus cenſualibus, bullalibus, & beneficijs, vt ſupra, in ea fundatis, contra, & aduerſus omnes, & quaſcunque perſonas, etc.

5 Præmiſſo ex pacto iuramento firmato, quod infra annos duos ab hoc die, ſi prædicti Patres non inceperint ad fabricandum dictum conuentum dicti Ordinis in dicta Eccleſia; quod tunc, & eo caſu ipſo iure, ipſoq; facto Actus conceſſionis intelligatur, et ſit caſſus, irritus, & nullus, et pro non facto, et dicta Eccleſia maneat cum dictis iuribus cenſualibus, et beneficijs fundatis prout ante præſentem Actum erat, & non aliter, &c.

6 Promittentes ſimili iuramento prædicti de Nicoſto, & Ioannico dictis nominibus pro ſe, etc. prædictis Patribus ſtipulantibus de dicta Eccleſia, vt ſupra, conceſſa, dictiſq; iuribus cenſualibus, *bullalibus*, et beneficiis in ea fundatis nec de aliqua parte ipſorum vllo vnquam futuro tempore, litem, nec quæſtionem mouere, inferre, nec inferendæ conſentire, aliquo iure, titulo, ſeu cauſa, immo legitime defendere, etc. Quæ omnia, etc.

Ex

Digitized by Google

Actis Laurentij de Medica Notar. Calatagironis, &c.

INSTRVMENTVM LXXXIV.

Confratres S. Ioannis Baptiſtæ Villefranchæ diœceſis Agrigentinæ ſaluo conſenſu Epiſcopi Agrigenſi Eccleſiam eiuſdem Sancti, cuius illi erant patroni conceſſerunt P. F. Laurentio Drepanenſi Priori conuentus Burgij recipienti ex commiſſione P. F. Bonauentura Battalea tunc Prouinciali pro Religione.

Die vigeſima quarta Iunij, tertiæ Indictionis 1620.

1 Cum Rectores, et Procuratores venerandę Confraternitatis Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ ciuitatis Villefranchæ deſiderauerint vehementer diuini cultus ampliationem, et animarum ſalutem, diuino inſpirante numine, ac ſingulari erga Deum, et S. Virginem deuotione confiſi, omnia bona, redditus, introitus, fructus, prouentus, nomina debitorum; ac alia vniuerſa iura eiuſdem Confraternitatis Eccleſiæ prædictæ, Sancti Franciſci Patribus Tertij Ordinis Regularis Obſeruantiæ nominati *li Scalzi* donare deliberarunt, conſiderantes præſertim fructus, et emolumentum ſpiritualia, quæ in Chriſti fidelium vtilitatem vberrime ab hac deuota, & exemplari Religione promanent, reuerenter petierunt à Reuer. Patre Bonauentura Battalia Prouincialis dicti Ordinis, et Religionis pro Dei amore velle accipere, fabricare, atq; fundare in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ conuentum, ſeu locum dictæ Religionis pro habitatione, et commoratione dictorum Patrum.

2 Quibus petitionibus fuit per dictum P. Prouincialem data et conceſſa licentia oretenus dictum locum accipiendi in perſonam Patris Laurentii à Drepano Prioris venerandi conuentus S. Viti Terrę Burgij, qui volens obedire mandatis, et ordinibus dicti reuerendi Prouincialis cum aliis Fratribus dicti conuentus ſe contulit in dictam ciuitatem Villefranchæ pro effectu prædicto, et fuit per eũ receptus dictus locus, et conuentus in Eccleſia prædicta S. Ioannis Baptiſtæ precibus, ac conſenſu, et expreſſa voluntate Rectorum prædictorum, et Procuratoris, et omnium Confratrum dictæ Confraternitatis Eccleſię prædictę, cum præſentia, et aſſiſtentia Illuſtriſſimi, et Excellentiſſimi D. Franciſci Alliata, et Paruta Principis dictæ ciuitatis, et pro ſuſtentamento, et emolu-

mentis dictorum Fratrum pro eorum viuere, ac pro omnibus obligationibus, in quibus Fratres dictæ Religionis ſint in perpetuum obligati, ex communi conſenſu fuerunt tractata, & deſcripta infraſcripta capitula. *Quæ conſulto omittuntur, cum ad rem noſtram non ſint.*

3 Propterea hodie præſenti die præinſcripto D. Petrus Paulus de Leonardo, Hieronymus de Grado, Baptiſta Manſicalco, Petrus Grinello, Franciſcus Scarpineta minor, & Baptiſta Turano huius ciuitatis Villefrancæ mihi Notario cogniti, intereſſentes ad hæc cum Rectore Confraternitatis S. Ioannis Baptiſtæ eiuſdem ciuitatis, necnon, & Franciſcus Carmello vti Procurator dictæ Eccleſiæ, & Confraternitatis eiuſdem coram nobis vna ſimul, & indiuiſibiliter vnanimes intereſſentes ad hæc, cum interuentu, conſenſu, & expreſſa voluntate infraſcriptorum Confratrum dictæ Confraternitatis S. Ioannis ad ſonum campanæ maioris dictæ Eccleſiæ vocatorum, capitulariter in eadem Eccleſia congregatorum, videlicet Excell. D. Herculis Alliatę, &c. *omittuntur nomina quam plurium.* Mihi Notario cognitorum intereſſentium, conſentientium, & aquieſcentium, nomine eorum diſcrepante ex vna, & Pater Laurentius à Drepanno Commiſſarius dicti Reuer. Patris Prouincialis Ordinis prædicti S. Franciſci de Pænitentia, à quo dicitur, ad hæc habere ſpeciale mandatum, & ordinem ſibi ore tenus data in dicta Terra Burgij in diſcurſu viſitationis, etiam mihi Notario cognitus parte ex altera, coram nobis ad inuicem mutuo ſtipulantes pro dicta Confraternitate Eccleſiæ prædictæ S. Ioannis Baptiſtæ, ac pro dicto loco Religionis, & ſucceſſoribus in ea in perpetuum ſponte, omni meliori modo, &c. Et ne præinſerta capitula, & contenta omnia in eis ad vnguem ratificauerunt, & ratificant, laudauerunt, & laudant, approbauerunt, & approbant, confirmauerunt, & confirmant, iuxta eorum ſinem, continentiam, & tenorem pleniorem, & ad inuicem vnus alteri, & alter alteri ſupradicti ſe obligauerunt, & obligant ad omnia, & ſingula contenta, & expreſſa in dictis capitulis, ſingula ſingulis referendo, &c.

4 Item hac ex cauſa prædicti Rectores, & Procuratores cum interuentu, & conſenſu dictorum Confratrum per dictam Confraternitatem S. Ioannis Baptiſtæ, & ſucceſſores in ea ſponte aſſignauerunt,

runt, aſſignant, tranſtulerunt, & tranſferunt, & huiuſmodi aſſignationis, & tranſlationis titulo, & cauſa habere licere, conceſſerunt, & concedunt dicto P. Laurentio à Drepano dicto nomine Prouincialis ſupradicti, & pro dicta Religione Tertij Ordinis S. Franciſci, recipienti dictam Eccleſiam S. Ioannis Baptiſtæ cum omnibus, & ſingulis eis ornamentis, iocalibus, campana, & alijs infra expreſsatis, et ad dictam Eccleſiam de iure ſpectantibus, & pertinentibus, & in futurum competentibus quorumuis contractuum, ac vltimarum voluntatum tenore, etiam omnia bona mobilia, ſtabilia, vrbana, & ruſtica, redditus, introitus, fructus, prouentus, nomina debitorum, actiones, prætenſiones, ſucceſſiones, & cauſas, et omnia vniuerſa iura ad dictam Confraternitatem, & Eccleſiam quouis iure, titulo, nomine, ſucceſsione, inſcriptione, vocatione, et cauſa, etiam per fideicommiſsum ſpectarint, et pertinerent, ac competerent pro præfato, præſenti, & futuro tempore, et auctoritate quorumuis iurium, contractuum, actuum, inſtrumentorum, teſtamentorum, codicillorum, donationum, &c.

5 Reſeruata prius licentia Illuſtriſsimi, et Reuerendiſsimi D. Epiſcopi Agrigentini huius diæceſis, ſiue Domini eius Vicarii Generalis, etc.

Ex ſcripturis dicti Conuentus extracta fuit præſens copia.

INSTRVMENTVM LXXXV.

Ferdinandus Cardinalis Mediceus conſiderans Superiores Minorum de Obſeruantia occupatos negotijs infinitis ſui Ordinis non poſſe curam habere de Tertiarijs ex Bulla Pij V. deputat vti Protector F. Peregrinum Sauiolum Vicentinum in Commiſſarium Generalem ſuper omnes Fratres Italos.

1 Ferdinandus Miſeratione diuina S. Mariæ in Dominica Diaconus Cardinalis de Mediceis nuncupatus, Religionis Fratrum Minorum de Obſeruantia, ac Tertii Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupatorum Protector, Corrector, et Gubernator, dilecto Nobis in Chriſto Peregrino Sauiolo de Vicentia eiuſdem Tertii Ordinis, et Thologiæ Profeſsori ſalutem in Domino.

2 Cum primum officium Protectoris, Correctoris, et Gubernatoris Religionis, et Fratrum prædictorum ab Apoſtolica Sede Nobis com-

commiſsum ſuſcepimus, ſtatim omnem curam, et cogitationem veſtram intendimus in eorundem Fratrum gubernio, et ſalute. Et ita eoſdem Fratres Deo propitio dirigere ſtatuimus, vt ipſi in eorum Regularis vitæ norma, et ſalutaribus inſtitutis, quantum fieri poteſt, retineantur. Quapropter cōſiderantes Generalem, ac Prouinciales Miniſtros dicti Ordinis de Obſeruantia non poſse alijs ſui Ordinis præpeditos negotijs, in eodem Tertio Ordine dirigendo, cuius cura illis per literas felicis recordationis *Pij Papæ* V. eſt demandata, vt conuenit, continuam diligentiam adhibere, exagerantes, quod tu, de cuius identitate, prudentia, et integritate plurimum in Domino confidimus, eidem Tertio Ordini eſse poteris multum vtilis, et etiam fructuoſus.

3 Idcirco auctoritate qua fungimur, in hac parte, te commiſsarium noſtrum in tota Italia Tertij Ordinis prędicti, illiuſq. Prouincijs, Domibus, et Fratribus, per præſentes conſtituimus, et deputamus, dantes, et concedentes tibi auctoritatem, facultatem, et poteſtatem totieſq; quoties opus fuerit, per teipſum viſitandi, plenumq; ius, et iuriſdictionem ſuper Domos omnes, et loca præfata, et Fratres exercendi; capitulis Prouincialibus præſidendi ab illicitis retrahendi; licita vero pręcipiendi, ſeminaria, et Scholas inſtituendi, perſonas tam in capite, quam in membris corrigendi, carcerandi, caſtigandi, puniendi; officia, et adminiſtrationes ſuo loco, et tempore conferendi, priuandi, mutandi, transferendi, de conſilio tamen illius Viſitatoris, in cuius Prouincia mutari Fratres, & tranſferri contigerit; deponendi, ſuſpendendi, excommunicandi, abſoluendi, interdicendi, reſtituendi, Regulas, & Conſtitutiones antiquas renouandi, nouas, non tamen antiquis, & ſacris canonibus, ac literis præfatis felicis memoriæ Pij Papæ V. *contrarijs* condendi, ſtatuendi, mutandi, & exercendi cæteraq; omnia faciendi, dicendi, & exercendi, quæ in pręmiſſis neceſſaria fuerunt, ſeu quomodolibet opportuna.

4 Non obſtantibus priuilegijs, & exemptionibus quibuſcunq; quæ per Nobis inferiorem fuerint aliquibus quomodolibet hucuſq; conceſſa, vel in poſterum concedenda. Præcipientes per has noſtras literas, patentes omnibus eiuſdem Tertij Ordinis Italiæ Viſitatoribus, Prouincialibus, Prioribus, Vicarijs, cęteriſq; Fratribus omnibus, & quibuſcunq; vt tibi debitam præſtent obedientiam, &

obſe-

Digitized by Google

obſequium,ſub indignationis noſtrę, aliiſq; ſalutaribus,& temporal bus pęnis tibi bene viſis, ac neceſſaria ſubminiſtrent,ſuperfluis omnino reſecatis. Tibi idcirco mandantes,vt in Viſitatione vnius Fratris ſocietate ad tui libitum contentus ſis.

5 Volumus autem, has eaſdem noſtras literas nullo pacto vltra triennium tibi ſuffragari pro tranſacto de omnibus per te factis, & adminiſtratis Nobis, vel cui per Nos commiſſum fuerit,rationem reddere tentaris. Datum Romę in *Palatio* noſtrę ſolitę reſidentię die 19.menſis Iunij anni Domini 1584. *Pontificatus* S.D.N. Gregorij *Papę* XIII. anno 13.

Ferdinandus Cardinalis de Medicis *Protector.*

INSTRVMENTVM LXXXVI.

T*Enutæ, & poſſeſſionis Eccleſię S. Mariæ Vairani,& duodecim perticarum datæ per Clericos Thomam de Penatijs, & Bonauenturam de Finellis beneficiarios ibidem F. Dominico, & eius ſocijs.*

In Chriſti nomine, Amen, Anno Domini 1439. indict. 2. die 22. Octobris.

1 Cum venerabilis Decretorum Doctor D. Ioannes de Minutio Reuerendiſſimi in Chriſto *Patris*, & DD. Venturini Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Cremonenſis, et Locumtenens in temporalibus, & ſpiritualibus Vicarius Generalis F. Dominico de Moſcardis Tertij Ordinis S. Franciſci, cęteriſq; eius ſocijs, tenore literarum ſuarum auctoritate pręfati D. Epiſcopi in ea parte ſpecialiter ſibi expreſſa, & commiſſa, plenam, ac liberam licentiam,& facultatem dederit, vt perpetuis futuris temporibus valituram,in Eccleſia S.Mariæ de Vairano dięceſis Cremonę, & diſtrictus Cremę, Campeſtri, & *Parochiali* ſine cura ſtare,& immorari vna cum ſocijs ſuis pręſentibus, et futuris dicti Ordinis,et inibi vitam regularem ducere,et diuina officij dicere,et celebrare,ac territorium ipſius Eccleſię ibi contiguum tenere, et poſſidere poſſit, et valeat dę voluntate, et aſſenſu actu poſſidentium, prout latius patet in patentibus eius literis datis Cremonę in Epiſcopali *Palatio* Cremonenſi ad Banchum iuris officij pręfati D. Vicarij anno Dominicę Incarnationis 1439. indict. 3. die duodecimo menſis Octobris, ſcriptis per Homobonum de Arrigonibus Notarium,

et

& Scribam præfati D. Vicarij, &c. ibidem lectis, non abolitis, nec cancellatis, omniq; vitio, & ſuſpicione carentibus.

2 Modo vener. vir D. Presbiter Thomas de Penatijs Præpoſitus Præpoſituræ Plebis S. Martini de Palatio diſtrictus Cremæ; ac Placentiæ diæceſis, ac clericus beneficialis, ac beneficiatus dictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Vairano, vna cum Bonauentura de Finellis ſimiliter clerico beneficiali dictæ Eccleſiæ S. Mariæ qui actu tenent, & poſſident ipſam Eccleſiam, ac terram ibi contiguam, nec non & alias plures petias terræ ipſius Eccleſiæ cum ſuis iuribus, & pertinentijs, acceſſit perſonaliter vna cum dicto Bonauentura, & prædicto F. de Moſcardis Tertij Ordinis S. Franciſci, ac Fratribus Zanino de Golmero de B[illegible]zauica, & Iacobo della Reſta ſimiliter dicti Ordinis Fratribus, ac me Notario, ac teſtibus infraſcriptis ad Eccleſiam prædictam S. Mariæ de Vairano, & ad terram iuris dictæ Eccleſiæ ibi contiguam.

3 Eccleſiam intrantes ipſi D. Presbiter Thomas, & Bonauentura introduxerunt dictum F. Dominicum, & ſocios prædictos Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci, ipſoſq; Fratres duxerunt ad Altare dictæ Eccleſiæ, eiſq; tradiderunt, & aſſignauerunt tenutam, & corporalem poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ auctoritate præfati D. Epiſcopi, & eius Vicarij concedens, prout conceſſa fuit, & eſt, dicendo, & faciendo illos actus, qui in ſimilibus traditionibus, & aſſignationibus requiruntur, & fieri ſolent, & debent. Quam poſſeſſionem dicti Fratres Dominicus, & ſocii realiter acceptauerunt, & adepti fuerunt, proteſtantes ſe animo, & corpore poſſidere. Et poſtmodum ipſi Thomas, & Bonauentura acceſſerunt ad terram iuris dictæ Eccleſiæ ibi contiguam, quæ eſt perticarum duodecim videlicet circa, & introduxerunt dictos Fratres Dominicum, & ſocios inducendo eos, ac induxerunt in corporalem, et veram poſſeſſionem ipſius terræ, videlicet vt præmittitur duodecim perticarum, vel circa, cohęrentem, ſeu contiguam pręfatæ Eccleſię, dando eis dę herba, et lignis ipſius terrę, et de ipſa terra in ſignum veræ poſſeſſionis in gremio dictis Fratribus, acceptantibus, & proteſtantibus, ſe animo, & corpore dictam terram vere, & realiter poſſidere. Et prædictam inductionem poſſeſſionis, & ſingula, & omnia iſta fecerunt, & geſſerunt dicto D. Presbiter Thomas, et Bonauentura, ipſamque poſſeſſionem acceptauerunt dicti Fratres Dominicus,

&

& Socij omni meliori modo, cum iure, & forma, quo, qua, & quib. melius fieri, & eſſe poteſt.

4 Virtute, & in executione dictarum literarum refinentes præfatus D. Presbiter Thomas, & Bonauentura ipſius Eccleſiæ Parochialis ſine cura vt præfertur, ibidem omnia iura tam decimæ, quam quorumcunq; redditum terrarum incumbentium nominatæ Eccleſiæ, exceptis oblationibus, & alijs quibuſcunq; dictæ Eccleſiæ deuotionis cauſa oblatis, & ipſarum duodecim perticarum terrę quibuſcunq; & quomodocunq; prouenientibus; quæ, & quos omni modo, & iurę, quibus melius poſſunt, fecerunt, & faciunt transactionem, & donationem dictis Fratribus præſentibus, & futuris.

5 Verum quia intendebant præfatus D. Presbiter Thomas, & Bonauentura beneficiati, vt ſupra, quod iſta aſſignatio, & datio, vt ſupra, fiat æquis portionibus de iuribus, & pertinentijs ſpectantibus, tam ipſi D. Presbitero Thomæ ratione ſui dicti beneficij, quã etiam dicto Bonauenturæ ratione beneficij ſui. Idcirco præfatus Dominus Presbiter Thomas de iuribus ſui dicti beneficij communicauit, cum ipſe Bonauentura ſuo beneficio ſibi in dicta Eccleſia ſpectanti perticas nouem terræ aratoriæ, & viduatæ iacentis in dicta curia, & contrata, cui cohæret, &c. Ita ut ſicut ipſæ perticæ nouem terrę in totum pertinebant dicto beneficio ipſi D. Presbitero Thomę ſpectanti nunc, amodo pro dimidia, & ſpectari debeat, &c.

Acta hæc fuerunt in curia Vairani ſcripta per Franciſcum Torniolam Cremonenſem Notarium. Bulla conceſſionis Nicolai V. habetur ſub num. CXXXI. altera Sixti IV. confirmantis illam extrat ſub numero CLXIII.

INSTRVMENTVM LXXXVII.

Homines loci Fornacum Brixiæ donauerunt Fratribus Paulo de Catanèis de Carpanetulo & Manſueto de Paſquetis de Salodio Eccleſiam S. Rochi cum domuncula, & horticulo cum onere vnius miſſæ quotidianæ, exburſantes eiſdem 40. libras annuas pro elemoſina miſſæ.

1 In Chriſti nomine, Amen. Milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo quarto, indictione ſeptima, die vigeſimo ſecundo menſis Maij in iuxta-

Digitized by Google

infraſcripta Eccleſia præſentibus Franciſco quondam Stephani de Fininis, Franciſco q. Petri del Rè, Ludouico q. Thomę de Maſellis, Tonino q. Ioannis de Proualijs Baptiſta q. Antonij de Glizzonis, Magiſtro Ioanne q. Bartolomæi de Maraliris, et Ioannæ Mariæ q. Bartolomæi de Zambellis de Cignano omnibus habitatoribus in loco infraſcripto Fornacum clauſuræ Brixiæ teſtibus rogatis, notis, & ad hęc ſpecialiter vocatis, & aſſerentibus, ſe ſe cognoſcere partes, & me Notarium.

2 Cum ſit, quod infraſcripti homines terræ Fornacum diſtrictus Brixiæ reperirentur in magna neceſſitate ſacerdotum celebrandi miſſam in Eccleſia S. Rochi ſita in prędicto loco Fornacum clauſurę Brixię, et volentes prouidere de tali ſacerdote pro neceſſitata, vt celebretur miſſa perpetuis futuris temporibus in dicta Eccleſia.

3 Ideo D. Franciſcus q. D. Georgij de Longheuis ciuis Brixię D. Bonaldus q. D. Ioannis Antonij de Bonaldis agens nomine D. Cecilię de Pelandinis, etc. omnes habitatores in dicto loco Fornacum aſſerentes ſe eſſe duas partes trium partium dicti loci, ſono campanę prius pręmiſſo iuxta ſolitum, et morem, pręſentes, et agentes pro ſe ſe de dicti totius loci, et vicinię, omni meliori modo, iure, via, forma, et cauſa, quibus melius potuerunt, et poſsunt, donauerunt, et donant, et titulo donationis iuriſpatronatus conceſſerunt, ſupradictam Eccleſiam cum modica domo, et horto ſitam in dicto loco Fornacum, quibus cohęrent à monte Ioannes Hieronimus de Abbatis à mane ſtrata publica de Quinzano, à meridie Bonus de Grittis, ſaluis, etc. alijs cohęrentijs Reuerendis Patribus Paulo q. D. Feliciani de Caraneis de Carpanetulo, necnon Reuer. P. Māſueto de Paſquettis de Salodio de Cabario Brixię ibidem pręſentibus, et acceptantibus pro ſe ſe, ac nomine Congregationis Tertij Ordinis S. Franciſci Regularis Obſeruantię Cōgregationis Lombardię licentiam, et auctoritatem à ſuis ſuperioribus habentibus, vt aſſeruerunt conſtare procurę inſtrumento rogato, etc.

4 Et hoc dicti homines fecerunt, qui dicti RR. PP. promiſerunt celebrare, aut celebrari, ſeu manutenere facere vnam miſsam in dicta Eccleſia perpetuis temporibus. Et inſuper ſupradicti homines promiſerunt dare pro elemoſina libras quadraginta pro ſingulo anno, et perpetuis temporibus de menſib. ſex in ſex menſib.

ſ

Digitized by Google

5 Ad habendum, et poſſidendum prędictam Eccleſiam, et bona vt ſupra per prædictos RR. PP. prout ſibi placuerit, et fieri licet de huiuſmodi bonis Eccleſiaſticis. Dantes prędicti homines, atq; cedentes, etc. Renuntiantes, etc.

Ex ſcripturis dicti conuentus S. Rochi, de quibus rogatus fuit Hieronymus de Ferzetis Notar.

INSTRVMENTVM LXXXVIII.

FRatres impediebantur, ne exponerent Reliquias B. Pauli de Ambroſijs Sacerdotis Tertij Ordinis, adorandas, idea Auditor Cameræ Apoſtolicæ cenſuris compeſcit perturbatores.

1 Flauius Vrſinus, Dei et Apoſtolicę Sedis gratia Epiſcopus Muranus, Sanctiſſimi Papę, eiuſq; Camerarij, necnon curię cauſarum Camerę Apoſtolicę Generalis Auditor, Romanæq; Curię Iudex Ordinarius, ſententiarum quoq, et cenſurarum in eadem Romana Curia et extra latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcũq; vniuerſalis, et meris executor, vniuerſis, et ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Prępoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Sacriſtis tam Cathedralium, etiam Metropolitanarum, quam Collegiatarum Canonicis, Parochialiumq; Eccleſiarum Rectoribus, & ſeu locatenentibus eorundem, cæteriſq; Presbiteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuſcunq; per ciuitatem, & dięceſem Catacenſem, & alias vbilibet conſtitutis, illiq; vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtę literę peruenerint, ſalutem in Domino, & pręſentibus noſtris fidem indubiam adhibere.

2 Noueritis, quod nuper pro parte, et ad inſtantiam Fratrum monaſterij S. Saluatoris Tertij Ordinis S. Franciſci Terræ Cropani Catacenſis dięceſis Nobis expoſitum fuit, quod cum ipſi Fratres corpus, ſeu cadauer, aut oſſa Beati Pauli de Ambroſio de Terra Cropani prædicta in quodam tabernaculo reconditum, ſeu recondita cauſa tam homines, quam populum dictę Terrę, quam aliorum locorum circonuicinorum maiori deuotione dicti Beati Pauli accedendi, et illud vniuerſo populo oſtendendi in quodam loco eminenti in capella S. Luciæ ſita in pręfata Eccleſia S. Saluatoris eleuauerint, et poſuerint; nec debuerint, poſſintq; nec debeant,

ant, ſalutem legitime, et de iure à quoquam moleſtari, vexari, ſeu perturbari. Nihilominus quod nonnulli in executione præſentium nominandi, neſcitur, quo ſpiritu ducti, aut quo iure ſuffulti, dictos Dominos inſtantes de, & ſuper eleuatione dicti corporis, ſeu cadaueris Beati Pauli, aut alias occaſione premiſſa, indebite, & iniuſte moleſtare, & perturbare velle, ſe iactarunt, et iactant, aut forſan moleſtarunt, & perturbarunt, aut moleſtant, et perturbant de pręſenti in non modicum dictorum Dominorum inſtantium, ſuorumq; iurium pręiudicium, damnum, et iacturam. Inte ſitq; eorundem Dominorum inſtantium ex cauſa prędicta à dictis moleſtijs, & perturbationibus via iuris eximi, ac liberari. Idcirco pro eorundem Dominorum inſtantium parte fuimus requiſiti, quatenus eis de opportuno iuris remedio prouidere dignaremur.

3 Attendentes nos igitur Flauius Vrſinus Auditor Ordinarius requiſitionem hanc fore iuſtam, et rationi conſonam, vobis omnib. et ſingulis ſupradictis tenore pręſentium committimus, et mandamus, quatenus ſtatim viſis præſentib. vos, vel quicumq; veſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra, moneatis, et requiratis primo, ſecundo, et tertio, et peremptoriè omnes, et ſingulos Dominos inſtantes occaſione præmiſſorum moleſtantes, ſeu moleſtare volentes in executione præſentium noſtrarum nominandos. Eiſq; nihilominus in virtute S. Obedientię, & ſub excommunicationis, alijſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & quingentorum ducatorum auri de camera Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pænis præcipiatis, & mandatis, quibus nos etiam tenore præſentium ſic præcipimus, & mandamus, ac requirimus, & monemus eoſdem, quatenus infra ſex dierum ſpatium à die monitionis huiuſmodi eis factæ ſequendorum, debeant à quibuſcunq; moleſtationibus, vexationibus, perturbationibus, iactationibus, & impedimentis prædictis Dominis inſtantibus, aut eorum deputatis, & miniſtris, de, & ſuper eleuatione corporis, ſeu cadaueris, aut oſſium prædictorum, ex quauis occaſione, ratione, modo, vel cauſa hactenus illatis, præſtitis, aut factis, ac fieri, & inferri comminatis, ab inferendiſq; in futurum realiter, & cum effectu deſtitiſſe, & ceſſaſſe, & abſtinuiſſe. Necnon dictum corpus, cadauer, ſeu oſſa dicti Beati Pauli in loco prædicto ſtare, & permanere permiſiſſe, & permittere.

4

4 Et ſi qua iura in præmiſſis habent, ſeu quomodolibet habere prætendant, coram nobis deduxiſſe, & demonſtrare, necnon præſentibus nobis in omnibus, & per omnia iuxta illorum formam, continentiam, & tenorem, paruiſſe, & obediuiſſe, & de paritione huiuſmodi nos certiorare, & certificare. Alioquin prænominatos, ſi in præmiſſis ſe fore grauatos ſenſerint, modo, & forma præmiſſis peremptorie citare curetis, prout etiam nos citamus eoſdem quatenus vigeſima die poſt citationem veſtram eis factam immediate ſequenti compareant Romæ iudicialiter, & legitime coram nobis per ſe, vel procuratores ſuos idoneos, cauſam eorum grauaminis allegaturi, atque dicturi, facturi, & recepturi, quod iuſtitia ſuadebit, & ordo dictauerit rationis.

5 Certificantes nihilominus eoſdem ſic citatos, quod ſiue in dicto citationis termino, vt præmiſſum eſt comparere curauerint, ſiue non; nos tamen, ſiue Locumtenens noſter prædictus ad declarationem dictarum ſententiarum, vel aliter ad grauiora procedemus, ſeu procedet iuſtitia mediante.

6 Quicquid autem in præmiſſis factum fuerit omnibus fideliter intimari curetis. Abſolutionem vero præmiſſorum nobis, vel ſuperiori noſtro tantummodo reſeruantes.

7 In quorum præmiſſorum fidem has noſtras præſentes exinde fieri, & per Notarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribere, ſigilliq; noſtri, quo in talibus vtimur iuſſimus, & fecimus appenſione etiam muniri. Datum Romę in ædibus noſtris ſub anno à Natiuitate Domini 1562. die 12. Ianuarij, Pontificatus Domini noſtri D. Pij Papæ IV. anno eius tertio.

D. Cæſar. Quintilius Notar. &c.

Extractum fuit ex ſuo originali quod aſſeruatur nunc in Matrici Eccleſia, vbi nunc hoc ſacrum corpus veneratur, quia conuentus eſt inter ſuppreſſos. Vide hunc conuentum Cropani ſub cap. 24. de Prouincia Calabria.

INSTRVMENTVM LXXXIX.

De fabricatione Conuentus, & Eccleſiæ S. Mariæ de Paradiſo prope ciuitatem Fauentiæ impedita, cum licentia fabricandi aliam Eccleſiam ſub nomine S. Mariæ de Cruce in loco Ronchedoſo miraculis coruſcantis.

 In

In Chriſti nomine, Amen. Infraſcripta eſt copia ſupplicationis per Venerabiles Patres Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci ſub habitu Eremiticorum porrectæ R. P. D. Martino Scardauo Artium, & Decretorum Doctori, Canonico Fauentino R. in Chriſto Patris, & D. D. Baptiſtæ de Canonicis de Bononia etiam Decretorum Doctori, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Fauentini, in ſpiritualibus Vicario Generali vna cum Reſcripto dicti D. Vicarij, quorum ſupplicationis, & Reſcripti tenor ſequitur, vt infra, videlicet. R. D. V.

Exponitur humiliter ac deuote pro parte dictorum Fratrum de Pænitentia de S. Franciſco ſotto l'habito Eremitico, qualmente alli dì paſſati comminzorono la Eccleſia del Paradiſo propinqua alla città di Faenza in honore della Glorioſa Vergine Maria, dalche ſono ſtati prohibiti per li Reggimenti, & acciò che il loro bono propoſito non ſia vano, miracoloſamente è apparſa detta Regina in loco dicto Ronchedoſo in la via publica, & lì hà operate molte coſe degne di memoria, & ſempre ſi è augmentata, & acciò, che detti Oratori non ſiano defraudati delle ampl[illegible] promeſſe à loro fatte, quando preſero detto conuento, & ch[illegible] al culto diuino ſia augumentato. Igitur ricorrono humilmente a V. R. S. quella pregando, ſi degni per pietà, e miſericordia concederli, poſſino edificare in detto loco di Ronchedoſo della Dioceſe Faentina dedicata al nome di S. Maria della Croce, pagando ipſi ogn'anno vno cenſo gratuito al Reuer. Monſignor, & ſuoi ſucceſſori, & eò maxime, perche tutta la Communita, e . . . . . di tale edificio ad honore di Dio, & della corte celeſtiale, & . . . . ipſorum Fratrum eſſent, ſecondo el loro deſiderio venire . . . . di V. R. S. Quam Deus ad vota ſecundet altiſſimus.

Copia Reſcripti.

Concedimus, vt petitur, facultatem ædificandi Eccleſiam in loco vobis conceſſo per M. Dominos Antianos cum onere, & impoſitione cenſus vnius libræ nouæ cum dimidio per vos, & ſucceſſores veſtros in loco perſoluendi annuatim partim Reuerendiſſimo D. Epiſcopo, eiuſq; Epiſcopatui, videlicet vnam libram, & aliam mediam libram Capitulo Eccleſiæ S. Petri de Fauentia, reſeruantes dicto Reuer. D. Epiſcopo, eiuſq; in ſpirituali Vicario poteſtatem interueniendi in diſpenſatione, & diſtributione pecuniarum

tam

Digitized by Google

tam collectarum, quam colligendarum pro ædificatione prædicta, omni meliori modo, &c. Datum Fauentiæ in domibus ſolitæ habitationis dicti R. D. Vicarij, prope Eccleſiam S. Æmiliani anno Domini 1509. 19. Iunij tempore Iulij Papæ II. indictione ſeptima.

Benedictus Marganus Notarius Curiæ Epiſcopalis prædictæ mandato ſubſcripſi.

Extractum fuit ex originali conſeruato in præfata Curia per Christophorum Mundinum Fauentinum Notarium, & Cancellarium Curiæ prædictæ Epiſcopalis anno 1657.

Ex Scripturis Confraternitatis Hoſpitalis S. Neuoloni accepi ſubiectam memoriam.

1599. die 4. menſis Maij Homines Confraternitatis Hoſpitalis S. Mariæ Miſericordiæ *Sancti* Blaſij, alias *S.* Neuoloni dant, & donant Fratribus Tertij Habitus S. Franciſci de Lombardia Hoſpitaletum de iuribus dicti Hoſpitalis poſitum in vicinia *S. S*auini extra portam Imolenſem, cauſa conſtruendi, & fabricandi Eccleſiam ſub titulo *S.* Mariæ *del Paradiſo*, ſiue Vallis Viridis, qua donatione facta ædificare cæperunt dictam Eccleſiam, regnante Alexandro VI. Pontifice.

Fratres fuerunt primo impediti fabricare prope Fauentiam, vnde data eis fuit facultas fabricandi in dicto loco Ronchedoto, ſed quia defecit concurſus populi ad eam Sacram Imaginem Virginis Glorioſæ & locus erat ſubiectus multis periculis, quia longe diſtabat à ciuitate, denuo ex gratia Dom. Antianorum redierunt ad priorem locum S. Mariæ Paradiſi vbi nunc ſunt, cum commoda habitatione formalis conuentus.

COLLECTIO III.

DECRETORVM

Spectantium ad Ordinem Tertium Sancti Franciſci emanatorum à S. Congregatione Emin. & Reuer. Cardinalium.

DECRETVM I.

DE erectione Nouitiatus in Conuentu S. Mariæ Poſcargani extra Terram Colleſcipionis diæceſis Narnienſis Prouinciæ Vmbriæ.

Sanctiſſimus in Christo, & Dominus noſter D. Clemens diuina prouidentia *Papa* Octauus cum *Regularem* diſciplinam reſtituere, atq. in priſtinum ſtatum reuocare maxime cuperet, Regulareſq. omnes vitam, moreſq. ſuos ad rationem eius inſtituti, quod quiſq. profeſſus eſt, ita componere, vt quę ad votorum vim habitum, victumq. commune pertinet ea potiſſimum ſinguli religioſiſſime obſeruarent, generali Decreto, quod die tertia menſis Maij 1599. promulgatum fuit, ordinum *Religioſorum* Superioribus (nonnullis exceptis) prohibuit, ne aut Nouitios reciperent, aut iã receptos quenquam ad profeſſionem ante admitterent, quam à Sanctiſſimo Monaſteria aliquot ad id approbata eſſent, in quibus obſeruantia regularis vigeret.

His vero *Sanctiſſimus* à loci Ordinario, cui id munus demandatum fuerat, certior factus, infraſcripto *Monaſterio* pręfinitum eſſe numerum eorum Fratrum, qui conſuetis elemoſinis, & redditibus ordinariis in eo ſuſtentari commode poſſunt, atque in eo omnia fideliter obſeruare, quę ſunt cum illorum profeſſionis perfectione coniuncta, nempe caſtitatis, paupertatis, atque obedientię vota, vna cum cęteris Decretis particularis inſtituti illius, vel *Pontificijs* etiam ad victum, veſtitumque communem ſpectantibus, ipſius Decreto, vt ſuperius, edito, & promulgato minime obſtante.

Pote-

Poteſtatem facit Superiori Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci Regularis Obſeruantiæ Nouitiatum in Monaſterio S. Mariæ Colleſcipionis diæceſis Narnienſis dicti Tertij Ordinis S. Franciſci erigendi, Nouitioſq; recipiendi, educandi, atq;ad profeſſionem admittendi, modo tamen ea omnia ad præſcriptum inſtructionis, & Decretorum iuſſu Beatitudinis ſuę editorum; neq; aliter, nec alio modo fiant, quoniam ea eſt ſanctitatis ſuæ voluntas, vt in Monaſterijs, & Conuentibus ad alendos Nouitios deſignatis, & approbatis regularis obſeruantia perpetuo retinentur.

Mandat, & præcipit, vt in ſupradicto conuentu præfixus perſonarum numerus perpetuo obſeruetur, nulluſq; omnino ſuperior cuiuſuis conditionis perſonarum numerum augere præſumat, & pœna contrafacienti propoſita, vt omnibus priuatus officijs, vocis actiuæ, & paſſiuæ ius omne amittat.

Vult deniq; Sanctitas ſua huiuſmodi facultatem per Congregationem Reformationis Apoſtolicæ hoc Decreto Secretarij eiuſdem Congregationis manu ſubſcripto concedi. In quorum, &c. Datum Romæ die XXI. Nouembris MDCIV.

Præſcribitur autem numerus octo Sacerdotum, duorum Conuerſorum, et quinq; Nouitiorum, quorum duo eiuſdem Conuentus ſumptibus alantur, reliqui vero tres ab aliis conuentibus manuteneantur, quorum Nouitiorum ad habitum Regularem admittentur.

Antonius Seneca Viſitat. & Reform. Apoſtolicæ Secret.

Die 13. Decembris 1604.

Iuxta prædictam conceſſionem S. D. N. D. Clementis VIII. in prædicto conuentu noſtro S. Mariæ Poſcargani Terræ Colleſcipionis diæceſis Narnienſis Nouitiatum erigimus, vbi in Capitulo proximo Vmbriæ Nouitios recipient, et in eo omnia, quæ tamen ad Nouitiorum educationem, et profeſſionem, ac etiam ad formam regulariter viuendi, et cætera omnia obſeruentur, nec ſupra præſcribuntur obſeruanda.

F. Ioannes Baptiſta Prouenzanus Generalis, &c.

Digitized by Google

DECRETVM II.

DE augendo numero Nouitiorum in Nouitiatu Conuentus S. Mariæ Piratelli in diœceſi Imolenſi.

Ioannes Baptiſta Prouenzanus Generalis ſupplicauit, narrando, quod obtinuit erectionem Nouitiatus in conuentu S. Mariæ de Piratello in diœceſi Imolenſi cum quinq; Nouitijs ibi alendis ex prouentibus eiuſdem conuentus, vt dignaretur Sanctitas ſua addere alios quindecim Nouitios pro alijs Prouinciis cum ſolutione ſalarii, ſeu, vt aiunt, Donzenæ, fabrica enim Nouitiatus capax eſt tot Nouitiorum.

Congregatio Viſitationis, & Reformationis Apoſtolicæ conceſſit, vt in ſupradicto Nouitiatu Imolæ Piratelli nuncupato recipi poſſint decem alii Nouitij in Prouinciis Lombardiæ, qui tamen probati ſint ab Ordinariis locorum in omnibus iuxta decretum alias conceſſum, cum facultate recipiendi Nouitios iuxta conſtitutionem felicis recordationis Sixti Papæ V. & S. D. N. Clementis Papę VIII. decreta, ſeruatiſq; omnibus ſeruandis, & etiam adiecta conditione, vt ſinguli conuentus, a quibus Nouitii huiuſmodi mittuntur ſoluant duodenam pro ſuſtentatione eorundem Nouitiorum reſpectiue ſuorum. Datum Romæ die XXV. Iunii 1604.

Antonius Seneca Viſitationis, & Reformationis Apoſtolicæ Secret.

Conſeruatur in Archiuio eiuſdem Conuentus.

DECRETVM III.

DE erectione Nouitiatus in conuentu S. Antonij de Padua extra Terram Scurculæ.

Idem Generalis per Cardinalem Arrigonium Protectorem ſupplicauit erectionem Nouitiatus in conuentu Sancti Antonii de Padua extra Terram Scurculæ Prouinciæ Aprutinę. Papa annuit pro ſeptem Nouitiis die V. Martij 1607. Generalis autem ita diſpoſuit illud viuę vocis oraculum.

Vigore prelibati oraculi Nouitiatum erigimus in prelibato conuentu, in quo quatuor Nouitii eiuſdem conuentus ſumptibus alentur, reliqui vero tres aliorum, præſcripto numero ſex ſacerdotum, & quatuor Conuerſorum de familia.

F. Ioannes Baptiſta Prouenzanus Generalis.

DE-

Digitized by Google

DECRETVM IV.

D*E erectione Nouitiatus in conuentu S. Mariæ Paradiſi Mediolani.*

Idem Generalis ſupplicauit per eundem Protectorem erectionem Nouitiatus in conuentu S. Mariæ Paradiſi Mediolani pro duodecim Nouitiis. Papa Paulus V. annuit die 19. Martij 1607. Generalis autem ſic diſpoſuit.

Vigore præſentis Reſcripti Nouitiatum erigimus in prędicto conuentu S. Marię Paradiſi Mediolani, in quo quinq; Nouitii eiuſdem conuentus ſumptibus alantur, reliqui vero ſeptem aliorum; pręſcripto numero viginti ſacerdotum, & quatuor conuerſorum de familia.

F. Ioannes Baptiſta Prouenzanus Generalis.

DECRETVM V.

D*E erectione Nouitiatus in Conuentu S. Mariæ de Miſericordia infra ciuitatem Panormi.*

Generalis Magiſter F. Matthęus Strutius de Montefano ſupplicauit pro erectione Nouitiatus in conuentu S. *Marię della Miſericordia* intra Panormum. Obtinuit vt infra.

Sacra Congregatio Cardinalium Regularium *P*rępoſitorum, ſupradicti Generalis relatione attenta, Nouitiatus in conuentu huiuſmodi erectionem arbitrio Illuſtr. *P*rotectoris concedi poſſe cenſuit, dummodo felicis recordationis Sixti V. & aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, ac Decretorum S. Memorię Clementis Octaui, Inſtitutionumq; Generalium ſuper receptione, & educatione Nouitiorum eiuſdem Clementis; necnon *P*auli V. Summorum *P*ontificum auctoritate editarum forma ſeruetur. Romę ſecunda die Martij 1621.

V. Nouarienſis Secretar.

Seruatis ſupradictis omnibus decretis, et conſtitutionibus Summorum Pontificum, licentiam, aut facultatem concedimus erigendi Nouitiatum in conuentu S. Marię Miſericordię ciuitatis Panormi ſupradicto Patri Generall.

F. Cardinalis Verallus Protectpr.

F. Mattheus Monteſanus Generalis per literas [?] erigit Nouitiatum in dicto conuentu Panormitano. Confirmatus fuit per Bullam ſupra 282.

DECRETVM VI.

De Confirmatione ſupradictorum Nouitiatuum qui viua vocis oraculo à Papa obtenti fuerunt, ſtante reuocatione omnium Oraculorum.

Beatiſſime Pater.

Perche nelle Conſtitutioni della felice memoria di Papa Clemente VIII. vien prohibito il veſtire, & accettare Nouitij in certe Religioni, ſe non con licenza per Breue, & non altrimenti, ſe non nelli Conuenti da deſignarſi da ſua Santità ſotto le pene in eſſe contenute. E perciò dal Padre Generale, e dal Procuratore Generale delli Frati del Terz'Ordine di S. Franceſco, ſtando il biſogno della loro Religione, furono dati memoriali alla Santità di Papa Paolo V. per la licenza d'erigere li Nouitiati nella Prouincia di Milano, vno nel conuento della Madonna del Paradiſo di Milano, l'altro nel conuento di S. Antonio di Piacenza; nella Prouincia dell'Abbruzzo vno nel conuento di S. Antonio della Scurcola nel Regno di Napoli vno nel conuento di S. Catarina di Chiaia; nella Prouincia di Calabria, vno nel conuento della Madonna delle Gratie di Biſcignano, et vn altro nel conuento di S. Franceſco d'Ortolo; nella Prouincia di Sicilia, vno nel conuento di S. Croce di Sicli; & nella Prouincia della Marca, vno nel conuento della Madonna della Conſolatione di S. Geneſio. Et anco per la licenza di veſtire Nouitij, & in particolare di dar l'habito ad vno per laico nelli conuenti, doue ſtanno ſei profeſſi, & duoi, doue ſtanno dodeci profeſſi. Quale licēze furono conceſſe *viuę vocis oraculo* alli Emin. Signori Cardinali all'hora Protettori d'eſſa Religione, come dalli Memoriali, che s'eſebiſcono appare, e perche dette facoltà *viuę vocis oraculo* ſono ſtate da S. S. riuocate.

Perciò il Procuratore Generale d'eſſa Religione del Terz'Ordine di S. Franceſco ſupplica per la conferma delle ſudette licenze *viuę vocis oraculo* conceſſe dell' erettioni delli ſopradetti Nouitiati, ouero concederli licenza, & facoltà di nouo eregerli, il che, &c.

Sacra

Digitized by Google

Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Regularium præpoſita cenſuit, petitam confirmationem inſtitutionis Nouitiatuum huiuſmodi eſſe concedendam, prout præſentis Decreti virtute conceditur arbitrio tamen Patris Generalis Ordinis;ac dummodo in eis Nouitii recipiantur,ſeruata forma Decreti Sanctiſſimi D. N. ſuper receptione, & educatione Nouitiorum in Religione prædicta admittendorũ etiam vltimo loco editi;necnon felicis recordationis Sixti V. ac aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Decretorum pariter ſimilis memoriæ Clementis Octaui Inſtitutionum Generalium ſuper receptione, & educatione Nouitiorum eiuſdem Clementis,necnon ſanctę memorię Pauli V.auctoritate editarum. Romæ die 20. Ianuarii 1633.

F. Antonius Card. S. Honophrii.

DECRETVM VII.

Recipiendi Nouitios in nouitiatu S. Mariæ de Piratello, non obſtante prohibitione emanata à Sanctiſſimo Vrbano poſt annum contagionis 1630. quæ erat ſimplex præceptum.

Il Nouitiato delli Frati del Terz'Ordine di S. Franceſco eretto in S. Maria del Pradello fuori la città d'Imola da trenta, ò più anni fà, hebbe conceſſione di poter riceuere, e veſtire quindeci Nouitii. Ma per occaſione della peſte l'anni adietro ciò fù prohibito. Hora perche quella Prouincia di Bologna hà neceſſità grande di Frati. ſupplica humilmente poter di nouo valerſi della ſua antica licenza, e veſtire gli detti quindeci Nouitii, e pregherà Dio per le Signorie loro Em. & Reuerendiſſime, *Vt Deus, &c.*

Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Regularium præpoſita benigne annuit, vt prohibitione quacunq; non obſtante decem Nouitii duntaxat ad habitum Ordinis huiuſmodi in Prouincia prædicta recipi,atq;anno probationis elapſo ad profeſſionem admitti valeant. Dummodo recipiantur in conuentibus ad recipiendum Nouitios deſignatis, omnibus neceſſarijs qualitatibus ſint præditi,coram Prouinciali, & Definitoribus ſuis ſe ſiſtant, & coram eis etiam Prouinciali Capitulo non expectato ſeruatis ſeruandis incumbentia probent, præſertim decimumquintum annũ ſuæ ætatis ſaltem agant. In reliquis vero, ſeruata forma Decreti

San-

Digitized by Google

Sanctiſsimi D. N. ſuper receptione, & educatione Nouitiorum vltimo loco editi; necnon felicis recordationis Sixti V, ac aliarum conſtitutionum Apoſtolicarum, & Decretorum pariter ſimilis memoriæ Clementis VIII. Inſtitutionumq; generalium ſuper receptione, & educatione Nouitiorum eiuſdem Clementis; necnon ſanctæ memoriæ Pauli V. auctoritate editarum. Romæ die 23. Martij 1635. M. Cardin. Ginettus.

Eius originale conſeruatur in eodem conuentu.

Nota autem, quod illud Reſcriptum obtentum fuit, quia Vrbanus Papa VIII. ſtatim poſt annum 1630. occaſione accepta à peſtilentia quæ in Lombardia, & alijs partibus graſſabatur, deſolationibus populorum occurrere intendens, Præceptum edidit prohibendo Regularium Superioribus, ne ad habitum ſeculares reciperent in ijs locis, in quibus contagium ſuam ediderat ſtragem. Quia autem præceptum illud pro eius vita regnante durauit & cum eo extinctum fuit, & ſic reuixit ius antiquum, ac innatum propagandi religiones.

DECRETVM VIII.

De translatione Nouitiatus à conuentu S. Mariæ Piratelli ad conuentum S. Mariæ Caritatis Bononiæ.

Il Padre Generale del Terz'Ordine di S. Franceſco humilmente ſupplica l. Emin. VV. à reſtar ſeruite di transferire il luogo del Nouitiato del conuento di S. Maria del Pradello fuori della città d'Imola nel conuento della Carità della città di Bologna della detta Religione, e Prouincia di Bologna, doue li Nouitij ſaranno meglio educati, eſſendo queſto conuento in città, & di maggior famiglia, &c.

Sacra Congregatio Emin. Cardin. negotijs Regularium præpoſita cenſuit petitam translationem Nouitiatus huiuſmodi à conuentu S. Mariæ de Piratello ad conuentum Caritatis vt præponitur eſſe concedendam, prout præſentis Decreti virtute concedit, arbitrio tamen Emin. Domini Cardinalis Barberini eiuſdem Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, ac dummodo locus Nouitiatus prædictus ſit omnibus numeris, & partibus inſtructus ad præſcriptum Decretorum felicis recordationis Clementis Octaui, atq; in eo ad habitum regularem prædicti Ordinis Nouitij recipiantur, ſeruata

forma

forma Decreti Sanctiſſimi Domini noſtri ſuper receptione,& educatione Nouitiorum vltimo loco editi, necnon felicis recordationis Sixti V. ac aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum,ac Decretorum pariter felicis memoriæ Clementis Octaui Inſtitutionum generalium ſuper receptione,& educatione Nouitiorum eiuſdem Clementis; necnon ſanctæ memoriæ Pauli V. auctoritate editarum. Romæ die 15. Ianuarij 1638.

F. Antonius Cardinalis S. Honophrij.

Tranſlationi ante expoſiti Nouitiatus Nos itero aſſentimur, ſeruatis de cætero, quæ in præcedenti Decreto à S.C. Regular. ſeruari præcipiuntur. Die 30. Martij 1638.

F. Cardinalis Barberinus Protector.

Ioan. Nicolaus Thegetus Secret.

DECRETVM IX.

Tranſlationis Nouitiatus à conuentu Nicoſiano ad conuentum S. Philippi in Prouincia Siculana. Primus erectus fuit per Bullam ſupra ſub num. 248.

Emin. & Reuer. Signori.

Hauendo il Padre Generale del Terz'Ordine di S. Franceſco ritrouato nella Viſita fatta del conuento di Nicoſia di detto Ordine, che il Nouitiato in detto conuento non hà tutti li debiti requiſiti delli Decreti della Riforma, e che per la pouertà del conuento non ſi può mantenere il numero prefiſſo de Frati con li Nouitij, che però ſupplica il Padre Prouinciale di quella Prouincia l'Emi. Voſtre da quel conuento poter transferire il detto Nouitiato al conuento della Madonna dell'Angeli della città di S. Filippo diœceſi di Catania, il quale è commodo, & hà tutti li requiſiti delli Decreti, e Bolle Apoſtoliche, &c.

Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotijs, et conſultationib. Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, attentis narratis,& audito Generali Ordinis huiuſmodi cenſuit committendum, prout tenore præſentis Decreti committit eidem Vicario Generali, vt pro ſuo arbitrio, et prudentia petitam tranſlationem Nouitiatus de conuentu ad conuentum eiuſdem Ordinis, & Prouinciæ concedat; ita tamen, vt ſecundo dictus conuentus omnibus ſuis partib.

&

& numeris ſit inſtructus ad pręſcriptum Decretorum felicis recordationis Clementis Octaui. Nec in eo maior numerus Nouitiorum recipiatur, quam in prędicto conuentu recipi conſueuerunt. Et in reliquis ſeruetur forma Decreti ſanctæ memorię Vrbani Octaui ſuper receptione, & educatione Nouitiorum vltimo loco editi. Necnon Sixti V. & aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, inſtitutionumq; generalium ſuper receptione, & educatione Nouitiorum dicti Clementis, & Pauli V. Summorum Pontificum auctoritate editarum. Voluit autem eadem Sacra Congregatio, quod ſecuta dicta translatione, intelligatur eo ipſo reuocata facultas recipiendi, & educandi Nouitios in primo dicto conuentu. Romæ die prima Februarij 1647.

M. Cardinalis Ginettus.

Hieron. Archiep. Patrac. Secret.

Harum ſacrarum virtute literarum à S. C. ſuper negotijs Epiſcoporum, & Regularium nobis, & noſtro arbitrio remiſſarum loco nouitiatus de noſtro conuentu S. Marię de Conſolatione ciuitatis Nicoſię tollimus, & abolemus, eumq; ad conuentum noſtrum S. Marię Angelorum extra, & prope ciuitatem S. Philippi transferimus, translatumq; & inſtitutum eſſe volumus, & intelligimus eo modo, & forma pręſcriptis in iſto libello à S. Congreg. ſupradicta emanato, & non alio modo, ſub pœnis inflictis in Decretis, & Cōſtitutionibus Apoſtolicis de Nouitiorum, & Nouitiatuum inſtitutionibus, & receptionibus. In quorum fidem datum in noſtro venerabili conuentu Sanctiſſimę Annuntiationis Ziſę extra, & prope mœnia ciuitatis Panormi die XXII. menſis Ianuarij anno 1649.

M. Antonius Bottonus Generalis.

DECRETVM X.

DE Nouitijs recipiendis à Prioribus Conuentuum de conſenſu maioris partis ſuæ familiæ ex cap. 8. Regulæ vbi de Filiatione.

Illuſtrisſimi, & Reuerendisſimi Signori.

Nella noſtra Religione ſi ſono ſempre riceuuti i Nouitij dalli Miniſtri de cōuenti col conſenſo della maggior parte delli ſuoi Frati in virtù del cap. 8. della *Regola*, ò Statuti, oue ſi dice: *A Cœnobiorum Miniſtris maiore Fratrum ſuorum parte aſſentiente Nouitios ſemper*

recipi

Digitized by Google

recipi poſſe volumus. Ma in eſecutione della Bolla di *P*apa Siſto V. ſi cominciò ad accettare li *N*ouitij nelli Capitoli. La quale fù poi moderata da Gregorio XIV. con quelle parole: *Cæterum cum acceperimus nonnullarum Religionum, & Ordinum Monaſteria ita conſtituta eſſe, vt in eis perpetua quadam filiatio conſtituatur, ideo receptio Nouitiorum in vnoquoq; Monaſterio ad ſuperiorem Prælatum, & Capitulum eiuſdem Monaſterij tantum pertineat. Ideo ſtatuimus ſuperiores illorum Monaſteriorum de conſenſu ſui Capituli præhabita ſimul cum his, de quibus in vnaquaq; Religione, aut Monaſterio iuxta eius conſtitutiones à recipiendis interrogari ſolet, aliqua informatione ſuper his, quæ in dictis Conſtitutionibus continentur, ad receptionem huiuſmodi procedere valeant.*

Si è nondimeno perſeuerato all'oſſeruanza della conſtitutione ſudetta di Siſto V. con gran trauaglio, & incommodo della Religione, e non molta contradittione de ſuperiori de conuenti, che alcune volte hanno anco riceuuti i Nouitij ſecondo la detta dichiaratione di Gregorio XIV. parendoli conforme alla noſtra *R*egola, ne dalli ſuperiori maggiori alcune volte ſono ſtati ripreſi, o corretti, ne meno la ricettione, e profeſſione de tali Nouitij è ſtata dichiarata nulla, ma ſi bene tenuta rata, ferma, & ſtabile, ſtando che nella *R*eligione noſtra ſi ſia coſtumata, & ſi oſſerui la figliatione dei conuenti, &c.

Però ſi ſupplica, che in oſſeruanza della *R*egola ſi degnino dichiarare in particolare il detto cap. 8. per togliere ogni ſcrupolo, che nell'auenire li ſuperiori delli conuenti col conſenſo della maggior parte delli ſuoi Frati poſſino riceuere i Nouitij.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum cenſuit, ſi quemadmodum proponitur dictæ *R*eligionis Monaſteria ita ſint inſtituta, vt in eis perpetua quædam filiatio conſtituatur, Nouitius ab eorundem Monaſteriorum, ſuperiore de ſui Capituli conſenſu recipi poſſe, vt diſertis verbis ſtatuitur conſtitutione ſanctæ memoriæ Gregorij XIV. edita idibus Martij anno ſui Pontificatus primo.

Cardinalis Lancellotus.

Proſper Fagnanus S.C. Concilij Secret.

Extracta ex primo libro Actorum Capitulorum, Congregationum, & aliorum negotiorum Prouinciæ Bononienſis ab anno 1589. fol. 46.

D E-

Digitized by Google

DECRETVM XI.

QVibuſdam Tertiarijs, & habitu regulari inductis danda ſit ſepultura Eccleſiaſtica in Eccleſijs Regularium.

Cum inter F. Reformatos Ordinis Minoris Obſeruantiæ S. Franciſci necnon pro tempore exiſtentem Archipresbiterum, ſeu Parochũ loci Fiani Nepeſinæ diæceſis in ſepeliendis eiuſdem Ordinis Tertiariis, decurſu vt plurimum oriantur controuerſiæ, ſupplicatum fuit nomine P. Cuſtodis eorundem Fratrum Prouinciæ Romanæ ab hac Sacra Congregatione Cardinalium negotiis Regularium præpoſitorum infraſcriptas reſolui petitiones.

An Tertiariorum ſui Ordinis cadauera in Eccleſiis pariter ſuæ Religionis ſint ſepelienda?

Secundo, an in iiſdem etiam Eccleſiis ſepelienda ſint cadauera eorum, qui dicti Ordinis habitu induti ex hac vita migrarunt?

Tertio, num & illi, qui coram teſtibus duntaxat licet abſq; ſcriptura in iiſdem Eccleſijs ſepulturam ſibi elegerint, ibidem ſint ſepeliendi.

Quarto, an tam ſupradictorum, quam aliorum quorumcunq; cadauera in alterius parochia exiſtentia, & in Eccleſiis eorundem Fratrum ſepelienda, prius ad Eccleſiam Parochialem ad benedictionem, ac vltimum vale à Parocho recipiendum, deferri debeant? Num vero ab ædib. defunctorum ad dictas Fratrum Eccleſias recto tramite ſint tranſportanda?

Illuſtriſſimi eiuſdem S. C. Patres, illuſtriſſimo de Araceli referente, partibuſq; auditis, reſponderunt in hunc, qui ſequitur, modum.

Ad primum, Tertiarios huiuſmodi, ſi qualitatibus in Bulla felicis recordationis Leonis Papæ X. præſcriptis ſint præditi, videlicet: Si viri collegialiter, aut clauſtraliter viuant; mulieres vero virginalem, vel cælibem, aut caſtam vidualem ſub expreſſo voto, & Tertiariorum habitu vitam ducant, poſſe, & debere etiam inuito, & minime requiſito Parocho, in ſupradictis Fratrum Eccleſijs ſepeliri: Secus vero ſi ſupradictis qualitatibus careant, ac niſi ſubſequentis ſecundi capitis diſpoſitione comprehendantur.

Ad ſecundum, ſi conditiones in Bulla Aurea Pij Papæ IV. contentas in ipſis adimpletas eſſe conſtiterit, videlicet, quod à Guardiano Domus loci, in quo tales decedere contigerit, aut ab alio ſuperiore,

re,vel ab altero,cui id ſuperior committendum duxerit, habitum receperint,ac prędicti Guardianus, uel alterius ſuperior habitum huiuſmodi recipientes pręmonuerit,eorum cadauera propter habitus conceſsionem,ac receptionem penes ipſos Fratres,quorum habitum geſtant, eſſe ſepelienda, eo caſu cum habitu Religionis decedentes in Eccleſijs pariter eiuſdem Religionis eccleſiaſticæ ſepulturę eſſe tradendos.

Ad tertium,in ſupradictis Eccleſiis eſſe ſepeliendos, ſine præiudicio tamen iurium parochialium.

Ad quartum, cadauera huiuſmodi ad prædictorum Fratrum Eccleſias recto tramite deferri poſſe, ab ijs tamen Fratribus mouendum eſſe prius,& requirendum, ac expectandum proprium defunctorum Parochum, quo requiſito, expreſſe venire recuſante, licere eiſdem Fratribus, etiam ipſo inuito ſupradicta cadauera ad eaſdem Eccleſias transportare. Rome 2. menſis Decembris 1615.

Antonius Maria Cardinalis Gallus.

V. Theatin. Secret.

Hanc ad verbum tranſcripſi ex Lauerio tit. 2. de Priſco, & recenti funerandi more cap. 11. num. 102. ſuper quam conſidero ſequentia.

Primo, Bullam Leonis X. referri ſupra per nos in hoc Bullario ſub num. CXCVIII. pro cuius intelligentia emanarunt ſequentes, nimirum ſub num. CXCIX. vbi declarantur omnia priuilegia expreſſe per Concilium Lateranenſe in dicta Bulla 198 non derogata in ſuo robore permanſiſſe. Et Bulla CCII declarat votum Tertiariorum ſecularium eſſe tantum ſimplex.

Secundo, Lauerius ad ſecundum male ſcripſit: In Bulla Aurea Pij IV. *cum ea ſit Sixti IV. de qua Confect. fol. 68. & in Bullario Romano Bulla 19. § 9. vbi illę conditiones exprimuntur, & ante in alia eiuſdem Bulla 6. idem aitur num 12. & in alia 7. apud eundem Confect. fol. 81 ſtatuit quod ſepeliendi cum habitu Ordinis patente, & ſine pallio, aut alio tegumento ad ſepulturam apud Ordinis Eccleſias deferantur, & impedientibus pœna excommunicationis decernitur reſeruata Papę. De hac materia fuſius egi Reſolut. 51. q. 20. à num. 48. vbi num. 52. corrigo ad mentem huius Decreti S. Congr. dicta, nempe non ſufficere collationem habitus, ſed etiam debere exprimi per dantem habitum eorum cadauera ſepelienda apud Regulares Eccleſias. Duo ergo neceſſaria ſunt habitus datio, & pręmonitio, quod cum eo habitu ſepeliendi*

endi

endi ſunt in Eccleſia eius, qui dedit habitum, ſuperioris.

Tertio, ex illis verbis: Si conſtiterit conditiones in Bulla Aurea eſſe adimpletas. *Colligitur, ſuperiorem debere vocare teſtes ſeculares, vt fidem faciant, ſe moribundum habitum petentem pręmonuiſſe eſſe cum habitu ſepeliendum in Eccleſia ſua regulari.*

Quarto, quod recuſante Parocho leuare cadauer deferendum ſepulturę Eccleſię Regularis, conceſſit idem Sixtus citata Bulla 6. §. 6. Confect. fol. 64. Leo X. in Bulla incip. Dum infra *in noſtro hic Bullario extenſa Bulla CXCVIII. Ego Reſol. 51. num. 43. Recuſatio autem debet per teſtes probari, vt iudex pro Fratribus ſententiam ferre poſſit.*

Quarto, ſupradicta locum habent etiam in Eccleſijs mei Ordinis, cum ſupradictę Bullę Sixti IV. loquantur etiam de Tertiarijs S. Franciſci, pręſertim Aurea, quam extendo ſub num. CLXII.

DECRETVM XII.

SVper ſtatu Mulierum Tertij Ordinis in priuatis domibus degentium, illarumq; ad habitum admiſſione.

Sacra Congregatio Cardinalium negocij Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, ad tollendas omnes contentiones inter Epiſcopos, & Superiores Regulares ſuper immunitate, & exemptione Tertiariarum, quæ in priuatis domibus degunt, vulgò Bizzoche, ſeù alio quouis nomine nuncupatarum, in primis, & ante omnia in memoriam reuocat ea, quæ Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum in eandem ſententiam reſpondit, videlicet.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, ſæpius reſpondit, minimè poſſe Sacerdotes Regulares Mulierum Tertij Ordinis, quas de Pænitentia, vel Bizzocas vocant, confeſſiones ſacramentales audire, niſi fuerint ab Ordinario approbati ad confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas; quemadmodum nec poſſe illis Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrare in die Paſcharis Reſurrectionis D. N. I. C. Verum quoad ſepulturam, atque alia Priuilegia, Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, alioſq; ſimiles ita demum Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt, Priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, ſi viri collegialiter viuant, ſeu cum

Clau-

Digitized by Google

Clauſtralibus habitent, & mulieres virginalem, ſeu cælibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint; quemadmodum cauetur Conſtitutione Concilij Lateran. ſub Leone X. quæ habetur ſeſſ. 21. in fin. Hoc autem voto mulierum, alia duo, ſcilicet, paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi; quinimmò huiuſmodi mulieres, ſi vitam Virginalem, aut cęlibem ſimpliciter expreſſeq; vouerint, etiam in conſanguineorum & affiniorum ſuorum, aut proprijs domibus, vel ſeorſum habitantes ſupradictis Priuilegijs Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneq; ab Ordinarii iuriſdictione frui debere, vt idem Leo poſtea declarauit Conſtitutione edita die prima Martij 1518. An autem prædictę qualitates in huiuſmodi Tertiarijs concurrant, Ordinarij loci eſſe iudicium.

Præterea ſi contingat aliquas ex prædictis Tertiarijs ſine ſepulturæ electione decedere, eas ſic decedentes, ita demum in Eccleſiis Ordinis, cuius habitum aſſumpſerunt, ſi in ipſis earum communis ſepultura reperiatur, ſin minus, in Eccleſiis Parochialibus ſepeliendas eſſe decernit.

Superioribus autem Regularibus, ſufficienti facultate ad id à Sede Apoſtolica ſuffultis (Cappuccinis exceptis) licere Mulieres ad huiuſmodi habitum recipere, atque ipſos veſtiendi eas officium pertinere, non autem ad habitum admittendas, & recipiendas eſſe, niſi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditas, atque in ætatem ſaltem quadraginta annorum conſtitutas, quæ de proprio habeant, vnde ſufficienter viuere poſſint, & non cum alijs viris, quàm cum conſanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu ſibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia prius impetrata, qui non aliter eam concedat, niſi de prædictis præuio examine diligenti ſibi conſtiterit.

Verum in huiuſmodi habitu concedendo, & reſpectiue deferendo, omnino à velo ſupra caput, quod Superiectum vocāt, à Pectorali, quod vulgo dicitur, Sottogola, & à Patientia abſtinendum eſſe; quinimmo eas, quæ ſupradicta tria, vel aliquod ipſorum deferre deprehenſę fuerint, illa dimittere, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas ab Ordinariis locorum compellendas eſſe decernit.

Supradictis verò Decretis Mulieres Tertii Ordinis, quæ collegialiter viuunt, non comprehendi, quinimo eas diſpoſitioni Conſtitutionis Pii Papæ V. æditæ Romæ anno 1566. Quarto Calend. Iulii, quæ incipit (*Circa Paſtoralis*) pænitus ſubiacere expreſſe declarat. Non obſtantib. quibuſcunq; in contrarium facientibus. Datum Romæ 20. Decembris 1616.

Refertur à Lauorio tit. 2. de Priſco, & recenti funerandi more cap. 11. nu. 103. Lucerna Regular. v. Tertiarij, Donato part. 4. de Rebus Regular. tract. 17. q. 3. num. 21.

Tres Bullæ hic citantur. Prima Leonis X. in Concilio Later. quam extendo in hoc Bullario ſub num. CXCIX ſecunda eiuſdem declaratiua relata à Peyrino conſtit. 22. & à me ſub num. CC. Tertia habetur in Bullario Romano ſub num. 8. Bullarum Pij V. De Tertiarijs huiuſmodi plura dicam in cap. 5. de Hiſtoria Ordinis.

DECRETVM XIII.

Pro Tertiarijs vtriuſq. ſexus ſimile precedenti.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum conſulta reſpondit, Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, alioſq; ſimiles ita demum Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum aſsumpſerunt, priuilegiis potiri, & ab Ordinarii iuriſdictione exẽptos eſse, ſi viri Collegialiter viuant, ſeu cum Clauſtralib. habitẽt, & mulieres virginalem, ſeu cælibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur Conſtitutione Concilii Laterañ ſub Leone X. quæ habetur ſeſs. 11. in fin. Hoc autem voto mulierum alia duo ſcilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi. Quinimo huiuſmodi mulieres ſi vitam virginalem, aut cælibem ſimpliciter expreſſeq; vouerint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſum habitantes ſupradictis priuilegiis ordinis, cuius Tertię Regulæ habitum deferunt, exemptione que ab Ordinarii iuriſdictione frui debere, quemadmodum idem Leo poſtea declarauit Conſtitutione edita die prima Martii anni 1518. Quòd ſi fratres, ſororeſue Tertii Ordinis quid amplius prętendãt vigore conſuetudinis, poſse ius ſuũ proſequi in iudicio ordinario.

Hieronymus Card. Pamphilius. Io. Franciſcus Fagnanus Secr.

Re-

Digitized by Google

Refertur à Donato par. 4. tract. 17. q. fin. nu. 21. typis Romanis, & Ariminenſibus MDC.VIII. Ciarlin. cap. 18. num. 14.

DECRETVM XIV.

De modo deferendi Crucem pro Conuentibus S. Gemini, & Aſſiſij in Prouincia Vmbria.

De anno 1614. ſub die 30. Septembris ad inſtantiam Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci conuentus S. Mariæ Gratiar. Terræ S. Gemini Narnien. diœceſis, ex facta ſibi contradictione Fratrib. Conuẽtual. S. Franciſci eiuſd. Terræ, qui prætendebant vt in funeralib. & publicis, ac Generalib. Proceſſionib. ſub ſua Cruce dicti Tertiarii primi incederent ab hac Sac. Rit. Cong. plene cognitis, & diſcuſſis ambar. partium Iurib. declaratũ fuit licere prædictis Fratrib. Tertii Ordinis S. Franciſci in publicis proceſſionib. deferre propriam Crucem, & poſse, ac debere in dictis proceſſionib, cum ſua propria Cruce incedere in loco eius debito & conueniente iuxta Bullam fel. rec. Gregorii XIII. in funeralib. deferendam eſse vnicam tantum Crucem, & illius Eccleſiæ ad quam corpus defuncti defertur, poſtquam immediate ſequi debeant Fratres eius Religionis, cuius eſt Crux, deinde alii iuxta eor. Ordinem, & ancianitatem, modo cum hæc ipſa controuerſia orta ſit in ciuitate Aſſiſij inter eoſdem Conuentuales, & Tertiar. S. Franciſci conuentus S. Antonii de Padua ad omnem dubitandi cauſam tollendam, & contradictiones euitandas pro parte, & ad inſtantiam Procuratoris Gen. eiuſd. Ord. S. Franciſci Tertiar. nomine totius ſuæ Relig. necnon Fratris Cirilli à Colleſcipionis Prioris Conuentus humiliter ſupplicatur de benigna prouidentia in hac cauſa prouidere declarãdo vt tam in dicta ciuitate Aſſiſii, quam vbiq; locor. ſemper inpoſterum dictum decretum, & deciſionem S. C. locum habere debeat, ac ſi pro quolibet ipſorum factum eſset, vt vnico decreto omnes comprehendantur, ſimili eueniente occaſione.

Alias dubitatum fuit, an deberent incedere ſub cruce Obſeruantum, & reſolutum fuit, ſi nolunt incedere, ſed volunt incedere ſub propria Cruce debent ſeruare conſtit. Gregorii XIII. ita decreuit. S. Congr. Rituum in Neapolitana 23. Maii 1602. vt refert S llius in electis Canon. cap. 81. & ex eo Barboſa in Deciſ. Apoſtolicis v. Fratres Minores num. 49.

Vnde præcedentia inter Fratres etiam Obſeruantes, & Tertiarios S. Franciſci ſeruatur iuxta Bullam Gregorij XIII. vt ij præferantur, qui prius in locō cõtrouerſię monaſterium, & locum obtinuerunt. S.Cong.Rituum in cauſa Montis Feltri 3. Octob. 1613.& in Coſentina 1.Martij 1614. & in Terracinẽſi 3. Septembris eiuſdem anni, & in Roſſanenſi Terrænouæ 14. Febr. 1615. & in Agrigentina Terra Mari 4. Aprilis eiuſdem ãnni, & in Melitenſi 15. Iulij 1617. & in Spoletina 8. Aug. 1618. & in Oritana Terræ Frettæ 28. Septembris 1619. & in Tudertina Terræ Altaris 1620. Barboſa in Deciſ. Apoſtol. v. Præcedẽtia num. 23. ex eo Tambur. tom. 1. diſp. 25. q. 8. num. 11. Lucerna Regular. v. Pręced. n. 13. Ego de Pręced. q. 126.

DECRETVM XV.

QVod Capucini cedant locum digniorem in Proceſſionibus ijs, qui ante ipſos erexerant Crucem.

Congregatio Sacrorum Rituum ad tollendas controuerſias, quæ poſt conceſſam Fratribus Capucinis proprię Crucis erectionem inter Regulares circa præcedentiam in proceſſionibus ortæ ſunt, cenſuit, Illuſtriſſimo Millino referente, Capucinos cedere debere digniorem locum ijs Regularibus, qui ſub propria Cruce, & in proprio loco in proceſſionibus incedebant, antequam ipſi propriam Crucem deferrent. Die Sabbati 23. Martij 1619.

A. Mar. Epiſcopus Oſtienſis Card. Gallus.

Petrus Ciammarcconus Secret.

Reſcripſi hoc Decretum, quia in controuerſia noſtra Religio fuit de primis in lite, quod retuli de Præced. num. 378. Tamb. tom. 1. diſp. 25 q. 8. num. 9. Barboſa lib. 1. de iure eccleſ. cap 43. num. 185. Lezana v. Præcedentia num. 4. Ego Reſol. 7. q. 45. num. 138.

DECRETVM XVI.

FAuore Capucinorũ recipiendi Tertiarias, qui dicuntur ſe habere hanc licentiam à S. Apoſt. non obſtante Decreto ſupra id eis prohibẽte.

Cum alias à S. Congregatione Concilij Decretum ſuper habitu, & qualitatibus Tertiariorum emanauerit, in quo inter alia cauebatur, vt ſuperioribus Regularibus ſufficienti facultate ad id

ab

ab hac ſancta ſede ſuffultis, Capucinis exceptis, mulieres alias iuxta idem Decretum qualificatas ad Tertiariorum habitum recipere liceret. Verum quia Capucini auctoritate ab hac ſancta ſede eorum Religioni conceſſa priuari, ac propterea in inuidiam apud bonos trahi, conquerebantur. Illuſtriſſimi eiuſdem Sacræ Congregationis Patres eiſdem Capucinis priuilegiis circa præmiſſa eis quomodolibet competentibus vti, & frui licere, Decreto huiuſmodi non obſtante, cenſuerunt, dummodo Mulieres ad Tertiariarum Capucinarum habitum admittendæ, ad formalem, materialemq; eiuſdem Religionis habitum, & ſeruato in reliquis omnibus decreto, admittantur. Romæ 31. Ianuarii 1620.

Nota, quod F. Romanus de Conſtantia noſtrorum Reformatorum in Gallia Procurator reſcripſit mihi, litem in hac re vigere inter ipſum, & Capucinos circa dationem habitus in partibus Galliæ, qui licentiam Apoſtolicam nondum exhibuerunt, quam tamen tenentur exhibere, cum expreſſam habeant prohibitionem, vt conſtat in ſupradicto Decreto.

DECRETVM XVII.

C*Elebrandi officia, & Miſſas Sanctorum Ordinis Sancti Franciſci.*

Suupplicauit Religio Tertii Ordinis Sancti Franciſci concedi, vt de Sanctis Ordinis Sancti Franciſci liceat eorum dies feſtos celebrare cum Officio, & Miſſa. Et Sacra Congregatio conceſſit, vt de Sanctis Ordinis Sancti Franciſci, approbatis tamen à Sede Apoſtolica in diebus eorum feſtis poſſit per Oratores recitare Officia, & Miſſas celebrare, iuxta Rubricas Breuiarii, & Miſſalis Romani. Die VII. Decembris MDCXLI.

A. Cardin. Capponius.

Hieron. Boncompagnus Secret.

DECRETVM XVIII.

Aliud in ſimili materia de Celebratione.

Perche la Religione del Terz' Ordine di S. Franceſco hà molti Santi dichiarati dalla Sede Apoſtolica. Per tanto humilmente da parte di eſſa Religione ſi ſupplicano le Signorie Voſtre Emin. à volerli concedere facolta di poterne recitare l'officio,& celebrarne le meſſe nelli giorni feſtiui di eſſi, &c.

Religionis Tertij Ordinis S. Franciſci.

Sacra Rituum Congregatio conceſſit, vt de Sanctis ſupradicti Ordinis S.Franciſci, approbatis tantum à Sede Apoſtolica in diebus eorum feſtis poſſit per Oratores recitari officium,& celebrari miſſa iuxta Rubricas Breuarij, & Miſſalis Romani. Die XI.Ianuarii 1642.

Tomas Cardinalis de Torres.

Iulius Cencius Secret.

Nota differentiam inter vtrunq; Decretum, quod virtute primi conceditur licentia celebrandi Officium, & Miſſas Omnium Sanctorum totius Ordinis S.Franciſci Vigore vero ſecundi celebrandi tantum, & ſpecialiter de Sanctis eiuſdem Tertij Ordinis. Quamuis ſemper in Religione celebratum ſit Officium,& Miſſa de huiuſmodi Sanctis, prout in proprio Sanctorum Ordinis Franciſcani, adeo quod non videbatur neceſſarium petere huiuſmodi licentiam, tamen petita fuit prudenter, quia à Papa aliquid conceditur iam iure communi conceſſum cap. Quis 7.de procur. gl. in cap. Vt debitus 59. de appellat. v. Ante ſententiam, ratio eſt, quia plus ſolet timeri, quod ſingulariter pollicetur, cap. Quamquam 6. diſt. 23. & quia id fit pro tollendis ſcrupulis, vt ait Nauar. apud Portellum par. 1. caſu 15. num. 1.

Sciendum quoq; eſt, quod Vrbanus VIII. dedit Bullam, de qua ſupra ſub num. CCLXXI. celebrandi officia, & miſſas de Sanctis eiuſdem Ordinis.

DE-

Digitized by Google

DECRETVM XIX.

SVnt Mendicantes cum facultate elemoſinas quærendi non prohibendi ab Epiſcopo.

Illuſtriſſimi, & Reuerendisſimi Domini.

Frater Bernardus Sabbia Procurator Generalis Tertii Ordinis Sancti Franciſci conqueritur, quod & ſi dicta Religio ſit ex Mendicantibus, quibus in inſtituto eſt vitam quæ, & eleemoſynis traducere, tamen ſui Ordinis Fratres ab aliquibus Epiſcopis impediuntur, quo minus quærant eleemoſynas in ipſamet Diæceſi, vbi aliquis illorum Conuentus exiſtit. Et non nulli Epiſcopi prohibent, quo minus ijdem Fratres petant eleemoſynas in ſua Diæceſi extra locum conuentus, niſi per quinque, aut ſex milliaria circiter. Cum verò id videatur obuiare priuilegiis Apoſtolicis, & cedat in graue Religionis detrimentum; ſupplicat idem Procurator, vt declaretur, an hæc fieri poſſint ab Epiſcopis.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum cenſuit, Fratres Tertii Ordinis S. Franciſci, tanquam Mendicantes nequaquam poſſe ab Epiſcopis prohiberi, quo minus per ſe ipſos in Diæceſibus, vbi habent conuentus, eleemoſynas quærant, ſed tantum ſi extra loca, vbi Monaſteria exiſtunt, quæritare voluerint, teneri ſuorum Superiorum licentiam Ordinario oſtendere.

Hor. Card. Lancellotus.

Locus ✠ Sigilli.

Proſper Fagnano S. Congr. Concil. Secret.

DECRETVM XX.

DE Nouitijs Laicis vbique educandis, vbi ſunt duodecim de familia, vel ad minus ſex.

In Congregatione Viſitationis, & Reformationis Apoſtolicæ habita die 23. Decembris 1604. conceſſum fuit ſuperioribus Tertii Ordinis S. Franciſci, vt ad habitum conuerſorum admitti poſſit vnus nouitius laicus ad probationem in quolibet conuentu, vbi ſunt duodecim Fratres de familia, ſeruatis ſeruandis. Datum *Romæ* vt ſupra.

Antonius Seneca Viſitat. & Reformat. Apoſtolicæ Secret.

Digitized by Google

Beatiſſimo Padre.

F. Antonio Silli Generale del Terz'Ordine di S. Franceſco humilmente ſupplica V.S. à concederli, che nelli conuenti, doue ſtanno ſei Frati, ſi poſſa dar l'habito ad vn conuerſo, & doue ſtanno dodeci à duoi ſoli, perche per la penuria di ſeruire li Frati, quelli, che ſono deputati, al choro, neceſſariamente ſi diſtrahino dall'officio diuino alli vili, e baſſi eſercitij della caſa con manifeſto impedimento della ſua profeſſione, & il tutto, &c.

Santitas D.N. annuit.

Petrus Cardinalis Arrigonius Protector.

F. Antonius Sillis Generalis. 1607. 4. *Auguſti.*

DECRETVM XXI.

EDitto contro Romiti, & altri, che portano l'habito del Terz'Ordine di S. Franceſco ſenza eſpreſſa licenza de Superiori.

F. Antonius Barberinus miſeratione diuina tit. S. Petri ad Vincula S.R.E. Presbiter Cardinalis S. Honuphrij nuncupatus, S.D.N. Papæ Prouicarius Generalis, Romanæq; Curiæ, eiuſq; diſtrictus Iudex Ordinarius, &c.

Perche molti abuſando l'Habito di Tertiario di S. Franceſco, portano ò la ſemplice Tonica longa col mantello, ò ſenza d'eſſo, ſenza licenza de Superiori di detta Religione, ouero vi aggiongono il Capucio cuſcito ò al mantello, ò all'habito, & altri di queſti non ſtando in conuento, vanno ſcandoloſamente vagando, & ſotto ſpecie di peregrinatione, ò ſotto altro mendicato preteſto, & altri viuono in alcune chieſe, ouer capelle ſotto nome di Romito; dal che vien caggionata materia di ſcandalo, ò di poca riputatione della medeſima Religione. Et hauendo la Santità di N. S. per ſuo Breue ſpeciale ſpedito ſotto li cinque d'Ottobre del preſente anno dato opportuno rimedio à tanti inconuenienti, e ſcandali.

Noi volendo, che ſi oſſerui inuiolabilmente l'ordine di N. S. in virtù del preſente Editto, ordiniamo, & eſpreſſamente commandiamo, che per l'auenire niſſuna perſona di qualunque ſtato, ò conditione, ſotto qualſiuoglia preteſto, ò queſito colore ardiſca andar veſtito con Tonica, e Mantello longo, ò ſenza di eſſo dell'Habito

della

Digitized by Google

della Religione Franciſcana ſenza eſpreſſa licenza in ſcriptis de i ſuperiori di detta Religione.

Et in oltre prohibiamo, che niſſuna perſona etiam con licenza de ſuperiori di detta Religione poſſa portare la Tonica, ò Mantello, come ſopra, col Capucio cuſcito ò alla Tonica, ò al Mantello ſotto pena à tutti quelli, che contraueneranno d'eſſer carcerati, e ſpogliati dell'Habito, e ſotto altre pene à noſtro arbitrio.

Et di più commandiamo à tutti li Miniſtri ſoggetti alla noſtra giuriſdittione tanto in Roma, quanto nel diſtretto di eſſa, che ritrouando alcun Romito, ò altri, che porti il detto Habito ſenza licenza de Superiori, debbano condurli, ò farli condurre nelle carceri, e farli ſpogliare di detto Habito.

Et in euento, che ritrouaſſero alcun di queſti col capuccio, come ſopra, vogliamo, che ſia condotto nelle carceri, e ſpogliato ancorche haueſſe qualſiuoglia licenza da qualſiuoglia ſuperiore di quella Religione, riſeruando all'arbitrio noſtro di poterlo caſtigare con altre pene più graui. Dato in Roma nella noſtra ſolita habitatione li 27. Nouembre 1638.

B. Epiſcopus Camer. Vicesgerens.

Bernardino Larizza.

Nota autem, quod non ſolum Romæ, & in præfato diſtrictu poſſunt noſtri ſuperiores dare habitum ſine caputio, ſed etiam per totum orbem, vt probatur in Deciſione 4. extenſa in Cronologio ſub cap. 12. Et habent etiam poteſtatem puniendi illos, vt habetur de hac Bulla in hoc Archiuio fol. 276. Nomine Caputij venit non ſolum ſcapulare, ſed etiam Caputium capitis, quod ſolet conſui habitui. Et ita intelligitur hoc Decretum.

DECRETVM XXII.

Suppreſſio quorundam Conuentuum paruorum.

I R. P. Il Padre Procuratore Generale del Terz'Ordine di S. Franceſco.

I. P. Fra gli altri conuenti delle Religioni, che nell'Italia, & Iſole circonuicine la S. di N. S. hà ſuppreſſi nella conſtitutione publicata à 22. del corrente meſe d'Ottobre 1652. la Sacra Congregatione

ne deputata da S.B.ſopra lo ſtato de Regolari, con la facoltà conceſſale nella medeſima conſtitutione hà dichiarato, che in coteſta Religione del Terz'Ordine di S.Franceſco, ſono rimaſti ſuppreſſi, & eſtinti li conuenti infraſcritti, cioè.

Nella Prouincia Romana, Viuario, Toſcanella, Marano, Vicouario, Città Lauinia.

Nella Prouincia di Sicilia, Monte Giuliano, Leonforte S. Ninfa.

Nella Prouincia di Calabria, Terranoua, Cropani, Zagariſo, Amanthea, Domanico, Magiſano, Cuti, Belcaſtro, Pietrafitta.

Nella Prouincia di Napoli S. Seuero, Fundi, Scafati.

Nella Prouincia d'Abruzzo, Bolognano, Fontana, Paganica, Cugnolo, Collelongo, Collepietro, Auezzano.

Nella Prouincia di Bologna Montefiore, Figna.

Nella Prouincia di Breſcia, Saiano, Verona.

Nella Prouincia di Milano, Geneuolta, Nicco, Borgofranco, Sanazaro, Soreſina, Lodi, Caſtell'Arquato, Vigeuano.

Nella Prouincia dell'Ombria, l'Hoſpitio di Todi, Treui, Ferentillo, Beuagna.

Nella Prouincia della Marca Monteſparo, Monte San Martino, Mõteſano, Fermo, Vrbeſaglia, Macerata, Tolentino, Muſciano, Fabriano, Muccia, Ieſi, Mordeualle, S. Elpidio, Viſſi, Vicouaro.

Lo notifico à V. P. ad effetto, che ella ne dia ſubbito auiſo al ſuo Padre Generale, ai Prouinciali, & à ſuperiori de conuenti ſuppreſſi, perche eſeguiſcano puntualmente quanto in eſſa ſi contiene, & vien loro commandato nella conſtitutione. V. P. non diferiſca di adempire le ſue parti. Et alle ſue orationi, mi raccommando. Di Roma 24. Ottobre 1652. Al piacere di V.P.

Bernardino Cardin. Spada.

Proſpero Fagnano Secret.

Supplicatum deinde fuit pro retentione nonnullorum conuentuum ex ſupradictis ſuppreſſis, nam Papa dixit publice ſe velle aliquorum gratiam facere. Et ego, qui tunc Procurator Generalis eram ſupplicem libellum produxi, & obtinui gratiam ſequentium conuentuum, nimirum Caſtri Arquati, Geneuolta, Anici, & Verona, qui omnes adhuc ſunt in bonis Ordinis.

DE-

DECRETVM XXIII.

Super Eccleſijs Parochialibus extra Conuentum, & Grancia.

Al Reu. Padre. Il Padre Procuratore Generale del Terz'Ordine di S. Franceſco *extra*, *intus vero.*

R. P. Nella Bolla di N. S. nouamente publicata ſopra l'eſtinſione, & ſuppreſſione de piccioli conuenti, ſono anco compreſi li membri de Monaſterij, e le Grangie di coteſta Religione del Terz'Ordine di Franceſco, ancorche habbiano anneſſa la cura dell'anime, ò ſiano Parochiali, e ſpecialmente la cura di S. Maria Maddalena di Crema. E però il Generale, i Prouinciali, & ſuperiori de medeſimi conuenti doueranno fra il termine preſcritto nella detta Bolla rimouere i Religioſi non ſolo dalla cura eſpreſſa di ſopra, ma ancora dalli altri membri, e Grancie, e Parochiali non eſpreſſe, che in coteſta Religione ſi ritrouano, e collocarli di famiglia ne Monaſterij d'oſſeruanza, e non permettere, che in quelle habitino per l'auenire alcun Sacerdote, ò Chierico profeſſo, ſotto le pene contenute nell'iſteſſa Bolla. Permettendo ſolamente la S. S. che i Superiori Regolari, quando non habbiano perſone idonee, e fedeli di loro ſodisfattione, delle quali poſſino ſeruirſi per la cura, & amminiſtratione di quei beni, liberamente poſſino in ciò valerſi dell'opera de i loro conuerſi, ò laici profeſſi, ſino ad altr'ordine di S. B. Et con queſto, che habbino particolar auertenza di deputarui perſone di bon eſempio, inuigilando, che per il tempo, che vi dimoreranno, viuino religioſamente, ne diano ad altri alcun occaſione di ſcandalo; ſopra di che s'incarica ſtrettamente la conſcienza de moderni ſuperiori, i quali douranno ancor hauer cura, che nelle chieſe, ò capelle di detti membri, e grancie, doue ſin hora è ſtato ſolito di celebrarſi la meſſa, vi ſi celebri anco per l'auenire almeno le Domeniche, e feſte di precetto da Sacerdoti ſecolari, & anco da Regolari, perche non permettino fuori de Monaſterij. Parimente nelle grancie, e membri, che in qualunque modo hanno anneſſa la cura dell'anime, & ſono parochiali, non vuole la S. S. che detta cura ſi eſerciti da Regolari, ma che iui li Veſcoui Diœceſani, à quali in conformità ſe ne dà l'ordine, ſi deputino ſacerdoti ſecolari idonei in Vicarij amouibile, ò perpetui, come parerà loro più eſpediente per il bon gouerno delle chieſe da nominarſi

minarſi da ſuperiori de Monaſterij, alli quali le dette Grancie, e membri ſi appartengono, & d'approuarſi da medeſimi Veſcoui, con l'aſſegnamento d'vna congrua portione à loro arbitrio ſopra i frutti dell'iſteſſi membri, ò Grancie, conforme alle diſpoſitioni del Sacro Concilio di Trento. Non intende però la S. S. che dalla detta eſtintione, e ſuppreſſione, nel poſſeſſo, e proprietà de beni, & altre raggioni di eſſi membri, e grancie, ſia generato alcun pregiudicio à Monaſterij principali, à qualli di raggione ſi deuono, ma che detratta la detta congrua, e ſodisfatto à peſi delle meſſe, & altri oblighi, che vi ſaranno, il rimanente reſti ad vtilità, & commodo de Monaſterij ſudetti. Tutto ciò notifico à V. P. d'ordine eſpreſſo di N. S. incaricandole di darne ſubbito auiſo alli medeſimi Generale, Prouinciali, e ſuperiori, perche adempiſcano in ogni parte la ſanta mente di S. B. & all'orationi di V. P. mi raccommando. Di Roma à 10. di Decembre 1652.

Al piacer di V. P.

Bernardino Cardin. Spada.

Proſper Fagnanus Secret.

Religio vnicam habet Parochialem diſtantem, quæ eſt extra Cremam in villa Vairani deſtituta redditibus certis, ſacerdos enim Parochus hactenus vixit ex incertis, & elemoſinis, ideo nullus inuenitur, qui velit ſeruire. Grancia fere nulla, ideo hoc Decretum in paucis afficit noſtros.

INDEX

INDEX
RERVM MEMORABILIVM.

A

ABſolutio. Generalis abſoluit à cenſuris, & diſpenſat in irregularitatibus, fol. 175. *Etiam per alios abſoluit Fratres, & Seruitores ab omnibus in quibus Sedes Apoſtolica non eſt conſulenda* 176. & 216. 227. & 229. *Semel in vita ab omnibus abſoluuntur* 287.
Abulenſis conuentus de Ramaga 123.
Adriani VI. Bulla 385.
Ægidius Camerata Procurator Generalis 672.
Alcami conuentus 834.
Alcaracenſes Sorores mutant conuentum in meliorem 308.
Aldenardenſis conuentus Sororum 160.
Alemani viuunt in communi in pluribus Domibus 20. *Recipiunt Sacramenta de manibus Minorum* 41.
Alexandri IV. Bullæ 11.
Alexandri V. Bulla 704.
Alexandri VI. Bulla 323.
Alexandri VII. Bulla 672.
Alienationes fiunt ſine Epiſcopo 119. 163. 164. *Prohibentur Leodienſibus* 357.
Alphonſus Hiſpanus obtinuit conuentum 135.
Alphonſus Eremita in Monte Spoleti 58.
Altaria, & Oratoria conceduntur 20. 216.
Ambroſius Ingur 813.
Ambroſius de Mediolano pro conuentu Foroliuij 696. & 700.
Ambroſius de Caſſina 235.
Ambroſius de Gorla recepit conuentum Comi 253.
Amelienſis conuentus 202.
Anconitanis Sororibus conceditur Eccleſia 190. *reuocatur vnio bonorum* 204.
Andreas de Luca Eremita 58.
Andreas de Franceſchinis Procurator Generalis 121.
Andrea Vendramini priuilegium 674.

Andreas

Digitized by Google

Andreas Francia recepit conuentum S. Magni 817.
Andreas de Mayrola recepit conuentum Comi 253.
Andreas de Mediolano Procurater conuentus Viterbienſis 715.
Angelina de Thermis v. Generaliſſa.
Angelus de Mantua Buxeti 709.
Angelus de Vantijs recepit conuentum Ferrariæ 865.
Antonius de Ianua recepit conuentum Clauſinum 115.
Antonius de Scataretica recepit conuentum S. Brigidæ 141.
Antonius de Monte Politiano duos conuentus ibi 146.
Antonius Bernerius Parmenſis Epiſcopus Laudenſis 235.
Antonius de Francauilia 236.
Antonius de Vicentia 739.
Antonius de Flore recepit conuentum Scurculæ 735.
Antonius q. Laurentis Definitor primi Capituli Generalis 707.
Antonius de Crema Magiſter 725.
Antonius de Tablata magna obtinuit priuilegia 397. *reducta ad terminos iuris* 429.
Antonius Seneca præfuit Capitulo Generali 637.
Antonius Cecius Prior conuentus Maſſæ 798.
Antonius de Solis obtinuit Indulgentiam Portiunculæ 813.
Antuerpienſes uniuntur cum Leodienſibus 280.
Apoſtatæ carcerantur 85.
Apri ſancti conuentus Sororum Colonienſium 130.
Aquam benedictam habent in ſuis eccleſijs 371.
Aquilenſium exemptiones 18. & 19 *facultas recipiendi conuentum infra, & extra* 120. *Subijciuntur Clariſſis* 136. *contrahunt matrimonium* 143. *tranſierunt ad Clariſſas* 212.
Aranzazu conuentus datur Minoribus 328.
Aretinenſibus conceditur Generaliſſa 182.
Arcangelus Buccius recepit conuentum Triuoltii 502. & 750.
Arcangelus de Traina recepit conuentus Aſſori 870. & *Nicoſiæ* 874.
Arcotenſis conuentus Congregationis Zepperenſis 57. *controuerſia eorum cum Louanienſibus dirimuntur* 182.
Aſtoricenſis conuentus S. Spiritus 100. *Vnembribe* 102. *S. Mariæ de Valle* 128. & 481. *de Cerezal* 131. *S. Maria Magdalena de Trenio* 139. *S. Fructuoſi* 154.
Aſſiſienſis conuentus Sororum 113. *Fratrum vetus* 707. *nouus* 808. *ad* 815.

Aſſori

Digitized by Google

Aſſori conuentus 870.
Audomari Sancti conuentus 76. & 111.
Auezzani conuentus 735.
Aurelius Vimercatus recepit conuentum Parmæ 758.

B

Baptiſta beata de Placentia 123.
Barnabas Panormitanus recepit conuentum Corleonis 847.
Bargæ diœceſis Lucanæ conuentus Sororum 249.
Bartolomæus de Saleme recepit conuentum S. Nimphæ 845.
Bartolomæus Bonamatus primus Generalis 220. *fecit cartam procura F. Andreæ de Mediolano* 707.
Bartolomæus Bompanus Neapolitanus 813.
Bartolomæus de Ferraria in conuentu Viterbii 715.
Bartolomæus de Caſalbutano recepit conuentum S. Columbani 717.
Bartolomæus Limontis Vicentinus pro loco Torcelli 773.
Baſcraci Prouincia Picardiæ conuentus 589.
Baſilicata Prouincia Fratres defenduntur à moleſtiis Minorum 353.
Baſilius Gariboldus recepit conuentum Grataſolii 581. *Inſtrumentum* 743.
Begardi vocantur in Belgio 281.
Beguinarum conditio 35. *ad* 46. & 309.
Belli Caſtri conuentus 705.
Beluederis conuentus 170.
Benedicti XIII. Bulla 72.
Benedictus Bellotus pro conuentu Colleſcipionis 794.
Benedictus Tarantellus pro conuentu Montis S. Iuliani 853.
Beneficiorum ſunt capaces 71. & 176. & 289. *ſubiiciũtur Epiſcopis* 362.
Bernardus de Crema Generalis 316. & 726. & 730.
Bernardus Sabbia Procurator Generalis 834. & 872.
Bernardinus Bononienſis pro conuentu Foroliuii 702.
Bernardinus de Placentia pro conuentu S. Columbani 717.
Bernardinus Alberti recepit Valetudinarium Tuderti 775.
Bergomenſis conuentus de Burno 273.
Betonæ conuentus Sororum 150.
Beſſarion Cardinalis Legatus Venetorum 710.
Birgitta Sanctæ canonizatio 59.

Blaſius

Blaſius Carſagnus de S. Geneſio 786.
Bona Fratrum ſunt conuentus ſuæ filiationis 176.
Bonauenturus Vicentinus Vicarius Generalis 725.
Bonauentura Muſa recepit conuentum Parmæ 767.
Bonauentura Ferreus Prouincialis 790. & 794.
Bonauentura Corona pro conuentu Modicę 844.
Bonauentura de Catalgirone 877.
Bonauentura Battalea recepit conuentum Villefranchę 879.
Bonifacij VIII. Bullæ 19.
Bonifacij IX. Bullę 58.
Boſnenſes ſubduntur Minoribus 197. & 205.
Bononienſis Nouitiatus 898. *Conuentus Caritatis* 271. *inſtrumentum epiſcopale* 712. *alter in loco Dulioli* 730.
Bracchio ſeculari vtitur Generalis 175. & 217. & 231.
Brixienſis conuentus Saiani 540. *Fornacum* 885.
Burgenſis conuentus 101.
Bruxellenſes Sorores ſubijciuntur Minoribus 323.
Burgenſes Sorores non tenentur accedere ad Viſitatorem 188. *tranſeunt ad Clariſſas* 259.

C

C*Adauera ſepeliunt in ſuis eccleſijs* 288. & 289. & 312. & 363.
Caietę conuentus Sororum 324.
Calaguritanus conuentus 328.
Callixti III. Bullę 247.
Caluarienſis conuentus oppidi Brugenſis 110.
Cameracenſis conuentus 138. & 356.
Campanas, & campanile habere poſſunt 81. & 186. & 371.
Campanas ante cathedralem non ſonant in ſabbato ſancto 363.
Capitulum Generale Traiectenſium 7[illegible]. *Flandrenſium* 80. *primum in Lombardia* 220. & 232. & 339. *Leodienſes illud celebrant Dominica* 4. *poſt Paſcha* 357.
Caputium datum fuit ab inſtitutione Ordinis 138. *deſignatur Flandrenſibus cum Scapulari* 220. *Leodienſibus* 227.
Carolus Sanctus Protector 513.
Caroli V. Imperatoris priuilegium 675.
Carcerare poſſunt 85. & 167. & 175. & 230.

Caſal-

Caſalbutani conuentus oratorium 489.
Caſtri Romani conuentus 561.
Caſtelli ciuitas pro Sororibus 106.
Caſtellanenſes de Venetijs Fratres, & Sorores defenduntur à moleſtijs Minorum 143.
Caſtri Arquati conuentus 619.
Caſtella in regno conceditur Generalis 174.
Catalgironis conuentus 877.
Cataniæ conuentus 872.
Cœmeterium habent etiam pro extraneis 86. & 186. & 203. & 312. & 371.
Cenſuras tollunt 175. & 216. & 229. Seruant in ſuis Eccleſijs 363.
Careſalenſis conuentus 131.
Cirillus pro conuentu Aſſiſij 808.
Clementis V. Bulla 32.
Clementis VI. Bulla 47.
Clementis VII. Bullę 395.
Clementis VIII. Bulla 542.
Clauſura monialium 511.
Cluſinus conuentus 115.
Cluacerenſis conuentus 173.
Colonienſis conuentus Sororum 107. Sancti Apri 130.
Colleſcipionis cœnobium 790. Nouitiatus 892.
Columbanus Miniſter Piratelli 446.
Columbanus Mattius pro conuentu Lauda 858. ad 865.
Columbani Sancti conuentus 717.
Conſeruatores conuentuum Lombardiæ 739.
Corleonis cœnobium 847.
Comenſe cœnobium 253.
Communem vitam degunt 19. & 71. & 105.
Commiſſarij, & Generalis alternatiua 483. extinctus 532.
Communio Sacra v. Sacramenta. Excipitur dies Paſchatis 494. & 498.
Compoſtellanus conuentus 73. & 92. & 197.
Concionatorem habere poſſunt 87.
Confeſſarij electio apud Sorores 130. Fratrum 148. & 155. ab omnibus

abſoluuntur 156. & 165. confeſſarios ſeculares dant Tertiarÿs Minores 326 ſecularium confeſſiones audiunt 276. Examinantur ab Epiſcopis 362. Audiunt omnes ad ſe accedentes 363. & 494. Abſoluunt ab omnibus 498.

Confraternitates erigunt in ſuis eccleſÿs 215.

Congregatio Zepperenſis v. Zepperenſis.

Conſtitutiones non obligant ad culpam 71. fiunt cum quatuor Definitoribus 230. ſtatuere poſſunt 397. Antiqua continent ſubſtantiam Regulæ 512. confirmata 657.

Conſecratio eccleſiarum ſpectat ad diœceſanum 110. & 216.

Conſeruatorum conditiones 364.

Conzani conuentus 90.

Conuentus mutare poſſunt 163. & 167 numerantur qui non ſunt amplius in bonis noſtris Vallisbonæ Vlixbonenſis 152. Doccia 160. Conzani 90. Genuenſis S. Elzearÿ 108. Montis Politiani duo 146. Caſtri Beluederÿ 170. Gabiani 178. Ferracanæ 181. Calagurritanus 328. Figuæ 419. Montisflorum 689.

Corda loco corrigiæ datur Sororibus 163. & 164. & 186.

Cordigerorum confraternitas 628.

Corleonis conuentus 847.

Corradi Sancti Bullæ 355. & 440. & 639.

Cortonenſis locus Sororum 132 eis datur Generaliſſa 183.

Cremonenſes quomodo eligant ſuum Miniſtrum 201.

Cuneanus conuentus 135.

D

DAlmatiæ Prouincia vnitur Italis 557.

Damianus de Cremona Generalis 750.

Decimis, & contributionibus eximuntur 154. Fratres debent hortari ſeculares ad ſoluendas decimas 363.

Decreta ſeptem ex conſtitutionibus Capituli Generalis Bononienſis 666.

Decretorum collectio 892.

Definitorum Generalium forma electionis per turnum 634.

Defunctorum Leuatio per Regulares 904.

Diſpenſare poſſunt iuſtis de cauſis 79. in votis exceptis tribus 163. & 165. In abſtinentÿs, ieiunÿs, & auſteritatibus 231. in omnibus, in quibus

bus Sedes Apoſtolica non conſulitur 287. ſuper accidentalibus voti paupertatis 297.
Doccianus conuentus 169.
Dominicus de Noſcardis pro conuentu Vairani 211. & 293. & 884.
Donadeus Muſa liberauit conuentum S. Antonij extra Placentiam 613. intra recepit alium 856.
Dormitorium commune 79.
Dulendij monaſterium Sororum de Cella 312.

E

ECcleſia melius gubernatur à conuentu, quam ab vna perſona 140. conſecratur per quemcunque Epiſcopum 110. & 216. in eis poſſunt celebrare etiam Sacerdotes Seculares 362. primum lapidem, & conſecrationem ponit ſolum proprius Epiſcopus 363.
Eccleſia tam ſecularium, quam regularium vnica eſt, extra quam nemo ſaluari poteſt 361.
Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt Tertiarij cum priuilegijs cæterorum 85. & 231 & 282.
Elemoſinas quærunt 79 nec prohiberi poſſunt 288. & 911.
Electa Miniſtra cenſetur confirmata 165.
Eligendorum officialium forma 546. Definitores Generales eliguntur per turnum 634.
Eliſabeth Sancta Vngariæ canonizatio 6. ſuſpenditur interdictum 378. & 442. eſt de primis filiabus S. Franciſci 374.
Eliſabeth Regina Portugalliæ Tertiaria profeſſa 640.
Eremiticam vitam degunt 146. eorum habitus 148. puniuntur portantes habitum regularem 276. & 605. & 728.
Eſculani exempti ab officijs publicis, & priuatis 11. conuentus Sororum 113.
Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruant 371. v. Sacramentum.
Eugenij IV. Bulla 123.
Excommunicare poſſunt inobedientes 231. excommunicantur recipientes nouos conuentus 154.
Exemptio ab exactionibus publicis officijs & iuramentis 1. & 4. tenentur ad onera ordinaria 4. à publicis officijs, & pedagijs colligendis eximuntur 5. ab officijs etiam priuatis 11. non poſſunt cogi à laicis

ad angarias, preſtitudines, & alia onera 18. in ciuilibus, & criminalibus ſubſunt Epiſcopis 19. exempti in omnibus 231. à Minoribus 397. à decimis, & primitijs 524. Vide Decimæ.

Extramanere non poſſunt niſi de licentia 79.

F

FAmiliares, & ſeruitores abſoluuntur 176. & 227.

Fauentini conuentus receptio 889.

Felix Paganus Mediolanenſis pro conuentu Aſſiſij. 812.

Felix Lauellus Cremonenſis Prior S. Antonij Maſſæ 798.

Ferdinandus Mediceus Protector 881.

Fernandus Gondiſaluus Bauolaurens Decretorum 98.

Ferraciana conuentus 181. confirmatur donatio 189.

Ferrarienſes ſubijciuntur Minoribus 88. donatio duorum domorum eis facta 91. receptio conuentus S. Apolloniæ 865.

Feſulanus conuentus 169.

Feſulani Fratres deſcendunt à Tertiarijs 261.

Figne conuentus 419.

Filiatio conuentuum 900.

Firmi cænobium 786.

Flandrenſibus firmantur ſtatuta 77. non ſunt ſubiecti Epiſcopis 82. geſtant caputium ſimile caputio Morinenſium 138.

Florentinis Fratribus ablata reſtituuntur 16. conuentus Sororum 113. alter conuentus Sororum 151. alter de S. Georgio 255. de S. Vrſula ad Clariſſas 245. conuentus Fratrum 720.

Forolinienſes incumbunt hoſpitalibus 145. conuentus 691. ſubduntur Minoribus 193.

Foropompilij cænobium 331. vnita alia eccleſia 349.

Fornacum cænobium 885.

Franciſcus Sanctus Apoſtolorum diſcipulus 14. direxit familiam ſuam ſine literis in viam ſalutis 15. Tres ordines inſtituit 44.

Franciſcus Franciſci recepit locum della Doccia 169.

Franciſcus de Crema pro conuentu Vairani 193.

Franciſcus Guaſtamilius Vicarius Apoſtolicus ob mortem Gregorij 656.

Franciſcus

X

Franciſcus Antonÿ de Genua Definitor Generalis 707.
Franciſcus de Monte pro conuentu Bononiæ 713.
Franciſcus de Apulia pro cænobio Viterbÿ 715.
Franciſca Sancta Canonizatio 568.
Fraticellorum de ſecta non ſunt Tertiarÿ 35. *ad* 40. *Vide Beguina.*
Fulginei conuentus Sororum 113.
Fugitiui carcerantur. 85.

G

GAbiani monaſterium Ducanum 178.
Galli Fratres ſubiecti Generali Minorum de Obſeruantia 559. *Prouincialis poteſtas* 560. *confirmatur* 595 *facultas geſtandi Zocolos, &* *cordam* 598 *de eorum Capparone* 599 *dant habitum Tertiarÿs* 602. *eorum Statuta firmantur à Paulo Quinto* 607. *& ab Vrbano VIII.* 641.
Gaſpar de Panormo pro loco Calatagironis 877.
Gaudenſe monaſterium Sororum 111.
Gemini Sancti conuentus 800. *ad* 808.
Gennenſis S. Elzearÿ 108.
Geneuoltæ locus 385. *ad* 395.
Georgius Henrici Procurator Hoſpitalis S. Stephani de Vrbe 100.
Georgius de Pedemonte 715.
Germanorum Fratrum, & Sororum lites 320.
Geruaſÿ Sancti cænobium Papienſe 777.
Generalem de ſuis eligunt Traiectenſes 71. *Legionenſes* 174. *Itali* 215. *Inſufficiens deponitur* 232. *Itali ſuppreſſio per Pium Quintum* 509. *eius reſtitutio per Sixtum Quintum* 532. *cum magna poteſtate* 533. *punit, carcerat, priuat officÿs, vtitur bracchio ſeculari* 175. *&* 217. *non durat vltra triennium in Hiſpania* 176. *confirmatur à Generali de Obſeruantia, qui viſitat* 535. *Italus tractat negotia de conſilio, & conſenſu ſuorum Definitorum* 216. *Statuta cum illis facit, mutat aliqualiter habitum ab Eremitarum veſtitu. Durat per triennium* 217. *vtitur clauſula:* Remota appellatione 217. *Abſoluit Fratres, famulos, & ſeruitores ab omnib. non reſeruatis Papæ* 227. *ſuper Fratres, Sorores, & Eremitas poteſtatē habet* 397. *recipit venientes à*

 ſeculo,

Digitized by Google

ſeculo diſpenſat ſuper accidentibus paupertatis. Dubia Regula interpretatur. Tantam poteſtatem habet, quantam Generales aliorum Ordinum 397. Generalis, & Commiſſarÿ 483. debet vacare per ſexennium vt reeligi valeat 483.

Generaliſſa Sororum 113. per quot tempus durauit 115. confirmatur in officio 134. poteſt ſubſtituere Vicariam 136. habet ſubiectas Aquilanas, & Peruſinas 136. confirmantur eius acta 161. conceditur Generaliſſa Cortonenſibus, & Aretinenſibus 183. earum priuilegia 185.

Giennenſis conuentus Sororum conuertitur in Clariſſas 225.

Grataſolÿ monaſterium 581. eius inſtrumentum 743.

Gregorÿ IX. Bulla I.

Gregorii XI. Bulla 52.

Gregorii XIII. Bulla 515.

Gregorii XV. Bulla 626.

Gregorius Albertis Generalis moritur in officio 656. recepit locum Trebii 818.

Guardianus pluries vocatur ſuperior localis 420. & 542.

Gulielmus Alberti inueſtitus de cœnobio Forolinii 700.

Gulielmus de Vianino pro conuentu Bononiæ 713.

Gulielmus Malparlantes Gallus 737.

H

Habitus mutatio non facit mutare ſtatum 17.

Habitus eremiticus nominatur 146. & 148. & 216. & 240. & 275. & 350. & 483. & 387.

Habitus eſt tunica cum Scapulari, corda, & caputio 80. Scapulare conceditur in ſacris conſtitutis in Prouincia Hiſpalenſi, vt diſtinguantur ab Eremitis 99. ſimile caputium Flandrenſium, & Morinenſium 138. deſignatur Leodienſibus 220. & 227. Sororum Morinenſium habitus 267. Pallium nigrum geſtant Morinenſes 313. ſimilem habitui Capucinorum non portant 528. Qualis coloris habitus Portugallenſium 553. Diſſimilis in colore ab habitu Minimorum 375. & 592. de Zocolis, & corda Gallorum 598. de eorum Capparone 599. Romæ vniformis geſtatio habitus per Lombardos, & Siculos 626. confirmatur decretum Regulæ de habitu 660. eorum habitus Honeſta, Caputium, & corda 707. Galli dant habitum Tertiariis 602.

Henricus Bueſuſſ Depholt 321.

Digitized by Google

Hiacintus de Ragutia pro conuentu Ragutiæ 837.
Hibernenſibus conceduntur priuilegia tempore interdicti 104.
Hieronymus Cardinalis Matthaius Protector 553.
Hieronimus Marchetus Prtro conuentus Grataſolii 749. *Maſſæ* 797. *S. Gemini* 800. *Aſſiſii* 808.
Hieronimus de Salis in conuentu Buxeti 709.
Hieronimus de Caſtilione Generalis 719.
Hieronimus de Foropompilii 739.
Hiſpalenſis conuentus 96.
Honophrius q. Antonii de Vrceis nouis 707.
Honorius III. primo omnium firmauit ordinum 1.
Horas Canonicas dicunt iuxta ritum S. R. E. ſine cantu non habiles recitare officium B.M.V. 78. & 230.
Hoſpitalitatem etiam ab initio exercebant 17.
Hoſpitalia plura habebant Romæ S. Mariæ in Caſineriis 90. *S. Stephani de Vrbe* 100. *Aſtericenſe* 131. *Meſſanę S. Martini* 141. *Forolinii* 145. *Genuenſe S. Geneſii* 157 & 158. *Hoſpitalia quatuor* 268. *Cronenſe* 299. *Ambianenſe Sororum* 305. & 306. *Cartaginenſe* 307. *Italitegunt multa hoſpitalia* 217. *Mutinenſe* 179. *Ferrarienſe* 91.

I

IAcobus della Reſta pro conuentu Vairani 202.
Iacobus de Cartiraga Miniſter loci Montisbelli 233.
Iacobus de Cremona in loco Buxeti 709.
Ieiunia quadam non ligant Sorores 432.
Imolenſis conuentus Piratelli 315. *Nontiatus* 894. & 887. *Figna* 419.
Indulgentia SS. Coſmæ, & Damiani de Vrbe 352. & 523. & 531. *priuilegiatum altare ibidem* 646. *S. Mariæ Piratelli* 329. *Portiuncula* 161. & 661. *In articulo mortis* 96. & 148. & 165. & 196. *Sorores lucrantur indulgentias eccleſiarum viſitantes proprias* 157. *pro Capitulo Generali* 588. *audientibus legere Regulam* 32. *Viſitantes eccleſias* 286. *Indulgentia Plenaria pro ſex Sanctis* 627.
Infamia tollitur 265.
Infirmis Sacramenta non miniſtrant 362.
Inhabilitas tollitur 265.
Innocentius nepos Leonis X. titularis SS. Coſmę, & Damiani 352.
Innocentii IV. Bulla 9.

Digitized by Google

Innocentij VIII. Bulla 307.
Innocentij X Bullæ 665.
Inquiſitores Dominicani non agunt contra Minores, nec contra 290. ab eorum iuriſdictione olim exemptis 487. & 489. & 498.
Inſtrumentorum collectio 681.
Interdicti tempore admittuntur Tertiarij 5. celebrant in ſuis eccleſijs 104. & 131. non recipiunt Minores Tertiarios in ſuis eccleſijs 364. ſuſpenditur in feſtis Sanctorum 442.
Ioannes Romanus Elemoſinarius Papæ 32.
Ioannes de Scalciado 100.
Ioannes de Conono pro conuentu Gennenſi 108.
Ioannes de Blunde pro Brugenſi 110.
Ioannes Stemaeſt ſocius Ioannis de Blunde 110.
Ioannes de Ramaga pro conuentu Ramaghę 123.
Ioannes de Esparta Prouincialis Portugalliæ 153.
Ioannes Erchel Epiſcopus Leodij 222. & 228.
Ioannes de Gorgonzola 235.
Ioannes de Verona recepit conuentum Caritatis Bononiæ 271. & 712. obtinuit priuilegium Venetum 674. inueſtitus de conuentu Forolinii 698. Prouincialis Lombardiæ 719. non dicitur Ioannes Paulus 721.
Ioannes Bernardus ſocius Petri de Burno 273.
Ioannes Xodar Procurator Generalis in Concilio Tridentino 481.
Ioannes de Solis Portugallenſis 661. & 664.
Ioannes Dux Lotaringhiæ priuilegia dedit 678.
Ioannes de Placentia inueſtitus de Forolinio 700.
Ioannes Ferrandus pro conuentu S. Mariæ Parmæ 763.
Ioannes de Schifito pro loco Medicæ 824.
Ioannes Antonius pro conuentu Viterbii 715.
Ioannes Baptiſta Vicarius Generalis 784.
Ioannes Antonius Brandus Definitor Generalis 814.
Ioannes Maria Prouincialis Vmbriæ 798.
Ioannes Franciſcus de Cremona primus Prior conuentus S. Marię Blanchę Parmæ 758.
Ioannis XXII. Bullæ 34.
Ioannis XXIII. Bullæ 75.
Iouis Altæ conuentus 385.
Irregularitas tollitur 175.
Iulius II. Bullæ 330 fuit Protector 345.
Iulianus inueſtitur de Forolinii 700.
Iulius

Iulius de S. Columbano Definitor Generalis 416.
Iulianus de Lauello pró conuentu Bononiæ 713.
Iulianus de Crema Definitor Generalis 739.
Iuonis Sancti canonizatio 47. de translatione eius Sacri Corporis 48. ſuſpenditur interdictum in eius feſto 442.

K

KYllin conuentus 112.

L

LAborare debent, & mittere in commune 79.
Laicis non ſubduntur 18. & 19. & 80.
Laudenſis conuentus vetus & nouus 858. Sororum 171.
Laurentius de Bononia pro loco Regii 727.
Laurentius Drepani pro Villafrancha 879.
Laurentius pro conuentu Lauellenſi 192.
Laurentius Gloriceriius Placentinus pro conuentu Parmæ 767.
Lauellenſis conuentus 192.
Legata recipere poſſunt 155.
Legionenſibus conceditur Generalis 174.
Legunt ad menſam 358.
Leodienſes habent priuilegia 220. eorum habitus 227. confirmantur priuilegia 246.
Leonis X Bullæ 752.
Leonardus Vicentinus Generalis 331.
Leontius Vicentinus recepit conuentum Paduæ 422.
Liburni conuentus 147.
Licienſi monaſterium 244.
Lonadienſium, & Arſcotenſium differentiis 182.
Lucanadiaceſis conuentus Gabiani 178. Bargæ Sororum 249.
Ludouici Regis Francorum canonizatio 21. Interdictum ſuſpenſum in eius feſto 442.
Ludouicus Ciottus Generalis 648.
Ludouicus Bologninus Doctor dedit conuentum Dulioli 730.
Ludouicus Ferro habuit tenutam Montis Georgii 784.
Lupus recepit Eremitorium Aſtoricenſe 100.
Lupus Miniſter conuentus Monteſarenſis 74.

Man-

Manſuetus de Paſquetis de Salodio 885.
Marci Beati Bononienſis 123.
Marcus Antonius de Crema 725.
Marcus Antonius de Cremona 740.
Marcus Antonius Bottonus promotus ad Epiſcopatum 672.
Margaritæ Sanctæ officium celebrandi 635.
Martini V. Bullæ 89.
Martognæ conuentus 867.
Maſſæ conuentus 795. confirmatur ab Epiſcopo 798.
Mattarelæ conuentus 815. & 817.
Matthæus de Ypporegia Miniſter conuentus ſolemniter 107. Sorores ſine voto caſtitatis contrahunt 143. aliis interdicitur 176. nullum eſt, & contrahens eſt excommunicatus 304.
Mediolani conuentus vetus 739. nouus 740. Nouitiatus 895.
Meſſanæ conuentus 141. & 833.
Michael de Crema pro loco Plazani 725.
Michael de Burgio pro loco S. Nicolai Panormi 828.
Militans Deo non ſe implicet ſecularibus negotiis 4.
Mindonienſis conuentus 73. & 223.
Minimorum habitus prohibetur Tertiariis 375.
Minores non poſſunt auferre conuentus Tertiariis 334. Vtriuſq; ſexus perſonas recipiunt ad habitum 195. ſubiiciuntur illis Itali, & Siculi 9. conſilium ſubiectionis eſt 14. Ferrarienſes ſubiiciuntur non ex Regula, ſed ex Bulla Innocentii IV. 88. ſubiiciuntur iterum 104. eximuntur vero propter ſcandala 124. eorum moleſtiis defenduntur per Epiſcopos 143. non poſſunt viſitare ex Regula illos inuitos 144. Foroiulienſes ſubduntur 194. Boſnenſes 197. Sorores in Regnis Caſtellæ 263. per vniuerſum orbem 277. In Belgio 296. Eligunt obedientiam Minorum in Hiſpania 341. iubentur non moleſtare Fratres in Baſilicata 353. Itali ſubduntur extincto Generali 508. Minores aliquando vocantur Tertiarii 413. & 419.
Miſſas cantare poſſunt 371.
Modicæ conuentus 843.
Moleſtantes Fratres excommunicantur 397.
Montis S. Iuliani 853.
Montefarenſis 73. & 93.

Digitized by Google

Montis Elpari 780.
Montis florum 689.
Montis Feltri 689.
Montis Politiani duo 146. cum priuilegijs 148.
Montisbelli 233.
Montis Galda 425.
Montisſani 781.
Montis Georgij 784.
Montisfalci 220.
Morinenſibus conceditur campana 76. aſſeruatur Sacramentum 111. eorum ſtatuta confirmantur 121. cum priuilegijs 137. Sorores ſub tribus votis 166. eis multa priuilegia conceduntur 265.
Mortis in articulo abſolutio cum remiſſione peccatorum 287.
Morum vniformitas pacem, & concordiam fouet 71.
Mutinenſis conuentus vetus 179. & nouus 240.

N

NEapolitani conuentus S. Antonij de Padua habebat perpetuum adminiſtratorem Paulum Anſalonum 652. Sorores lucrantur indulgentiam aliarum eccleſiarum ciuitatis 157.
Nerus Peruſinus Miniſter impetrauit Indulgentiam audientibus legere Regulam 32.
Nicolai IV. Bullæ 14.
Nicolai V. Bullæ 210.
Nicolaus Arthesius pro conuentu Caſtri Beluederij 170.
Nicolaus de Cremona Definitor Generalis 739.
Nicoſiæ conuentus 845.
Nimphæ Sanctę monaſterium 845.
Nouentæ Paduanæ conuentus 347.
Nouitiatus Ziſæ 555. omnium Nouitiatuum confirmatio 896.
Nouitiorum receptio fit per ſuperiorem localem cum ſua familia 900. Laici probantur in conuentibus vbi ſunt pluſquam ſex Sacerdotum 911. Generalis recipit Nouitios 227. Minores recipiunt Nouitios vtriuſq. ſexus 195. Nouitij excommunicati ante ingreſſum non abſoluuntur, niſi parte ſatisfacta 364.

Officia

Digitized by Google

O

Officia diuina poſſunt celebrare ſolemniter 81. de Sanctis Ordinis ex Bulla 663. ex decreto Sacræ Congregationis 909.
Officiales ſunt annales. protrahuntur vſq ad triennium 110.
Officiales inſtitui & deſtitui poſſunt 81.
Oleum Sanctum habere poſſunt 371.
Oratoria ad orandum 79.
Ordinandi examinantur per Epiſcopos 363. ab alio ordinari non poſſunt 363.
Ordinariis olim ſuberant in Hiſpania 177.

P

Pacta inter Fratres, & Curatos non valent niſi confirmata in Capitulo Prouinciali 362.
Paduanus conuentus 422. Nouentæ 347.
Palmerius de Vetralla pro conuentu Viterbii 715.
Panormitanus conuentus Ziſe 555. Miſericordiæ Nouitiatus 650. & 895 receptio Ziſe 826. fundatio S. Nicolai 828. conceſſio Miſericordiæ 829.
Papienſis conuentus 424. & Triuoltii 502.
Parmenſis Sorores de Campana 187. & 207 & 236.
Parmæ ſtatuta conſeruatiua priuilegiorum Tertiariorum 680.
Parmenſis conuentus vetus primus 758. ſecundus Burgi Taſcherii 763. nouus S. Mariæ Quarterii 767. cum tenuta eius 771.
Paſquinus de Crema pro conuentu Plazani 725.
Paulus Archiepiſcopus Raguſinus dedit locum Caſtri Romani 562.
Paulus Anſalonus perpetuus adminiſtrator conuentus S. Antonii de Puſilipo 652.
Paulus de Raguſiis recepit conuentum Lauellenſem 192.
Paulus de Cremona pro conuentu S. Geneſii Montis Elpari 780. Montiſfani 781.
Paulus Cataneus de Carpanetulo pro conuentu Fornacum 885.
Pauli Beati de Ambroſiis executoriales pro veneratione eius reliquiarum 887.
Pauli II. Bulla 265.
Pauli III. Bulla 425.

Digitized by Google

Pauli IV. Bullæ 491.
Pauli V. Bullę 561.
Paupertatis ſuper accidentalia diſpenſatur 397.
Peregrinus de Vicentia Generalis 416.
Peregrinus Sauiolus Generalis 763. Commiſſarius Generalis 787. factus à Protectore 881.
Peruſium extra conuentus Sororum 117. ſubÿciuntur Generaliſſæ 136. communicantur priuilegia in articulo mortis 148. confirmantur ſtatuta Collegÿ Peruſini Sororum 159. reſtituitur quædam hęreditas 168.
Peſculi locus 881.
Petrus Guidonis Sacerdos pro conuentu Amelię 202.
Petrus de Mediolano 235. & 717.
Petrus de Como 235.
Petrus de Burno cedit conuentum Minoribus 273.
Petrus de Bergomo Definitor Generalis 416.
Petrus Villars Gallus Procurator in Curia pro ſuis 602. punit portantes habitum ſuum 605.
Petrus Albericus de Cutrono obtinuit priuilegium Caroli V. 675.
Petrus recepit conuentum Monteſiorum 689.
Petrus Niger Lucerinus pro loco Foroliuÿ 691. & 694. & 700.
Petrus de Pedaccÿs pro loco Belli Caſtri 705.
Petrus Stephani de Piſis Definitor primi Capituli 707.
Petrus Gallus pro loco Peſculi 732.
Petrus Calderinus Generalis dedit Conſeruatores 739.
Pÿ II. Bulla 253.
Pÿ IV. Bullę 501.
Pÿ V. Bullę 508.
Piſtorienſibus Sororibus datur conuentus cum priuilegÿs 224.
Philippi Sancti conuentus 825. Nouitiatus 899.
Placentinus conuentus Sororum 123. S. Antonÿ Abbat. extra 613. Caſtri Arquati 619. Laureti 856. Eremitoriũ S. Luciæ Soror. S. Idelphõſi 199.
Plazani conuentus 724.
Priuare ab officÿs poteſt Generalis 175.
Priuilegia, quibus non fuit expreſſe derogatum per Concilium Lateranenſe, adhuc vigent 366.
Priuilegiorum communicatio inter Mendicantes etiam concedendorum 377. & 395. pro Lombardis 416. etiam non Mendicantiũ 491. & 501.

Prouinciales Galli gaudent priuilegijs aliorum Prouincialium eiuſdem ordinis 560 communicantur Morinenſibus 137. Itali gaudent conceſſis alijs Domibus 217. priuilegijs fori, & canonis 418. & 282. & priuilegia Fratrum Hiſpanorum communicantur Italis 269. & 275. etiam concedenda Minoribus, & Prædicatoribus communicantur, & Sororibus 288. Priuilegia Eremitarum, & Seruitarum illis communicantur 290. Minorum eis conceduntur 339.

Priuilegiorum confirmatio 85. & 518. 580 & 585. & 665. & 518.

Priuilegia contraria Tridentino ſunt reuocata 505. & 515.

Priuilegia Principum referuntur 674. conceſſa ab Imperatoribus, & Regibus à Papa confirmantur 489. & 520.

Priuilegia Angelinæ communicantur alijs Sororibus ſub eius obedientia militantibus 156. referuntur 161.

Proceſſionibus interſunt, ſi non diſtant vltra milliare 362.

Proculus Piſanus recepit conuentum Puteolanum 117.

Procuratores ſeculares ſubduntur cenſuris Epiſcoporum 364.

Profeſſionis forma pro Flandrenſibus 77. non recipiunt ad profeſſionem niſi excedentes 18. annos 77. Miniſter tantum recipit ad profeſſionem 78.

Proprietatis abdicationem non continet Regula 71. eius vitium prohibetur 511.

Protector Iulius II. 345. de obſeruantia etiam Tertij Ordinis 510. S. Carolus 513. Hieronymus Mattheius 553. Protector ab anno 1389. ad 1404. fuit Franciſcus Carbonus 160. Mediceus 881.

Prouincia Montisfeltri 689. Romanę erant ſubiecti conuentus Colleſcipionis 790. & 794. & Scurculæ 737.

Prouincialibus obedientia pręſtanda 295.

Prouincialem pro tota Lombardia petunt à Calixto 708.

Puteolanus conuentus 117.

Q

QVarta funeralis datur Parocho 87.

R

RAguſiæ conuentus 837.

Reatinenſis conuentus Sororum 164.

Reſt-

Refectorium habent commune 79.
Regienſis conuentus 726.
Regula Leonis X. 378. *Pauli III. trium ſtatuum pro Hiſpanis* 444.
Regula nuncupatur 15. & 16. *vbi etiam dicitur Memoriale inde colligitur traditam fuiſſe à Sancto Patre. Eam confirmauit Clemens V. & vocauit Priuilegium* 33 *confirmatur iterum ad inſtantiam Arſcotenſium* 57.
Religio vocatur ab incunabulis 2 & 4. & *quidem approbata* 35. *cum tribus votis* 231. *ſacer ordo dicitur* 397.
Religioſi proprie dicuntur 85. *vere tales ſunt* 397.
Rocchæ conuentus 852.
Rochus Placentinus Prior conuentus Parmæ 763.
Rochi Sancti in feſto ſuſpenditur interdictum 442.
Romanus conuentus Hoſpitale S. Mariæ in Catineriјs 90. *ſororum in campo Martio* 95. *Transtiberim* 228.
Romanus conuentus vetus S. Hieronimi prope S. Stephanum in Rotundo 719 & 730. *Nouus SS. Coſmæ, & Damiani* 728. *Indulgentiæ* 352. & 523. & 531. & 646. *Spolia Fratrum* 649 *confirmatur Nouitiatus* 650 *ſuppreſſio Canonicatuum* 542. *S. Pauli de Arenula alter conuentus pro Siculis* 623.
Roſæ Sanctæ miracula examinantur 9 *ſuſpenditur interdictum in eius feſto* 442.

S

SAcramenta recipiunt in ſuis Oratoriјs à Minoribus 20. *In Paſchate in Parochiali* 21. *Deferre non poſſunt ſolemniter eaſdem per Parochiam infirmis* 21. *Clementina indulget, vt ſuis conferant Sacramenta* 43. *de eadem adminiſtratione* 87. & 109 *poſſunt coram ſe facere celebrare* 111. *conferunt Sacramenta, & Sacramentalia Sororibus* 167. *etiam in Paſchate* 152.
Sacramentalia etiam miniſtrant 167.
Saiani conuentus 540.
Saluatus Miniſter conuentus S. Hieronimi de Vrbe 719. *ad* 724.
Sanctorus Pecorella Vicarius Apoſtolicus 618. *recepit conuentum Miſericordiæ Panormi* 829.
Sanctorum ordinis licentia celebrandi diuinum officium, & Miſſam 663. 910.
Sanilíani conuentus Sororum, & Fratrum 325.

Scurcula

Scurculę conuentus 737. *Nouitiatus* 894.
Sebaſtianus Caſſianus de S. Geneſio pro conuentu Firmi 787.
Sebaſtianus recepit conuentum Geneuoltæ 389. & 392.
Sebaſtianus Cremonenſis pro conuentu Papienſi 434.
Sebaſtianus de Vicentia pro conuentu Regij 727.
Sebaſtianus Oggiarinus pro loco S. Gemini 800.
Sebaſtianus de Michelangelis de Monte Georgio pro conuentu Aſſiſij 808.
Senenſis conuentus 200. *electio Miniſtrę, confeſſoris, & alia priuilegia pro Sororibus* 155. *eximuntur à regimine Fratrum eiuſdem Ordinis, & ſobijciuntur Epiſcopo* 200.
Sepultura pro Fratribus 109. & 148. & *Tertiarijs* 902. *ad* 906.
Seraphinus Legius recepit conuentum Rocchę 852.
Siclitanus conuentus dicitur primus in Sicilia 413. *eius receptio* 823.
Sixti IV. Bullæ 274.
Sixti V. Bullę 532.
Sorores ſunt verę religioſæ 396. & 370. *gaudent priuilegiis ſuorum Fratrum* 364. & 371.
Spolia morientium applicantur conuentui Romano 649. *ſunt monaſterii ſuę filiationis* 176.
Sponſis benedicere non poſſunt 363.
Statuta facere poſſunt & vetera corrigere 81.
Suppreſſorum conuentuum, & parochialium 913. & 915.

T

TAxa pro victu, & veſtitu Sororum 524.
Tentationi ſe preparet accedens ad ſeruitutem Dei 2.
Tertius Ordo laudatur propter conuerſionem iniquorum 12. & 562. *idem Ordo ſecularis, & regularis* 227. *ſeculares enim ſubduntur* 228. *Tertii Ordinis nuncupantur, & non alio nomine inconuenienti* 397.
Tertiarii ſeculares cuiuslibet ordinis ſibi eligere poſſunt ſepulturam, & recipiunt Sacramenta, tenentur oneribus laicorum 364. & 902. *ad* 905. *Manentes cum clauſtralibus eorum priuilegiis gaudent* 364. & *ſeq. Defenduntur à moleſtiis Minorum* 341. *Quomodo recipiendi ad habitum* 904. *Galli hanc facultatem habent* 602.
Teſtamentum facere poſſunt Nouitii 176.
Thebaldus recepit conuentum Mutinæ 240.

Thebenſis

Thenenſis conuentus recipitur ſub protectione Papæ 50.
Thenis montis Fratribus facultas cogendi debitores ad ſolutionem 51.
Thomas Ornayn Doctor 251.
Torcelli conuentus 773.
Tornacenſis conuentus Burgenſis 101. Caluarienſis 110. Gandenſis Sororum 111. approbantur eorum vota vti ſolemnia 206.
Traiectenſes faciunt Capitulum 71. Delphenſium priuilegia 86. Sororum Zircſeę 318.
Tranenſis locus Sororum 299.
Tranſitus ad alium ordinem prohibetur 339.
Trebii locus 817.
Treuis Aſtoricenſis locus 139.
Treuirenſes Sorores tranſeunt ad Clariſſas 247.
Tridentino priuilegia contraria reuocantur 505
Triuoltii conuentus 502. Inſtrumentum 750.
Tuamenenſis locus 112. alter conuentus 252.
Tuberenſis conuentus 198.

V

VAſtrauenſis conuentus 210. & 293. & 883.
Valerius de Brixia pro conuentu Plazani 725.
Vallisbonæ conuentus apud Minores 152.
Vallisfabricæ locus Sororum 118. & 168.
Vallisoletanæ vota ſolemnia 311.
Vanillus magnus prędo ſit Tertiarius 58.
Vdinenſis conuentus 195.
Veridianę beatę officium celebratur 424.
Vicentinum conuentum recepit Ioannes de Leuco 710.
Victus taxa pro monialibus 524.
Villefranchę conuentus 879.
Vincentius de Minio pro conuentu S. Filippi 825.
Viſitator non vocat ad ſe Sorores, ſed ad eas accedit 188.
Viſitari non poſſunt ab aliquo extraneo 231.
Viterbienſis locus Sororum 113. adiudicantur legata 193. alter conuentus SS. Symonis, & Iudæ 301. Fratrum ſubmittitur Generali 715.
Vlixibonæ conuentus datus Minoribus 152.
Vngarenſes ſubduntur Minoribus 205.

Votum perpetuę continentię faciunt Traiectenſes 71. ſolemnia cęperunt facere anno 1410. Flandrenſes 82. Votum ſolemne Traiectenſium eiuſdem virtutis cum votis aliorum ordinum 85. tria emittunt 266. & 311. Emiſſum, & emittendum declaratur ſolemne 303. Morinenſes Sorores tria vota faciunt 314. & 371. Zepperenſes 686. Votum ſecularium eſt ſimplex 372.

Vota minora tollit confeſſarius Sororibus 130. exceptis tribus 156. commutantur, & diſpenſantur 163. & 165. Abſoluuntur etiam ſeruitores 229.

Vrbani IV. Bulla 12.

Vrbani V. Bulla 50.

Vrbani VIII. Bulla 635.

Vuembribis conuentus 102.

X

XEnez conuentus Sororum prope Pacenſem vrbem 320.

Z

ZEpperenſis Congregationis priuilegia 356. & 555. vnio cum Italis 670 priuilegia Ducum 678. eorum Conſtitutiones confirmantur ab Epiſcopo 681. non comprehenduntur ſub Beguinis 685. v. Beguinę, conuentus Campi S. Hieronimi 684. priuilegia ſub tribus votis 686. celebratio capituli 688. alii conuentus ſub propriis nominibus.

Ziſę vide Panormitanus.

FINIS TABVLÆ.

EGO Infraſcriptus Sac. Theolog. ac I. V. D. Sanctiſſimæq; Inquiſitionis Parmæ Conſultor de mandato Reuerendiſſimi P. Inquiſitoris hoc volumen Summorum Pontificum Bullarum 293. à Reuerendiſſimo P. Generali Bordono Theologo Collegiato recollectarum, & ordine iuris ac diſciplinæ congeſtarum accuratè perlegi, eaſq; vti ab omni errore immunis iure merito Typis demandari poſſe exiſtimaui. Dat. Parmæ hac die 14. Aprilis 1657.

CAN. LAZARVS SACCARDVS qui ſupra.

Imprimatur.

INQVISITOR PARMÆ.

D. DOMINICVS DE MALPICA C. R. pro Reuer. D.D. Carolo Cæſarino Vicario Generali Epiſcopi Parmæ.

Imprimatur.

CAROLVS CÆSARINVS VIC. GEN. PARMÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google